Incompleto
(manca la Parte II.)
Doppio

= 8. 36. I. 14
(in migliore stato, manca il frontespizio
della Synopsis)
delle copie presenti però mancano l'antiporta
e il frontespizio

*HISTORICO-THEOLOGICVM*

CARMELI

# ARMAMENTARIVM

# HISTORICO-THEOLOGICUM
# CARMELI
# ARMAMENTARIUM


PROFERENS

Omnis generis SCUTA, ſive S. Scripturæ, Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum, Hiſtoricorum, Geographorum, & Doctorum, tam antiquorum, quàm recentiorum Authoritates, traditiones & rationes, quibus omnium Amicorum Diſſidentium TELA, ſive Argumenta, in Ordinis Carmelitarum antiquitatem, originem, & ab Elia ſub tribus votis eſſentialibus in Monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem, hucuſque legitimè non interruptam, vibrata, fortiter & ſuaviter enervantur, & ad perpetuam concordiam diſponuntur.

AUTHORE


R. P. F. FRANCISCO BONÆ SPEI, *Ord. FF. B. M. V. de Monte Carmelo Provinciæ Belgicæ Exprovinciali, nunc R. Ad. P. Provinciali Aſſiſtente, & in alma Univerſitate Lovanienſi S. T. Profeſſore Emerito.*

Primum Scuta, deinde Amicorum Diſſidentium Tela ſequuntur.




Antverpiæ, Typis *Marcelli Pariјs*, ſub Turri Divæ Virginis, in Clave aureâ. 1669.

*Cum Gratia & Privilegio.*




CELSISSIMO PRINCIPI,

*INVICTO HEROI,*

HISPANIARUM MAGNATI,

# D. PHILIPPO

## FRANCISCO

DEI GRATIA

DUCI ARENBERGICO,

S. R. *IMPERII PRINCIPI,*

**DVCI ARSCHOTANO & CROYÆ;**

*PRINCIPI REBECENSI,*

MARCHIONI MONTCORNETIÆ,

*Comiti de Lalaing, & Senneghem, Oppidorum Ditionumque Angiæ, Hallæ, Brainij Domino. &c.*

Provinciæ Hannoniæ, Valencenarumque

*GENERALI GVBERNATORI.*

*Celsissime Princeps.*

CARMELI ORDO noster à magno Dei Propheta ELIA, summo & unico in veteri Senescentis Synagogæ militia Bellatore conscriptus, vero Dei pro cultu, Dei legi & gregi semper ARMAMENTARIUM fuit. Ab illo contra Baalitas primum sacri belli sonuit classicum: in ipso *claudicantis duas in partes*[a] populi convenêre exercitus: in ipso instructæ utrimque conflixêre acies, pugnata est pugna, & victis cæsisque ad unum Baalitis, veræ fidei cultusque reportata victoria. Ibi lętum pęana canentes, *Dominus ipse est Deus,*[b] ovantes clamarunt populi: ibi Ducis victorisque ELIÆ exultantis audita est vox: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.*[c] Victor ille triumphali in curru ad continuum in finem usque mundi translatus triumphū, cum Enoch contra Antichristi toto cum Orbe bel-

lum,

lum, quasi sat magnum ARMAMENTARIUM reservatur. Mansit Ordo legi nongentis ferè annis, ARMAMENTARIUM. Vt verò in plenitudine temporis nova bella, novosque milites elegit Christus: vix ipso Pentecostes die [d] novi belli classicum insonuit, novique Duces novos cœperunt adligere milites. Patres nostri novo novæ militiæ adscripti Sacramento, Ordinem in novum novis Armis mutantes ARMAMENTARIUM, *Apostolorum* facti *coadiutores, de Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt.* [e] Illo ex ARMAMENTARIO constantissimi Ecclesiæ Pugiles, Dionysij, Cyrilli, Angeli, Waldenses prodeuntes, sumpserunt Arma, ac Samosatenos, Nestorios, Berengarios, Wiclephos, Dei & Ecclesiæ hostes oppugnarunt, vicerunt, extinxerunt. Sic solitus pugnare CARMELUS, sic suetus vincere. Quô nescio fatô, uno pænè iam sæculo impeti cœpit & oppugnari, bella undique, & undique pugnas sensit. Et ferendum, si, qui Ecclesiæ fideique sunt hostes, solùm bella movissent Hæretici; soli si Wiclephi, Lutheri, Calvini impetissent, aut quidam Guilielmus à S. Amore suo laceralset odio: sed mota ab Amicis, inimicis, ipsis Co-Elianis prælia, quis ferat? Impetunt originem multi, alij suffocare tentant in cunis: Andabatarum more pugnantes aliqui, nec Matrem volunt, nec Patrem sinere, nec originis locum tempúsve dare; quasi è Lunæ lapsus concavo, aut fungi instar, unâ ortus nocte, nemine aut conscio, aut gnaro, Mundo apparuisset Ordo. Alios gloriosus FRATRUM MARIÆ titulus ciet, proritatque in prælium. Alios alia lacescunt, & ad nauseā hoc in Mustaceo laureolam quærunt. Retundendi semel universim omnes: ad quod visum toto aliquo opus ARMAMENTARIO esse. Et certè, ut iacta in nos diversa telorū congerere cœpi genera, ea contra nos armorum inventa est copia, ut inte-

grum conflare ARMAMENTARIUM potuerit. Quid ego? conflavi scuta, clypeos, peltas, umbones, aliaque iustæ defensionis arma; verbo, integrum ex adverso confeci ARMAMENTARIUM. Tuis hoc, *Celsissime Princeps*, sub auspicijs prodit; Tuum sibi præfigit nomen, ut vel ab illo, si non à se, iam verè ARMAMENTARIUM sit. Quale enim nomen? Antiquissimæ, & tot sæculis continuatæ Nobilitatis encomium, celsissimarum dignitatum nobilitas, laus Germaniæ, decus Hispaniæ, Belgij ornamentum. Nomen, *quo commemorato*, ut gloriosè de Themistocle Valerius, *maxima eloquentiæ consummatio audientis animo oboritur.*[f] Tres illi Domus tuę ARENBERGICÆ Gentilitij flores totũ odore suô implent Orbem, gloriamque Tuam linguatô buccinant silentio. Primus Regum, à quibus Originem trahitis ARENBERGII, sceptra loquitur & coronas: alter coronatos Europæ ostentat vertices, ad ARENBERGICOS ortum & Posteritatem referentes: Tertius toti intonat mundo, ARENBERGICÆ per affinitatem insertos stirpi Principes & Monarchas. Quid? parum dico: trini flores trinum referentes Ducatum, quidquid florens Hispania, patens Germania, ipsumque Belgium, aut floridi habent, aut augusti, ad stuporé prædicant eminere in Te, Te Tuis etiamnum titulis maiore. Iam olim enim ARENBERGIOS *Romanæ* norunt *Aquilæ*, familiamque evehunt feracem, pro nomine,[g] *Aquilarum Montem*; sicque inter antiquos S. R. Imperij Principes, in Augusto illo Principum consessu & collegio, gavisi ARENBERGII iure, sessione, suffragio. Inde ipse, ut & Maiores Tui ad omnia Imperij comitia, Cæsareis evocatus litteris, quamvis absens, certè per Legatos Tuos, Orthodoxæ Religionis, S.R. Imperij, & Cęsaris res ac momenta omni semper conatu promovisti. Optavit Catholicus Hispaniarum Rex PHILIPPUS IV. uti Tua ex ęquo norat æstimare merita, ita ex ęquo potuisse honora-

nora-

norare. Cùm excelsam Tuam indolem, & ingētis animi jam tum in duodecennali adhuc ętate emergentis magnitudinē admiratus, unici Filij Regnorum hæredis individuum voluit esse comitem, qui Te etiam ad mortem usque summo amore complexus est. Patere, ut annos numerem; vix unus, novo novi honoris vacuus incremento.(h) In Hispania eras, ipsum apud Regem eras, ibique esse, & mereri erat, & crescere.(i) Crevisti, dum Te iam olim à Maioribus Tuis Hispaniarum primę classis ortum Magnatem, sibi etiam proximum Rex esse voluit.(k) Bella erant, Tu Regem continuò contrà rebelles secutus, pugnando crevisti: dumque è *Castiliæ* præcipuâ nobilitate quinque equitum coeunt cohortes, à totidem Primoribus Regni ducendæ Magnatibus, Tu inter Magnates Princeps, unam duxisti, non unis inclytam tuo ductu victorijs. Indè, stupente Hispaniâ, tot in Te, etiamnum adolescentem, à natura & excelsa indole congesta merita,(l) tutelæ ac fortitudini Tuæ sese Rex ipse concredidit, summumque custodiæ suæ constituit Præfectum. Se Tibi credens, quid non adderet? (m) Aureum vellus, Maioribus tuis semper familiare, addidit; dubius tamen, num plus illi à Te honoris, quàm ab illo accederet Tibi. Porrò, dum, ut altiùs cresceres, visa non habere Hispania, remeaturum in Belgium, quoquo modo non dimissura, ut suum, qui illius & eras, & es semper, magis faceret, Ducum Gandiæ obtulit & annexuit stirpem,(n) Inclytâ Principe MAGDALENA DE BORGIA datâ ductâque in Coniugem; Heroina, quæ Proavorum clara splendoribus gloriosam ARENBERGICAM facere potuisset DOMUM, nisi invenisset.(o) Sibi reddi visum Belgium, dum Tu illi.(p) Implesti totum mox Tui famâ, magis factis: Serenissimo Archiduci LEOPOLDO semper & comes in prælijs, & socius in Triumphis. Testis ante *Atrebatum* ipse, magis hostes. (q) Dum Hispanorum legiones,

nes, aliarumque nationum imminent urbi turmæ, ab irruentibus inopinatò Gallis circumcinctæ, internecioni erant proximæ, iamiamque trucidādæ, invictus Tuus nisi fecisset animus. Ab ipso generosior periculo, vitæ Tuæ prodigus irruisti, perrupisti cuneos, fregisti acies, venisti ad Tuos, omnesque è medijs hostiū agminibus, ne dicam mortis faucibus, eripuisti. Stupuit irruentē hostis, nec plenam sibi visus habere victoriā, cedere coactus pugnanti Tibi. IOANNI verò AUSTRIACO quàm Te probasti! (r) Cinctas pressasque à Gallo *Valencenas*, dum liberat, inter primos dimicans, hostium munimenta inter primos media per arma superas, cædens fugansque, pars magna pugnæ, magnum victoriæ momentum. Sic est: communi omnium consensu per Te steterunt res nostræ: Tibi magna ex parte felicissimi illius diei debetur & virtus, & gloria: Tibique debere se fatebuntur, dum stabunt, *Valencenæ*. (s) Ita, sive ARENBERGIUS audis, sive ARSCHOTANUS, mutuatis ab *Aquila* cum nomine animis, AUSTRIACAM iuvas, & ornas AQUILAM. (t) Vt posses magis, Belgici equitatus Præfectum Rex constituit, viditque egregium illud munus pari, ut cætera, vigilantiâ, fortitudine, laude obeuntem. (v) Dum verò angustior sic visa virtutibus Tuis terra esse, accessit Oceanus; factusque es maris Archi-thalassus. Nec satis: munimentum debebaris *Hannoniæ*, ac solus Tibi, commissâ totius Tibi Præfecturâ, (x) ARMAMENTARIUM Fuisti; experta ipsa, & hostes sensêre. Cùm illato priùs, quàm indicto bello, disruptâ non bene pace, nuper Gallus irrueret; ita quâ fortitudine, quâ prudentiâ, commissæ Tibi consuluisti (y) *Hannoniæ*, ut irrito excesserit hostis conatu, & *Montibus*, Te quasi firmissimo munitis ARMAMENTARIO, ne accesserit quidem. Sic Tui Te armati audent, ubi alij patiuntur, felices esse; ubi alij infelices sunt, non pati. Sed nolo secunda oratione diutiùs hæc attol-

attollere: & verè impar sum, vincor numero, mole obruor: iniuriaque virtutum sit, coarctare famam, & dignam Annalibus memoriam unius paginæ angustijs strangulare. Satis illud, ARMAMENTARIUM factum Te Tuis, armatum æquè & amatum, ipsisque ab hostibus formidatũ pariter ac laudatum. Hæc quoque meum ad Te cogunt venire ARMAMENTARIUM, ut Tuo munitum nomine nullius Zoili dentes metuat, nullius Adversarij timeat incursus. CARMELI est, & hoc satis, ut suscipias protegasque; ipsum enim suscipi, protegi est. Quidni suscipias, dum quod CARMELI est, Tuum est? Quàm suum fecerat, inclytus Dux PHILIPPUS felicissimæ memoriæ Pater Tuus! Totum, Belgica Reformatio nostra quòd sit, ipsius est: quòd floreat, ipsius: quòd in adsitas dissitasque Regiones sit propagata, ipsius. Nasciturae totus obsistere visus infernus, nocere non valuit, quia pater Tuus, illi esse Pater voluit. Fuit: illius enim strenua authoritas summaque prudentia difficultatum omnes perfregit obices, flexit Episcopos, Serenissimam induxit ISABELLAM, & frendente nequidquam Orco, Reformationem in Belgio plantari vidit, rigari, stabiliri. Vidit tantùm? plantavit, rigavit, stabilivit ipse: Raismensi enim sua in silva BONAE SPEI à fundamentis extruxit *Conventum*, primum novæ plantationi Seminarium. Vtinam hîc Atheniensium æmulari factum liceret! (z) *Demetrio* Poliorcetæ gratitudinis ergò, alios suprà honores, tot erexêre statuas, quot in anno numerabant dies. Erigere statuas, opis nostræ non est: quod possumus, tot vivas dicamus statuas, quot *Belgicus* alit Religiosos *Carmelus*; tot æterno illius nomini aras ponimus, quot æternùm obstricta vivunt corda. Optimum Patrem pari & succedaneâ animi Maiestate sequeris, ut ditionum, ita hæres virtutum. Hæreditarium quàm Carmelo ostendisti adfectum, Belgicam Provinciam, divisam nuper in duas,

duas, parili amore complexus! *Angiæ* Tuæ Conventum Flandro-Belgicæ esse voluisti; novum Gallo-Belgicæ *Montibus Hannoniæ* procurasti; amore uno, beneficio gemino, utramque faciens Tuam. Tui sumus, & Tuum ideò hoc ARMAMENTARIUM nomen præfert: Tui sumus, amore nexi Tuo, beneficijs nixi Tuis. Suscipe ergo ARMAMENTARIUM tot nominibus Tuum, & quam suis ab armis sibi non spondet vitam aut victoriam, à nominis Tui ARMAMENTARIO consequatur.

*Ita vovet, speratque*

CELSITUDINIS TUÆ

*Humillimus Cliens*

F. FRANCISCUS BONÆ SPEI *Carmelita.*

(*a*) 3. Reg. 18. v. 21. (*b*) ibidem v. 39. (*c*) Cap. 19. v. 14. (*d*) Sacra rituum Congreg. in lect. 2. nocturni festi Commem Solen. 16. Iulij. (*e*) Ioseph Antiochen. in Spec. perfectæ militiæ Christ. cap. 12. (*f*) Valer. Max. lib. 8. cap. 7. (*g*) Arenberg quasi Arents-berg, id est Aquilarum Mons (*h*) Anno 1640. (*i*) 1642. (*k*) 1643. (*l*) 1644. (*m*) 1646. (*n*) 1647. (*o*) 1649. (*p*) 1651. & Seqq. (*q*) 165. (*r*) 1656. (*s*) *Arenberg*, Aquilarum Mons: *Aerschot* quasi *Arentscot*, id est *Aquilarum domus*, ex Lipsio. (*t*) 1657. (*u*) 1660. (*x*) 1663. (*y*) 1667. (*z*) Plutarch. in Demetr.

# APPROBATIONES
# THEOLOGORVM ORDINIS.

## *R. Adm. P. M.* Iacobi Emans *S. Th. Doct. ac in Vniversitate Colon. eiusdem nuper Professoris publici, modò Romæ Assistentis Generalis.*

LIbrum, cuius Titulus est: HISTORICO-THOLOGICUM CARMELI ARMAMENTARIUM &c. cum Addito alio, qui inscribitur SYNOPSIS &c. Eruditô calamô *Adm R. P. Francisci Bonæ Spei. Ord. FF. B. M. V. de Monte Carmelo Provinciæ Belgicæ Exprovincialis, ac in Alma Vniversitate Lovanij. S. T. Professoris emeriti,* compositos diligenter pervolvi, omnibusque in serij examinis trutina exactè, quoad fieri potuit, ponderatis, non solum in iis nihil, quod Fidei Orthodoxæ, vel bonorum morum regulis adversetur, vel quod Christianam lædere possit charitatem inveni; quin potius Opus deprehendi in sententiarum. SS. Patrum Delectu, in rationum robore, in Boni ordinis concinnitate, in argumentorum Amicorum dissidentium amicabili & perspicua solutione, solidum, vividum, eruditum, suoque Authore dignissimum. Quod legendo, non semel miratus sum, quâ ratione doctissimus utriusque libri Author qui ætatem suam in tractandis Scholasticis materijs transegit, mox, emergente occasione, in fundatissimum evadere Historicum potuerit. Verè de illo affirmare licèt, quod Nazianzenus Theologus *Orat. 20. de S. Basilio* affirmat: *quod disciplinæ genus est, in quo versatus non sit, atque ita eximiè versatus, quasi in eo solo elaborasset? Sic nimirum omnia complexus, ut nè unum quidem quisquam in eo desiderare possit: singula rursus itá ad summum, quasi nihil, præterea, didicisset.* Et quod non minus mirêre, tametsi ipsi res sit cum Amicis dissidentibus, viris gravissimis, Doctissimis, deque Ecclesia Dei optimè meritis, tanta tamen cum plenitudine & efficacia adductis eorum argumentis satisfacit, ac si annos bene multos, à negotijs planè vacuus huic argumento insudasset, cum tamen ipsum brevi, eoque præcipuè tempore, hunc ingenij sui partum enixum fuisse constet, quo ex officio aliorum arduorum negotiorum mole fatiscebat, quod veteres soli Deo proprium esse tradidere: unde Martialis *L. 8. Epigram. 7.* ait.

*Posse Deum rebus pariter, musisque vacare*
*scimus.*

Ideoque Ianum Bicipitem finxit antiquitas, quod Reipublicæ simul & Musis studere potuerit. Nimirum, gratia Dei, & zelus Ordinis, cuius antiquitati passim ab Amicis dissidentibus præiudicabatur, animum ei suggesserunt, ut vellet, & vires, ut feliciter posset, quod meditabatur. Dignos igitur ambos præfatos Libros censeo, ut ad Carmeli decus æternum, ad magni atque indefessi Scriptoris honorem perpetuum, servatis ex præscripto Concilij Tridentini servandis, evulgentur. Romæ in Conventu nostro S. M. Transpontinæ. Die 30. Martij An. 1669.

F. IACOBUS EMANS, *qui suprà.*

R. A. P. DANIELIS à V. M. Provinciæ Belgicæ eiusdem Ord. bis Provincialis, iamque Mechliniæ Prioris, Ord. Carm. Historiographi.

EX *commissione* R. *Ad^um* P. MICHAELIS à S. AUGUSTINO, *Provinciæ nostræ Belgicæ Provincialis, attentè perlegi, & studiosè examinavi Librum, cui Titulus* Historico-theologicum Carmeli Armamentarium à *R.* Ad. P. FRANCISCO BONÆ SPEI, *Provinciæ eiusdem Exprovinciali, modò Assistente Provinciali, & prius in Alma Vniversitate Lovaniensi S.T. Professore emerito, artificiosè, perdoctè ac subtiliter compositum, in quo nihil Orthodoxæ fidei, bonisvè moribus dissonum; sed totum ad Historiæ Carmelitanæ veritatem perspicuè elucidatum, totum ad Amicorum dissidentium concordiam suaviter præparatum, reperi. Quarè ut iuris publici ad iurium nostri Carmelitarum Ordinis tutelam fiat, dignissimum censeo. In quorum fidem &c. Datum Mechliniæ* 6. *Aprilis* 1668. *Idem censeo de adiectis Synopsi & ad D. Crescentium Responsis. Ibidem* 6. *Novembris eiusdem anni.*

F. DANIEL à V. M. *qui suprà.*

R. P. Iacobi

## R^dl. P. IACOBI à S. ANTONIO, *FF. eiusdem Provinciæ & Ord. Diffinitoris, ac Lovanij eorumdem S. T. Professoris.*

NOndum assiduo litterarum pondere oppressus R. Ad. P. Franciscus Bonæ Spei, provinciæ nostræ Belgicæ Exprovincialis, ac Studij nostri Generalis in alma Vniversitate Lovaniensi S. Theol. Professor emeritus, post editos PHILOSOPHIAE AC THEOLOGIAE *Cursus integros*, NOCTUAM BELGICAM *adversus R^mi. D. Caramuelis Aquilam Germanicam*. APOLOGEMA RETORTUM *adversus eundem pro Ill^mo. D. Fagnano*. VISIONEM ELIAE *pro Immaculata D. V. Conceptione, ac Summi Pontificis extra Generale Concilium infallibilitate in Quæstionibus, etiam facti, ad fidem & mores pertinentibus*. VARIOS LIBELLOS APOLOGETICOS *pro Ioanne* 44. *adversus R. P. M. Christianum Lupum*. PAROCHIALE *pro Parochianis adversus Parochophilum*. *Et* CONTRITIONALE *pro Tridentino adversus dictum P. M. Lupum, & Eximium P. M. Franciscum Farvacquez*, &c. Demum (præter alia, quæ sub manibus habet) HISTORICO-THEOLOGICUM CARMELI ARMAMENTARIUM *adversus Amicorum Dissidentium undequaque advocatorum Pharetras & Tela* tot Scutis & Nervis instruxit ac composuit, ut veré *Armatura Fortium* ex S. Scripturæ, Historiæ Ecclesiasticæ, traditionum & omnis generis authoritatum irrefragabilium Fabrica elaboratum dici mereatur, ad perpetuam cum Amicis Dissidentibus concordiam: etenim *Lucæ* 10. scriptum est: *cum fortis armatus custodit atrium, in pace sunt ea, quæ possidet*. Vnde non immeritò R. Ad. P. Philippus Vander Beken Ord. Minimorum, in sui *Zodiaci Religiosi* Signo *IX. Qui novissimè Provincijs huius Ordinis Belgicis lucem splendoremque contulit, est monstrosæ Scriptor varietatis, Doctissimus nempe ac R. P. Franciscus Bonæ Spei, annis plurimis Lovanij, & alibi, Philosophiæ & Theologiæ Lector, modò Exprovincialis, quem præsens ævum suspicit, & posteritas omni tempore venerabitur: in publicam enim utilitatem scripsit Cursum Philosophicum & Theologicum, quibus harum Provinciarum studiosi utuntur, sic à scriptione exempti, ut studijs plus suppetat temporis, quod inter occupationes Monasticas & Regulares observantiæ sat modicum est*. Ita ille. Datum Lovanij ad S. Catharinæ 20. Iulij 1668. Idem censeo de adiectis Synopsi & ad D. Crescentium Responsis. Ibidem 15. Novembris eiusdem anni.

F. Iacobus a S. Antonio, *qui suprà*.

APPRO-

# APPROBATIO CENSORIS.

*R. Adm. D. Auberti Vanden Eeden I.V.L. Protonotarij Apostolici, Canonici & Archidiaconi Antverpiensis, librorum Censoris.*

LIber hic, cui titulus HISTORICO-THEOLOGICUM CARMELI ARMAMENTARIUM &c. à R. Ad. P. Francisco Bonæ Spei, Provinciæ Belgicæ Exprovinciali, nunc Assistente R. Ad. P. Provincialis, & in alma Vniversitate Lovaniensi S. Th Emerito professore compositus, & ab Admodum R. P. Daniele à V. M. Exprovinciali, ac Historiographi. Ord. B. M. V. de Monte Carmelo examinatus, typis evulgari poterit, utpotè qui nihil contineat, quod Fidei Orthodoxæ, Bonisvè moribus adversetur. Ita Censui hac 7. Maij. 1668. Idem censui de SYNOPSI & PRÆTENTIONUM SOLUTIONIBUS adiectis. 12. Novembris anni eiusdem, Antuerpiæ.

AUBERTUS VANDEN EEDEN, *qui suprà.*

---

## SUMMA PRIVILEGII.

*CArolus II. Dei gratia Hispaniarum & Indiarum Rex Catholicus, ac potentissimus Belgarum ac Burgundiorum Princeps; Diplomate suo sanxit, ne quis, præter* MARCELLI PARYS *voluntatem, Historico-Theologicum Carmeli Armamentarium* R. P. *Francisci Bonæ Spei &c. ullo modo imprimat, aut alibi terrarum impressum in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venialevè habeat. Qui secus faxit, confiscatione librorum, & alia gravi pœna mulctabitur, ut latius patet in litteris datis Bruxellæ* 16. *Aprilis* 1669. signat LOYENS.

---

## ERRATA

*Præter interpunctiones nonnunquam à typothetis in correctione transpositas, & ea quæ ex omissa vel addita Littera patere possunt*

*Synopsis* n. 21. *l.* 7. non fuisse *n.* 24. *l.* 18. autem. etenim *n.* 42. *l.* 7. Syriæ.
*Armamentarij* n. 3. *l.* 38. tandem. eandem. *n.* 33. *l.* 9. cap. 15. *n.* 40 *l.* 26. & Genebrardus *n.* 44. *l.* 11. qua. quia. *n.* 54. *l.* 35. præcipuè *n.* 58. *l.* 20. varij. *l.* 23. *tolle.* & *l.* 41. proveniat *n.* 59. *l.* 21. *Vnde.* Vnde. *n* 66. *l.* 33. Religiosorum *adde* Religionem *n.* 77. *l.* 9. cap. 8. melius impres. 3. Basil. an. 1549. *n* 81. *l.* 2. *tolle* & 72. *n.* 126. *l.* 4. scribit. scripti *n.* 277. *l.* 1 & Monachatum *n.* 305. Deinde concludit *n.* 324. *l. ult.* prævaricaretur *n.* 352. *l.* 17. esse absurdum *n.* 356. *l.* 10. effatum. Si posterius n. 524. *l.* 26. perfectionem paupertatem n. 877. l. 7) perseverantiam. n. 795. l. 5. quibus. ijsque *n.* 828. 887. 890. & 893. *lege* n. 830. §. istæ *n.* 925. *servierunt.* Ne Dominus Crescentius autem etiam speculum istud suspectum habeat: Emanuel. *n.* 961. *l.* 8. hîc. *n.* 972. *l.* 14. plebem *n.* 982. *l.* 8. quidem.

# SYNOPSIS
# CONCLUSIONUM
# HISTORIÆ
# CARMELITANÆ
## EX
## *CARMELI ARMAMENTARIO*

R. P. FRANCISCI BONÆ SPEI Ord. FF. B. M. V. de Monte Carmelo, Provinciæ Belgicæ Ex-provincialis, ac in Alma Universitate Lovaniensi, S. Theol. Professoris Emeriti.

*Ab Eodem extracta.*




ANTUERPIÆ,
Typis MARCELLI PARYS, in platea dicta Oude Coren-Marckt, sub aurea Cruce. Anno 1669.

# SYNOPSIS CONCLUSIONUM HISTORIÆ CARMELITANÆ

## ad Mentem & Scopum Authoris

PRimò : *Elias obedientiam, paupertatem & castitatem opere servavit.* Secundò : *Etiam sub tribus, quæ per revelationem prænoverat, votis Essentialibus.* Tertiò : *Fuit verè & propriè quoad religionis Monasticæ substantiam (sive præcisis in Lege nova adiectis*, solemnitate, perfectione, & potestate clavium prout legis gratiæ) *Religiosus.* Quartò : *Carmeli Montem incoluit, & in eo, Filiorum Prophetarum, Essenorum, antiquorum & modernorum Carmelitarum, Ordinem sub tribus Votis essentialibus fundavit, & instituit.* Quintò : *Regulam illis verbô & exemplô tradidit, quam, ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano descriptam, hodiè Carmelitæ moderni observant.* Sextò : *Carmelitæ moderni ab Elia, per imitationem & generativam propagationem monasticam, tamquam à suo Fundatore, Institutore & Patriarcha descendunt.* Septimò: *Ab Elia tempore in Monte Carmelo hæreditariam successionem, huc usque legitimè non interruptam, tenent.* Puncta Principalia operis.

2. Ne fortè quispiam incautè *Amicorum Diffidentium* dicterijs præoccupatus, prius Carmelitanam Historiam ut fabulam & paradoxum, ut aiunt, abijciat, quàm fusius hîc deductam legat: ut evidenter appareat, quantum à Scriptura Sacra & communi Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, Doctorum & Historicorum, tam antiquorum, quàm modernorum traditione, aberrent. Recentiores isti, nullius antiquorum fundatâ authoritate nixi, consultò Lectorem è contra hâc *Synopsi* præoccupandum duxi: *Synopsi*, inquam; quia compendij gratiâ necesse est plurima prætermittere, quæ suis locis unà cum Obiectionum solutionibus subijciendis commodius in Opere superaddemus, nec ingenuos Doctrinæ & veritatis amatores legisse non pænitebit. Motivum Synopsis.

## PUNCTUM I.

### *Elias Obedientiam, Paupertatem & Castitatem opere servavit.*

3. PAtet quoad Obedientiam: ex Scriptura 3. Reg. cap. 19. *Abijt quocumque eum ferebat voluntas Dei, & fecit iuxta verbum Domini.* Plusquam præcepta decem à Deo familiariter Eliæ facta referuntur n. 26. & 69. Unde Ioannes 44. lib. de Instit. Monachorum cap. 9 *Elias semetipsum prorsus abnegans, & voluntati propriæ abrenuntians, semper Superioris, id est, Dei voluntatem, promptè secutus fuit.* Dominicus Gravina lib. vox turturis p. 2. c. 5. *Eliam Patres & Doctores appellant obedientiæ prototypum.* Quod verò de Eliæ obedientia, homini tamquam Superiori reddita, nihil legatur, mirum non est; quia, uti sapienter 3. Reg. 19. Ioannes 44. Gravina.

Wastelius. noster Wastelius Vindiciarum lib. 1. sect. 5. art. 4. §. 5. *Vt à notioribus in hoc Occidente exemplum capiam, SS. Religiosorum Patriarchæ, Benedictus, Bruno, Dominicus, Franciscus, Ignatius, cui ipsi eiusdem corporis Superiori suberant?*

3. Reg. 17. 4. Quoad paupertatem: ex Scriptura 3. Regum 17. *Recede hinc, & vade contra Orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, corvisque præcepi, ut pascant te ibi.* Et infrà: *Surge, & vade in Sarepta Sidoniæ, & manebis ibi; præcepi enim mulieri viduæ, ut pascat te.* Ibidem: *Da mihi paululum aquæ in vase, ut bibam* &c. *affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua.* 4. Reg. 1. *Vir pilosus & Zona pellicea accinctis renibus.* Unde Ioannes 44. lib. 4. de Inst. Monach. cap. 9. *Elias recessit nutu Dei* de Terra & de cognatione sua, & de domo Patris sui, in solitudinem; *relinquens de cætero mundanas devitias, non solùm mente, sed etiam opere, ne per domesticam curam, aut per facultates & terrenas possessiones impediretur à consecutione vitæ monasticæ, ad quam per Deum tunc vocabatur.* Chrysostomus lib. 3. de provid. *Elias ita erat pauper, ut, præter melotem, nihil terrenum ei fuerit.* Et homil. 2. ad populum Antioch. *Quid enim, dic mihi, Elia pauperius?* Basilius in Isaiæ cap. 3. *Nonnulli sunt pauperes Beati dicti, qui ardore tuendæ religiosæ paupertatis, omnia contempserunt, & eiusmodi erat pauper ille Ioannes, & eiusmodi Elias.* Antiochus Palæstinus *tom. 1. Biblioth. Patrum homil.* 89. *de inopia* laudatus à Baronio an. 614. *qui se exuit possessione facultatum, Eliæ comperitur esse imitator, Ioannis item, & eorum, qui dicunt ecce nos reliquimus omnia.* Gregorius S. Basilij frater in orat. de laudibus eius: *in seipso vestes pelliceas & res mirabiles Eliæ expressit.* Sozomenus lib. 3. Historiæ cap. 13. *Ad exemplum Eliæ Thesbitis pellibus se induebant.* Em. Bellarminus lib. 2. de Monach. cap. 5. *habemus deinde in eodem Testamento veteri, Eliam sine devitijs in hoc mundo vixisse.* Dominicus Gravina lib. vox turturis p. 2. cap. 5. *Eliam primum colendæ paupertatis prototypon Patres & Doctores appellant.* Bradleyus ad an. 1444. in lib. de instit Ord. B. M. V. de Monte Carmelo cap. 1. *Elias obtentu contemplationis divinæ, & desiderio sublimioris perfectionis, longè ab urbibus recedens, & seipsum cunctis terrenis & mundanis exuens, Religiosam & Prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cepit.* Salianus ad an. mundi 3204. *Hic est, qui religiosæ paupertatis Thesauro dives* &c. *innumerabilium Religiosorum parens atque propagator* &c Quarè meritò S. Bernardus in serm. ad Fratres de Monte Dei: *Hæc novitas non est novella vanitas; res enim est antiqua Religionis perfectæ, fundata in Christo pietatis: antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei à tempore Prophetarum præmonstrata; iamque, nova gratia sole exortô, in Ioanne Baptista instaurata & innovata.* Et infrà: *post passionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effusi sanguinis recenti memoriâ, solitariam hanc vitam eligentibus, paupertatem hanc sectantibus* &c. *deserta repleta sunt.*

Marginalia: Chrysostomus. Basilius. Antiochus. Nyssenus. Sozomenus. Bellarminus. Gravina. Bradleyus. Salianus. Bernardus. 4. Reg. 1. Ioannes 44.

3. Reg 18. 5. Quoad Castitatem: ex Scriptura 3. Regum 18. *Accinctisque lumbis currebat ante Achab* super quo eruditè noster R. P. Matthias à Corona de Sanctitate Ecclesiæ Romanæ tom. 2. cap. 7. n. 5. *Per Eliam, in lumbis præcinctum, homo castus intelligitur.* Conformiter ad Regulam nostram cap. XIV. de armis spiritualibus: *accingendi sunt lumbi vestri cingulo castitatis.* Apostolum ad Ephes. 6 *State ergo succincti lumbos vestros* &c. Et Gregorium homil. 13. in Evangelia: *lumbos præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* Petrum Chrysologum serm. 25. *Hinc est ergo, quod principaliter Dominus lumbos nostros astringi iubet Balteô castitatis.* Cassianum lib. 1. de instit. Monach. cap. 2. *Itaque Monachum ut militem Christi in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere; hoc enim habitu, etiam illos ambulasse, qui in veteri testamento huius professionis fundavere primordia, Eliam scilicet & Elisæum, divinarum scripturarum authoritate demonstratur.* Et Philippum Abbatem lib. in cantica cap. 16. *fluxus restringere forti cinctorio castitatis, basis quædam solida est, & initium sanctitatis.* Confirmant cæteri Patres, ac imprimis præcitatus Chrysologus serm. 127. *Elias est Magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, Virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum* &c. Ioannes 44. lib. de instit. Monach. cap. 9. *Elias, ut per*

Marginalia: Matthias à Corona. Ad Ephes 6. Gregorius. Chrysologus. Cassianus. Chrysologus. Ioannes 44.

*ut per puritatem castitatis, & incorruptionem suæ carnis, æquaretur Angelis, seipsum Virginitate perpetuâ primus hominum spontè decoravit.* S. Chrysostomus lib. de virg. tom. 5. *Quâ re quæso differebant ab Angelis Elias, Eliseus, Ioannes, veri hi Virginitatis amatores?* Chrysostomus. Ambrosius lib. de virginibus: *Elias nullius corporei coitus fuisse permistus cupiditatibus legitur* &c. Ambrosius. Hieronymus in Epist. ad Eustochium: *Virgo namque Elias, virgo Eliseus.* &c. Hieronymus. Epiphanius lib. 2. Hæresi 79. *Elias ab ortu suo Virginitatem perpetuò servavit.* Item in Ancorato post medium: *Elias erat in Virginitate, ut prærogativâ virginitatis immortalitatem prædicaret mundo.* Epiphanius. S. Athanasius Synaita qq. super Scripturam q 66. *Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cœlorum, hi sunt in lege nova Apostoli, & in lege veteri Elias.* Athanasius. & Adstipulatur S. Ephrem Syrus in *Resp.* ad quemdam Monachum: *secularibus permisit legitimè matrimonio iungi, at qui seculo se abdicarunt, hos continere, & quidem legitimè se continere, voluit: quandoquidem si verba illa, quosvis concernerent, melius est nubere, quam uri, nemo hanc virtutem excoluisset, non Elias Thesbites, non Eliseus, non Ioannes, non quicumque se castraverunt propter regnum cœlorum, castamque suam carnem servaverunt Deo.* S. Ephrem. Isidorus Hispalensis lib. 2. de offic. Eccles. cap. 5. *Quantum pertinet ad vetus testamentum, Elias, Ieremias & Daniel castitatis & continentia bonum constituisse dignoscuntur.* Isidorus. Unde Gaspar Sanchez in 3. Reg. 17. n. 6. *Eliam virginitatem coluisse perpetuam communis est veterum Patrum constansque sententia.* Sanchez. Suarez tom. 1. in 3. P. q. 28. art. 4. disp. 6. sect. 1. *multi viri sanctissimi in illa lege virginitatem ut meliorem coluerunt.* Suarez.

6. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Elias obedientiam, paupertatem & castitatem opere servavit.* Imò & nostri Thomæ Bradleyi, sive Scropi in lib. de instit. Ord. B. M. de Monte Carmelo cap. 1. *Elias obtentu contemplationis divinæ, & desiderio sublimioris perfectionis ab urbibus recedens, & seipsum cunctis mundanis exuens, Religiosam & Prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cepit* &c. *discipulos etiam congregavit, quos prius in Eremo Carith docuit servare castitatem, paupertatem, obedientiam* &c. esse quoad tria illa in S. Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus fundatissimam: nihilominus, ipsa aliquos habet modernos *Diffidentes Amicos*, qui volunt Eliæ Monachatum non habere vestigium in S. Scriptura, &, quod amplius, vix esse hæresim, quæ firmioribus non nitatur S. Scripturæ authoritatibus: an iustè? Prudens Lector iudicabit, visis eorum rationibus, quas infrà refellemus.

# PUNCTUM II.

## *Elias sub tribus votis Evangelicis, quæ per revelationem prænoverat, Obedientiam, Paupertatem & Castitatem servavit*

7. PAtet 1. Quod Elias vota Evangelica per revelationem prænoverit, ex S. Scriptura quoad illorum materiam *puncto* 1. citata; quoad vota verò, quæ isti materiæ præcisè addenda erant, ex Levit. cap. 27 *qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam.* Levit. 27. Deut. 23. *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere.* Deut. 23. Iudicum 11. *Votum vovit Domino, dicens* &c. Iudic. 3. 2. Regum 15. *Vadam & reddam vota mea in Hebron, vovens enim vovit servus tuus.* 3. Reg. 15. Posuisset Elias totam votorum Evangelicorum Materiam, vovissentque isti, & ista tria vota non addidisset Elias Propheta Dei sanctissimus? De quo Augustinus lib. 2. in Exod. q. 65. *Sicut dicitur spiritus Eliæ, qui est spiritus Dei, cuius particeps factus est Elias.* Augustinus. S. Thomas in cap 17. Matth. *Elias omnibus Prophetis sanctior fuit.* S. Thomas. & 22.

& 22. q. 186. art. 2. ad 6. *Non aliter homo potest vitam totam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem* 1. 2. q. 107. art. 1. ad 2. *fuerunt tamen aliqui in statu veteris testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales & aeternas, & secundum hoc spectabant ad legem novam.*

Ambrosius. Ambrosius lib. de Elia cap. 2. *Elias caelestem vitam in corpore & superna usum conversationis exhibebat in terris.*

Metaphrastes. Metaphrastes in Sermone de Elia: *vir fuit sacrosanctus & divinus; quia à Deo accepit omnium maxima.* Sed ad dictam praenotionem redeamus, ea, inquam, patet etiam ex

Augustinus. Augustino tom. 6. lib. 4. contra Faustum cap. 2. *Patriarchae & Prophetae intelligebant, revelante sibi spiritu Dei, quid tempori illi congrueret, & quibus modis Deus per illas omnes res gestas & dictas futura figuranda decerneret, magisque desiderium eorum de novo testamento erat.*

Chrysostomus. Chrysostomo Homil. de BB. Iob & Abraham: *Iob vidit futura, qui ita mentis curam habuit, vidit Evangelium ante datam legem.*

Hieronymus. Hieronymo in Epistola ad Demetriadem de eodem Iob exclamante: *O virum ante Evangelica Evangelicum, & Apostolicum ante Apostolica praecepta discipulum Apostolorum.*

Gregorius. Gregorio de eodem lib. 1. moralium cap. 4. *Consideremus, cuius sanctitatis vir iste fuerit; qui ad tam sedula Dei obsequia sic occupatus vacavit; necdum praecepti vi tus emicuerat, quae omnia relinqui praeciperet; sed tamen B. Iob eiusmodi iam praeceptionis vim in corde servabat.*

Ambrosius. Ambrosio serm. 11. *Evangelica praecepta David, anterior licèt Incarnationis Sacramento, iam tamen audiebat in spiritu, & quasi Christi discipulus non subtrahebat se passionibus, sed certaminibus offerebat.*

S. Thomas. Ista tamen Evangelicorum ab istis praenotio, videtur limitanda, iuxta illud D. Thomae 3. p q. 27. art. 4. & 5. ad 1. *Deus dat gratiam proportionatam ei, ad quod eligitur*; ac proinde non omnes isti omnia Evangelica, nec eadem praecognoverunt; cognoverunt autem Iob, David & alij, Evangelica, ad quae eligebantur: & non cognovisset Elias Propheta Dei sanctissimus, ut praemissum est, vota Evangelica secundum eorum materiam, ad quam & vota eligebatur? Profectò neutrum est credibile, cum insuper

Tertullianus. Tertullianus *libro adversus Phichicos cap. 6.* scribat: *Eliam Prophetam in spelunca divertentem, familiarissimò Dei congressu fuisse exceptum.* Uide *Armamentarium* infrà *n.* 26. Et Doctissimum

Suarez. Suarem *n.* 12. ubi sic *licèt etiam veteres per fidem in Christum aspicerent, & ita eum imitari potuerint &c. nihilominus non habebant tam expressam cognitionem vitae & morum futurorum in Christo, nec experimentalem earum rerum cognitionem: & propterea, licèt cognitio ista in uno vel altero* (Elia scilicet & Ioanne Baptista) *fuerit sufficiens, & ideò ipsa imitatio & perfectio in aliquibus esse potuerit; tamen communiter ac regulariter non erat Generalis illa tam distincta cognitio; & ideò nec perfectio ipsa, quoad statum publicum & omnibus propositum, potuit aut debuit esse illo tempore, in eo gradu, & modo, quo nunc est.* Ibi enim totum concedit, quod hîc praetendimus, excepta *perfectione* statûs, in eo gradu, & modo, quo nunc est, quam, uti & *solemnitatem ac potestatem clavium prout legis gratia*, expressè excludemus.

8 Patet 2. Quod tria vota essentialia Elias fecerit; quandoquidem, non solum pateat ex dictis *hic* & *Puncto* 1. Eliam Dei Prophetam Sanctissimum tria vota Evangelica praenovisse, & totam illorum materiam servasse, dicatque

Suarez. Suarez tom. 2. de relig. lib. 8. cap. 2. *Ex ijsdem locis & verbis quibus Christus Dominus* (idem est de Deo in veteri Testamento, in quo, ut vidimus, votum erat licitum) *paupertatem consuluit; votum hoc etiam consuluisse censendum est: quia si paupertatem consuluit; ergo & perpetuitatem eius; ergo & immobilitatem seu firmitatem, propter quam votum adhibetur. Item, consuluit paupertatem propter perfectionem: ergo multò magis perfectionem ipsam, & paupertas voto consecrata Deo, & perfectior est; & magis ad perfectionem confert.* Praemiserat autem: *cùm ergo ostensum sit paupertatem voluntariam esse materiam debitam & proportionatam divino cultui, evidenter concluditur votum illius.* Sed insuper, quod Elias inter Eunuchos sit

Epiphanius. recensendus, iuxta illud Epiphanij haeresi 58. *Quinam igitur Eunuchi? Gloriosi Apostoli &c. Monasticam vitam degentes &c. Elias in veteri Testamento &c.*

S. Ephrem. S. Ephrem apud Salianum ad ann.

ad ann. 13173. S. *Ephrem Syrus Eliam, & Eliseum, & Ioannem, & Apostolum Paulum, in eorum numero recenset, qui se castraverunt propter regnum cælorum*. Vide Athanasium & alios *Puncto* 1. cataios. Em. Bellarminus autem *lib. 2. de Monachis cap. 13.* dicit: *Ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solùm continet se, sed qui non se continere non potest.* Addunt de Nazaræis (quorum eadem est ratio, nam Hieronymus *in Ezechielem cap. 6.* ait: *Nazaræus Eliseus*) Chrysostomus tom. 2. Homil. 4. de Epiphania: *Nazaræi secundùm legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni votò mancipabant.* Damascenus lib. 4. de fide cap. 25. *An non denique Lex Nazaræi ingens votum nuncupat.* Albertus Magnus in 4. dist. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Ecclesia, sicut modus Iuris Nazaræorum, qui votum vovebant perpetuum, & Rechabitarum.* &c. Et ante illos Origenes Hom. 24. in Numer. *Ille verò, qui appellatur Nazaræus, semetipsum Deo vovet; hoc est votum Nazaræi, quod est super omne votum, semetipsum Deo offerre, nec alieno labore, sed proprio placere, perfectius est cæteris omnibus votis, quod qui facit, imitator est Christi.* Cornelius à Lapide in cap. 4. Thren. *Nazaræi, id est separati, consecrati, ac coronati erant, qui se Deo devovebant.*

Bellarminus. Hieronymus. Chrysostomus. Damascen. Alb. magn. Origenes. Cornel. à Lapide.

9. Adde 1. S. Ioannem Baptistam vovisse, aut cæteros primitivæ Ecclesiæ Monachos non vovisse, cùm etiam fuerit horum in Euangelio Author juxta illud D. Hieronymi Epist. 13. ad Paulinum: *Vt ad Scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum: huius etiam in Evangelio Ioannes Baptista author extitit. Deinde progeniti sunt huius conversationis nobilissimi Principes Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per universum mundum adolevit institutio Monachorum.* Idem habet Isidorus *lib. 2. de Officijs cap. 15.* Numquid & hi voverunt? Scriptura autem de Ioanne *Lucæ 1.* dicitur: *Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.* Matthæi 2. *Si vultis recipere, Ioannes ipse est Elias.* Infert Augustinus in qq. veteris Testamenti q. 26. *Parem ergò Ioannem Eliæ ostendit.* Et infrà: *Elias ergò par est illi.* Hieronymus in Matth. 11. *Vitæ austeritas, rigorque mentis Eliæ & Ioannis pares sunt.* S. Thomas lect. 8. in cap 11. Epist. ad Hebr. *Quoniam Ioannes esset Elias*, sic exponit: *non fuit in persona, sed in spiritu & virtute, quoniam similitudinem ostendebat cum Elia in operibus & modo vivendi.* Uide Bernardum suprà *n. 4.* sed de his plura *infrà*.

Hieronymus. Isidorus. Lucæ 1. Matthæi 2. Augustin. Hieron. D. Thomas. Bernardus.

10. Adde 2. S. Bernardum in *Serm. ad Fratres de Monte Dei*, aliquos vitæ monasticæ, quam tunc indubiè sub tribus votis Evangelicis profitebantur, antiquitatem & sanctitatem novitatis insimulantes, & vanitatis, sic arguere. *Hæc novitas non est novella vanitas, res enim est antiquæ religionis perfecta* (Nota) *fundata in Christo pietatis, antiqua hæreditas Ecclesiæ, à tempore Prophetarum præmonstrata* (numquid præmonstrata cum votis, dum perfecta?) *iamque novæ gratiæ Sole exorto in Ioanne Baptista instaurata & innovata*; certè non sine votis, ut statim vidimus. Et infrà: *Post Passionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effusi Sanguinis recenti memoriâ, solitariam hanc* (Nota) *vitam eligentibus, paupertatem hanc* (Nota) *sectantibus, & in spiritualibus exercitijs, & in contemplatione Dei pingue otium alterum in altero zelantibus, deserta repleta sunt, ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antonium, Arsenium, & alios quam plures in sanctæ huius conversationis* (numquid cum votis?) *Republicâ consulares viros.* Adstipulatur Baronius in notis Martyrologij Romani ad diem 19. Octobris: *Porrò ipsum monasticum Institutum non est recens, sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse* (numquid cum votis?) *Ex his, quæ scribit Philo de Essæis, & quæ habet Dionysius Areopagita, & alij, facilè colliges, licèt nomen ipsum non adeò vetus fuerit.* Genebrardus de Essæis lib. 1. Chronol. mundi an. 3171. *Eliseus construxit cellas Prophetis in Ierichuntis solitudine, manavit institutum & loci Religio ad posteros, fuitque desertum hoc ab Essenis habitatum.* Et de Ioanne, Chartagena tom. 4. lib. 17. Homil. 2. Obiect. 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis* (utique cum votis) *inter filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui monasticam Eliæ disciplinam profitebantur.* Votum exprimit Robertus Episcopus Arboricensis tom. 2. de Cœlibatu tuendo: *Voti obedientiæ antiquissimum Institu-*

Baronius. Genebrardus. Chartag. Robertus Arb.

tum

*tum liquidò demonstratur: constat enim filios Prophetarum olim appellatos, in quos ipsi Prophetæ jus paternum exercerent, eos eruditione instruendo & moribus: erat ergò Pater spiritualis, quem hodie Abbatem* (numquid cum votis?) *vocamus: sicque ab eo tempore in hanc usque ætatem deducta est* (numquid cum votis?) *spiritualium filiorum selecta ac verè* (Nota) *monastica obedientia, cui præstandæ obnoxij erant ij, qui filij dicebantur Prophetarum: non est ergò recens inventum obedientiæ monasticæ, aut res, aut nomen; nam de ea speciatim loquimur.* Et P. Franciscus de Paz Salmanticensis *assert.* 10. inter Romæ disputatas, & relatas in *Menolog. Carm.* pag. 46. & 47. *Forma monasticæ disciplinæ, sub observantia trium votorum essentialium non est novum inventum in Ecclesia; sed ab Elia primordialiter emanavit, & ad hæc usque tempora perseverat.*

Franciscus de Paz.

Bellarmin.

11. Adde 3. Em. Bellarminum lib. 2. de Monachis cap. 2. Religionem monasticam sic definire: *Religio, ut hic à nobis accipitur, status est hominum ad perfectionem Christianam per paupertatis, continentiæ, & obedientiæ vota tendentium.* Et tamen ibid. cap. 39. dicit: *Vita Eremitica est culmen & perfectio vitæ religiosæ.* Item: *Quocirca veteres Patres Eliam & Ioannem Eremitas* (utique cum votis, si ista subsistant, & contradictionem, ut debes, renuas) *& Principes Eremitarum faciunt, ut Basilius Epist. ad Chilonem. Nazianzenus in Apologia, postquam ex fuga redisset. Chrysostomus Hom. 69. in Matth. Hieronymus, partim in Epist. ad Paulinum de instit. Monach. partim in Epist. ad Eustoch. de Virginit. Cassianus collat.* 18. *cap.* 6. *Sozomenus lib.* 1. *Hist. cap.* 12. *Theophilactus in* 1. *cap. Lucæ. Isidorus lib.* 2. *cap.* 15. *de Officijs Divinis.* Nec refert, quod hi ipsorum vota non exprimant: quia ipso *ibid. cap.* 13. fatente, expressio hæc ad explicationem, non ad necessitatem, pertinet; nam ad hæc Fulgentij: *quique seipsum castraverit propter regnum cœlorum* ultima verba, *& in corde suo continentiam voverit,* subdit: *ubi illud & ad explicationem pertinet.* Exprimit tamen satis Hieronymus *Epist.* 4. *ad Rusticum* docens: *in veteri Testamento Monachum fuisse Eliam, sicut in novo fuerit Paulus, Antonius, Hilarion & Macharius.* Et *Epist.* 13. *ad Paulinum* sine discrimine voti scribens: *Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias* &c. S. Macharius in sermone ad Monachos, *Fratres charissimi* &c. *Eliam, & Eliseum, ac filios Prophetarum, quos constat veraciter* (nota, quomodò veraciter, si sine votis?) *veteris testamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà: *hos secuti sunt Paulus, & Antonius, & multi hujus propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur; qui à cœpto Ordine nullatenus leguntur deviasse.* Et Rupertus lib. 4. in Reg. S. Benedicti cap. 12. *Monachi filij Prophetarum, & post alijs nominibus Assidæi, sive Esseni dicebantur.* Item in exposit. cap. 4. Cant. *Eliam, & Eliseum & filios Prophetarum fuisse Monachos* (non igitur sæculares, uti essent, sine votis) *in veteri Testamento consentit authoritas venerabilium Patrum.*

Basilius. Nazianz. Hieronym. Cassianus. Sozomen. Theophilactus. Isidorus.

Hieronymus.

S. Machar.

Rupertus.

12. Addo 4. Quoad Recentiores, præter Ordinis nostri Authores omnes unanimes, pro Eliæ votis pene innumeros citari posse, è quibus sequentium rationes illa evincunt: Chartagenæ imprimis, lib. 17. Homil. 2. ad Object. 7. *Tandem Eliam eiusque successores, tam paupertatis votum, quàm reliqua substantialia Religionis emisisse, vel illa una ratio nervosè satis suadet; quod si Elias, eiusque successores Monachorum institutum amplectentes, Deo se consecrarunt, castitatem, paupertatem & obedientiam colentes, certè cùm prædicti Patres non ignorarent, fore Deo gratissimum, longeque magis meritorium, propositum suum voto firmare* (*hoc enim, ut suprà præmisimus, in veteri Lege notum compertumque fuit*) *& præterea cùm apertè scirent, plurimum valere hanc votorum emissionem* &c. *non est dubium, quin hoc votorum adminiculo ad prædictos fines iuvarentur* &c *quare existimo Scripturæ & rationi valdè consentaneum esse, viros illos divino lumine ductos, Institutum monasticum tribus votis firmasse, maximè cùm Elias speciali Dei revelatione monasticæ professioni initium dederit, ut testatur S. Isidorus lib.* 2. *de Divinis Officijs cap.* 15. *Sozomenus lib.* 1. *Eccles. Hist. cap.* 12. *Nicephorus lib.* 8. *cap.* 39. Deinde Ovandi in 4. dist. 3. propos. 8. *Notum erat Iudæis, tam ex lege, quàm ex Prophetis, tam exemplo Iacob, Genes.* 28. *quàm multorum aliorum, quod vota Deo placebant, & quod idem opus, factum ex voto, erat laudabilius, utpotè procedens ex voluntate magis*

Chartagena.

Isidorus. Sozomen. Nicephor. Ovandus.

*magis firmata in bonis: notum etiam erat eis Deo placere virginitatem & castitatem, alioquin non illam servassent* &c. *Quare igitur ante adventum Messiæ non se conformarint per votum etiam illis, qui castitatem & virginitatem servaturi erant post Messiam.* Denique Ægidij Camarti Minimorum Generalis lib. de Elia Thesbite: *Elias id habet praeminentia suprà illos, quod non solùm virginitatem excoluit, sed & prætereà author fuit cur plurimi discipulorum se pœnitiis addixerint; collegia enim, quæ ibi instituit, viris in cœlibatu degentibus plena erant, quò fit ut Hieronymus, Ioannes Ierosolymitanus, Cassianus, & alij quotquot de monasticis rebus scripserunt, asseruerint Eliam omnium Monachorum Parentem fuisse; quia* (nota) *tria essentialia Religionis vota primus opere adimplevit* Camartus.

13. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Elias, sub tribus votis Evangelicis, quæ per revelationem noverat, servavit* &c. imò & nostri Venerabilis P. Thomæ à IESU parte 1. *de varijs Regul. Carm.* cap. 1. §. 2. *Ostensuri Ordinem nostrum à magno illo antiquata legis vate Elia ortum habuisse, oportuit præmittere, eum Evangelica legis consilia divino ac prophetico spiritu prævidisse, primoque omnium observasse.* Et R. P. Saliani ad an 3124. *Edoctus Elias divinitus formam, quam ipse deinde cum plerisque, quos ipse Dominus aggregaturus erat, perfectioris vitæ studiosis esset acturus.* Esse in S. Scriptura, in SS. Patribus & Doctoribus quoad Eliæ tria vota essentialia fundatissimam: nihilominùs ipsa aliquos habet modernos *diffidentes Amicos*, qui volunt votum castitatis fuisse in lege veteri prohibitum, quorum rationes infrà solvemus. Sequela. Thomas à Iesu, Salianus.

## PUNCTUM III.

### *Elias fuit verè & propriè quoad Religionis monasticæ substantiam, sive præcisis in lege nova adjectis*, solemnitate, perfectione & potestate clavium prout legis gratiæ, *Religiosus.*

14. PAtet evidenter ex duabus præmissis *Puncto I. & II.* sententijs, in S. Scriptura, SS. Patribus & Doctoribus fundatissimis: unde meritò Supremus S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus anno 1639 in judicio contradictorio, per sententiam definitivam, sequentes propositiones inter alias approbavit. S. Inquis. decretum.

*Quod in Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis voluntariæ.*
*Quod in Lege scripta fuit votum obedientiæ perpetuæ.*
*Quod in Lege scripta fuit votum paupertatis perpetuæ.*
*Quod in Lege scripta fuit verus monachatus & Religio.*

*Currant impressa, ut iacent, & de novo possint imprimi, dummodò declaretur non fuisse monachatum in Lege scripta, cum solemnitate, & perfectione, & cum potestate clavium, sicut in Lege gratiæ: quia istius (in tota sua perfectione) author & institutor fuit Redemptor IESVS Christus, & illius in Lege scripta fuit causa exemplaris & meritoria.* Quæ omnia, salvô meliori judiciô, salvantur, à vero Monachatu & Religione veteris Legis excludendo, non quidem tria obedientiæ, castitatis & paupertatis vota, aut veritatem Monachatus & Religionis, uti ex allatis propositionibus manifestè sequitur, quibus hîc alioqui contradiceretur; sed ea omnia, quæ Christus istis tribus votis, ac vero Monachatui & Religioni, suâ authoritate & institutione adjecit, v.g. gratiæ prærogativas & dependentias à potestate clavium, S. Petro & successoribus ejus ab eo collata, quæ procul dubio Christo Redemptori tribui debent, ac per consequens Monachatus & Religio quatenus in Lege gratiæ istis informantur & perficiuntur: quô sensu ille dici potest umbra & figura hujus dumtaxat.

Prosecutio. 15. Approbavit insuper has propositiones. *Quod Sanctus Propheta Elias adæquat in sanctitate magnum Baptistam. Quod æqualis est in sanctitate Apostolis. Possunt currere & currant liberè.* Quibus longè plus Sancto Prophetæ Eliæ conceditur, quàm præcise dicendo, quod fuerit verè & propriè quoad Religionis Monasticæ substantiam sive præcisis &c. Religiosus.

Sequela. 16. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Elias fuit verè & propriè quoad Religionis Monasticæ substantiam, sive præcisis in lege nova adiectis*, solemnitate, perfectione & potestate clavium prout legis gratiæ, *Religiosus.* Imò & S. Macharij in Serm. ad monachos: *Eliam constat veraciter veteris testamenti monachum.* Non solùm esse in S. Scriptura, SS. Patribus & Doctoribus *Puncto I. & II.* præcitatis fundatissimam; sed & in Supremi S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus in iudicio contradictorio sententia definitiva: nihilominus, ipsa aliquos habet modernos *Dissidentes Amicos*, qui Eliæ monachatum sub tribus votis explodant tamquam fabulam multis iniuriosam, quibus infra satisfaciemus.

S. Macharius.

# PUNCTUM V.

## *Elias montem Carmeli incoluit, & in eo Filiorum Prophetarum, Essenorum, ac Antiquorum & Modernorum Carmelitarum Ordinem sub tribus votis Essentialibus fundavit & instituit.*

3. Reg. 18. Basilius. 17. Patet 1. Quod *Elias Montem Carmeli incoluerit.* Ex S. Scriptura 3. Reg. cap. 18. *Congrega ad me universum Israel in Monte Carmeli* &c. Infra autem: *Elias autem ascendit in verticem Carmeli.* Ex S. Basilio in Epist. ad Quilonem: *Hic mons celeber Carmelus, in quo Elias perplacuit Deo.* Gregorio Nysseno S. Basilij fratre, in Baptismo Christi: *Elias Carmelum incolebat; clarus autem mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus.* Cyrillus Alexandrinus in Amos cap. 1. *Carmelus mons est Iudææ, in quo Elias Thesbites habitavit.* Abulensis 4. Reg. 1. q. 5. *Manebat Elias in Monte Carmelo; nam postquam accepit ibi ignem à Domino pro sacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, semper voluit manere in monte illo, religiosè vivens.* S. Antoninus tit. 15. Hist. cap. 1. *Elias Anachoreticam vitam duxisse videtur habitans in Monte Carmelo.* Willelmus Episcopus Tyri de bello Sacro: *Carmelus mons est in Syria, Eliæ, Elisei & filiorum Prophetarum incolatu valdè nobilis.* Vnde Em. Baronius ad an. Christi 1182. *duxitque in Montem Carmelum, Eliæ habitatione olim egregiè nobilitatum.* Numquid etiam attentis præmissis *Puncto I. II. & III.* reverà Elias fuit religiosus Carmelita, iuxta illud Gregorij Nazianzeni Epist. 236. *Elias Carmelicola.* Et sic de alijs istius montis cultoribus

Nyssenus. Cyrillus. Alexand. Abulensis. Willel. Tyrus. Baronius.

Eccli. 48. Isaiæ 32. Michææ 7. 18. Patet 2. Quod *in Carmelo Filiorum Prophetarum & Essenorum Ordinem fundavit & instituit.* Ex S. Scriptura Eccli. 48. *qui Prophetas facis successores post te.* Isaiæ 32. *habitabit in solitudine iudicium & iustitia in Charmel sedebit.* Michææ 7. *Pasce Domine pasce populum tuum in virga tua* (iuxta illud Psal. 44. *Virga directionis Virga regni tui.*) *gregem hereditatis tuæ, habitantes solos in saltu in medio Charmeli: pascentur Basan & Galaad* (per quos intelligitur populus Dei, cuius pars nobilissima Filij Prophetarum) *iuxta dies antiquos*, Eliæ scilicet. Ex Ioanne 44. lib. de Instit. Monachor. cap. 19. *Reversus itaque iussu Dei Elias de spelunca Montis Horeb in terram Israel, confestim instar auræ tenuis sibilavit, idest convocavit suos discipulos.* Item infra: quia

Ioannes 44.

quia igitur ex tunc, & non antea, studuit ipse deinceps religionem, quam inchoaverat in loco idoneo plantare: anno quidem decimo regni Regis Israel, ad suam & suorum discipulorum jugem mansionem elegit, præ alijs eremis, Carmeli montem, tamquam commodiorem ad Propheticam disciplinam & vitam monasticam in eo edocendam, melius & exercendam. Mons quidem Carmelus præbet Eremitæ homini ex sua solitudine silentium & quietem, ex suis antris congruam mansionem; ex suo eminenti situ aerem salubrem; ex suo saltu iucunditatem; ex suo fonte aquæ vivæ haustum dulcem: propter quæ omnia Elias in Monte isto, nedum habitare elegit, verum etiam domum Orationi consecratam, appellatam SEMNION in eo ædificavit. Gaspare Sanchez in 3. Reg. 17. Elias extra Montem Carmelum religiosum habuit cœtum quem postea in montem Carmeli secum adduxit, ubi discipulis, qui postea filij Prophetarum vocati sunt, Monasticæ vitæ normam indixit. Cornelius à Lapide in 7. cantic. Elias in monte Carmelo Religiosam familiam virorum Deo servientium, qui in libris Regum filij Prophetarum vocantur, instituit: unde ab hoc monte Religiosi Carmelitæ, quasi Eliæ posteri nomen acceperunt. Genebrardo lib. 4. Chronologiæ. Sed Carmelitarum origo altius repetitur, nempe à Prophetis Elia & Eliseo, qui Carmelum Montem Terræ Sanctæ primitus consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura filios Prophetarum appellat. Henriquez tom. 2. lib. 12. cap. 5. Ab Elia fertur Essenorum Religiosorum ortum habuisse in Monte Carmelo. Confirmat S. Scriptura 4 Regum 6. Dixerunt autem filij Prophetarum (habitantes in Carmelo, primùm ibi ab Elia fundati & instituti) ad Eliseum: ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis, eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, & ædificemus nobis ibi locum ad habitandum qui dixit: ite, & ait unus ex illis: veni ergo & tu cum servis tuis. Respondit: ego veniam, & abijt cum eis. Super quo Waldensis in Doctrinali fidei lib. 3, art. 1. Post Eliam Eliseus in Monte Carmelo statuit multos de Filijs Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere: Vnde venientes ad Eliseum præceptorem suum, dixerunt: Ecce locus &c. & sic tandem multi manserunt ibidem iuxta littus Iordanis, & mansit hæc religio Prophetarum usque ad adventum Christi. Antiquissima Chronica Romana: fuit tempore prædicationis IESU Christi, quod fratres de Monte Carmelo Ierusalem accesserunt, & quidam illorum anno septimo à passione Domini, regnante Romanô Imperiô usque ad tempus Titi & Vespasiani, apud Ierusalem in porta aurea religiosè consederunt. Iosephus Antiochenus in Speculo perfectæ militiæ primit. Eccles. cap. 12. Perfectorum militum Christi Apostolorum coadiutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmeli descendentes &c. Armacanus Hiberniæ Primas in Concione de concept. B.V. coram Em. Card. an. 1341. habita. Vt dicunt Historiæ fide dignæ, à tempore Eliæ & Elisei, qui sæpius morabantur in monte Carmeli, iuxta civitatem Dominæ nostræ ad tria milliaria, solebant homines devoti secretius habitare usque ad tempora Salvatoris. Ac proinde meritò Balbinus in Epist. ad Antoninum Imperatorem anno. 140. Exclamavit, scribens: O Antonine, inter mirabilia in hac Regione, Mons est Carmelus, in quo vetus Religio & Sanctitas ab Elia (puta Institutore & fundatore) antiqua est. Et Gregorius Nazianzenus in Oratione de Pauperum amore: ut ab omni negotio tranquillè philosopharer, mecumque ipsius colloquium haberem, Eliæ Carmelum cogitabam. Ioannisque desertum, ac celestem eorum, qui hoc Philosophiæ genus profitentur, vitam. Numquid isti omnes Prophetarum filij, Esseni &c. de Carmelo descendentes, reverà erant Carmelitæ, uti Elias; dum tot alij monachi à loco suæ institutionis & fundationis nomen sortiuntur? Vide infra n. 860 & 874. ad 886.

Sanchez. à Lapide. Genebrardus. Henriquez. 4. Reg. 6. Waldensis. Chronica Romana. Iosephus Antiochenus. Armacanus. Balbinus. Nazianzenus.

19. Patet 3. Quod antiquorum & modernorum Carmelitarum Ordinem in Carmelo fundavit & instituit. De antiquis patet ex statim præmissis: de modernis patebit evidenter ex dicendis Puncto VII. Nec obscurè infertur ex S. Scriptura, suppositis alijs paulo ante præmissis, Isaiæ 32. Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Charmel sedebit; & erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum. Cui respondet recepta Isaiæ 32.

Revelatio S. Thomasij. Revelatio S. Petro Thomasio à D. Virgine facta, & habetur in 5 lect. officij ipsius à S. Congregatione approbati: *Pro sui Ordinis perpetua conservatione & augmento frequenter ad Deum & beatissimam Virginem orationes fundens, intimaque inter orandum edens suspiria, ipsâ nocte Pentecostes, cum id instantius postularet, à Beatissima Virgine mirabili hoc responso dignatus est*: CONFIDITO PETRE, RELIGIO ENIM CARMELITARUM IN FINEM USQUE SECULI EST PERSEVERATURA: ELIAS NAMQUE EIUS INSTITUTOR (quid efficacius) IAM OLIM A FILIO MEO ID IMPETRAVIT. Imò & illud Ieremiæ 35. *Pro eo, quod obedistis precepto Ionadab Patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis universa, quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, non deficiet vir de stirpe Ionadab Filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.* De his autem Hieronymus Epist. 13. ad Paulinum: *Noster Princeps Elias, noster Elisæus, nostri Duces Filij Prophetarum* &c. *de his sunt & Filij Rechab.* Ioannes 44. lib. de Instit. Monachor. cap. 25. *Cinæi itaque ab hoc Rechab descendentes, & cum Ionadab Filio eius Religionem Elisæi Eremiticam sequentes, dicti sunt Rechabitæ.* Boulducus in lib. 3. de Eccles. ante leg. cap. 16. *Eliæ autem & Elisæo successit in officio vir sapientia & ætate celeberrimus Ionadab, qui passim in scriptura vocatur Filius Rechab.* cui teste Lezana. *Apparatus cap. 7. ad tom. 1. Annal.* Suidas vetustus author verbo *Essæi* S. Nilus in *Ascetico sub initium.* Georgius Peccator Monachus in *Chronico m. 5.* Scaliger, Serarius, Villalpandus, & alij *ibid.* citati adstipulantur. Et Ægidius Gelenius lib. 3. Colon. Agrip. Syntagm. 43. Hic igitur Ordo Propheticus, sub Rechabitarum, Assidæorum, & Essenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex SS. Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans usque ad tempora Christi & Apostolorum à S. Ioanne Baptista ad Christi fidem comparatus &c. Vnde Em. Baronius ad an. Christi 64. n. 7. *Cæterum, haud incongruum erit dicere Essenos à Rechabitis descendere; nam etsi Rechabitarum instituta cessassent, non tamen genus* (idest generatio) *illorum extinctum est: de eis enim Dominus dixerat Ieremiæ 53.* Non deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Hegesippus apud Eusebium lib. 2. cap. 22. de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi iusti.* Dicit autem: *Etsi Rechabitarum instituta cessassent*, propter supererogata ab Essenis, iuxta illud Dominici Gravinæ lib de voce turturis p. 2. cap. 5. *Permanserunt hi Prophetarum filij usque ad tempora Apostolorum ex Eusebio: successerunt eis illi, qui supra Eliæ institutiones alijs supererogaverunt; fortè ab Elisæo Propheta eorum Magistro & Authore acceptas; hi fuerunt Esseni* &c. Sed hinc nulla propriè dicta cessatio, quin potius Prioris instituti perfectio: nisi velis cessasse Ordinem quemlibet primævum ob institutiones ab aliquo reformatore supererogatas; hincque cessare genus propter speciem; Ordinem regularem, tam Clericalem, quàm Monasticum à Christo & Apostolis, quodammodò in communi, institutum, cessasse propter speciales Regulas S. Augustini pro Canonicis regularibus, Basilij & Benedicti pro Monachis; & Ordinem S. Francisci apud Capuccinos, Recollectos & alios etiam cessasse: quæ nullus dixerit, cum inde sola quædam Ordinis antè stantis extensio, instar generis ad species, aut subiecti ad accidentia, sequatur. Vnde si Regulares Canonici Lateranenses probare possint, uti velle debent Pennotus, Bordonus & alij, Apostolos non promiscuè monachos ordinasse clericos, aut Clericorum Regularium, qui monachi non essent, Ordinem instituisse, aut ex Evangelio, vel aliunde, ab Apostolis eos accepisse exempla & documenta, loco Regulæ, quæ non erant quibuscumque monachis sive religiosis clericis communia; prout S. Elias non monachos instituit Carmelitas, Carmelitarum, qui non erant monachi, sed sæculares, Ordinem instituit, & Carmelitæ ab Elia acceperunt exempla & documenta, loco Regulæ, quæ non erant sæcularibus ullis communia: non video, cur Regulares Canonici Lateranenses non meritò longè retrò S. Augustinum, non obstante Regulâ & insti-

Ieremiæ. 35. — Hieronymus. — Ioannes 44. — Bolducus. — Lezana. — Baronius. — Gravina.

& institutionibus ab eo acceptis, suam originem ad Christum & Apostolos trahant, uti prætendunt: quô suppositô, vix telum contra nostram ab Elia originem, suppositis Eliæ votis, vibratur, quod illam ipsorum ab Apostolis originem non impetat, ut infra consideranti patebit.

20. Adde: Pontifices: Ioannem XXII. in bulla *Sacratissime*, in qua refertur revelatio D. Virginis ei dicentis: *amplam meo sancto ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes piè concedere, per Eliam & Elisæum in monte Carmeli inchoato.* quam confirmarunt Alexander V. Clemens VII. Paulus III. Gregorius XIII. de qua plura infra *n.* 174. & 175. Sixtum IV. in duplici bulla, *dum attenta* de Carmelitis dicentem. *Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei, & aliorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli, iuxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes*, quam confirmavit Iulius II. in bulla *ad Sacrum Ordinem*. uti & utriusque bullas istas Gregorius XIII. in bulla, *ut laudes*. Clementem VIII. in bulla, *In Apostolica dignitatis*, & alia, *Dominici Gregis*. Et litteris eiusdem ad Scichabam potentissimum Persarum Regem datis an. 1604. quæ hæc verba continent: *habuerunt olim Religionis huius Professores, sicut à Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, memoria proditum est, sui Instituti Authores, SS. Prophetas Eliam & Elisæum, omnibus gentibus & nationibus notos* &c. Scio, quod summi Pontifices novæ Religioni & Ordini antiquioris Religionis & Ordinis Regulam decernere observandam, eique ex gratia permittere, possint, ut istius antiquioris Religionis & Ordinis Institutorem & Patriarcham, publicè, etiam celebri officiô divinô, colat ac venerêtur, tamquam, per privilegiatam communicationem ex indulto Apostolico, suum: sed quod hucusque decreverint ipsi novum ordinem illum ab hoc antiquioris Religionis & Ordinis Institutore & Patriarcha *hæreditariam*, ac proinde ipso iure, *tenere successionem*, non scio factum, nec puto factum cum in eo involvi videatur contradictio in terminis, videlicet, quod sit novus & non novus, utpote iure hæreditario antiquus; & quotiescumque hoc ius supponitur, Institutor & Patriarcha, absque ulla quæstione aut innovatione, præsupponitur, prout est in nostro ordine respectivè ad Eliam Sanctissimum Dei Prophetam in Confirmatione Ordinis & Regulæ à S. Alberto Patriarcha Ierosolymitano scriptæ, & aliàs semper, absque ulla tali quæstione aut innovatione præsuppositum: & meritò, ut patet ex præmissis, & clarius ex sequentibus à traditione, & Historicorum ac aliorum authoritate patebit.

Ioannes XXII. Alexander V. Clemens VII. Greg. XIII. Sixtus IV. Iulius II. Greg. XIII. Clemens VIII.

21. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam, *Elias Montem Carmeli incoluit, & in eo Filiorum Prophetarum, Essenorum, & Antiquorum ac modernorum Carmelitarum Ordinem sub tribus votis essentialibus fundavit & instituit.* Imò & doctissimi Patris Suarez tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 10. *Est autem valde recepta & satis antiqua traditio* (de qua Punctis sequentibus plura) *Religionem hanc* Carmelitanam *à temporibus Prophetarum, & signatim ab Eliæ institutione, suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem* (quam ab Elia ad nos probabimus statim fuisse interruptam) *in Monte Carmelo, è quo nomen etiam accepit: quam traditionem ut veram suscipimus.* Esse in S. Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus, ac Pontificum bullis & S. Inquisitionis decreto hucusque citatis, alijsque infra citandis, fundatissimam: nihilominus ipsa aliquos habet modernos *Diffidentes Amicos*, qui traditionem hanc ut frivolam reijciunt, & Carmelitarum Ordinem sub Alexandro III. alij sub Alberto Patriarcha Ierosolymitano originem absolutè & simpliciter sumpsisse volunt, quibus ista sufficere debuissent, ut ad verisimilia & utiliora suum studium converterent.

Sequela. Suarez.

# PUNCTUM V.

## *Elias Filijs Prophetarum & suis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano descriptam hodiè moderni Carmelitæ observant.*

22. PAtet: Quia, cum constet ex Scriptura, SS. Patribus, Doctoribus, imò & summis Pontificibus, Eliam fuisse verè & propriè sub tribus votis essentialibus, *solemnitate, perfectione & Potestate clavium prout legis gratia* præcisis, religiosum, taliumque Religiosorum Ordinem fundasse & instituisse, uti *punctis præcedentibus* efficaciter probavimus, nec alibi Regula ab eo scripta legatur, evidenter concluditur, Sanctissimum Dei Prophetam filijs Prophetarum & suis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidisse. 1. prout Euangelium ipse Christus Apostolis & primis Christianis verbo & exemplo tradidit, iuxta illud Act. 1. *Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit* IESUS *facere & docere, usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit assumptus est.* Et in ipso Evangelio Matth. 5. dicitur: *qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.* Imò ipsum Evangelium fuisse primum verbo & exemplo ab eo & Apostolis traditum, nihil certius: de Elia autem scriptum est Eccli. 48. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat.* De ipsius regula verbo & exemplo Essenis tradita, sic scribit Philo in lib. de vita contemplativa: *dant operam Philosophiæ* (idest vitæ Propheticæ & Monasticæ) *per manus acceptæ à maioribus.* Nicephorus lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 16. *Vitam Propheticam flagranti atque ferventi fide meditantur atque amulantur* Cedrenus in compendio Historiæ in Carolo Imperatore: *Vatum priscorum amulantur, atque imitantur vitam.* Et infra: *Sacras enim litteras legentes, Philosophiam Paternam exercent.* Porphyrius in lib. 4. de rerum animat. abst. apud Eusebium: *Varijs lustrationibus, Prophetarumque dictis, assiduè atque diligenter informantur.* Ambrosius lib. de Elia cap. 2. *Elias cælestem vitam in corpore, & superna usum conversationis exhibebat in terris.* S. Dorotheus Martyr in Synopsi Prophetarum relata tom. 1. Bibliothecæ Sacræ: *Elias hic primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad cælum subministravit: primus ex hominibus vitam Angelorum & hominum vitam ostendit.* Palatius ad ista verba Eccli. 48. *Surrexit Elias Propheta &c. Elias sua vita, sua Doctrina ac exemplo totum Orbem illuminavit, & omnium corda in amore Dei inflammavit.* B. Soretius in Præfat. Exposit. suæ ad Regul. Carm. *Elias itaque cœpit facere & docere Regulam huius Sacræ Religionis, & quidem perfectè quoad esse suum substantiale, divina revelatione edoctus.* Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra Montem Carmelum religiosum habuit cœtum, quem tamen postea in montem Carmeli secum adduxit ubi discipulis, qui postea filij Prophetarum vocati sunt, Monastica vitæ normam indixit.* Gravina lib. de voce turturis p. 2. cap. 5. *Permanserunt hi Prophetarum filij usque ad tempora Apostolorum ex Eusebio, successerunt ei illi, qui supra Eliæ institutiones alijs superogaverunt, fortè ab Eliseo Propheta eorum Magistro & authore acceptatas: hi fuerunt Esseni* &c Beyerlink Theatri vitæ hum. tom. 6 verbo Religio. *Constat ex superiori titulo* de antiquitate huius Ordinis, *quomodò primitiva sua fundamenta ad Eliam & Eliseum referat, tandemque per filios eorum spirituales creverit instar lucis splendentes, & ad perfectum diem paulatim devenientes: siquidem ab Apostolis Christi Evangelium edocti illius sectatores, primordijs nascentis Ecclesiæ supra illius candelabrum etiam positi fuere, normamque ab Elia præscriptam & à Prophetarum filijs tot sæculis observatam, strenuè sibi servandam existimarunt, adiectis illis, quæ lege Evangelicâ addenda censuerunt viri sancti & Apostolici. Itaque non aliam vivendi normam, quam veterem*

Margin notes: Act. 1. — Matth. 5. — Eccli. 48. — Philo. — Nichephorus — Cedrenus. — Porphyrius. — Ambrosius — Dorotheus. — Palatius. — B. Soretius — Sanchez. — Gravina. — Beyerlinck

*veterem illam amplexati fuerunt primis quadringentis post Christum annis.* Adstipulatur Chartagena n. 882. citandus, & alij n. 885. Albertus Magnus 4. dist. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Ecclesia. sicut modus iuris Nazareorum, qui votum vovebant perpetuum & Rechabitarum, & huiusmodi illi modi erant loco Regulæ.* De Nazareis autem & Rechabitis scribit Boulducus lib. 3. de Eccles. ante legem cap. 16. *qui Nazarei & filij Prophetarum nuncupati, fuerunt deinceps Rechabitæ* (de quibus *Puncto II. Parte 3.*) *sunt appellati quod idem est ac si Eliaitæ vel Eliseitæ dicerentur.* Et Hieronymus in cap. 7. Exechielis dicit: *Eliseus licèt temporis haberet caluitium; tamen quia Nazaræus Domini erat* &c. Stellartius Augustinianus lib. 2. de tonsuris & coronis cap. 13. hunc habet titulum: *De Elia Thesbite Propheta, Religioso, Nazareo* &c. quibus adstipulatur Ægidius Comartus Minimorum Generalis *lib. de Elia Thesbite cap. 3. sect. 18.*

Albertus Mag.

Boulducus

Hieronymus.

Stellartius.

23. Profectò, nisi Elias suis verbô & exemplô Regulam tradidisset, non apparet, qua ratione S. Hieronymus toties scripsisset: *Princeps noster Elias, Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum;* totque, ac penè omnes, SS. Patres eum fecissent omnium Eremitarum & Monachorum Principem: aut quomodò in primitiva Ecclesia fuissent verè & propriè dicti Monachi, si præter S. Scripturam, & talem Regulam, verbô & exemplô traditam, necessaria fuisset alia scripta; hincque frustrà Regulares Canonici Lateranenses suam ab Apostolis continuatam Institutionem deducere niterentur, quod oriri ex Regulæ defectu non fatebuntur, cum Doctissimus Suarez de Religione tract. 7. lib. 2. cap. 15. dicat: *Conditio una esse potest, ut talis professio sit secundum aliquam Regulam ab Ecclesia probatam, & aliter facta non valeat: hæc autem necessitas non est absoluta; quia potuisset Ecclesia, nihil tale statuere. sed in solo naturali ac divino iure rem totam relinquere. & tunc sine Ecclesia approbatione posset religiosus status assumi, servando tantum ea, quæ suppositâ fide. secundum rectam Rationem. & Christi Doctrinam ac institutionem* (supple aut antiquum testamentum & propheticam constitutionem) *ad talem statum sufficiunt.* Bordonus in suo *libello* de Iuribus Paroch. Can. Regul. Lateranensium cap. 4. *In votis paupertatis, castitatis & obedientia consistit essentia regularitatis & status religiosi.* omnes Canonistæ *in cap. cum de Monast. de statu Monach.* Glossa V. *Religiosus cap. 3. de procur.* D. Thomas. 2. 2. *q.* 186. *art.* 6. Sanchez *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 18. Addit: *pro illo tempore* (scilicet primitivæ Ecclesiæ) *satis fuisse Regulam Sancti Evangelij.* S. Cyrillus autem Constantinopolitanus *de processu & varijs Regulis Ordinis Carm. cap.* 1. scribit: *Sacra huius Religionis prisci Professores institutionem suam dudum in divina Scriptura, tamquam in amœno paradiso, speculabantur. ubi & fundatorum dictæ Religionis virtuosa exemplaria. ab eis imitanda, ipsi intuebantur à Prophetis commendata, & multis sacrorum voluminum testimonijs approbata.* Clarius Tritemius in *lib.* de laude & instit Ord. Carm. cap. 3. *Quamvis Elias Carmelitis Regulam scriptam non dederit, eis tamen exemplo conversationis, vivendi norma fuit, quibus post se, & habitum, & locum concessit.* cap. 4. autem: *Sancti etenim Patres, qui in monte Carmelo, iuxta fontem Eliæ, ante Christi nativitatem habitabant, Regulam conscriptam habuisse non leguntur: sed ipsi norma & Regulâ sibi fuerunt. qui exemplo Eliæ concorditer vivebant. Deinde post Passionem Domini, multiplicatâ per Iudæam fide Christianâ. hi, qui in Monte Carmelo vitam. imitatione Eliæ, ducebant Eremiticam. secundum Evangelium Christi vivere cœperunt* (prout scilicet tunc fore vivendum Elias per figuras tradiderat, iuxta illud Philonis in *libro.* Quod omnis Probus: *pleraque per figuras, more veterum Philosophorum, sunt eis tradita.* Relege verba Gravina statim citata) Et infra: *Hæc est vita Apostolica, quam Fratres Carmelitæ in primitiva Ecclesia studiosissimè observabant Regulam super his Evangelium in cordibus suis habentes conscriptam.* Quamobrem non abs re Theophilus Raynaudus *tom.* 5. *pag.* 378. *contra Sectarios* probat ex eruditissimo P Henschenio in *Preludio* ad vitam S. Antonij à §. 8. ad 12. *S. Antonium proposuisse legem vitæ Sanctam & perfectam, non legem dumtaxat, quæ in actu signato lex dicatur; sed legem vivam & animatam ut Philo loquitur* lib. 1. de Abraham, *appellans Sanctos,*

Suarez.

Bordonus.

Tritemius.

Raynaudus.

leges

*leges rationabiles & animatas, ostendentes opere, & in actu exercito regulantes aliorum vitam melius & commodius, quàm id præstent leges scriptæ, quarum commentarios ait esse vitas* Patrum. Ita ille.

Reductio Regulæ *S.* Alberti ad primam.

24. Ista quidem *Puncti partem* 1 concernunt: sed *pars* 2. non minus patebit infrà *Scuto XI.* reducendo singula capita Regulæ S. Alberti Patriarchæ Ierosolymitani ad singula capita normæ religiosè vivendi, quàm à prædecessoribus suis per traditionem acceperunt, & observarunt: quia autem reductio difficulter unô compendiô demonstrari potest lectorem consultò ad *Scutum XI. infrà* remitto

Sequela.

25. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Elias filijs Prophetarum, & suis Carmelitis, Regulam verbô & exemplô tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano descriptam hodie moderni Carmelitæ observant.* Imò & Ioannis 44. in lib. de Instit. Monach cap. 11. *Omnes quippe huius Religionis veri sectatores, tam in monte Carmeli, quàm alibi, habitantes, profitentur se humiliter sequi illam sanctam vitam & propheticam iustitiam vitæ monasticæ, quam Propheta Dei Elias servavit, & instituit, ac quam esse sequendam ipse, secundùm formam à Deo sibi traditam, & verbô pariter & exemplô discipulis suis tradidit, & in Eremo montis Carmeli residendo maximè docuit, ac demonstravit*: tot exemplis & tantâ authoritate firmari, ut nullatenus negari possit, modernos Carmelitas, ob defectum Regulæ, ab Elia originem sumere, aut affirmari eos, ob acceptam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano Regulam scriptam, originem primam ab eo sumpsisse. Nihilominùs ipsa aliquos habet modernos *Dissidentes Amicos*, tum qui acriter illud priùs negant, tum qui posteriùs affirmant, & ita quidem ut utriusque oppositum velint esse paradoxum; quibus consentire nequimus, nisi ista & *Punctis* prioribus alijs præmissa, efficaciter solvant.

Ioannes 44.

# PUNCTUM VI.

## *Carmelitæ moderni ab Elia per imitationem & generativam spiritualem propagationem descendunt.*

Evidentia ex terminis, etiam Scripturæ. Eccli. 48.

26. PAtet pars posterior (de qua sola est controversia, & ex qua ad priorem evidens est argumentum) ex locis S. Scripturæ *Puncto IV. n.* 18 citatis: *qui Prophetas facis successores post te*: quod omninò sic intelligi debet, *qui per generativam spiritualem propagationem Prophetas* sive filios Prophetarum veraciter Monachos *facis successores post te.* Quia ibi illud *facis* nullô modô intelligi potest de *successoribus* per *solam Eliæ imitationem*: tum quia imitatio est imitantium actio, non Eliæ; nec est Eliæ ut causæ efficientis, sed objectivæ tantùm: tum quia idæa quæcumque, etiam lignea aut lapidea, suos habet imitatores, & tamen non dicitur *facere successores post se*: tum quia multi ob nomen suum imitantur S. Franciscum, Dominicum, Ignatium &c. tanquam Patronum, quos tamen, utpotè ad alium Ordinem spectantes, *non facit successores post se*, defectu juris sibi aut suis succedendi per se aut suos successores, illis communicati per acceptatam horum à se vel suis successoribus sui instituti professionem. Uide dicta *n.* 20. alioqui remotâ tali acceptatione, novus Ordo institutus sub obligatione assumendi Regulam S. Augustini, Francisci aut aliam, jure successionis (quidquid sit de privilegiata communicatione summi Pontificis) non videtur magis ad sanctum Augustinum, aut Franciscum pertinere, quàm Franciscanus ad Augustinum, aut Augustinianus ad Franciscum; quia illud jus succedendi fundatur in intentione fundatoris, quæ ad istum novum Ordinem se non extendit: actus autem agentium (ac proinde nec jus illud) non operantur ultra intentionem eorum. Unde

Unde ulteriùs patet, neque alterum locum S. Scripturæ *n.* 19. citatum: *pro eo, quod obedistis præcepto Ionadab Patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis universa, quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, non deficiet vir de stirpe Ionadab, filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus* posse intelligi de stirpe Ionadab *per imitationem tantum*, cum, ut vidimus, imitatio sola ad stirpem non pertineat; ac proinde sic tota illa maximi ponderis benedictio evanesceret. Et idem est de revelatione *ibidem* relata, ac SS. Patribus & Doctoribus *n.* 18. *&* 19. consequenter citatis, & fusius *Puncto seq.* citandis. Ieremiæ 36.

27. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Carmelitæ moderni ab Elia per imitationem & generativam spiritualem propagationem descendunt*, ita esse in S. Scriptura, SS. Patribus, Doctoribus, imò & bullis Pontificum, ac solemni revelatione fundatam, ut nullô modô asseri possit, modernos Carmelitas ab Elia per solam imitationem descendere. Nihilominus ipsa aliquos habet modernos *Diffidentes Amicos*, qui, unâ expositione *per imitationem*, omnibus istis satisfacere præsumunt; sed quàm inconsultò *infra* ostendemus, & statim præmissa satis evincunt. Sequela.

# PUNCTUM VII.

## *Carmelitæ moderni ab Eliæ tempore in Monte Carmelo Hæreditariam successionem, hucusque legitimè non interruptam, tenent.*

28. Patet ex locis S. Scripturæ *n.* 26. citatis, *ibidem* & *n.* 18. *ac* 19. expositis, bullis Pontificum *n.* 20. allatis, & SS. Patrum ac Doctorum authoritate, ut ita dicam, invincibili. S.Scriptura

29. *Primò*: Ex S. Hieronymo in Epist. ad Paulinum: *noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula propè fluenta Iordanis, de his sunt & illi filij Rechab, qui vinum & siceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, & qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiet de stirpe eorum vir, stans coram Domino.* Suida pag. 1049. *Essai Iudai asceta, maiores Ionanab filij Rechab* &c. Abulensi in 1. Paralip. cap. 2. q. 21. *Isti Rechabitæ erant veri Religiosi in veteri testamento, sicut nunc sunt Monachi.* Boulduco lib. 3. de Ecclesia aute legem. cap. 16. *Eliæ autem & Eliseo successit in officio, vir sapientiâ & ætate celeberrimus Ionadab, qui passim in Scriptura vocatur filius Rechab.* Em. Baronio ad annum Christi 64. n. 7. *Cæterum haud incongruum erit dicere, Essenos à Rechabitis descendere; nam etsi Rechabitarum instituta cessassent, non tamen genus* (id est generatio, sive progeniti) *illorum extinctum est, de eis enim Dominus dixerat Ieremiæ 53.* non deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Egesippus apud Eusebium* lib. 2. cap. 12. *de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi iusti.* Ex istis habes hæreditariam Eliæ successionem usque ad Ionadab & Essenos ininterruptam; imò etiam usque ad Hieronymum ipsô fatente; quidni & usque ad Baronium, ipsô id ex *Ieremia* 53. probante? Hieronymus. Suidas. Abulensis. Boulducus. Baronius.

30. *Secundò*: Ex Iacobo Zeglero in descript. Palæstinæ in monte Adumim fol. 38. *In huius solitudinis parte sedit Eliahu Propheta, & Elias construxit cellas Prophetis, manavit institutio & loci Religio ad posteros, fuitque desertum hoc ab Engaddi habitatum ab Essenis, sub quorum Institutum educatus fuit Ioannes Zacharia, & habitus in Essenis unus prædicta sanctitatis.* Chartagena tom. Zeglerus. Chartagena.

tom. 4. lib. 17. homil 2. obiect. 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis inter filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Monasticam Eliæ disciplinam profitebantur.* Auberto Myræo in lib. de orig. & increm. Ord. Carm.: *Illi verò, Prophetarum filij Esseniique Palæstinam incolentes (quamadmodum postea & Esseni in Ægyptum traducti) miris exemplis cœptam institutionem usque ad virginis partum perduxerunt.* Waldensi doct. fidei lib. 3. art. 1. cap. 4. *Post Eliam Eliseus in Monte Carmelo statuit multos de filijs Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere: unde venientes ad Eliseum Præceptorem suum, dixerunt:* Ecce locus &c. *& sic tandem multi manserunt ibidem iuxta littus Iordanis. & mansit hæc Religio Prophetarum usque ad adventum Christi.* Genebrado lib. 1. Chronograph. ad an. 3272. *Eliseus miris & inusitatis operibus insignis* 4 Regum 12. &c. *construxit cellas Prophetis in Ierechuntis solitudine: manavit institutum & loci Religio ad posteros. Quæ continuata est.* inquit Honuphrius Manescalcus tom. 1. Concionum in Conc. B. M de Monte Carmelo, *per Prophetarum filios, aut per eos religiosos, qui Esseni ab Eliseo appellati sunt.* Fernandez in Com. vis. veteris test. Præfat. vis. 9. n. 8. *Eliam verò secutus Ioannes Baptista* &c. *Spiritus ergo Eliæ continuata Serie in deserto per homines Religiosæ vitæ denique in Ioannem transmissus, illum quoque exibuit mundo monachorum Parentem.* Iosepho Antiocheno de perf. milit. primit. Ecclesiæ cap. 12. *Perfectorum militum Christi & Apostolorum coadiutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti. SS. Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt.* Quibus similia habebis n. 881. *Ex Ioanne Bonifacio, Luitprando, Sigiberto Iemblacensi, Antiquissimo Chronico Romano, Armacano, Waldensi, Chronica Ord. Prædicatorum* & alijs. Ex istis autem & his habes hæreditariam Eliæ successionem usque ad Rechabitas, Essenos, ac nominatim Ioannem Baptistam, Christum & Apostolos, ex unanimi Historicorum sententia ininterruptam.

Myræus. Waldensis. Genebrardus. Manescalcus. Fernandez Iosephus Antiochenus.

31. *Tertiò:* Ex Cassiano lib. 1. cap. 2. *Itaque Monachum, ut militem Christi in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere; hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento professionis huius fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum, divinarum Scripturarum auctoritate monstratur: ac deinceps Principes Authoresque novi testamenti Petrum & Paulum, cæterosque eiusdem Ordinis* (nota) *viros, taliter incessisse cognoscimus.* Ibidem: *Et idcircò hæc, quæ nec à veteribus sanctis, qui huius professionis fundamenta iecerunt, neque à Patribus nostri temporis, qui eorum per successiones* (nota) *Instituta nunc usque custodiunt, tradita videmus exempla* &c. Isidoro lib. 2. de officijs cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, huius propositi Princeps Elias & discipulus eius fuerunt* &c. *huius etiam propositi* (nota) *in Evangelio Ioannes Baptista extitit* &c. *iam deinde progeniti sunt conversationis huius* (nota) *nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarium, cæterique* Patres &c Idem habet Hieronymus *n. 9.* citatus. Nec recedit S. Macharius in Serm. ad Monachos: *fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum. ac filios* Prophetarum*, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate.* Et infra: *hos secuti sunt* Paulus *& Antonius, & multi huius propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur, quia à cœpto Ordine* (nota) *nullatenus leguntur deviasse.* S. Odilone Cluniacensi in *vita S. Maioli* in Bibliotheca Patrum: *cœpit Ordo* (nota: ergo extabat) *repullulare, &, ut verius dicam, reviviscere, quem ab Elia & Ioanne Baptista novimus processisse.* Quibus adstipulantur citandi infra. n. 850. *Myræus, Waldensis, Iacobus Zeglerus Genebrardus, Abbas Ieropolitanus, Petrus Opmerus, & Adrianus Adrianius.* n. 852. *Laurentium Beyerlinck* (præter *Hieronymum, Isidorum* & *Macharium* statim citatos) *Ioannem Bonifacium,* Paleonydorum, *Chartagenam* & *Henricum Henriquez.* n. 854. *Eusebium Cæsariensem. Ruffinum. Bedam. Adonem, Vsuardum* & *Petrum de Natalibus* n. 855. *Luitprandum Onuphrium. Menescalcum. & Baptistam Mantuanum.* Vnde ex citatis n. 28. & his habes hæreditariam Eliæ successionem usque ad Rechabitas, Essenos, Ioannem Baptistam, Christum, Apostolos & S. Hie-

Cassianus. Isidorus. Hieronymus. S. Macharius. S. Odilo. Multi alij.

S. Hieronymum, Cassianum, Isidorum, Maiolum ac Odilonem ininterruptam. Prænominatorum autem Eliæ successorum neminem sibi fecisse hæreditariè successores, qui usque ad tempora Bullonij & recuperaræ Terræ Sanctæ, aut etiam Aymerici & Alberti Patriarchæ Ierosolymitani, qui Montem Carmeli, avitum omnibus suæ primæ fundationis locum, ininterruptè, quantum persecutiones permittebant, incolerent, quis credat? Præsertim attentis præmissis. *n.* 19. Waldensi Doct. Waldensis.
fidei lib. 1. cap. 4. *Elias Zelans multiplicare Religionem Prophetarum, sollicitè huic operam dedit: Eliseum primò instituens, Palliò suò induens, & demum alios post eum magnò numerò, providens ab intento, ut sanctæ Religionis successio semper staret, secundum quod sapiens ad Eliam loquens dixit:* Prophetas facis successores post te. *Eccli.* 48.

32. Verumtamen pro ista hæreditaria successione ab Elia usque ad S. Albertum Patriarcham Ierosolymitanum ininterrupta, & inde ad nos, nè nostra nimium protendatur Synopsis, Authores plurimos dabimus infra commodius *n.* 883. *ad* 886.

33. *Quartò:* Ex traditione. S. Scripturæ *n.* 18. & 19. Summorum Pontificum *n.* 20. Traditio
SS. Patrum, Historicorum & Doctorum plurimorum irrefragabilis authoritatis irrefragabilis.
hucusque citatorum, ac totius Carmelitarum Ordinis, ne unò quidem Authore exceptò, uti apparebit *Scuto XVII.* sub finem. Vnde meritò: Doctissimus P. Suarez Suarez.
tom. 4. de relig. t. 9. lib. 2. cap. 10. *Est autem valde recepta & satis antiqua traditio, Religionem Carmelitanam à temporibus* Prophetarum, *& signatim ab Elia institutione, suam ducere Originem, & quasi hæreditariam successionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam traditionem ut veram suscipimus; præcipuè quia summi* Pontifices *Sixtus* IV. *Ioannes* XXII. *Iulius* III. Pontifices.
*Pius* V. *Gregorius* XIII. *Sixtus.* V. *& Clemens* VIII. *in Bullis huic Ordini concessis, de Professoribus huius S. Instituti ita loquuntur*, tamquam Religionis speculum & exemplar charitate fulgentes, Sanctorumque Prophetarum Eliæ & Elisei, & aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem S. Carmeli iuxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes &c. *Vnde Sixtus V. huic Religioni concessit*, ut Eliam & Eliseum, tam- Sixtus V.
quam suæ Institutionis *Patronos coleret* (nec colit, nec unquam coluit alium ut talem) *Dies festos in eorum honorem celebrando. propriaque officia in eorum memoriam recitando, quod ipsa Religio studiosè servat, & in ipso officio nomen & solemnitatem Patroni, Eliæ tribuit.* Gaspar Sanchez Sanchez.
in 3. Reg. cap. 17. n. 12. *Hinc* (idest à Carmeli Monte) *opinor ortum habuerunt antiquum & nobilem, qui nostro ævo Carmelitæ dicuntur, viri Religionis gloria & vitæ sanctitate conspicui. Quod, ut credam, facit, non solum illius Ordinis, sed & omnium penè gentium constans & perpetua traditio: & quidem si ab hac mea cogitatione nihil staret præter traditionem, omni memoria superiorem, satis putaretur habere præsidij; quia communis conspiransque consensio, nullo interrupta tempore, eam habet authoritatem, quam nulla, nisi magna fides, convellere. aut infirmare posset* &c. Salianus ad an. mundi Salianus.
3139. *Ac ne quis nostrum hoc Benevolentiæ potius erga Religiosissimum Carmelitarum Ordinem, quàm veritatis, testimonium putet, quod eos Eliæ Sanctissimi Discipulos ac imitatores agnoscamus, audiat is Sixti* Sixtus IV.
*IV. Romani Pontificis constitutionem anno à Sacrosancto Christi Natali* 1477. *editam, ubi inter alia,* Ordinem, *inquit* &c. Hieronymus Platus lib. 2. de bono Relig. statu cap. 22. *Carme-* Platus.
*litarum quoque institutum, etsi annis demum mille ducentis* (quod diu antè, probabimus *Scuto XV.*) *post Christum natum, in Italiam illatum est, multo tamen tempore antiquius fuisse, asserunt viri gravissimi, cum memoria proditum sit, ipso anno salutis* 412. *Ioannem Ierosolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipso Ordine antea fuerat, eique præfuerat, Regulam ei condidisse, ex quo apparet, ipsum etiam vetustius esse. Certè non desunt multi, inter quos* Waldensis *vir gravis, qui existiment, iam tum ab Apostolorum tempore* (malè omisit ex Waldensi, *& prius ab Elia*) *inchoatum in Monte Carmelo, & argumentum est nomen ipsum* &c. Franciscus de Flores in cap. 24. Eccli. n. 68. *Hæc omnia* Fran. de
*tam illustria Carmelitanæ antiquitatis testimonia, cum præ oculis haberemus, nempe Summorum Pontificum oracula, Magnorum Scriptorum Responsa, Sepulchra, Epitaphia, Lapides, Famosas imagines,* Flores.

*Episcopos, Academias, ac denique densissimam gravissimorum testium nubem, haud consultum nobis videbatur tantæ authoritati refragari, illamvè eiusdem Carmelitici Ordinis venerabilem abijcere traditionem cum eâdem licentiâ alias eiusdem notæ liceret aliorum Ordinum antiquare traditiones* ( imò & penè omnes Ecclesiasticas, uti *Scuto XVIII.* efficaciter probabimus ) *Ergo non valde meditatò scriptum censemus à Cæsare Baronio* ( huius benigniorem sensum dabimus *Pharet.* 7. *Tab* I. *&* II. ) *tom.* 6. *Annal ad an.* 444. *cum S. Cyrilli Alexandrini Monachatum Carmelitanum rejiceret*, *flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare : non inquam, consultò scriptum : neque enim tot Pontifices summi, neque Summates viri, omni eruditione cultissimi, præter unum Baronium, delirasse, aut dicendi, aut credendi fuerunt. Quod verò Cyrilli Carmelitanum eo usque Baronius proiecit, iniuriâ id factum, neque firmô ullô argumentô ab Ecclesiastico Historico abnegatum* &c. Adstipulantur Ferdinandus Salazar S Inquis. Hispanicæ Inquisitor & Archiepiscopus, lib. de Immac. Concept. sæcul. IV. argum. 12. *Illud tamen scias velim Illust. Card. Baronium & Bellarminum seriò affirmasse, librum* de Institutione Monachorum *non esse Ioannis Ierosolymitani germanum opus, eâ ratione ductos; quia meminit Carmelitarum, eorumque habitum graphicè depingit, quos*, aiunt, *Ioanne Ierosolymitano longè posteriores fuisse. Sed absit, ut ego gloriam istam Carmelitanis Patribus invideam, ne dictum Ioannem inter suos protoparentes numerent. Vidi certè, atque evolvi, non pauca antiquitatis monumenta, ut in hac controversia aliquid definirem : nihil tamen reperi, quod non suaderet, præmissum Ioannem Carmelitam fuisse, & dictum librum* de Instit. Monach. *ab ipso conscriptum : atque adeò hanc sententiam libentius amplector, & antiquissimo Ordini, quæ sua sunt liberè restituo.* Chartagena tom. 4. Homiliarum homil. 2. ad 5. obiect. *Cum de hac antiquitate sit immemorabilis traditio in tota Carmelitarum Religione, prudenter standum est tali traditioni, ut ratio ipsa præscribit : nam si, cum quis possidet rem aliquam bonâ dumtaxat fide per triennium, perpetuô gaudet præsidio, ut habetur* q. 16. cap. 6. præscriptionum, *multò rationabilius Religio habens traditionem à Prædecessoribus suis per multos annos de antiquitate fundationis illius, præsidio talis antiquitatis debet gaudere.* Bertrandus Lot. S. T. Doctor Duacenus, Casuum Belgij q. 7. de Carmelitis. *Quæstio movetur propter Sanctissimos Prophetas Eliam & Eliseum, an verè fuerint Monachi & religiosi : si enim tales fuerunt* ( quod patet ex *Puncto* II. *&* III. ) *consequens videtur, Ordinem Carmelitarum fuisse in veteri lege, & Carmelitas ex tunc fuisse verè Religiosos : quia valde recepta & satis antiqua traditio est &c.* subdit & approbat verba doctissimi P. Suarez supra citata. Vide *Scutum XVII* ubi plures damus.

Salazar. Chartagena. Bertrandus Lot. & alij.

34. Sequitur ex præmissis nostram sententiam : *Carmelitæ moderni ab Eliæ tempore in in Monte Carmelo Hereditariam successionem, hucusque legitimè non interruptam, tenent.* Imò & Werneri Rolevinck Chartusiani in *Chronico*, sive *Fasciculo temporum* ad an 1284. *Nobilissima civitas Acconis à Saracenis destruitur, ac demum Monasterium Deiferæ Mariæ in Carmelo, ad quatuor milliaria Civitati vicinum, ab eis igne crematur, fratribus in eo degentibus, perfidorum gladijs trucidatis, & tunc (proh dolor) Ordo Carmelitarum mellifluum locum ex toto perdidit, in quo ab Eliæ & Elisei Prophetarum tempore duobus millibus ducentis & viginti uno annis perstiterant.* Esse in S. Scripturæ testimonijs, Pontificum Bullis, Patrum sententijs, gravissimorum Historicorum relationibus, ac celeberrimorum Doctorum approbata traditione & assertis fundatissimam, ita ut inter purè Ecclesiasticas, & quæ fidei divinæ non sint, vix altera tot irrefragabilibus testimonijs contestata reperiatur Historia · nihilominus ipsa, nescio quô fatô, potiusquàm tot aliæ incomparabiliter minus fundatæ, suos habet *Dissidentes Amicos*, qui incautam nostrorum, ex nimia istiusmodi Historiæ veritatis confidentia, dissimulationem & silentium suspectantes, ita multiplicantur & invalescunt, ut tandem suæ solius authoritatis pondere, istam, nisi opportunè defendatur, supprimere possent veritatem. Hi autem sunt.

Sequela irrefragabilis. Rolevinck

35. *Primò* : R. P. Franciscus Salinas Societatis Iesu, qui *tom.* 2. *Exposit. litteralis in cap.* 2. *Ioan.* 435. *& alibi.* XXV. argumentis illam impetit. I. A silentio S. Scripturæ de Eliæ & filij

Salinas.

& filiorum eius Religione, castitatis voto in antiqua lege &c. II. A differentia legis novæ à veteri III. Ab obscuritate Scripturæ super voto Nazaræorum perpetuo. IV. A Scriptura non aliter Eliæ vota indicante, quàm prædecessorum Seth, Enoch &c. V. A non reperta hæresi evidentioribus non roborata Scripturæ testimonijs. VI. A defectu requisitorum ad veram traditionem. VII. A traditionibus Carmelitarum antiquorum, quas moderni non recipiunt. VIII. A præcepto nuptiarum in Lege veteri. IX. A maledicto sterilitatis in Lege veteri. X. A Virginitatis primatu Deiparæ Virginis. XI. Ab authoritate Patrum & aliorum istam prærogativam ei tribuentium. XII. Ab omnium ferè silentio de dicta traditione, & à quibusdam eius ad fabulas revocatione. XIII. A traditione ista, ardore obtinendi antiquissimam originem commenta. XIV. A votis acceptis ab Alberto iuxta Clementem VIII. & successione in alijs, quàm votis. XV. A successione ab Elia, non alia, quàm ab Enoch. XVI. A sensu, quo traditionem agnovit Sanchez ob nostrorum importunitatem & improbitatem. XVII. A Ioannis Baptistæ Principatu monachorum. XVIII. A Ioanne Dei suorum Institutore sine votis. XIX. A Gastone, Antonianorum Institutore, non Antonio. XX. A S. Bernardo, Cisterciensium Institutore sine votis ab eo acceptis. XXI. A Paulino Nolasco non religioso, Ordinis Mercenariorum Fundatore. XXII. A Nazaræis non religiosis, nisi in umbra & figuris. XXIII. Ab Elia, Carmelitarum quidem Patre, sed non religioso. XXIV. Ab Essenorum hæresi. XXV. Ab authoritate Waldensis Eliæ Institutum cum Seth & Enoch confundente.

36. *Secundò*: R. P. Christophorus de Vega eiusdem Societatis. *Theol. Mariana Palæstra 19. certam.* 10. Alijs XI. argumentis. I. A censura S. Inquisitionis. Virginitate sine voto in veteri lege. II. A contrarietate cum doctrina D. Thomæ & Thomistarum. III. A Catena Doctorum pro Deiparæ primatu virginitatis. IV. Ab iniuria reliquis legis gratiæ Religionibus. V. Etiam statui Clericali. VI. Etiam D. Thomæ, & Scholæ eius. VII. A dissensu Carmelitarum universæ observantiæ. VIII. A labefactione legis Evangelicæ. IX. Ab extenuatione specialissimæ Apostolorum prærogativæ. X. A surreptione primatus virginitatis voto confirmatæ à D. Virgine. XI. Ab Eliæ perfectione infrà novæ legis Fundatores dumtaxat. Vega.

37. *Tertiò*: R.P. Petrus Redanus eiusdem Societatis. *Lib. 1. Com. in Machab. cap. 2.* Alijs V. argumentis. I. Ab Institutione Essenorum post natum Christum. II. A. sufficienti Ordinis Illustratione per unam S. Theresiam. III. A. Monachatus Eliani sub tribus votis displicentia Doctoribus ferè omnibus. IV. A. Doctorum censura sententiæ de statu verè religioso ab Elia instituto. V. A. non negando Deiparæ primatu Virginitatis, cum ad eius laudem faciat.

38. *Quartò*: R.P. Franciscus Suarez, vel potius alij ex ipso malè intellecto. *Tom. 4. de religione t. 9 lib. 3. cap. 1. & 2. ac Tom. 3. in 3. P. disp. 6. sect. 3.* Alijs VII. Argumentis. I. A. Statu religionis substantialiter perfectæ proprio legis gratiæ. II. Ab incertitudine votorum filiorum Prophetarum. III. A. speciali Dei revelatione pro voto castitatis necessaria in veteri Lege. IV. Ab Essenorum non vera fide, nec vera paupertate, & castitatis ac obedientiæ incertitudine. V. A. defectu potestatis tria vota in veteri Lege acceptandi nomine Dei. V. Ab immedita Christi Institutione Status religiosi. VII. A. silentio Scripturæ, & nullius fide de voto castitatis antè D. Virginem emisso. Suarez.

39. *Quintò*: R. P. Miranda ord. S. Francisci. *Manualis Prælat. tom. 1. q. 3. art. 1. & 2.* Alijs II. argumentis. I. A. Religiosorum Statu immediatè à Christo instituto, non ab alio Miranda.

ab alio & per purum aliquod inventum humanum. II. A. vulgi errore, & stultitia multorum de opposito.

Bordonus. 40. *Sextò*: R. P. Franciscus Bordonus Tertij Ord. S. Francisci. *Tom. 5. cap. 1. de professione regulari.* Alijs XI. argumentis. I. A. nulla vera Religione sub tribus votis ante Christum, nisi in nube & umbra. II. A. definitione Religionis, & necessitate Regulæ approbatæ III. A. Statu religioso à Christo immediatè instituto, ac proinde non ab Elia. IV. Ab authoritate Ecclesiæ in Collecta de SS. Petro & Paulo. V. A. sensu Bullarum de successione ab Elia secundum denominationem & imitationem tantum. VI. Ab ista successione in sola vita contemplativa & activa. VII. A successione, non per generationem religiosam, sed imitationem dumtaxat. VIII. A Carmelitis non verè religiosis in antiquioribus Conventibus Ordinis. IX. A. prima Regula accepta ab Alberto, non ante. X. A. religiosè vivendi norma non Regula, quæ antè fuit. XI. A. cæterorum Ordinum Mendicantium præcedentia.

Baronius. 41. *Septimò*: Em. Card. Cæsar Baronius, vel potius alij ex ipso malè intellecto. *ad annum Christi* 1181. & 444. Alijs II. argumentis. I. Ab origine Ordinis Carmelitarum sub Alexandro Pontifice, & Aymerico Patriarcha Antiocheno. II. A ficto quodam Chronico apud Regem Franciæ, & ficto Carmelismo S. Cyrilli Alexandrini ac Ioannis Patriarchæ Ierosolymitani, ob antiquorum de illis silentium.

Landtmeter. 42. *Octavò*: R. D. Laurentius Landtmeter Ordinis Præmonstratensis. *lib. 3. de vetri Clerico, Monacho &c. cap.* 3. Alijs V. argumentis I. Ab authoritate Hieronymi in vita S. Hilarionis: *necdum tunc erant Monasteria in Palestina; nec quisquam Monachum ante Hilarionem in Syria noverat: ille fundator & eruditor illius conversationis & studij in hac Provincia primum fuit*: II. A claritate verborum Hieronymi, ac proinde Monasterio Montis Carmeli non existente S. Hilarionis tempore. III. A non notis tunc in Syria Monachis ad non frequentatum tunc Syria Carmeli Monasterium, nec in hoc sacellum Deiparæ sacrum. IV. Ab Hilarione in Syria Monastices primo fundatore & eruditore ad negationem Monastices à Carmeli monte ut à fonte derivatæ. V. A sacello isto à Paula Romana non visitato, aut inintelligibili silentio S. Hieronymi de illo ab ea visitato.

Bivarius. 43. *Nonò*: R. D. Franciscus Bivarius Ordinis Cisterciensis. *De Monachatu lib. 2. cap. 1. 6. & alibi.* Alijs VI. argumentis. I. A Ioanne Baptista non perfectè & absolutè Monacho, votisque eius, si voverit, simplicibus, & nomine Ecclesiæ non acceptatis. II. A SS. Paulo & Benedicto non verè propriè Monachis, defectu istiusmodi acceptationis III. A Ioanne Baptista à nullo Monacho, aut Esseno, erudito. IV. A Ioanne Monachorum Principe absque Discipulis. V. Ab erectione scholæ perfectionis, non ad legem, sed ad gratiam spectante. VI. Ab Elia Monachorum omnium Patre & Patrono absque Discipulo, solôque exemplô, non doctrinâ & Magisteriô.

Henschenius & Papebrochius. 44. *Decimò*: RR. PP. Godefridus Henschenius & Daniel Papebrochius Societatis Iesu, in *Vitis & actis Sanctorum ad mensem Martium in Vita S. Bartoldi & Cyrilli Constantinopolitani.* Alijs V. argumentis, dubijs saltem & obscuris. I. A translatione Ordinis è Terra Sancta in Europam post annum 1099. II. à S. Bertoldo primo Ordinis in Monte Carmelo Priore. III. A sententia Em. Baronij de origine Ordinis Carmelitarum sub Alexandro Pontifice, & Aymerico Patriarcha Antiocheno. IV. A flore Ordinis Carmelitarum sæculo XII. & XIII. Et tunc Generalium acceptione. V. A Ioannis de Lezana & Danielis à Virgine Maria novarum narrationum scriptionibus. Adjiciuntur Litteræ sua præoccupatione dignæ

45. *Vade-*

45. *Vndecimò*: R. D. Petrus Crescentius Romanus, Theologus Em. Card. Colonna. *lib. II Præsidio Romano, ſive de Militia Eccleſiaſtica. & Ordinibus, tam Militaribus, quam Regularibus* §. *Filij Prophetarum*. Alijs XIII. argumentis. I. A ſenſu Hieronymi & locutione de ſe & ſuis Monachis, non de modernis Carmelitis. II. Ab Eſſenis tempore Ioannis Baptiſtæ non amplius Carmelum inhabitantibus, & Eliæ ſucceſſoribus non ſepultis in Carmelo, in eoque à Claudio erecta ara ſuperſtitionis. III. A ſequela ex rationibus Carmelitarum, quod Eſſeni, à quibus S. Hieronymus Monachiſmum didicit, & habitum accepit, fuerint viri Carmelitæ, & Congregatio Hieronymiana verè Carmelitana. IV. Ab exploſione Carmeliſmi S. Cyrilli Alexandrini, & ſola uſurpatione noſtra antiquorum Monachorum præcisè pro Carmelitis, quâ ſupponimus, quod probare debemus. V. A non reperto apud Scriptores antiquos continuationis Carmelitanæ veſtigio. Ab authoritate Em. Bellarmini, ſcribentis *inauditum Carmelitarum nomen*. VI. Ab apocrypha Ioannis 44. Patriarchæ Ieroſolymitani Hiſtoria. VII. Ab authoritate unius Hieronymi prævalente centum millibus Authorum à noſtris citatorum; & neceſſaria probatione ex Scriptoribus coëvis. VIII. A Carmelitis octavi ſæculi, ſi fuerint, Ordini S. Hieronymi aſcribendis. A non repertis, ante Sixtum IV. Bullis pro Ordine Carmelitarum. Ab eorum tranſitu ad alium Ordinem. Ab errore Pontificum uti aliorum in quæſtionibus facti & Hiſtoriarum, & infirmitate argumenti ex Sixti IV. Bulla. IX. A reclamatione omnium Scriptorum contra Eccleſiam in Carmelo dicatam D. Virgini, omnium in Orbe primam. X. A præcedentia aliorum Ordinum mendicantium, & eluſione Acconenſium litterarum pro Carmelitarum antiquitate. XI. Ab origine Ordinis Carm. ſub Haymerico ex militibus Godefridi Bullonij (vide *n*. 917.) primum ſine obligatione voti, Regula, Inſtituto, particulari cultu & cæremonijs. Deinde ſub Regula Baſilij, Auguſtinij & Alberti Patriarchæ, & cappis Barratis. XII. A mutatione Formæ, Coloris, Regulæ, Tituli, Inſtituti, Loci. Ficto Ioannis 44. libro, & Scriptoribus Carmelitis poſt invicem. XIII. A falſitate Carmelitanorum Operum, iſtius Ioannis & Tritemij. Somnio illorum, qui dicunt, Carmelitas dilatatos in Italia ante alios tres Mendicantium Ordinis. Authoritate Palydori vergilij, & approbatione Pontificum reſtricta ad ſolum Carmeli montem. Creſcentius.

46. Hæc ſunt potentiſſima *Amicorum diffidentium* argumenta, quæ poſt exactam diligentiam undequaque colligere potui; plauſibilia quidem primo intuitu; ſed quæ, inſtar aurichalci, præter colorem, parum auri & veritatis habent, uti in Operis corpore facilè demonſtrabimus, quò facilius, ut ſpero, ad profitendum veritatem, tota hac *Synopſi* prælibatam, adducentur. Faxit Deus. Concluſio.

47. Facultates, Approbationes, & imprimendi ac evulgandi Privilegium Operi inſeruntur.

# PRÆFATIO.

TEstatur satis, *Amice Lector*, noster Thomas Waldensis, Auctor gravissimus, in *Doctrinali fidei*: antiquissimam Monasticen insulsè nimium ab Hæresiarcha Wicleff & Assectis eius, argui novitatis. Sed, proh dolor, nobis occurrunt celebres Viri, qui, incautè nimis, opponentes argumenta negativa positivis, Auctores veros suspectantes ut fictos, & traditiones, supra modum fundatas, explodentes ut fabulosas, nisi coævorum evincantur testimonijs, sic obsunt Carmelitanæ antiquitati, ut, indubiè inviti, istorum prodesse debeant novitati; quia Tela auferunt, quæ ab illis nos protegunt, & sua subdunt, quibus illi fortius nos impetunt. An consultò? Imus discussum & resolutum. Vix Ecclesiæ Historiam reperies tot, & tam diversis, impetitam telis, licèt alteram non reperias tot & tantis communitam Scutis, ut Carmelitana subsistere debeat aut nulla. Vincet itaque ipsa Carmelitanæ Historiæ illustrata veritas, ut spero; nam, uti sapienter Chrysostomus Homil. 57. ad populum Antioch. *Dies diem illuminat, posterior Prioris est Magister, & veritas manet in æternum, numquam deficiens, omnibus prævalens, omniaque vincens; talis enim est veritatis natura, ut unde magis impugnatur, inde magis confirmetur.* Haud miror tamen, nos in Historia ista tot & tantos habere diffidentes Amicos, cum scopus videatur universis, utpotè emulationis, ad sagittam expositus, & Iustinianus Imperator *constit.* 44. conqueratur scribens: *Nihil esse in rebus humanis usque adeò semotum ab omni controversia, tametsi maximam cum iustitia coniunctionem habeat, quod dubitationem ac controversiam non recipiat, si subtiliter* (prout fecerunt Diffidentes isti) *animi curas intendas.* Boetius autem *lib.* 3. *de consolat. Philosop.* addit: *Esse operæ prætium rationes invicem collidere: quod ex huiusmodi conflictatione pulcherrima quædam veritatis scintilla dissiliat.* Vnde diffidentes omnes, licèt plus æquo pungant nonnulli, in causa suæ primævæ originis, quam, uti Patriam, Parentes & Magistros, tueri deberent universi, tamquam Amicos tractabimus, solâ in ipsos Telorum retortione contenti; scientes ipsam quoque veritatem nullius

Chrysostomus.

Iustinianus.

 lius

lius moderatam respuere discussionem in Historia, in qua vel etiam ipsi Carmelitæ varij obscurè nimis nomina, rem & tempora significantes, se & Historiam ipsam intricasse potius, quàm enodasse videntur; at peius dissidentibus Amicis contigisse demonstrabimus: itaut de utrisque meritò dici possit, *non omnia magna, quæ à viris magnis, quoquò modò prodeunt.* Quod, ut cerneres amplius, omnes Dissidentes Amicós, cuiuscumque linguæ & nationis, cuiuslibet monastice & Ordinis convocavi, ut dissidij omnium discuterem rationes, unàque omnibus satisfacerem, si possem, cederem ultrò, si non possem. Miraberis forsan, easdem authoritates à me toties recantari; sed cum idem, licèt medijs diversis, prætendant varij, ut cuique satisfiat distinctius, oportet sæpius eosdem certæ solutionis testes reproduci. Dissidentes nomino; quia Amici sunt, qui nobis & sibi prosunt; nobis, ut tollamus tenebras, sibi, ut veritatem in luce videant: & cogor; quia instrumentô publicô sub nomine proprio exigunt debitum, quod non censetur solutum, nisi similiter probetur esse nominato satisfactum. De Sacris ipsorum Ordinibus (quos plurimum veneror & suspicio) nihil conqueror, cum cuique natum sit indecisam, ut putant, quærere veritatem, & suis permittere, ut quærant, nobisque ac sibi quærendo prosint. Nudam igitur, absque aversionis ullius stimulo, aut postponendæ alterius Religionis Zelo, apprehensam *Scutis* meis defensivè merè protegam antiquitatis nostræ veritatem; pro qua ante omnia sequentem perpende *Synopsim*, & si arrideat, totum Opus Deo ter optimo maximo ac Eliæ Sanctissimo Patriarchæ nostro attribue, sin minus, meam excusare digneris cœcitatem.

SYNOP-

# SYNOPSIS CONCLVSIONVM HISTORIÆ CARMELITANÆ

## ad Mentem & Scopum Authoris

Puncta Principalia operis.

PRimò: *Elias obedientiam, paupertatem & castitatem opere servavit.* Secundò: *Etiam sub tribus, quæ per revelationem prænoverat, votis Essentialibus.* Tertiò: *Fuit verè & propriè quoad religionis Monasticæ substantiam (sive præcisis in Lege nova adiectis*, solemnitate, perfectione, & potestate clavium prout legis gratiæ) *Religiosus.* Quartò: *Carmeli Montem incoluit, & in eo, Filiorum Prophetarum, Essenorum, antiquorum & modernorum Carmelitarum, Ordinem sub tribus Votis essentialibus fundavit, & instituit.* Quintò: *Regulam illis verbô & exemplô tradidit, quam, ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano descriptam, hodiè Carmelitæ moderni observant.* Sextò: *Carmelitæ moderni ab Elia, per imitationem & generativam propagationem monasticam, tamquam à suo Fundatore, Institutore & Patriarcha descendunt.* Septimò: *Ab Elia tempore in Monte Carmelo hæreditariam successionem, hucusque legitimè non interruptam, tenent.*

Motivum Synopsis.

2. Ne fortè quispiam incautè *Amicorum Dissidentium* dicterijs præoccupatus, prius Carmelitanam Historiam ut fabulam & paradoxum, ut aiunt, abijciat, quàm fusius hîc deductam legat: ut evidenter appareat, quantum à Scriptura Sacra & communi Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, Doctorum & Historicorum, tam antiquorum, quàm modernorum traditione, aberrent Recentiores isti, nullius antiquorum fundatâ authoritate nixi, consultò Lectorem è contra hâc *Synopsi* præoccupandum duxi: *Synopsi*, inquam; quia compendij gratiâ necesse est plurima prætermittere, quæ suis locis unà cum Obiectionum solutionibus subijciendis commodius in Opere superaddemus, nec ingenuos Doctrinæ & veritatis amatores legisse non pænitebit.

## PUNCTUM I.

### *Elias Obedientiam, Paupertatem & Castitatem opere servavit.*

3. PAtet quoad Obedientiam: ex Scriptura 3. Reg. cap. 19. *Abijt quocumque eum ferebat voluntas Dei, & fecit iuxta verbum Domini.* Plusquam præcepta decem à Deo familiariter Eliæ facta referuntur *n.* 26. & 69. Unde Ioannes 44. *lib.* de Instit. Monachorum cap. 9. *Elias semetipsum prorsus abnegans, & voluntati propriæ abrenuntians, semper Superioris, id est, Dei voluntatem, promptè secutus fuit.* Dominicus Gravina lib. vox turturis p. 2. c. 5. *Eliam Patres & Doctores appellant obedientiæ prototypum.* Quod verò de Eliæ obedientia, homini tamquam Superiori reddita, nihil legatur, mirum non est; quia, uti sapienter

3. Reg. 19.

Ioannes 44.

Gravina.

Wastelius. noster Wastelius Vindiciarum lib. 1. sect. 5. art. 4. §. 5. *Vt à notioribus in hoc Occidente exemplum capiam, SS. Religiosorum Patriarcha, Benedictus, Bruno, Dominicus, Franciscus, Ignatius, cui ipsi eiusdem corporis Superiori suberant?*

3. Reg. 17. 4. Quoad paupertatem: ex Scriptura 3. Regum 17. *Recede hinc, & vade contra Orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, corvisque præcepi, ut pascant te ibi.* Et infrà: *Surge, & vade in Sarepta Sidoniæ, & manebis ibi; præcepi enim mulieri viduæ, ut pascat te.* Ibidem: *Da mihi paululum aquæ in vase, ut bibam* &c. *affer mihi obsecro & bucellam panis in manu tua.*
4. Reg. 1. 4. Reg. 1. *Vir pilosus & Zona pellicea accinctis renibus.* Unde
Ioannes 44. Ioannes 44 lib. 4. de Inst. Monach. cap. 9. *Elias recessit nutu Dei* de Terra & de cognatione sua, & de domo Patris sui, in solitudinem, *relinquens de cætero mundanas devitias, non solùm mente, sed etiam opere, ne per domesticam curam, aut per facultates & terrenas possessiones impediretur à consecutione vitæ monasticæ, ad quàm per Deum tunc vocabatur.*
Chrysostomus. Chrysostomus lib. 3. de provid. *Elias ita erat pauper, ut, præter melotem, nihil terrenum ei fuerit.* Et homil. 2. ad populum Antioch. *Quid enim, dic mihi, Elia pauperius?*
Basilius. Basilius in Isaiæ cap. 3. *Nonnulli sunt pauperes Beati dicti, qui ardore tuendæ religiosæ paupertatis, omnia contempserunt, & eiusmodi erat pauper ille Ioannes, & eiusmodi Elias.*
Antiochus Antiochus Palæstinus *tom. 1. Biblioth. Patrum homil. 89. de inopia* laudatus à Baronio an. 614. *qui se exuit possessione facultatum, Eliæ comperitur esse imitator, Ioannis item, & eorum, qui dicunt ecce nos reliquimus omnia.*
Nyssenus. Gregorius S. Basilij frater in orat. de laudibus eius: *in seipso vestes pelliceas & res mirabiles Eliæ expressit.*
Sozomenus. Sozomenus lib. 3. Historiæ cap. 13. *Ad exemplum Eliæ Thesbitis pellibus se induebant.*
Bellarminus. Em. Bellarminus lib. 2. de Monach. cap. 5. *habemus deinde in eodem Testamento veteri, Eliam sine devitijs in hoc mundo vixisse.*
Gravina. Dominicus Gravina lib. vox turturis p. 2. cap. 5. *Eliam primum colendæ paupertatis prototypon Patres & Doctores appellant.*
Bradleyus. Bradleyus ad an. 1444. in lib. de instit Ord. B. M. V. de Monte Carmelo cap. 1. *Elias obtentu contemplationis divinæ, & desiderio sublimioris perfectionis, longè ab urbibus recedens; & seipsum cunctis terrenis & mundanis exuens, Religiosam & Prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cœpit.*
Salianus. Salianus ad an. mundi 3204 *Hic est, qui religiosæ paupertatis Thesauro dives* &c. *innumerabilium Religiosorum parens atque propagator* &c
Bernardus. Quarè meritò S. Bernardus in serm. ad Fratres de Monte Dei: *Hæc novitas non est novella vanitas; res enim est antiquæ Religionis perfecta, fundata in Christo pietatis: antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei à tempore Prophetarum præmonstrata, iamque, novæ gratiæ sole exortò, in Ioanne Baptista instaurata & innovata.* Et infrà: *post passionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effusi sanguinis recenti memoriâ, solitariam hanc vitam eligentibus, paupertatem hanc sectantibus* &c. *deserta repleta sunt.*

3. Reg 18. 5. Quoad Castitatem: ex Scriptura 3. Regum 18. *Accinctisque lumbis currebat ante Achab*
Matthias. à Corona. super quo eruditè noster R. P. Matthias à Corona de Sanctitate Ecclesiæ Romanæ tom. 2. cap. 7. n. 5. *Per Eliam, in lumbis præcinctum, homo castus intelligitur.* Conformiter ad Regulam nostram cap. XIV. de armis spiritualibus: *accingendi sunt lumbi vestri cingulo castitatis.*
Ad Ephes 6. Apostolum ad Ephes. 6. *State ergo succincti lumbos vestros* &c.
Gregorius. Et Gregorium homil. 13. in Evangelia: *lumbos præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.*
Chrysologus. Petrum Chrysologum serm. 25. *Hinc est ergo, quod principaliter Dominus lumbos nostros astringi iubet Balteò castitatis.*
Cassianus. Cassianum lib. 1. de instit. Monach. cap. 2. *Itaque Monachum ut militem Christi in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere; hoc enim habitu, etiam illos ambulasse, qui in veteri testamento huius professionis fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum, divinarum scripturarum authoritate demonstratur.* Et Philippum Abbatem lib in cantica cap. 16. *fluxus restringere forti cinctorio castitatis, basis quædam solida est, & initium sanctitatis.*
Chrysologus. Confirmant cæteri Patres; ac imprimis præcitatus Chrysologus serm. 127. *Elias est Magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, Virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum* &c.
Ioannes 44. Ioannes 44. lib. de instit. Monach. cap. 9. *Elias, ut per*

*ut per puritatem castitatis, & incorruptionem suæ carnis, æquaretur Angelis, seipsum Virginitate perpetuâ primus hominum spontè decoravit.* S. Chrysostomus lib. de virg. tom. 5. *Quâ re quæso differebant ab Angelis Elias, Eliseus, Ioannes, veri hi Virginitatis amatores?* Ambrosius lib. de Virginibus: *Elias nullius corporei coitus fuisse permistus cupiditatibus legitur* &c. Hieronymus in Epist. ad Eustochium: *Virgo namque Elias, virgo Eliseus*, &c. Epiphanius lib. 2. Hæresi 79. *Elias ab ortu suo Virginitatem perpetuò servavit.* Item in Ancorato post medium: *Elias erat in Virginitate, ut prærogativâ virginitatis immortalitatem prædicaret mundo.* S. Athanasius Synaita qq. super Scripturam q 66. *Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cælorum, hi sunt in lege nova Apostoli, & in lege veteri Elias.* & Adstipulatur S. Ephrem Syrus in *Resp.* ad quemdam Monachum: *secularibus permisit legitimè matrimonio iungi, at qui seculo se abdicarunt, hos continere, & quidem legitimè se continere, voluit: quandoquidem si verba illa, quosvis concernerent, melius est nubere, quam uri, nemo hanc virtutem excoluisset, non Elias Thesbites, non Eliseus, non Ioannes, non quicumque se castraverunt propter regnum cælorum, castamque suam carnem servaverunt Deo.* Isidorus Hispalensis lib. 2. de offic. Eccles. cap. 5. *Quantum pertinet ad vetus testamentum; Elias, Ieremias & Daniel castitatis & continentia bonum constituisse dignoscuntur.* Unde Gaspar Sanchez in 3. Reg. 17. n. 6. *Eliam virginitatem coluisse perpetuam communis est veterum Patrum constansque sententia.* Suarez tom. 1. in 3. P. q. 28. art. 4. disp. 6. sect. 1. *multi viri sanctissimi in illa lege virginitatem ut meliorem coluerunt.*

Chrysostomus. Ambrosius. Hieronymus. Epiphanius. Athanasius. S. Ephrem. Isidorus. Sanchez. Suarez.

6. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Elias obedientiam, paupertatem & castitatem opere servavit.* Imò & nostri Thomæ Bradleyi, sive Scropi in lib. de instit. Ord. B. M. de Monte Carmelo cap. 1. *Elias obtentu contemplationis divinæ, & desiderio sublimioris perfectionis ab urbibus recedens, & seipsum cunctis mundanis exuens, Religiosam & Prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cepit* &c. *discipulos etiam congregavit, quos prius in Eremo Charith docuit servare castitatem, paupertatem, obedientiam* &c. esse quoad tria illa in S. Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus fundatissimam: nihilominus, ipsa aliquos habet modernos *Diffidentes Amicos*, qui volunt Eliæ Monachatum non habere vestigium in S. Scriptura, &, quod amplius, vix esse hæresim, quæ firmioribus non nitatur S. Scripturæ authoritatibus: an iustè? Prudens Lector iudicabit, visis eorum rationibus, quas infrà refellemus.

# PUNCTUM II.

## *Elias sub tribus votis Evangelicis, quæ per revelationem prænoverat, Obedientiam, Paupertatem & Castitatem servavit*

7. Patet 1. Quod Elias vota Evangelica per revelationem prænoverit, ex S. Scriptura quoad illorum materiam *puncto* 1. citata; quoad vota verò, quæ isti materiæ præcisè addenda erant, ex Levit. cap. 27 *qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam.* Deut. 23. *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere.* Iudicum 11. *Votum vovit Domino, dicens* &c. 2. Regum 15. *Vadam & reddam vota mea in Hebron, vovens enim vovit servus tuus.* Posuisset Elias totam votorum Evangelicorum Materiam, vovissentque isti, & ista tria vota non addidisset Elias Propheta Dei sanctissimus? De quo Augustinus lib. 2. in Exod. q. 65. *Sicut dicitur spiritus Eliæ, qui est spiritus Dei, cuius particeps factus est Elias.* S. Thomas in cap 17. Matth. *Elias omnibus Prophetis sanctior fuit.* & 22.

Levit. 27. Deut. 23. Iudic. 3. 2. Reg. 15. Augustinus. S. Thomas.

& 22. q. 186. art. 2. ad 6. *Non aliter homo potest vitam totam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem* 1. 2. q. 107. art. 1. ad 2. *fuerunt tamen aliqui in statu veteris testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas, & secundum hoc spectabant ad legem novam.* Ambrosius lib. de Elia cap. 2. *Elias cœlestem vitam in corpore & superna usum conversationis exhibebat in terris.* Metaphrastes in Sermone de Elia: *vir fuit sacrosanctus & divinus; quia à Deo accepit omnium maxima.* Sed ad dictam prænotionem redeamus, ea, inquam, patet etiam ex Augustino tom. 6. lib. 4. contra Faustum cap. 2. *Patriarchæ & Propheta intelligebant, revelante sibi spiritu Dei, quid tempori illi congrueret, & quibus modis Deus per illas omnes res gestas & dictas futura figuranda decerneret, magisque desiderium eorum de novo testamento erat.* Chrysostomo Homil. de BB. Iob & Abraham: *Iob vidit futura, qui ita memis curam habuit, vidit Evangelium ante datam legem.* Hieronymo in Epistola ad Demetriadem de eodem Iob exclamante: *O virum ante Evangelica Evangelicum, & Apostolicum ante Apostolica præcepta discipulum Apostolorum.* Gregorio de eodem lib. 1. moralium cap. 4. *Consideremus, cuius sanctitatis vir iste fuerit, qui ad tam sedula Dei obsequia sic occupatus vacavit; necdum præcepti virtus emicuerat, quæ omnia relinqui præciperet; sed tamen B. Iob eiusmodi iam præceptionis vim in corde servabat.* Ambrosio serm. 11. *Evangelica præcepta David, anterior licèt Incarnationis Sacramento, iam tamen audiebat in spiritu, & quasi Christi discipulus non subtrahebat se passionibus, sed certaminibus offerebat.* Ista tamen Evangelicorum ab istis prænotio, videtur limitanda, iuxta illud D. Thomæ 3. p. q. 27. art. 4. & 5. ad 1. *Deus dat gratiam proportionatam ei, ad quod eligitur*; ac proinde non omnes isti omnia Evangelica, nec eadem præcognoverunt; cognoverunt autem Iob, David & alij, Evangelica, ad quæ eligebantur: & non cognovisset Elias Propheta Dei sanctissimus, ut præmissum est, vota Evangelica secundum eorum materiam, ad quam & vota eligebatur? Profectò neutrum est credibile, cum insuper Tertullianus *libro adversus Phrhigios cap. 6.* scribat: *Eliam Prophetam in spelunca diversantem, familiarissimò Dei congressu fuisse exceptum.* Uide *Armamentarium* infrà *n. 26.* Et Doctissimum Suarem *n. 12.* ubi sic *licèt etiam veteres per fidem in Christum aspicerent, & ita eum imitari potuerint &c. nihilominus non habebant tam expressam cognitionem vitæ & morum futurorum in Christo, nec experimentalem earum rerum cognitionem: & propterea, licèt cognitio ista in uno vel altero* (Elia scilicet & Ioanne Baptista) *fuerit sufficiens, & ideò ipsa imitatio & perfectio in aliquibus esse potuerit; tamen communiter ac regulariter non erat Generalis illa tam distincta cognitio; & ideò nec perfectio ipsa, quoad statum publicum & omnibus propositum, potuit aut debuit esse illo tempore, in eo gradu, & modo, quo nunc est.* Ibi enim totum concedit, quod hîc prætendimus, excepta *perfectione* status, in eo gradu, & modo, quo nunc est, quam, uti & *solemnitatem ac potestatem clavium prout legis gratiæ*, expressè excludemus.

Ambrosius. Metaphrastes. Augustinus. Chrysostomus. Hieronymus. Gregorius. Ambrosius. S. Thomas. Tertullianus. Suarez.

8 Patet 2. Quod tria vota essentialia Elias fecerit; quandoquidem, non solùm pateat ex dictis *hic* & *Puncto* 1. Eliam Dei Prophetam Sanctissimum tria vota Evangelica prænovisse, & totam illorum materiam servasse, dicatque Suarez tom. 2. de relig. lib. 8. cap. 2. *Ex iisdem locis & verbis quibus Christus Dominus* (idem est de Deo in veteri Testamento, in quo, ut vidimus, votum erat licitum) *paupertatem consuluit, votum hoc etiam consuluisse censendum est: quia si paupertatem consuluit; ergo & perpetuitatem eius; ergo & immobilitatem seu firmitatem, propter quam votum adhibetur. Item; consuluit paupertatem propter perfectionem: ergo multò magis perfectionem ipsam, & paupertas voto consecrata Deo, & perfectior est, & magis ad perfectionem confert.* Præmiserat autem: *cum ergo ostensum sit paupertatem voluntariam esse materiam debitam & proportionatam divino cultui, evidenter concluditur votum illius.* Sed insuper, quod Elias inter Eunuchos sit recensendus, iuxta illud Epiphanij hæresi 58. *Quinam igitur Eunuchi? Gloriosi Apostoli &c. Monasticam vitam degentes &c. Elias in veteri Testamento &c.* S. Ephrem apud Salianum ad ann.

Suarez. Epiphanius. S. Ephrem.

ad ann. 13173. *S. Ephrem Syrus Eliam, & Eliseum, & Ioannem, & Apostolum Paulum, in eorum numero recenset, qui se castraverunt propter regnum cælorum*. Vide Athanasium & alios *Puncto* 1. citatos. Em. Bellarminus autem *lib. 2. de Monachis cap. 23.* dicit: *Ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solùm continet se, sed qui non se continere non potest.* Addunt de Nazaræis (quorum eadem est ratio, nam Hieronymus *in Ezechielem cap. 6.* ait: *Nazaræus Eliseus*) Chrysostomus tom. 2. Homil. 4. de Epiphania: *Nazaræi secundùm legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni votô mancipabant.* Damascenus lib. 4. de fide cap. 25: *An non denique Lex Nazaræi ingens votum nuncupat.* Albertus Magnus in 4. dist 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Ecclesia, sicut modus Iuris Nazaræorum, qui votum vovebant perpetuum, & Rechabitarum.* &c. Et ante illos Origenes Hom. 24. in Numer. *Ille verò, qui appellatur Nazaræus, semetipsum Deo vovet; hoc est votum Nazaræi, quod est super omne votum, semetipsum Deo offerre, nec alieno labore, sed proprio placere, perfectius est cæteris omnibus votis, quod qui facit, imitator est Christi.* Cornelius à Lapide in cap. 4. Thren. *Nazaræi, id est separati, consecrati, ac coronati erant, qui se Deo devovebant.* Bellarminus. Hieronymus. Chrysostomus. Damascen. Alb. magn. Origenes. Cornel. à Lapide.

9. Adde 1. S. Ioannem Baptistam vovisse, aut cæteros primitivæ Ecclesiæ Monachos non vovisse, cùm etiam fuerit horum in Euangelio Author juxta illud D. Hieronymi Epist. 13. ad Paulinum: *Vt ad Scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum: huius etiam in Evangelio Ioannes Baptista author extitit. Deinde progeniti sunt huius conversationis nobilissimi Principes Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplo per universum mundum adolevit institutio Monachorum.* Idem habet Isidorus *lib. 2. de Officijs cap. 15.* Numquid & hi voverunt? Scriptura autem de Ioanne *Luca 1.* dicitur: *Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.* Matthæi 2. *Si vultis recipere, Ioannes ipse est Elias.* Infert Augustinus in qq. veteris Testamenti q. 26. *Parem ergò Ioannem Eliæ ostendit.* Et infrà: *Elias ergò par est illi.* Hieronymus in Matth. 11. *Vita austeritas rigorque mentis Eliæ & Ioannis pares sunt.* S. Thomas lect. 8. in cap 11. Epist. ad Hebr. *Quoniam Ioannes esset Elias*, sic exponit: *non fuit in persona, sed in spiritu & virtute, quoniam similitudinem ostendebat cum Elia in operibus & modo vivendi.* Uide Bernardum suprà *n.* 4. sed de his plura *infrà*. Hieronymus. Isidorus. Lucæ 1. Matthæi 2. Augustin. Hieron. D. Thomas. Bernardus.

10. Adde 2. S. Bernardum in *Serm. ad Fratres de Monte Dei*, aliquos vitæ monasticæ, quam tunc indubiè sub tribus votis Evangelicis profitebantur, antiquitatem & sanctitatem novitatis insimulantes, & vanitatis, sic arguere. *Hæc novitas non est novella vanitas; res enim est antiquæ religionis perfecta* (Nota) *fundata in Christo pietatis, antiqua hæreditas Ecclesiæ, à tempore Prophetarum præmonstrata* (numquid præmonstrata cum votis, dum perfecta?) *tamque nova gratiæ Sole exorto in Ioanne Baptista instaurata & innovata*; certè non sine votis, ut statim vidimus. Et infra: *Post Passionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effusi Sanguinis recenti memor à, solitariam hanc* (Nota) *vitam eligentibus, paupertatem hanc* (Nota) *sectantibus, & in spiritualibus exercitijs, & in contemplatione Dei pinguis otium alterum in altero zelantibus, deserta repleta sunt, ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antonium, Arsenium, & alios quam plures in sancta huius conversationis* (numquid cum votis?) *Republica consulares viros.* Adstipulatur Baronius in notis Martyrologij Romani ad diem 19. Octobris: *Porrò ipsum monasticum Institutum non est recens, sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse* (numquid cum votis?) *Ex his, quæ scribit Philo de Essæis, & quæ habet Dionysius Areopagita, & alij, facilè colliges, licèt nomen ipsum non adeò vetus fuerit.* Genebrardus de Essæis lib. 1. Chronol. mundi an. 3171. *Eliseus construxit cellas Prophetis in Iericuntis solitudine, manavit institutum & loci Religio ad posteros, fuitque desertum hoc ab Essenis habitatum.* Et de Ioanne, Chartagena tom. 4. lib. 17. Homil. 2. Obiect. 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis* (utique cum votis) *inter filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui monasticam Eliæ disciplinam profitebantur.* Votum exprimit Robertus Episcopus Arboricensis tom. 2. de Cœlibatu tuendo: *Voti obedientiæ antiquissimum Institutum* Baronius. Genebrardus. Chartag. Robertus Arb.

*tum liquidò demonstratur : constat enim filios Prophetarum olim appellatos, in quos ipsi Propheta ius paternum exercerent, eos eruditione instruendo & moribus: erat ergò Pater spiritualis, quem hodie Abbatem* (numquid cum votis?) *vocamus: sicque ab eo tempore in hanc usque atatem deducta est* (numquid cum votis?) *spiritualium filiorum selecta ac verè* (Nota) *monastica obedientia, cui prastanda* Franciscus de Paz. *obnoxij erant ij, qui filij dicebantur Prophetarum : non est ergò recens inventum obedientia monastica, aut res, aut nomen; nam de ea speciatim loquimur.* Et P. Franciscus de Paz Salmanticensis *assert.* 10. inter Romæ disputatas, & relatas in *Menolog. Carm.* pag. 46. & 47. *Forma monastica disciplina, sub observantia trium votorum essentialium non est novum inventum in Ecclesia, sed ab Elia* Bellarmin. *primordialiter emanavit, & ad hac usque tempora perseverat.*

11. Adde 3. Em. Bellarminum lib. 2. de Monachis cap. 2. Religionem monasticam sic definire: *Religio, ut hic à nobis accipitur, status est hominum ad perfectionem Christianam per paupertatis, continentia, & obedientia vota tendentium.* Et tamen ibid. cap 39. dicit: *Vita Eremitica est culmen & perfectio vita religiosa.* Item: *Quocirca veteres Patres Eliam & Ioannem* Basilius. Nazianz. Hieronym. Cassianus. Sozomen. Theophilactus. Isidorus. *Eremitas* (utique cum votis, si ista subsistant, & contradictionem, ut debes, renuas) *& Principes Eremitarum faciunt, ut Basilius Epist. ad Chilonem. Nazianzenus in Apologia, postquam ex fuga rediisset. Chrysostomus Hom* 69 *in Matth Hieronymus, partim in Epist. ad Paulinum de instit. Monach. partim in Epist. ad Eustoch. de Virginit. Cassianus collat.* 18. *cap.* 6. *Sozomenus lib.* 1. *Hist. cap.* 12. *Theophilactus in* 1. *cap. Luca. Isidorus lib.* 2. *cap.* 15. *de Officijs Divinis.* Nec refert, quod hi ipsorum vota non exprimant: quia ipso *ibid. cap.* 13. fatente, expressio hæc ad explicationem, non ad necessitatem, pertinet; nam ad hæc Fulgentij: *qui-* Hieronymus. *que seipsum castraverit propter regnum cœlorum* ultima verba, *& in corde suo continentiam voverit,* subdit: *ubi illud & ad explicationem pertinet.* Exprimit tamen satis Hieronymus *Epist.* 4. *ad Rusticum* docens: *in veteri Testamento Monachum fuisse Eliam, sicut in novo fuerit Paulus, Antonius, Hilarion & Macharius.* Et *Epist.* 13. *ad Paulinum* sine discrimine voti scribens: *Nos* S. Machar. *autem habeamus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias* &c. S. Macharius in sermone ad Monachos, *Fratres charissimi* &c *Eliam, & Elisæum, ac filios Prophetarum, quos constat veraciter* (nota, quomodò veraciter, si sine votis?) *veteris testamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà, *hos secuti sunt Paulus, & Antonius, & multi hujus propositi sectatores, qui idcircò laudibus* Rupertus. *extolluntur; qui à cœpto Ordine nullatenùs leguntur deviasse.* Et Rupertus lib. 4. in Reg. S. Benedicti cap. 12. *Monachi filij Prophetarum, & post alijs nominibus Assidai, sive Esseni dicebantur.* Item in exposit. cap. 4. Cant. *Eliam, & Elisæum & filios Prophetarum fuisse Monachos* (non igitur sæculares, uti essent, sine votis) *in veteri Testamento consentit authoritas venerabilium Patrum.*

12. Addo 4. Quoad Recentiores, præter Ordinis nostri Authores omnes unanimes, pro Eliæ votis penè innumeros citari posse, è quibus sequentium rationes illa Chartagena. evincunt: Chartagenæ imprimis, lib. 17 Homil. 2. ad Object. 7. *Tandem Eliam ejusque successores, tam paupertatis votum, quàm reliqua substantialia Religionis emisisse, vel illa una ratio nervosè satis suadet: quod si Elias, ejusque successores Monachorum institutum amplectentes, Deo se consecrarunt, castitatem, paupertatem & obedientiam colentes, certè cùm prædicti Patres non ignorarent, fore Deo gratissimum, longéque magis meritorium, propositum suum voto firmare* (*hoc enim, ut suprà præmisimus, in veteri Lege notum compertumque fuit*) *& prætereà cùm apertè scirent, plurimum valere hanc votorum emissionem* &c: *non est dubium, quin hos votorum adminiculo ad prædictos fines iuvarentur* &c. *quare existimo Scripturæ & rationi valdè consentaneum esse, viros illos divino lumine ductos, Institutum monasticum tribus votis firmasse, maximè cùm Elias speciali Dei revelatione monastica pro-* Isidorus. Sozomen. Niceph. r. Ovandus. *fessioni initium dederit, ut testatur S. Isidorus lib.* 2. *de Divinis Officijs cap.* 15. *Sozomenus lib.* 1. *Eccles. Hist. cap.* 12. *Nicephorus lib* 8. *cap.* 39. Deinde Ovandi in 4. dist. 3. propos. 8. *Notum erat Iudais, tam ex lege, quàm ex Prophetis, tam exemplo Iacob. Genes.* 28. *quàm multorum aliorum, quod vota Deo placebant, & quod idem opus, factum ex voto, erat laudabilius, utpotè procedens ex voluntate*

*magis*

*magis firmata in bono: notum etiam erat eis Deo placere virginitatem & castitatem, alioqui non illam servassent* &c. *Quare igitur ante adventum Messiæ non se conformarmt per votum etiam illis, qui castitatem & virginitatem servaturi erant post Messiam.* Denique Ægidij Camarti Minimorum Generalis lib. de Elia Thesbite: *Elias id habet præeminentiæ suprà illos, quod non solùm virginitatem excoluit, sed & præterea author fuit cur plurimi discipulorum se pœnitus addixerint; collegia enim, quæ ibi instituit, viris in cælibatu degentibus plena erant, quò fit ut Hieronymus, Ioannes Ierosolymitanus, Cassianus, & alij quotquot de monasticis rebus scripserunt, asseruerint Eliam omnium Monachorum Parentem fuisse; quia* (nota) *tria essentialia Religionis vota primus opere adimplevit.* Camartus.

13. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Elias, sub tribus votis Evangelicis, quæ per revelationem noverat, servavit* &c. imò & nostri Venerabilis P. Thomæ à Iesu parte 1. *de varijs Regul. Carm.* cap. 1. §. 2. *Ostensuri Ordinem nostrum à magno illo antiquatæ legis vate Elia ortum habuisse, oportuit præmittere, eum Evangelicæ legis consilia divino ac prophetico spiritu prævidisse, primoque omnium observasse.* Et R. P. Saliani ad an. 3124. *Edoctus Elias divinitus formam, quam ipse deinde cum plerisque, quos ipse Dominus aggregaturus erat, perfectioris vitæ studiosis esset acturus.* Esse in S. Scriptura, in SS. Patribus & Doctoribus quoad Eliæ tria vota essentialia fundatissimam: nihilominùs ipsa aliquos habet modernos *dissidentes Amicos*, qui volunt votum castitatis fuisse in lege veteri prohibitum, quorum rationes infrà solvemus. Sequela. Thomas à Iesu, Salianus.

## PUNCTUM III.

### *Elias fuit verè & propriè quoad Religionis monasticæ substantiam, sive præcisis in lege nova adjectis*, solemnitate, perfectione & potestate clavium prout legis gratiæ, *Religiosus.*

14. Patet evidenter ex duabus præmissis *Puncto I. & II.* sententijs, in S. Scriptura, SS. Patribus & Doctoribus fundatissimis: unde meritò Supremus S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus anno 1639. in judicio contradictorio, per sententiam definitivam, sequentes propositiones inter alias approbavit. S. Inquis. decretum.

*Quod in Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis voluntariæ.*
*Quod in Lege scripta fuit votum obedientiæ perpetuæ.*
*Quod in Lege scripta fuit votum paupertatis perpetuæ.*
*Quod in Lege scripta fuit verus monachatus & Religio.*

*Currant impressa, ut iacent, & de novo possint imprimi, dummodò declaretur non fuisse monachatum in Lege scripta, cum solemnitate, & perfectione, & cum potestate clavium, sicut in Lege gratiæ: quia istius (in tota sua perfectione) author & institutor fuit Redemptor IESVS Christus, & illius in Lege scripta fuit causa exemplaris & meritoria.* Quæ omnia, salvô meliori judiciô, salvantur, à vero Monachatu & Religione veteris Legis excludendo, non quidem tria obedientiæ, castitatis & paupertatis vota, aut veritatem Monachatus & Religionis, uti ex allatis propositionibus manifestè sequitur, quibus hîc alioqui contradiceretur; sed ea omnia, quæ Christus istis tribus votis, ac vero Monachatui & Religioni, suâ authoritate & institutione adjecit, v. g. gratiæ prærogativas & dependentias à potestate clavium, S. Petro & successoribus ejus ab eo collata, quæ procul dubio Christo Redemptori tribui debent, ac per consequens Monachatus & Religio quatenus in Lege gratiæ istis informantur & perficiuntur: quô sensu ille dici potest umbra & figura hujus dumtaxat.

Prosecutio. 15. Approbavit insuper has propositiones. *Quod Sanctus Propheta Elias adæquat in sanctitate magnum Baptistam. Quod æqualis est in sanctitate Apostolis. Possunt currere & currant liberè.* Quibus longè plus Sancto Prophetæ Eliæ conceditur, quàm præcisè dicendo, quod fuerit verè & propriè quoad Religionis Monasticæ substantiam sive præcisis &c. Religiosus.

Sequela. 16. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Elias fuit verè & propriè quoad Religionis Monasticæ substantiam, sive præcisis in lege nova adiectis*, solemnitate, perfectione & potestate clavium prout legis gratiæ, *Religiosus.* Imò & S. Macharij in Serm. ad monachos: *Eliam constat veraciter veteris testamenti monachum.* Non solùm esse in S. Scriptura, SS. Patribus & Doctoribus *Puncto I. & II.* præcitatis fundatissimam; sed & in Supremi S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus in iudicio contradictorio sententia definitiva: nihilominus, ipsa aliquos habet modernos *Diffidentes Amicos*, qui Eliæ monachatum sub tribus votis explodant tamquam fabulam multis iniuriosam, quibus infra satisfaciemus.

S. Macharius.

# PUNCTUM IV.

## *Elias montem Carmeli incoluit, & in eo Filiorum Prophetarum, Essenorum, ac Antiquorum & Modernorum Carmelitarum Ordinem sub tribus votis Essentialibus fundavit & instituit.*

3. Reg. 18. Basilius. 17. Patet 1. Quod *Elias Montem Carmeli incoluerit.* Ex S. Scriptura 3. Reg. cap. 18. *Congrega ad me universum Israel in Monte Carmeli* &c. Infra autem: *Elias autem ascendit in verticem Carmeli.* Ex S. Basilio in Epist. ad Quilonem: *Hic mons celeber Carmelus, in quo Elias perplacuit Deo.* Gregorio Nysseno S. Basilij fratre, in Baptismo Christi: *Elias Carmelum incolebat; clarus autem mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus.* Cyrillus Alexandrinus in Amos cap. 1. *Carmelus mons est Iudæa, in quo Elias Thesbites habitavit.* Abulensis 4. Reg. 1. q. 5. *Manebat Elias in Monte Carmelo; nam postquam accepit ibi ignem à Domino pro sacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, semper voluit manere in monte illo, religiosè vivens.* S. Antoninus tit. 15. Hist. cap. 1. *Elias Anachoreticam vitam duxisse videtur habitans in Monte Carmeli.* Willelmus Episcopus Tyri de bello Sacro: *Carmelus mons est in Syria, Elia, Elisei & filiorum Prophetarum incolatu valdè nobilis.* Vnde Em. Baronius ad an. Christi 1182. *duxitque in Montem Carmelum, Eliæ habitatione olim egregiè nobilitatum.* Numquid etiam attentis præmissis *Puncto I. II. & III.* reverà Elias fuit religiosus Carmelita, iuxta illud Gregorij Nazianzeni Epist. 236. *Elias Carmelicola.* Et sic de alijs istius montis cultoribus?

Nyssenus. Cyrillus. Alexand. Abulensis. Willel. Tyrus. Baronius.

Eccli. 48. Isaiæ 32. Michææ 7. 18. Patet 2. Quod *in Carmelo Filiorum Prophetarum & Essenorum Ordinem fundavit & instituit.* Ex S. Scriptura Eccli. 48. *qui Prophetas facis successores post te.* Isaiæ 32. *habitabit in solitudine iudicium & iustitia in Charmel sedebit.* Michææ 7. *Pasce Domine pasce populum tuum in virga tua* (iuxta illud Psal. 44. *Virga directionis Virga regni tui.*) *gregem hereditatis tuæ, habitantes solos in saltu in medio Charmeli: pascentur Basan & Galaad* (per quos intelligitur populus Dei, cuius pars nobilissima Filij Prophetarum) *iuxta dies antiquos*, Eliæ scilicet. Ex Ioanne 44. lib. de Instit. Monachor. cap. 19. *Reversus itaque iussu Dei Elias de spelunca Montis Horeb in terram Israel, confestim instar auræ tenuis sibilavit, idest convocavit suos discipulos.* Item infra:

Ioannes 44.

quia

*quia igitur ex tunc, & non antea, studuit ipse deinceps religionem, quam inchoaverat in loco idoneo plantare: anno quidem decimo regni Regis Israel, ad suam & suorum discipulorum iugem mansionem elegit, præ alijs eremis, Carmeli montem, tamquam commodiorem ad Propheticam disciplinam & vitam monasticam in eo edocendam, melius & exercendam. Mons quidem Carmelus præbet Eremitæ homini ex sua solitudine silentium & quietem, ex suis antris congruam mansionem; ex suo eminenti situ aërem salubrem; ex suo saltu iucunditatem; ex suo fonte aquæ vivæ haustum dulcem: propter quæ omnia Elias in Monte isto, nedum habitare elegit, verum etiam domum Orationi consecratam, appellatam* SEMNION *in eo ædificavit.* Gaspare Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra Montem Carmelum religiosum habuit cœtum quem postea in montem Carmeli secum adduxit, ubi discipulis, qui postea filij Prophetarum vocati sunt. Monasticæ vitæ normam indixit* Cornelius à Lapide in 7. cantic. *Elias in monte Carmelo Religiosam familiam virorum Deo servientium, qui in libris Regum filij Prophetarum vocantur, instituit: unde ab hoc monte Religiosi Carmelitæ, quasi Eliæ posteri nomen acceperunt.* Genebrardo lib. 4. Chronologiæ. *Sed Carmelitarum origo altius repetitur, nempe à Prophetis Elia & Eliseo, qui Carmelum Montem Terræ Sanctæ primitus consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura filios Prophetarum appellat.* Henriquez tom. 2. lib. 12. cap. 5. *Ab Elia fertur Essenorum Religiosorum ortum habuisse in Monte Carmelo.* Confirmat S. Scriptura 4 Regum 6. *Dixerunt autem filij Prophetarum* (habitantes in Carmelo, primùm ibi ab Elia fundati & instituti) *ad Eliseum: ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis, eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, & ædificemus nobis ibi locum ad habitandum qui dixit:* ite, *& ait unus ex illis:* veni ergo & tu cum servis tuis. *Respondit:* ego veniam, *& abijt cum eis.* Super quo Waldensis in Doctrinali fidei lib. 3, art. 1. *Post Eliam Eliseus in Monte Carmelo statuit multos de Filijs Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere: Unde venientes ad Eliseum præceptorem suum, dixerunt:* Ecce locus &c. *& sic tandem multi manserunt ibidem iuxta littus Iordanis, & mansit hæc religio Prophetarum usque ad adventum Christi.* Antiquissima Chronica Romana: *fuit tempore prædicationis* IESU *Christi, quod fratres de Monte Carmelo Ierusalem accesserunt, & quidam illorum anno septimo à passione Domini, regnante Romanô Imperiô usque ad tempus Titi & Vespasiani, apud Ierusalem in porta aurea religiosè consederunt* Iosephus Antiochenus in Speculo perfectæ militiæ primit. Eccles. cap. 12. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadiutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmeli descendentes* &c. Armacanus Hiberniæ Primas in *Concione de concept. B. V.* coram Em. Card. an. 1341. habita. *Ut dicunt Historiæ fide dignæ, à tempore Eliæ & Elisei, qui sæpius morabantur in monte Carmeli, iuxta civitatem Dominæ nostræ ad tria milliaria, solebant homines devoti secretius habitare usque ad tempora Salvatoris.* Ac proinde meritò Balbinus in *Epist. ad Antoninum Imperatorem* anno. 140. Exclamavit, scribens: *O Antonine, inter mirabilia in hac Regione, Mons est Carmelus, in quo vetus Religio & Sanctitas ab Elia* (puta Institutore & fundatore) *antiqua est.* Et Gregorius Nazianzenus in Oratione de Pauperum amore: *ut ab omni negotio tranquillè philosopharer, mecumque ipsius colloquium haberem, Eliæ Carmelum cogitabam, Ioannisque desertum, ac cœlestem eorum, qui hoc Philosophiæ genus profitentur, vitam.* Numquid isti omnes Prophetarum filij, Esseni &c. de Carmelo descendentes, reverà erant Carmelitæ, uti Elias; dum tot alij monachi à loco suæ institutionis & fundationis nomen sortiuntur? Vide infra *n.* 860 *&* 874. *ad* 886.

Sanchez. à Lapide. Genebrardus. Henriquez 4. Reg. 6. Waldensis. Chronica Romana. Iosephus Antiochenus. Armacanus. Balbinus. Nazianzenus.

19. Patet 3. Quod *antiquorum & modernorum Carmelitarum Ordinem in Carmelo fundavit & instituit.* De *antiquis* patet ex statim præmissis: de modernis patebit evidenter ex dicendis *Puncto VII.* Nec obscurè infertur ex S. Scriptura, suppositis alijs paulo ante præmissis, Isaiæ 32. *Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Charmel sedebit; & erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum.* Cui respondet recepta Isaiæ 32.

Revelatio S. Thomasij. Revelatio S. Petro Thomasio à D. Virgine facta, & habetur in 5. lect. officij ipsius à S. Congregatione approbati: *Pro sui Ordinis perpetua conservatione & augmento frequenter ad Deum & beatissimam Virginem orationes fundens, intimaque inter orandum edens suspiria, ipsâ nocte Pentecostes, cum id instantius postularet, à Beatissima Virgine mirabili hoc responso dignatus est*: CONFIDITO PETRE, RELIGIO ENIM CARMELITARUM IN FINEM USQUE SECULI EST PERSEVERATURA: ELIAS NAMQUE EIUS INSTITUTOR (quid efficacius) IAM OLIM A FILIO MEO ID IMPETRAVIT. Iremiæ. 35. Imò & illud Ieremiæ 35. *Pro eo, quod obedistis præcepto Ionadab Patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis universa, quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, non deficiet vir de stirpe Ionadab Filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.* Hieronymus. De his autem Hieronymus Epist. 13. ad Paulinum: *Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum* &c. *de his sunt & Filij Rechab.* Ioannes 44. Ioannes 44. lib. de Instit. Monachor. cap. 25. *Cinei itaque ab hoc Rechab descendentes, & cum Ionadab Filio eius Religionem Elisei Eremiticam sequentes, dicti sunt Rechabitæ.* Bolducus. Boulducus in lib. 3. de Eccles. ante leg. cap. 16. *Eliæ autem & Eliseo successit in officio vir sapientia & ætate celeberrimus Ionadab, qui passim in scriptura vocatur Filius Rechab.* Lezana. cui teste Lezana. *Apparatus cap. 7. ad tom. 1. Annal.* Suidas vetustus author verbo *Essei* S. Nilus in *Ascetico sub initium.* Georgius Peccator Monachus in *Chronico m. 5.* Scaliger, Serarius, Villalpandus, & alij *ibid.* citati adstipulantur. Et Ægidius Gelenius lib. 3. Colon. Agrip. Syntagm. 43. Hic igitur Ordo Propheticus, sub Rechabitarum, Assidæorum, & Essenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex SS. Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans usque ad tempora Christi & Apostolorum à S. Ioanne Baptista ad Christi fidem comparatus &c. Baronius. Vnde Em. Baronius ad an. Christi 64. n. 7. *Cæterum, haud incongruum erit dicere Essenos à Rechabitis descendere; nam etsi Rechabitarum instituta cessassent, non tamen genus* (idest generatio) *illorum extinctum est: de eis enim Dominus dixerat Ieremiæ 53.* Non deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Hegesippus apud Eusebium lib. 2. cap. 22. de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi iusti.* Dicit autem: *Etsi Rechabitarum instituta cessassent*, propter supererogata ab Essenis, iuxta illud Gravina. Dominici Gravinæ lib de voce turturis p. 2. cap. 5. *Permanserunt hi Prophetarum filij usque ad tempora Apostolorum ex Eusebio: successerunt eis illi, qui supra Eliæ institutiones alijs supererogaverunt; fortè ab Eliseo Propheta eorum Magistro & Authore acceptas; hi fuerunt Esseni* &c. Sed hinc nulla propriè dicta cessatio, quin potius Prioris instituti perfectio: nisi velis cessasse Ordinem quemlibet primævum ob institutiones ab aliquo reformatore supererogatas; hincque cessare genus propter speciem; Ordinem regularem, tam Clericalem, quàm Monasticum à Christo & Apostolis, quodammodò in communi, institutum, cessasse propter speciales Regulas S. Augustini pro Canonicis regularibus, Basilij & Benedicti pro Monachis; & Ordinem S. Francisci apud Capuccinos, Recollectos & alios etiam cessasse: quæ nullus dixerit, cum inde sola quædam Ordinis antè stantis extensio, instar generis ad species, aut subiecti ad accidentia, sequatur. Vnde si Regulares Canonici Lateranenses probare possint, uti velle debent Pennotus, Bordonus & alij, Apostolos non promiscuè monachos ordinasse clericos, aut Clericorum Regularium, qui monachi non essent, Ordinem instituisse, aut ex Evangelio, vel aliunde, ab Apostolis eos acccepisse exempla & documenta, loco Regulæ, quæ non erant quibuscumque monachis sive religiosis clericis communia; prout S. Elias non monachos instituit Carmelitas, Carmelitarum, qui non erant monachi, sed sæculares, Ordinem instituit, & Carmelitæ ab Elia acceperunt exempla & documenta, loco Regulæ, quæ non erant sæcularibus ullis communia: non video, cur Regulares Canonici Lateranenses non meritò longè retrò S. Augustinum, non obstante Regulâ & insti-

& institutionibus ab eo acceptis, suam originem ad Christum & Apostolos trahant, uti prætendunt: quô suppositô, vix telum contra nostram ab Elia originem, suppositis Eliæ votis, vibratur, quod illam ipsorum ab Apostolis originem non impetat, ut infra consideranti patebit.

20. Adde: Pontifices: Ioannem XXII. in bulla *Sacratissimo*, in qua refertur revelatio D. Virginis ei dicentis: *amplam meo sancto ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes pià concedere, per Eliam & Eliseum in monte Carmeli inchoato.* quam confirmarunt Alexander V. Clemens VII. Paulus III. Gregorius XIII. de qua plura infra *n.* 174. & 175. Sixtum IV. in duplici bulla, *dum attenta* de Carmelitis dicentem. *Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei, & aliorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli, iuxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes*, quam confirmavit Iulius II. in bulla *ad Sacrum Ordinem*. uti & utriusque bullas istas Gregorius XIII. in bulla, *ut laudes*. Clementem VIII. in bulla, *In Apostolica dignitatis*, & alia, *Dominici Gregis*. Et litteris eiusdem ad Scichabam potentissimum Persarum Regem datis an. 1604. quæ hæc verba continent: *habuerunt olim Religionis huius Professores, sicut à Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, memoria proditum est, sui Instituti Authores, SS. Prophetas Eliam & Eliseum, omnibus gentibus & nationibus notos* &c. Scio, quod summi Pontifices novæ Religioni & Ordini antiquioris Religionis & Ordinis Regulam decernere observandam, eique ex gratia permittere, possint, ut istius antiquioris Religionis & Ordinis Institutorem & Patriarcham, publicè, etiam celebri officiô divinô, colat ac veneretur, tamquam, per privilegiatam communicationem ex indulto Apostolico, suum: sed quod hucusque decreverint ipsi novum ordinem illum ab hoc antiquioris Religionis & Ordinis Institutore & Patriarcha *hæreditariam*, ac proinde ipso iure, *tenere successionem*, non scio factum, nec puto factum cum in eo involvi videatur contradictio in terminis, videlicet, quod sit novus & non novus, utpote iure hæreditario antiquus; & quotiescumque hoc ius supponitur, Institutor & Patriarcha, absque ulla quæstione aut innovatione, præsupponitur, prout est in nostro ordine respectivè ad Eliam Sanctissimum Dei Prophetam in Confirmatione Ordinis & Regulæ à S. Alberto Patriarcha Ierosolymitano scriptæ, & aliàs semper, absque ulla tali quæstione aut innovatione præsuppositum: & meritò, ut patet ex præmissis, & clarius ex sequentibus à traditione, & Historicorum ac aliorum authoritate patebit.

Ioannes XXII. Alexander V. Clemens VII. Greg. XIII. Sixtus IV. Iulius II. Greg. XIII. Clemens VIII.

21. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam, *Elias Montem Carmeli incoluit, & in eo Filiorum Prophetarum, Essenorum, & Antiquorum ac modernorum Carmelitarum Ordinem sub tribus votis essentialibus fundavit & instituit.* Imò & doctissimi Patris Suarez tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 10. *Est autem valde recepta & satis antiqua traditio* (de qua Punctis sequentibus plura) *Religionem hanc* Carmelitanam *à temporibus Prophetarum, & signatim ab Eliæ institutione, suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem* (quam ab Elia ad nos probabimus statim fuisse interruptam) *in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit: quam traditionem ut veram suscipimus.* Esse in S. Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus, ac Pontificum bullis & S. Inquisitionis decreto hucusque citatis, alijsque infra citandis, fundatissimam: nihilominus ipsa aliquos habet modernos *Dissidentes Amicos*, qui traditionem hanc ut frivolam reijciunt, & Carmelitarum Ordinem sub Alexandro III. alij sub Alberto Patriarcha Ierosolymitano originem absolutè & simpliciter sumpsisse volunt, quibus ista sufficere debuissent, ut ad verisimilia & utiliora suum studium converterent.

Sequela. Suarez.

# PUNCTUM V.

## *Elias Filijs Prophetarum & suis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano descriptam hodiè moderni Carmelitæ observant.*

22. PAtet: Quia, cum constet ex Scriptura, SS. Patribus, Doctoribus, imò & summis Pontificibus, Eliam fuisse verè & propriè sub tribus votis essentialibus, *solemnitate, perfectione & Potestate clavium prout legis gratia* præcisis, religiosum, taliumque Religiosorum Ordinem fundasse & instituisse, uti *punctis præcedentibus* efficaciter probavimus, nec alibi Regula ab eo scripta legatur, evidenter concluditur, Sanctissimum Dei Prophetam filijs Prophetarum & suis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidisse. 1. prout Euangelium ipse Christus Apostolis & primis Christianis verbo & exemplo tradidit, iuxta illud Act. 1. *Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit* IESUS *facere & docere, usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit assumptus est.* Et in ipso Evangelio Matth. 5. dicitur: *qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.* Imò ipsum Evangelium fuisse primum verbo & exemplo ab eo & Apostolis traditum, nihil certius: de Elia autem scriptum est Eccli. 48. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat.* De ipsius regula verbo & exemplo Essenis tradita, sic scribit Philo in lib. de vita contemplativa: *dant operam Philosophiæ* (idest vitæ Propheticæ & Monasticæ) *per manus accepta à maioribus.* Nicephorus lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 16. *Vitam Propheticam flagranti atque ferventi fide meditantur atque æmulantur.* Cedrenus in compendio Historiæ in Carolo Imperatore: *Vatum priscorum æmulantur, atque imitantur vitam;* Et infra: *Sacras enim litteras legentes, Philosophiam Paternam exercent.* Porphyrius in lib. 4. de rerum animat. abst. apud Eusebium: *Varijs lustrationibus, Prophetarumque dictis, assiduè atque diligenter informantur.* Ambrosius lib. de Elia cap. 2. *Elias cælestem vitam in corpore, & superna usum conversationis exhibebat in terris.* S. Dorotheus Martyr in Synopsi Prophetarum relata tom. 1. Bibliothecæ Sacræ: *Elias hic primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad cælum subministravit: primus ex hominibus vitam Angelorum & hominum vitam ostendit.* Palatius ad ista verba Eccli. 48. *Surrexit Elias Propheta &c. Elias sua vita, sua Doctrina ac exemplo totum Orbem illuminavit, & omnium corda in amore Dei inflammavit.* B. Soretius in Præfat. Exposit. suæ ad Regul. Carm. *Elias itaque cœpit facere & docere Regulam huius Sacræ Religionis, & quidem perfectè quoad esse suum substantiale, divina revelatione edoctus.* Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra Montem Carmelum religiosum habuit cœtum; quem tamen postea in montem Carmeli secum adduxit ubi discipulis, qui postea filij Prophetarum vocati sunt, Monastica vitæ normam indixit.* Gravina lib. de voce turturis p. 2. cap. 5. *Permanserunt hi Prophetarum filij usque ad tempora Apostolorum ex Eusebio, successerunt ei illi, qui supra Eliæ institutiones alijs superogaverunt, fortè ab Eliseo Propheta eorum Magistro & authore acceptatas: hi fuerunt Esseni* &c. Beyerlink Theatri vitæ hum. tom. 6. verbo Religio. *Constat ex superiori titulo* de antiquitate huius Ordinis, *quomodò primitiva sua fundamenta ad Eliam & Eliseum referat, tandemque per filios eorum spirituales creverit instar lucis splendentes, & ad perfectum diem paulatim devenientis: siquidem ab Apostolis Christi Evangelium edocti illius sectatores, primordijs nascentis Ecclesiæ supra illius candelabrum etiam positi fuere, normamque ab Elia præscriptam & à Prophetarum filijs tot sæculis observatam, strenuè sibi servandam existimarunt, adiectis illis, quæ lege Evangelicâ addenda censuerunt viri sancti & Apostolici. Itaque non aliam vivendi normam, quam*

Act. 1. Matth. 5. Eccli. 48. Philo. Nichephorus Cedrenus. Porphyrius. Ambrosius Dorotheus. Palatius. B. Soretius Sanchez. Gravina. Beyerlinck

veterem

*veterem illam amplexati fuerunt primis quadringentis post Christum annis.* Adstipulatur Chartagena *n.* 882. citandus, & alij *n.* 885. Albertus Magnus 4. dist. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt* Albertus Mag. *modi approbati à Synagoga vel Ecclesia, sicut modus iuris Nazareorum, qui votum vovebant perpetuum & Rechabitarum, & huiusmodi illi modi erant loco Regulæ.* De Nazareis autem & Rechabitis scribit Boulducus lib. 3. de Eccles. ante legem cap. 16. *qui Nazarei & filij Prophetarum nuncupati, fuerunt deinceps Rechabitæ* (de quibus *Puncto II. Parte 3.*) *sunt appellati quod idem est* Boulducus *ac si Eliaita vel Eliseita dicerentur.* Et Hieronymus in cap. 7. Ezechielis dicit: *Eliseus licet* Hieronymus. *corporis haberet calvitium; tamen quia Nazareus Domini erat* &c. Stellartius Augustinianus Stellartius. lib. 2. de tonsuris & coronis cap. 13. hunc habet titulum: *De Elia Thesbite Propheta, Religioso, Nazareo* &c. quibus adstipulatur Ægidius Comartus Minimorum Generalis *lib. de Elia Thesbite cap. 3. sect. 18.*

23. Profectò, nisi Elias suis verbô & exemplô Regulam tradidisset, non apparet, qua ratione S. Hieronymus toties scripsisset: *Princeps noster Elias, Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum*; totque, ac penè omnes, SS. Patres eum fecissent omnium Eremitarum & Monachorum Principem: aut quomodò in primitiva Ecclesia fuissent verè & propriè dicti Monachi, si præter S. Scripturam, & talem Regulam, verbô & exemplô traditam, necessaria fuisset alia scripta; hincque frustrà Regulares Canonici Lateranenses suam ab Apostolis continuatam Institutionem deducere niterentur, quod oriri ex Regulæ defectu non fatebuntur, cum Doctissimus Suarez de Suarez. Religione tract. 7. lib. 2. cap. 15. dicat: *Conditio una esse potest, ut talis professio sit secundum aliquam Regulam ab Ecclesia probatam, & aliter facta non valeat: hæc autem necessitas non est absoluta; quia potuisset Ecclesia, nihil tale statuere, sed in solo naturali ac divino iure rem totam relinquere. & tunc sine Ecclesiæ approbatione posset religiosus status assumi, servando tantum ea, quæ supposita fide, secundùm rectam Rationem, & Christi Doctrinam ac institutionem* (supple aut antiquum testamentum Bordonus. & propheticam constitutionem) *ad talem statum sufficiunt.* Bordonus in suo *libello* de Iuribus Paroch. Can. Regul. Lateranensium cap. 4. *In votis paupertatis, castitatis & obedientiæ consistit essentia regularitatis & status religiosi.* omnes Canonistæ *in cap. cum de Monast. de statu Monach.* Glossa V. *Religiosus cap. 3. de procur.* D. Thomas. 2. 2. *q.* 186. *art.* 6. Sanchez *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 18. Addit: *pro illo tempore* (scilicet primitivæ Ecclesiæ) *satis fuisse Regulam Sancti Evangelij.* S. Cyrillus autem Constantinopolitanus *de processu & varijs Regulis Ordinis Carm. cap.* 1. scribit: *Sacra huius Religionis prisci Professores institutionem suam dudum in divina Scriptura, tamquam in amœno paradiso, speculabantur, ubi & fundatorum dictæ Religionis virtuosa exemplaria, ab eis imitanda, ipsi intuebantur à Prophetis commendata, & multis sacrorum voluminum testimonijs approbata.* Clarius Tritemius in *lib.* de laude & instit Ord. Carm. cap. 3. *Quamvis Eli-* Tritemius. *as Carmelitis Regulam scriptam non dederit, eis tamen exemplo conversationis, vivendi norma fuit, quibus post se, & habitum, & locum concessit.* cap. 4. autem: *Sancti etenim Patres, qui in monte Carmelo, iuxta fontem Eliæ, ante Christi nativitatem habitabant, Regulam conscriptam habuisse non leguntur: sed ipsi norma & Regula sibi fuerunt. qui exemplo Eliæ concorditer vivebant. Deinde post Passionem Domini, multiplicatâ per Iudæam fide Christianâ, hi, qui in Monte Carmelo vitam, imitatione Eliæ, ducebant Eremiticam, secundùm Evangelium Christi vivere cœperunt* (prout scilicet tunc fore vivendum Elias per figuras tradiderat, iuxta illud Philonis in *libro.* Quod omnis Probus: *pleraque per figuras, more veterum Philosophorum, sunt eis tradita.* Relege verba Gravina statim citata) Et infra: *Hæc est vita Apostolica, quam Fratres Carmelitæ in primitiva Ecclesia studiosissimè observabant Regulam super his Evangelium in cordibus suis habentes conscriptam.* Quamobrem non abs re Theophilus Raynaudus *tom.* 5. *pag.* 378. *contra Sectarios* probat ex eruditissimo P. Henschenio in *Preludio* ad vitam S. Antonij à §. 8. ad 12. Raynaudus. *S. Antonium proposuisse legem vitæ Sanctam & perfectam, non legem dumtaxat, quæ in actu signato lex dicatur; sed legem vivam & animatam ut Philo loquitur* lib. 1. de Abraham, *appellans Sanctos,*

*leges*

# PUNCTUM V.

## *Elias Filijs Prophetarum & suis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano descriptam hodiè moderni Carmelitæ observant.*

22. Patet: Quia, cum constet ex Scriptura, SS. Patribus, Doctoribus, imò & summis Pontificibus, Eliam fuisse verè & propriè sub tribus votis essentialibus, *solemnitate, perfectione & Potestate clavium prout legis gratia* præcisis, religiosum, taliumque Religiosorum Ordinem fundasse & instituisse, uti *punctis præcedentibus* efficaciter probavimus, nec alibi Regula ab eo scripta legatur, evidenter concluditur, Sanctissimum Dei Prophetam filijs Prophetarum & suis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidisse. 1. prout Euangelium ipse Christus Apostolis & primis Christianis verbo & exemplo tradidit, iuxta illud Act. 1. *Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit* IESUS *facere & docere, usque in diem, quâ præcipiens Apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit assumptus est.* Et in ipso Evangelio Matth. 5. dicitur: *qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.* Imò ipsum Evangelium fuisse primum verbo & exemplo ab eo & Apostolis traditum, nihil certius: de Elia autem scriptum est Eccli. 48. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat.* De ipsius regula verbo & exemplo Essenis tradita, sic scribit Philo in lib. de vita contemplativa: *dant operam Philosophiæ* (idest vitæ Propheticæ & Monasticæ) *per manus accepta à maioribus.* Nicephorus lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 16. *Vitam Propheticam flagranti atque ferventi fide meditantur atque æmulantur.* Cedrenus in compendio Historiæ in Carolo Imperatore: *Vatum priscorum æmulantur, atque imitantur vitam;* Et infra: *Sacras enim litteras legentes, Philosophiam Paternam exercent.* Porphyrius in lib. 4. de rerum animat. abst. apud Eusebium: *Varijs lustrationibus, Prophetarumque dictis, assiduè atque diligenter informantur.* Ambrosius lib. de Elia cap. 2. *Elias cælestem vitam in corpore, & superna usum conversationis exhibebat in terris.* S. Dorotheus Martyr in Synopsi Prophetarum relata tom. 1. Bibliothecæ Sacræ: *Elias hic primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad cælum subministravit: primus ex hominibus vitam Angelorum & hominum vitam ostendit.* Palatius ad ista verba Eccli. 48 *Surrexit Elias* Propheta &c. *Elias sua vita, sua Doctrina ac exemplo totum Orbem illuminavit, & omnium corda in amore Dei inflammavit.* B. Soretius in Præfat. Exposit. suæ ad Regul. Carm. *Elias itaque cœpit facere & docere Regulam huius Sacræ Religionis, & quidem perfectè quoad esse suum substantiale, divina revelatione edoctus.* Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra Montem Carmelum religiosum habuit cœtum; quem tamen postea in montem Carmeli secum adduxit ubi discipulis, qui postea filij Prophetarum vocati sunt, Monastica vitæ normam indixit.* Gravina lib. de voce turturis p. 2. cap. 5. *Permanserunt hi Prophetarum filij usque ad tempora Apostolorum ex Eusebio, successerunt ei illi, qui supra Eliæ institutiones alijs superogaverunt, fortè ab Eliseo Propheta eorum Magistro & authore acceptatas: hi fuerunt Esseni* &c. Beyerlink Theatri vitæ hum. tom. 6. verbo Religio. *Constat ex superiori titulo* de antiquitate huius Ordinis, *quomodò primitiva sua fundamenta ad Eliam & Eliseum referat, tandemque per filios eorum spirituales creverit instar lucis splendentes, & ad perfectum diem paulatim devenientes: siquidem ab Apostolis Christi Evangelium edocti illius sectatores, primordijs nascentis Ecclesiæ supra illius candelabrum etiam positi fuere, normamque ab Elia præscriptam & à Prophetarum filijs tot sæculis observatam, strenuè sibi servandam existimarunt, adiectis illis, quæ lege Evangelicâ addenda censuerunt viri sancti & Apostolici. Itaque non aliam vivendi normam, quam veterem*

Margin notes: Act. 1. — Matth. 5. — Eccli. 48. — Philo. — Nichephorus — Cedrenus. — Porphyrius. — Ambrosius — Dorotheus. — Palatius. — B. Soretius — Sanchez. — Gravina. — Beyerlinck

*veterem illam amplexati fuerunt primis quadringentis post Christum annis.* Adstipulatur Chartagena *n.* 882. citandus, & alij *n.*885. Albertus Magnus 4. dist. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Ecclesia, sicut modus iuris Nazareorum, qui votum vovebant prepetuum & Rechabitarum, & huiusmodi illi modi erant loco Regula.* De Nazareis autem & Rechabitis scribit Boulducus lib. 3. de Ecclesi. ante legem cap. 16. *qui Nazarei & filij Prophetarum nuncupati, fuerunt deinceps Rechabitæ* (de quibus *Puncto II. Parte* 3.) *sunt appellati quod idem est ac si Eliaitæ vel Eliseitæ dicerentur.* Et Hieronymus in cap. 7. Ezechielis dicit: *Eliseus licèt corporis haberet calvitium; tamen quia Nazaræus Domini erat* &c. Stellartius Augustinianus lib. 2. de tonsuris & coronis cap. 13. hunc habet titulum: *De Elia Thesbite Propheta, Religioso, Nazaræo* &c. quibus adstipulatur Ægidius Comartus Minimorum Generalis *lib. de Elia Thesbite cap.* 3. *sect.* 18.

Albertus Mag.
Boulducus
Hieronymus.
Stellartius.

23. Profectò, nisi Elias suis verbô & exemplô Regulam tradidisset, non apparet, qua ratione S. Hieronymus toties scripsisset: *Princeps noster Elias, Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum*; totque, ac penè omnes, SS. Patres eum fecissent omnium Eremitarum & Monachorum Principem: aut quomodò in primitiva Ecclesia fuissent verè & propriè dicti Monachi, si præter S. Scripturam, & talem Regulam, verbô & exemplô traditam, necessaria fuisset alia scripta; hincque frustrà Regulares Canonici Lateranenses suam ab Apostolis continuatam Institutionem deducere niterentur, quod oriri ex Regulæ defectu non fatebuntur, cum Doctissimus Suarez de Religione tract. 7. lib. 2. cap. 15. dicat: *Conditio una esse potest, ut talis professio sit secundum aliquam Regulam ab Ecclesia probatam, & aliter facta non valeat: hæc autem necessitas non est absoluta; quia potuisset Ecclesia, nihil tale statuere, sed in solo naturali ac divino iure rem totam relinquere. & tunc sine Ecclesiæ approbatione posset religiosus status assumi, servando tantum ea, quæ supposità fide, secundum rectam Rationem, & Christi Doctrinam ac institutionem* (supple aut antiquum testamentum & propheticam constitutionem) *ad talem statum sufficiunt.* Bordonus in suo *libello* de Iuribus Paroch. Can. Regul. Lateranensium cap. 4. *In votis paupertatis, castitatis & obedientiæ consistit essentia regularitatis & status religiosi.* omnes Canonistæ *in cap. cum de Monast. de statu Monach.* Glossa V: *Religiosus cap.* 3. *de procur.* D. Thomas. 2. 2. *q.* 186. *art.* 6. Sanchez *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 18. Addit: *pro illo tempore* (scilicet primitivæ Ecclesiæ) *satis fuisse Regulam Sancti Evangelij.* S. Cyrillus autem Constantinopolitanus *de processu & varijs Regulis Ordinis Carm. cap.* 1. scribit: *Sacra huius Religionis prisci Professores institutionem suam dudum in divina Scriptura, tamquam in amœno paradiso, speculabantur, ubi & fundatorum dictæ Religionis virtuosa exemplaria, ab eis imitanda, ipsi intuebantur à Prophetis commendata, & multis sacrorum voluminum testimonijs approbata.* Clarius Tritemius in *lib.* de laude & instit Ord. Carm. cap. 3. *Quamvis Elias Carmelitis Regulam scriptam non dederit, eis tamen exemplo conversationis, vivendi norma fuit, quibus post se, & habitum, & locum concessit.* cap. 4. autem: *Sancti etenim Patres, qui in monte Carmelo, iuxta fontem Eliæ, ante Christi nativitatem habitabant, Regulam conscriptam habuisse non leguntur: sed ipsi norma & Regula sibi fuerunt, qui exemplo Eliæ concorditer vivebant. Deinde post Passionem Domini, multiplicatâ per Iudæam fide Christianâ, hi, qui in Monte Carmelo vitam, imitatione Eliæ, ducebant Eremiticam, secundum Evangelium Christi vivere cœperunt* (prout scilicet tunc fore vivendum Elias per figuras tradiderat, iuxta illud Philonis in *libro.* Quod omnis Probus: *pleraque per figuras, more veterum Philosophorum, sunt eis tradita.* Relege verba Gravina statim citata) Et infra: *Hæc est vita Apostolica, quam Fratres Carmelitæ in primitiva Ecclesia studiosissimè observabant Regulam super his Evangelium in cordibus suis habentes conscriptam.* Quamobrem non abs re Theophilus Raynaudus *tom.* 5. *pag.* 378. *contra Sectarios* probat ex eruditissimo P. Henschenio in *Prœludio* ad vitam S. Antonij à §. 8. ad 12. *S. Antonium proposuisse legem vitæ Sanctam & perfectam, non legem dumtaxat, quæ in actu signato lex dicatur; sed legem vivam & animatam ut Philo loquitur* lib. 1. de Abraham, *appellans Sanctos,*

Suarez.
Bordonus.
Tritemius.
Raynaudus.

leges

*leges rationabiles & animatas, ostendentes opere, & in actu exercitio regulantes aliorum vitam melius & commodius, quàm id praestent leges scriptae. quarum commentarios ait esse vitas* Patrum. Ita ille.

Reductio Regulæ S. Alberti ad primam. 24. Ista quidem *Puncti partem* 1. concernunt: sed *pars* 2. non minus patebit infrà *Scuto XI.* reducendo singula capita Regulæ S. Alberti Patriarchæ Ierosolymitani ad singula capita normæ religiosè vivendi, quàm à prædecessoribus suis per traditionem acceperunt, & observarunt: quia autem reductio difficulter unô compendiô demonstrari potest lectorem consultò ad *Scutum XI. infrà* remitto.

Sequela. 25. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Elias filijs Prophetarum, & suis Carmelitis, Regulam verbò & exemplò tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano descriptam hodie moderni Carmelitæ observant.* Imò & Ioannis 44. in lib. de Instit. Monach. cap. 11. *Omnes quippe huius Religionis veri sectatores, tam in monte Carmeli, quàm alibi, habitantes, profitentur se humiliter sequi illam sanctam vitam & propheticam iustitiam vitæ monasticæ, quam Propheta Dei Elias servavit, & instituit, ac quam esse sequendam ipse, secundùm formam à Deo sibi traditam, & verbò pariter & exemplô discipulis suis tradidit, & in Eremo montis Carmeli residendo maximè docuit, ac demonstravit*: tot exemplis & tantâ authoritate firmari, ut nullatenus negari possit, modernos Carmelitas, ob defectum Regulæ, ab Elia originem sumere, aut affirmari eos, ob acceptam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano Regulam scriptam, originem primam ab eo sumpsisse. Nihilominùs ipsa aliquos habet modernos *Dissidentes Amicos*, tum qui acriter illud priùs negant, tum qui posteriùs affirmant, & ita quidem ut utriusque oppositum velint esse paradoxum; quibus consentire nequimus, nisi ista & *Punctis* prioribus alijs præmissa, efficaciter solvant.

Ioannes 44.

# PUNCTUM VI.

## *Carmelitæ moderni ab Elia per imitationem & generativam spiritualem propagationem descendunt.*

Evidentia ex terminis, etiam Scripturæ. Eccli. 48. 26. PAtet pars posterior (de qua sola est controversia, & ex qua ad priorem evidens est argumentum) ex locis S. Scripturæ *Puncto IV. n.* 18 citatis: *qui Prophetas facis successores post te*: quod omninò sic intelligi debet, *qui per generativam spiritualem propagationem Prophetas* sive filios Prophetarum veraciter Monachos *facis successores post te.* Quia ibi illud *facis* nullô modô intelligi potest de *successoribus* per *solam Eliæ imitationem*: tum quia imitatio est imitantium actio, non Eliæ; nec est Eliæ ut causæ efficientis, sed objectivæ tantùm: tum quia idæa quacumque, etiam lignea aut lapidea, suos habet imitatores, & tamen non dicitur *facere successores post se*: tum quia multi ob nomen suum imitantur S. Franciscum, Dominicum, Ignatium &c. tanquam Patronum, quos tamen, utpotè ad alium Ordinem spectantes, *non facit successores post se*, defectu juris sibi aut suis succedendi per se aut suos successores, illis communicati per acceptatam horum à se vel suis successoribus sui instituti professionem. Uide dicta *n.* 20. alioqui remotâ tali acceptatione, novus Ordo institutus sub obligatione assumendi Regulam S. Augustini, Francisci aut aliam, jure successionis (quidquid sit de privilegiata communicatione summi Pontificis) non videtur magis ad sanctum Augustinum, aut Franciscum pertinere, quàm Franciscanus ad Augustinum, aut Augustinianus ad Franciscum; quia illud jus succedendi fundatur in intentione fundatoris, quæ ad istum novum Ordinem se non extendit: actus autem agentium (ac proinde nec jus illud) non operantur ultra intentionem eorum.

Unde

Unde ulteriùs patet, neque alterum locum S. Scripturæ *n.* 19. citatum: *pro eo, quod obedistis præcepto Ionadab Patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis universa, quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, non deficiet vir de stirpe Ionadab, filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus* Posse intelligi de stirpe Ionadab *per imitationem tantum*, cum, ut vidimus, imitatio sola ad stirpem non pertineat; ac proinde sic tota illa maximi ponderis benedictio evanesceret. Et idem est de revelatione *ibidem* relata, ac SS. Patribus & Doctoribus *n.* 18. *&* 19. consequenter citatis, & fusius *Puncto seq.* citandis. Ieremiæ 36.

27. Sequitur ex præmissis, nostram sententiam: *Carmelitæ moderni ab Elia per imitationem & generativam spiritualem propagationem descendunt*, ita esse in S. Scriptura, SS. Patribus, Doctoribus, imò & bullis Pontificum, ac solemni revelatione fundatam, ut nullô modô asseri possit, modernos Carmelitas ab Elia per solam imitationem descendere. Nihilominus ipsa aliquos habet modernos *Diffidentes Amicos*, qui, unâ expositione *per imitationem*, omnibus istis satisfacere præsumunt; sed quàm inconsultò *infra* ostendemus, & statim præmissa satis evincunt. Seqrela.

# PUNCTUM VII.

## *Carmelitæ moderni ab Eliæ tempore in Monte Carmelo Hæreditariam successionem, hucusque legitimè non interruptam, tenent.*

28. PAtet ex locis S. Scripturæ *n.* 26. citatis, *ibidem* & *n.* 18. *ac* 19. expositis, bullis Pontificum *n.* 20. allatis, & SS. Patrum ac Doctorum authoritate, ut ita dicam, invincibili. S.Scriptura

29. *Primò*: Ex S. Hieronymo in Epist. ad Paulinum: *noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula propè fluenta Iordanis, de his sunt & illi filij Rechab, qui vinum & siceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, & qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiet de stirpe eorum vir, stans coram Domino.* Suida pag. 1049. *Essæi Iudæi ascetæ, maiores Ionanab filij Rechab* &c. Abulensi in 1. Paralip. cap. 2. q. 21. *Isti Rechabitæ erant veri Religiosi in veteri testamento, sicut nunc sunt Monachi.* Boulduco lib. 3. de Ecclesia aute legem. cap. 16. *Eliæ autem & Eliseo successit in officio, vir sapientiâ & ætate celeberrimus Ionadab, qui passim in Scriptura vocatur filius Rechab.* Em. Baronio ad annum Christi 64. n. 7. *Cæterum haud incongruum erit dicere, Essenos à Rechabitis descendere; nam etsi Rechabitarum instituta cessassent, non tamen genus* (id est generatio, sive progeniti) *illorum extinctum est, de eis enim Dominus dixerat Ieremia* 53. non deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Egesippus apud Eusebium.* lib. 2. cap. 12. *de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi iusti.* Ex istis habes hæreditariam Eliæ successionem usque ad Ionadab & Essenos ininterruptam; imò etiam usque ad Hieronymum ipsô fatente; quidni & usque ad Baronium, ipsô id ex I*eremia* 53. probante? Hieronymus. Suidas. Abulensis. Boulducus Baronius.

30. *Secundò*: Ex Iacobo Zeglero in descript. Palæstinæ in monte Adumim fol. 38. *In huius solitudinis parte sedit Eliahu Propheta, & Eliasa construxit cellas Prophetis, manavit institutio & loci Religio ad posteros, fuitque desertum hoc ab Engaddi habitatum ab Essenis, sub quorum Institutum educatus fuit Ioannes Zachariæ, & habitus in Essenis unus prædicta sanctitatis.* Chartagena tom. Zeglerus. Chartagena.

tom. 4. lib. 17. homil. 2. obiect. 10 *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis inter filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Monasticam Eliæ disciplinam profitebantur.* Auberto Myræo in lib. de orig. & increm. Ord. Carm.: *Illi verò, Prophetarum filij Esseniqùe Palæstinam incolentes (quemadmodum postea & Esseni in Ægyptum traducti) miris exemplis cœptam institutionem usque ad virginis partum perduxerunt.* Waldensi doct. fidei lib. 3. art. 1. cap. 4. *Post Eliam Eliseus in Monte Carmelo statuit multos de filijs Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere: unde venientes ad Eliseum Præceptorem suum, dixerunt:* Ecce locus &c. *& sic tandem multi manserunt ibidem iuxta littus Iordanis, & mansit hæc Religio Prophetarum usque ad adventum Christi* Genebrardo lib. 1. Chronograph. ad an. 3272. *Eliseus miris & inusitatis operibus insignis* 4 Regum 12. &c. *construxit cellas Prophetis in Ierichuntis solitudine: manavit institutum & loci Religio ad posteros. Quæ continuata est*, inquit Honuphrius Manescalcus tom. 1. Concionum in Conc. B. M de Monte Carmelo, *per Prophetarum filios, aut per eos religiosos, qui Esseni ab Eliseo appellati sunt.* Fernandez in Com. vil. veteris test. Præfat. vis. 9. n. 8. *Eliam verò secutus Ioannes Baptista* &c. *Spiritus ergo Eliæ continuata Serie in deserto per homines Religiosæ vitæ denique in Ioannem transmissus, illum quoque exibuit mundo monachorum Parentem.* Iosepho Antiocheno de perf. milit. primit. Ecclesiæ cap. 12. *Perfectorum militum Christi & Apostolorum coadiutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt.* Quibus similia habebis n. 881. *Ex Ioanne Bonifacio, Luitprando, Sigiberto Gemblacensi, Antiquissimo Chronico Romano, Armacano, Waldensi, Chronica Ord. Prædicatorum* & alijs. Ex istis autem & his habes hæreditariam Eliæ successionem usque ad Rechabitas, Essenos, ac nominatim Ioannem Baptistam, Christum & Apostolos, ex unanimi Historicorum sententia ininterruptam.

Myræus. Waldensis. Genebrardus. Manescalcus. Fernandez. Iosephus Antiochenus.

31. *Tertiò:* Ex Cassiano lib. 1. cap. 2. *Itaque Monachum, ut militem Christi in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere; hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento professionis huius fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum, divinarum Scripturarum auctoritate monstratur: ac deinceps Principes Authoresque novi testamenti Petrum & Paulum, cæterosque eiusdem Ordinis* (nota) *viros, taliter incessisse cognoscimus.* Ibidem: *Et idcirco hæc, quæ nec à veteribus sanctis, qui huius professionis fundamenta iecerunt, neque à Patribus nostri temporis, qui eorum per successiones* (nota) *Instituta nunc usque custodiunt, tradita videmus exempla* &c. Isidoro lib. 2. de officijs cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, huius propositi Princeps Elias & discipulus eius fuerunt* &c. *huius etiam propositi* (nota) *in Evangelio Ioannes Baptista extitit* &c. *iam deinde progeniti sunt conversationis huius* (nota) *nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, cæterique* Patres &c Idem habet Hieronymus n. 9. citatus. Nec recedit S. Macharius in Serm. ad Monachos: *fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum, ac filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate.* Et infra: *hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi huius propositi sectatores, qui idcirco laudibus extolluntur, quia à cœpto Ordine* (nota) *nullatenus leguntur deviasse.* S. Odilone Cluniacensi in *vita S. Maioli* in Bibliotheca Patrum: *cœpit Ordo* (nota: ergo extabat) *repullulare, &, ut verius dicam, reviviscere, quem ab Elia & Ioanne Baptista novimus processisse.* Quibus adstipulantur citandi infra. n. 850. *Myræus, Waldensis, Iacobus Zeglerus Genebrardus, Abbas Ieropolitanus, Petrus Opmerus, & Adrianus Adrianius.* n. 852. *Laurentium Beyerlinck* (præter *Hieronymum, Isidorum* & *Macharium* statim citatos) *Ioannem Bonifacium, Palæonydorum, Chartagenam* & *Henricum Henriquez.* n. 854. *Eusebium Cæsariensem, Ruffinum, Bedam, Adonem, Usuardum* & *Petrum de Natalibus* n. 855. *Luitprandum Honuphrium, Menescalcum, & Baptistam Mantuanum.* Unde ex citatis n. 28. & his habes hæreditariam Eliæ successionem usque ad Rechabitas, Essenos, Ioannem Baptistam, Christum, Apostolos & S. Hie-

Cassianus. Isidorus. Hieronymus. S. Macharius. S. Odilo. Multi alij.

S. Hieronymum, Cassianum, Isidorum, Maiolum ac Odilonem ininterruptam. Prænominatorum autem Eliæ successorum neminem sibi fecisse hæreditariè successores, qui usque ad tempora Bullonij & recuperatæ Terræ Sanctæ, aut etiam Aymerici & Alberti Patriarchæ Ierosolymitani, qui Montem Carmeli, avitum omnibus suæ primæ fundationis locum, ininterruptè, quantum persecutiones permittebant, incolerent, quis credat? Præsertim attentis præmissis. *n.* 19. Waldensi Doct. fidei lib. 1. cap. 4. *Elias Zelans multiplicare Religionem Prophetarum, sollicitè huic operam dedit: Elisæum primò instituens. Palliò suò induens, & demum alios post eum magnô numerô. providens ab interno, ut sancta Religionis successio semper staret, secundum quod sapiens ad Eliam loquens dixit:* Prophetas facis successores post te. *Eccli.* 48. Waldensis.

32. Verumtamen pro ista hæreditaria successione ab Elia usque ad S. Albertum Patriarcham Ierosolymitanum ininterrupta, & inde ad nos, nè nostra nimium protendatur Synopsis, Authores plurimos dabimus infra commodius *n.* 883. *ad* 886.

33. *Quatò:* Ex traditione. S. Scripturæ *n.* 18. & 19. Summorum Pontificum *n.* 20. SS. Patrum, Historicorum & Doctorum plurimorum irrefragabilis authoritatis hucusque citatorum, ac totius Carmelitarum Ordinis, ne unô quidem Authore exceptô, uti apparebit *Scuto XVII.* sub finem. Vnde meritò: Doctissimus P. Suarez tom. 4. de relig. t. 9. lib. 2. cap. 10. *Est autem valde recepta & satis antiqua traditio, Religionem Carmelitanam à temporibus Prophetarum, & signatim ab Elia institutione, suam ducere Originem, & quasi hæreditariam successionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam traditionem ut veram suscipimus; præcipuè quia summi Pontifices Sixtus* IV. *Ioannes* XXII. *Iulius* III. *Pius* V. *Gregorius* XIII. *Sixtus.* V. *& Clemens* VIII. *in Bullis huic Ordini concessis, de Professoribus huius S. Instituti ita loquuntur,* tamquam Religionis speculum & exemplar charitate fulgentes, Sanctorumque Prophetarum Eliæ & Elisei, & aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem S. Carmeli iuxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes &c. *Vnde Sixtus V. huic Religioni concessit,* ut Eliam & Eliseum, tamquam suæ Institutionis *Patronos coleret* (nec colit, nec unquam coluit alium ut talem) *Dies festos in eorum honorem celebrando, propriaque officia in eorum memoriam recitando, quod ipsa Religio studiosè servat, & in ipso officio nomen & solemnitatem Patroni, Eliæ tribuit.* Gaspar Sanchez in 3. Reg. cap. 17. n. 12. *Hinc* (idest à Carmeli Monte) *opinor ortum habuerunt antiquum & nobilem, qui nostro avo Carmelita dicuntur, viri Religionis gloria & vita sanctitate conspicui. Quod, ut credam, facit, non solum illius Ordinis, sed & omnium penè gentium constans & perpetua traditio: & quidem si ab hac mea cogitatione nihil staret præter traditionem, omni memoria superiorem, satis putarem habere præsidij; quia communis conspiransque consensio, nullo interrupta tempore, eam habet authoritatem, quam nulla, nisi magna fides, convellere, aut infirmare posset* &c. Salianus ad an. mundi 3139. *Ac ne quis nostrum hoc Benevolentia potius erga Religiosissimum Carmelitarum Ordinem, quàm veritatis, testimonium putet, quod eos Eliæ Sanctissimi Discipulos ac imitatores agnoscamus, audiat is Sixti IV. Romani Pontificis constitutionem anno à Sacrosancto Christi Natali* 1477. *editam, ubi inter alia,* Ordinem, *inquit* &c. Hieronymus Platus lib. 2. de bono Relig. statu cap. 22. *Carmelitarum quoque institutum, etsi annis demum mille ducentis* (quod diu antè, probabimus *Scuto XV.*) *post Christum natum, in Italiam illatum est, multo tamen tempore antiquius fuisse, asserunt viri gravissimi, cum memoria proditum sit, ipso anno salutis* 412. *Ioannem Ierosolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipso Ordine antea fuerat, eique præfuerat, Regulam ei condidisse, ex quo apparet, ipsum etiam vetustius esse. Certè non desunt multi, inter quos* Waldensis *vir gravis, qui existiment, iam tum ab Apostolorum tempore* (malè omisit ex Waldensi, *& prius ab Elia*) *inchoatum in Monte Carmelo, & argumentum est nomen ipsum* &c. Franciscus de Flores in cap. 24. Eccli. n. 68. *Hæc omnia tam illustria Carmelitana antiquitatis testimonia, cum præ oculis haberemus, nempe Summorum Pontificum oracula, Magnorum Scriptorum Responsa, Sepulchra, Epitaphia, Lapides, Fumosas imagines,* Episco-

Margin: Traditio irrefragabilis. Suarez. Pontifices. Sixtus V. Sanchez. Salianus. Sixtus IV. Platus. Fran de Flores.

*Episcopos, Academias, ac denique densissimam gravissimorum testium nubem, haud consultum nobis videbatur tanta authoritati refragari, illamvè eiusdem Carmelitici Ordinis venerabilem abijcere traditionem cum eâdem licentiâ alias eiusdem notæ liceret aliorum Ordinum antiquare traditiones* ( imò & penè omnes Ecclesiasticas, uti *Scuto XVIII.* efficaciter probabimus ) *Ergo non valde meditatò scriptum censemus à Cæsare Baronio* ( huius benigniorem sensum dabimus *Pharet. 7. Telo* I. *&* II. ) *tom. 6. Annal. ad an.* 444. *cum S. Cyrilli Alexandrini Menachatum Carmelitanum rejiceret.* flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare *: non inquam, consultò scriptum: neque enim tot Pontifices summi, neque Summates viri, omni eruditione cultissimi, præter unum Baronium, delirasse, aut dicendi, aut credendi fuerunt. Quod verò Cyrilli Carmelismum eo usque Baronius proiecit, iniuriâ id factum, neque firmô ullô argumentô ab Ecclesiastico Historico abnegatum* &c. Adstipulantur Ferdinandus Salazar S. Inquis. Hispanicæ Inquisitor & Archiepiscopus, lib. de Immac. Concept. sæcul. IV. argum. 12. *Illud tamen scias velim Illust. Card. Baronium & Bellarminum seriò affirmasse, librum* de Institutione Monachorum *non esse Ioannis Ierosolymitani germanum opus, eâ ratione ductos; quia meminit Carmelitarum, eorumque habitum graphicè depingit, quos,* aiunt, *Ioanne Ierosolymitano longè posteriores fuisse. Sed absit, ut ego gloriam istam Carmelitanis Patribus invideam, ne dictum Ioannem inter suos protoparentes numerent. Vidi certè, atque evolvi, non pauca antiquitatis monumenta, ut in hac controversia aliquid definirem: nihil tamen reperi, quod non suaderet, præmissum Ioannem Carmelitam fuisse, & dictum librum* de Instit. Monach. *ab ipso conscriptum: atque adeò hanc sententiam libentius amplector, & antiquissimo Ordini, quæ sua sunt liberè restituo.* Chartagena tom. 4. Homiliarum homil. 2. ad 5. obiect. *Cum de hac antiquitate sit immemorabilis traditio in tota Carmelitarum Religione, prudenter standum est tali traditioni, ut ratio ipsa præscribit: nam si, cum quis possidet rem aliquam bonâ dumtaxat fide per triennium, perpetuô gaudet præsidio, ut habetur* q. 16. cap. 6. præscriptionum, *multò rationabilius Religio habens traditionem à Prædecessoribus suis per multos annos de antiquitate fundationis illius, præsidio talis antiquitatis debet gaudere.* Bertrandus Lot. S. T. Doctor Duacenus, Casuum Belgij q. 7. de Carmelitis. *Quæstio movetur propter Sanctissimos Prophetas Eliam & Eliseum, an verè fuerint Monachi & religiosi: si enim tales fuerunt* ( quod patet ex *Puncto* II. *&* III.) *consequens videtur, Ordinem Carmelitarum fuisse in veteri lege, & Carmelitas ex tunc fuisse verè Religiosos: quia valde recepta & satis antiqua traditio est &c.* subdit & approbat verba doctissimi P. Suarez supra citata. Vide *Scutum XVII.* ubi plures damus.

Salazar. | Chartagena. | Bertrandus Lot. & alij.

Sequela irrefragabilis. Rolevinck

34. Sequitur ex præmissis nostram sententiam: *Carmelitæ moderni ab Elia tempore in Monte Carmelo Hereditariam successionem, hucusque legitimè non interruptam, tenent.* Imò & Werneri Rolevinck Chartusiani in *Chronico*, sive *Fasciculo temporum* ad an 1284. *Nobilissima civitas Acconis à Saracenis destruitur, ac demum Monasterium Deiferæ Mariæ in Carmelo, ad quatuor milliaria Civitati vicinum, ab eis igne crematur, fratribus in eo degentibus, perfidorum gladijs trucidatis, & tunc (proh dolor) Ordo Carmelitarum mellifluum locum ex toto perdidit, in quo ab Eliæ & Elisei Prophetarum tempore duobus millibus ducentis & viginti uno annis perstiterant.* Esse in S. Scripturæ testimonijs, Pontificum Bullis, Patrum sententijs, gravissimorum Historicorum relationibus, ac celeberrimorum Doctorum approbata traditione & assertis fundatissimam, ita ut inter purè Ecclesiasticas, & quæ fidei divinæ non sint, vix altera tot irrefragabilibus testimonijs contestata reperiatur Historia: nihilominus ipsa, nescio quô fatô, potiusquàm tot aliæ incomparabiliter minus fundatæ, suos habet *Diffidentes Amicos*, qui incautam nostrorum, ex nimia istiusmodi Historiæ veritatis confidentia, dissimulationem & silentium suspectantes, ita multiplicantur & invalescunt, ut tanden suæ solius authoritatis pondere, istam, nisi opportunè defendatur, supprimere possent veritatem. Hi autem sunt.

Salinas.

35. *Primò*: R. P. Franciscus Salinas Societatis Iesu, qui *tom. 2. Exposit. litteralis in cap. 2. Ione.* 435. *& alibi.* XXV. argumentis illam impetit. I. A silentio S. Scripturæ de Eliæ & filio-

& filiorum eius Religione, castitatis voto in antiqua lege &c. II. A differentia legis novæ à veteri III. Ab obscuritate Scripturæ super voto Nazaræorum perpetuo. IV. A Scriptura non aliter Eliæ vota indicante, quàm prædecessorum Seth, Enoch &c. V. A non reperta hæresi evidentioribus non roborata Scripturæ testimonijs. VI. A defectu requisitorum ad veram traditionem. VII. A traditionibus Carmelitarum antiquorum, quas moderni non recipiunt. VIII. A præcepto nuptiarum in Lege veteri. IX. A maledicto sterilitatis in Lege veteri. X. A Virginitatis primatu Deiparæ Virginis. XI. Ab authoritate Patrum & aliorum istam prærogativam ei tribuentium. XII. Ab omnium ferè silentio de dicta traditione, & à quibusdam eius ad fabulas revocatione. XIII. A traditione ista, ardore obtinendi antiquissimam originem commenta. XIV. A votis acceptis ab Alberto iuxta Clementem VIII. & successione in alijs, quàm votis. XV. A successione ab Elia, non alia, quàm ab Enoch. XVI. A sensu, quo traditionem agnovit Sanchez ob nostrorum importunitatem & improbitatem. XVII. A Ioannis Baptistæ Principatu monachorum. XVIII. A Ioanne Dei suorum Institutore sine votis. XIX. A Gastone, Antonianorum Institutore, non Antonio. XX. A S. Bernardo, Cisterciensium Institutore sine votis ab eo acceptis. XXI. A Paulino Nolasco non religioso, Ordinis Mercenariorum Fundatore. XXII. A Nazaræis non religiosis, nisi in umbra & figuris. XXIII. Ab Elia, Carmelitarum quidem Patre, sed non religioso. XXIV. Ab Essenorum hæresi. XXV. Ab authoritate Waldensis Eliæ Institutum cum Seth & Enoch. confundente.

36. *Secundò*: R. P. Christophorus de Vega eiusdem Societatis. *Theol. Mariana Palæstra 19. certam.* 10. Alijs XI. argumentis. I. A censura S. Inquisitionis. Virginitate sine voto in veteri lege. II. A contrarietate cum doctrina D. Thomæ & Thomistarum. III. A Catena Doctorum pro Deiparæ primatu virginitatis. IV. Ab iniuria reliquis legis gratiæ Religionibus. V. Etiam statui Clericali. VI. Etiam D. Thomæ, & Scholæ eius. VII. A dissensu Carmelitarum universæ observantiæ. VIII. A labefactione legis Evangelicæ. IX. Ab extenuatione specialissimæ Apostolorum prærogativæ. X. A surreptione primatus virginitatis voto confirmatæ à D. Virgine. XI. Ab Eliæ perfectione infrà novæ legis Fundatores dumtaxat. Vega.

37. *Tertiò*: R. P. Petrus Redanus eiusdem Societatis. *Lib. 1. Com. in Machab. cap. 2.* Alijs V. argumentis. I. Ab Institutione Essenorum post natum Christum. II. A. sufficienti Ordinis Illustratione per unam S. Theresiam. III. A. Monachatus Eliani sub tribus votis displicentia Doctoribus ferè omnibus. IV. A. Doctorum censura sententiæ de statu verè religioso ab Elia instituto. V. A. non negando Deiparæ primatu Virginitatis, cum ad eius laudem faciat.

38. *Quartò*: R. P. Franciscus Suarez, vel potius alij ex ipso malè intellecto. *Tom. 4. de religione t. 9. lib. 3. cap. 1. & 2. ac Tom. 3. in 3. P. disp. 6. sect. 3.* Alijs VII. Argumentis. I. A. Statu religionis substantialiter perfectæ proprio legis gratiæ. II. Ab incertitudine votorum filiorum Prophetarum. III. A. speciali Dei revelatione pro voto castitatis necessaria in veteri Lege. IV. Ab Essenorum non vera fide, nec vera paupertate, & castitatis ac obedientiæ incertitudine. V. A. defectu potestatis tria vota in veteri Lege acceptandi nomine Dei. V. Ab immedita Christi Institutione Status religiosi. VII. A. silentio Scripturæ, & nullius fide de voto castitatis antè D. Virginem emisso. Suarez.

39. *Quintò*: R. P. Mirandà ord. S. Francisci. *Manualis Prælat. tom. 1. q. 3. art. 1. & 2.* Alijs II. argumentis. I. A. Religiosorum Statu immediatè à Christo instituto, non ab alio Miranda.

ab alio & per purum aliquod inventum humanum. II. A. vulgi errore, & stultitia multorum de opposito.

Bordonus 40. *Sextò*: R. P. Franciscus Bordonus Tertij Ord. S. Francisci. *Tom. 5. cap. 1. de professione regulari.* Alijs XI. argumentis. I. A. nulla vera Religione sub tribus votis ante Christum, nisi in nube & umbra. II. A. definitione Religionis, & necessitate Regulæ approbatæ. III. A. Statu religiso à Christo immediatè instituto, ac proinde non ab Elia. IV. Ab authoritate Ecclesiæ in Collecta de SS. Petro & Paulo. V. A. sensu Bullarum de successione ab Elia secundum denominationem & imitationem tantum. VI. Ab ista successione in sola vita contemplativa & activa. VII. A successione, non per generationem religiosam, sed imitationem dumtaxat. VIII. A Carmelitis non verè religiosis in antiquioribus Conventibus Ordinis. IX. A. prima Regula accepta ab Alberto, non ante. X. A. religiosè vivendi norma non Regula, quæ antè fuit. XI. A. cæterorum Ordinum Mendicantium præcedentia.

Baronius. 41. *Septimò*: Em. Card. Cæsar Baronius, vel potius alij ex ipso malè intellecto. *ad annum Christi* 1181. *&* 444. Alijs II. argumentis. I. Ab origine Ordinis Carmelitarum sub Alexandro Pontifice, & Aymerico Patriarcha Antiocheno. II. A ficto quodam Chronico apud Regem Franciæ, & ficto Carmelismo S. Cyrilli Alexandrini ac Ioannis Patriarchæ Ierosolymitani, ob antiquorum de illis silentium.

Landtmeter. 42. *Octavò*: R. D. Laurentius Landtmeter Ordinis Præmonstratensis. *lib. 3. de veteri Clerico, Monacho &c. cap.* 3. Alijs V. argumentis I. Ab authoritate Hieronymi in vita S. Hilarionis: *necdum tunc erant Monasteria in Palæstina; nec quisquam Monachum ante Hilarionem in Syria noverat: ille fundator & eruditor illius conversationis & studij in hac Provincia primùm fuit*: II. A claritate verborum Hieronymi, ac proinde Monasterio Montis Carmeli non existente S. Hilarionis tempore. III. A non notis tunc in Syria Monachis ad non frequentatum tunc Syria Carmeli Monasterium, nec in hoc sacellum Deiparæ sacrum. IV. Ab Hilarione in Syria Monastices primo fundatore & eruditore ad negationem Monastices à Carmeli monte ut à fonte derivatæ. V. A sacello isto à Paula Romana non visitato, aut inintelligibili silentio S. Hieronymi de illo ab ea visitato.

Bivarius. 43. *Nonò*: R. D. Franciscus Bivarius Ordinis Cisterciensis. *De Monachatu lib. 2. cap. 1. 6. & alibi.* Alijs VI. argumentis. I. A Ioanne Baptista non perfectè & absolutè Monacho, votisque eius, si voverit, simplicibus, & nomine Ecclesiæ non acceptatis. II. A SS. Paulo & Benedicto non verè propriè Monachis, defectu istiusmodi acceptationis. III. A Ioanne Baptista à nullo Monacho, aut Esseno, erudito. IV. A Ioanne Monachorum Principe absque Discipulis. V. Ab erectione scholæ perfectionis, non ad legem, sed ad gratiam spectante. VI. Ab Elia Monachorum omnium Patre & Patrono absque Discipulo, solôque exemplô, non doctrinâ & Magisteriô.

Henschenius & Papebrochius. 44. *Decimò*: RR. PP. Godefridus Henschenius & Daniel Papebrochius Societatis IESU, in *Vitis & actis Sanctorum ad mensem Martium in Vita S. Bartoldi & Cyrilli Constantinopolitani.* Alijs V. argumentis, dubijs saltem & obscuris. I. A translatione Ordinis è Terra Sancta in Europam post annum 1099. II. à S. Bertoldo primo Ordinis in Monte Carmelo Priore. III. A sententia Em. Baronij de origine Ordinis Carmelitarum sub Alexandro Pontifice, & Aymerico Patriarcha Antiocheno. IV. A flore Ordinis Carmelitarum sæculo XII. & XIII. Et tunc Generalium acceptione. V. A Ioannis de Lezana & Danielis à Virgine MARIA novarum narrationum scriptionibus. Adjiciuntur Litteræ sua præoccupatione dignæ

45. *Vnde-*

45. *Vndecimò*: R. D. Petrus Crescentius Romanus, Theologus Em. Card. Colonna *lib. II Præsidio Romano, sive de Militia Ecclesiastica, & Ordinibus, tam Militaribus, quam Regularibus* §. *Filij Prophetarum*. Alijs XIII. argumentis. I. A sensu Hieronymi & locutione de se & suis Monachis, non de modernis Carmelitis. II. Ab Essenis tempore Ioannis Baptistæ non amplius Carmelum inhabitantibus, & Eliæ successoribus non sepultis in Carmelo, in eoque à Claudio erecta ara superstitionis. III. A sequela ex rationibus Carmelitarum, quod Esseni, à quibus S. Hieronymus Monachismum didicit, & habitum accepit, fuerint viri Carmelitæ, & Congregatio Hieronymiana verè Carmelitana. IV. Ab explosione Carmelismi S. Cyrilli Alexandrini, & sola usurpatione nostra antiquorum Monachorum præcisè pro Carmelitis, quâ supponimus, quod probare debemus. V. A non reperto apud Scriptores antiquos continuationis Carmelitanæ vestigio. Ab authoritate Em. Bellarmini, scribentis *inauditum Carmelitarum nomen*. VI. Ab apocrypha Ioannis 44. Patriarchæ Ierosolymitani Historia. VII. Ab authoritate unius Hieronymi prævalente centum millibus Authorum à nostris citatorum; & necessaria probatione ex Scriptoribus coëvis. VIII. A Carmelitis octavi sæculi, si fuerint, Ordini S. Hieronymi ascribendis. A non repertis, ante Sixtum IV. Bullis pro Ordine Carmelitarum. Ab eorum transitu ad alium Ordinem. Ab errore Pontificum uti aliorum in quæstionibus facti & Historiarum, & infirmitate argumenti ex Sixti IV. Bulla. IX. A reclamatione omnium Scriptorum contra Ecclesiam in Carmelo dicatam D. Virgini, omnium in Orbe primam. X. A præcedentia aliorum Ordinum mendicantium, & elusione Acconensium litterarum pro Carmelitarum antiquitate. XI. Ab origine Ordinis Carm. sub Haymerico ex militibus Godefridi Bullonij (vide *n.* 917.) primum sine obligatione voti, Regula, Instituto, particulari cultu & cæremonijs. Deinde sub Regula Basilij, Augustini & Alberti Patriarchæ, & cappis Barratis. XII. A mutatione Formæ, Coloris, Regulæ, Tituli, Instituti, Loci. Ficto Ioannis 44. libro, & Scriptoribus Carmelitis post invicem. XIII. A falsitate Carmelitanorum Operum, istius Ioannis & Tritemij. Somnio illorum, qui dicunt, Carmelitas dilatatos in Italia ante alios tres Mendicantium Ordinis. Authoritate Polydori Vergilij, & approbatione Pontificum restricta ad solum Carmeli montem. Crescentius.

46. Hæc sunt potentissima *Amicorum dissidentium* argumenta, quæ post exactam diligentiam undequaque colligere potui: plausibilia quidem primo intuitu; sed quæ, instar aurichalci, præter colorem, parum auri & veritatis habent, uti in Operis corpore facilè demonstrabimus, quô facilius, ut spero, ad profitendum veritatem, tota hac *Synopsi* prælibatam, adducentur. Faxit Deus. Conclusio.

47. Facultates, Approbationes, & imprimendi ac evulgandi Privilegium Operi inseruntur.

APPRO-

# *FACULTAS*
## *Reverendissimi P. M. Prioris Generalis Ordinis.*

*F. Matthæus Orlandus* Magister ac humilis Prior Generalis totius Ordinis FF. B. M. V. de Monte Carmelo, antiquæ Regularis Observantiæ.

TIbi R. *Adm. P.* Francisco Bonæ Spei *nostræ Provinciæ Belgicæ laudatissimo Alumno & Exprovinciali, plurimam in Domino salutem dicimus, & authoritate, quâ fungimur, præsentium tenore, facultatem concedimus, servatis aliàs servandis, prælo committendi omnia opera, quæ tempore nostri Generalatus habebis imprimenda, postquam à duobus Theologis nostri Ordinis fuerint approbata &c. Datum Romæ die* 19. *Iunij* 1666. *Ac specialiter* Historico-theologicum Carmeli Armamentarium *&c. à nostris etiam Romæ lectum, & approbatum. Datum Parisijs* 30. *Ian.* 1669.

F. MATTÆUS ORLANDUS, *qui suprà.*

---

# *FACULTAS*
## *R. Adm. P. Provincialis Provinciæ Belgicæ*

F. Michael à S. Augustino *humilis Prior Provincialis FF. Ord. B. M. V. de Monte Carmelo.*

AUthoritate, quâ fungimur; præsentium tenore, facultatem concedimus *R. Adm. P. Francisco Bonæ Spei*, Assistenti nostro, Provinciæ nostræ Exprovinciali, & in alma Vniversitate Lovaniensi Studij nostri Generalis S.T. Professori emerito, typis mandandi librum, cui titulus, *Historico theologicum Carmeli Armamentarium* &c. dummodò à duobus è nostris S. T. Professoribus examinatus & approbatus fuerit, aliorumque, ad quos spectat, consensus accesserit. Datum Bruxellæ 1. Aprilis 1668.

F. MICHAEL à S. AUGUSTINO *qui suprà*

# CARMELI

## *ARMAMENTARIUM & SCUTA*

### Pro Ordinis Carmelitarum ab Elia institutione

## PANEGYRIS

### *Eliæ Dei Prophetæ Sanctissimi.*

EXcellentia Institutoris, eximia est commendatio Institutionis: cum verò hic Carmelitarum Ordinis ab Elia Dei Propheta Sanctissimo Institutionem defendere, protegere & commendare intendam, ab excellentia Eliæ Institutoris exordium sumo, ejusque insignem, paucis ad sensum nostrum interiectis ac mutatis, ex Reverendissimo P. Philippo à Sanctissima Trinitate, moderno RR. PP. nostrorum discalceatorum Generali, Panegyrim dicendis præmitto. Itaque suæ *Theol. Carmelit. q. 3.* Eliæ Panegyris ex P. Philippo à SS. Trinit.

1. Probat primò: *Eliam sanctissimum Dei Prophetam in multis posse Christo quà homini assimulari, authoritate S. Augustini Serm. 201. de Tempore. ubi sic ait:* Beatus Elias typum habuit Domini Salvatoris: *Quod inductione longa sic demonstrat*, sicut enim Elias à Judæis persecutionem passus est, ità & verus Elias Dominus noster ab ipsis Judæis reprobatus est, & contemptus; Elias reliquit gentem suam, & Christus deseruit Synagogam; Elias abijt in desertum, & Christus venit in mundum; Elias in deserto corvis ministrantibus pascebatur, & Christus in deserto mundi hujus gentium fide reficitur; corvi enim illi, qui Beato Eliæ, jubente Domino, ministrabant, gentium populum figurabant: venit Elias ad viduam Sarephtanam, quià Christus venturus erat ad Ecclesiam, vidua illa Ecclesiam figurabat, filius viduæ typum gentilis populi præferebat; orante Eliâ filius viduæ suscitatur, veniente Christô, filius Ecclesiæ, id est populus Christianus, de carcere mortis reducitur; Elias in oratione, & vivificatur viduæ filius, & Christus procumbit in passione, & suscitatur populus Christianus; Elias oravit & sacrificium obtulit, & Christus pro universo seipsum immaculatum sacrificium tradidit; Elias oravit in Monte Carmeli, & Christus in monte Oliveti; Elias oravit, ut pluvia in terram veniret, & Christus, ut in cordibus humanis gratia Divina descenderet; sicut tunc in adventu Eliæ omnes Sacerdotes idolorum interfecti sunt, & deleti, ità in adventu veri Eliæ Domini nostri IESU Christi observatio sacrilega Paganorum destructa est; denique sicut Dominus, posteà quàm multas virtutes exercuit, posteà quàm passus est, resurrexit, & ascendit in cœlum; ità & Elias post mirabilia, quæ per eum Deus fecit, igneô curru elevatur ad cœlum. *Similia habet Drogo Episcopus Ostiensis Serm. de Sacram. Dominicæ Passionis.* Salianus autem ad an. mundi 3139. *cap.* 33. addit. *Elias in fame ac sterilitate terræ pascitur à vidua Sareptana, cujus fi-* ELIÆ cum Christo comparatio. Drogo & Comp. Eliæ cum Christo ex Saliano.

*jus filium* &c. *vita restituit. Christus in fame ac paupertate sua pascitur à Martha ac Magdalena, & fratrem vitæ restituit* cap.35 *Elias imminente, ut putabat, sibi morte, tristitia, tædio, & pavore anxius, abijt desertum versus* &c. *moxque Angelicâ visione confortatus est. Christus imminente sibi morte abijt* Olivetum *versus* &c. *moxque apparuit illi Angelus confortans eum.* Ibidem: *Elias pluviam & ignem de cœlo devocat* &c. *Christus Spiritum igneum de cœlo dimisit* &c. cap 26. *Elias in deserto jejunat* 40 *diebus &* 40 *noctibus, ibidemque Angelicâ visione & cibô confortatur: Christus à Spiritu ductus est in desertum, ubi cum tali temporis spatio jejunasset, & posteà esuriret, accesserunt Angeli. & ministrabant ei.* Ibid. *Elias siccô vestigiô transivit Iordanem unà cum discipulo Eliseo: Christus sicco vestigio cum discipulo Petro ambulavit suprà mare.* Ibidem: *fertur Elias ascendisse per turbinem in cœlum cum triumpho, Angelis pompam deducentibus in locum à Deo destinatum, donec veniat contra Antichristum pugnaturus, & Iudæorum reliquias ad verum Messiam traducturus. Christus multo cum triumpho ascendit in cœlum, atque adeò super omnes cœlos, totô plaudente exercitu Angelorum, qui & nuntiarunt venturum ipsum in pari maiestate ad iudicandos vivos & mortuos, interficiendum Antichristum spiritu oris sui, omniumque improborum perdendam colluviem, simulque Sanctos secum ad vera gaudia traducendos.* Ibidem: *Elias duplicem impetrat Discipulo suo Spiritum: Christus dicit Apostolis: si non abiero, paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos,* cap. 37. *Elias Pallium suum reliquit Discipulo in benevolentiæ monimentum. Christus reliquit Discipulis corpus suum sacrosanctum infiniti amoris argumentum.* Ita compendiosè Salianus.

Comp. à Nativit. ELIÆ. Secundò: *A Nativitate Eliæ: quià, ut refert S. Epiphanius in libro de vitis Prophetarum:* Cum Eliam eniteretur parens, ejusmodi Sabac patri visio apparuit: Viri niveum quendam præ se ferentes habitum, pusionem salutabant, matrisque uberibus in ignem evolabant, quin & flammam ignis, cibi locô, ministrabant. *Quæ visio præfigurabat Angelos, qui Christo recenter nato astiterunt, canentes divinas ejus laudes: Nomen Eliæ, quod significat Dominum Deum, habet similitudinem ad nomen* IESU, *sive Salvatoris, qui, ut salvaret genus humanum à peccato, satisfaciens divinæ justitiæ de toto rigore justitiæ, debuit esse Deus & Homo, ac ità Dominus Deus. Fuit Elias similis Christo in ferventissimo Gloriæ Dei zelo, dixit enim de se,* Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quià destruxerunt altaria tua &c. *De Christo autem intelligitur illud Psalmi.* Zelus Domus tuæ comedit me; *Et sic illi appropriatur in Evangelio, quandò, facto de funiculis flagello, ejecit de templo vendentes & ementes, ac mensas nummulariorum evertit. Fuit similis Christo in vita virginali, quam ipse tam sibi, quàm suis discipulis elegit, ut constat ex S. Scriptura, & docet S. Hieronymus Tomo I. Epistola ad Eustochium de custodia virginitatis, dicens:*

Hieronymus. Paulatim verò increscente segete, messor immissus est, virgo Elias, Eliseus virgo, virgines multi Filij Prophetarum. *De Christo autem subjunxit:* Postquam verò Virgo concepit in utero, & peperit nobis puerum, cujus principatus in humeros ejus, Deum fortem *&c.* statim ut Filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut, qui ab Angelis adorabatur in Cœlo, haberet Angelos & in terris. *Fuit similis, ut paucis multa dicamus, in multitudine, magnitudine, & facilitate miraculorum, ut consideranti patebit* dicenda: *in continua pene oratione, in pœnitentia, in solitudine, in jejunio quadragenario. Tandem, nè quid ei deesset congruæ similitudinis ad Christum, erit similis in morte, in resurrectione anticipata, & in gloriosa ad Cœlum Ascensione.*

Comp. ab Actis ELIÆ. Ex SS. Patribus. Tertiò. *Ab actionibus Eliæ, in quibus fuit Sacramentorum figura Baptismi, & Eucharistiæ à Christo institutorum: Baptismi quidem, ut affirmat S. Ambrosius lib. de Elia cap.* 22. *dicens:* Typum Baptismatis demonstravit Elias, & cœlum aperuit, quod fuit clausum tribus annis, & sex mensibus. *Et S. Basilius exhort. ad Baptismum dicit:* Elias vim Baptismi suprà holocaustorum aram, non per ignem, sed per aquam, sacrificans ostendit, cùm alioquin ignis natura aquæ adversetur; nam tertiò tunc aqua, mysticè super aram effusa, initium excitandæ flammæ, velut oleum, fuit. *Cui adhæret S. Gregorius Nyssenus ejus Frater,* in Baptismo Christi, *dicens:* Aquâ ter superinfusâ, accensus est ignis, ut signifi-

significaretur, quòd ubi aqua mystica est, illic etiam spiritus est ille vivificans, ardens, igneus, qui impios comburit, & fideles illuminat. *Eucharistia verò, ut affirmat ipsemet Christus S. Brigitta in Revel. lib. 6. cap. 29. dicens*: Ego sum ille Propheta in figura, corpus meum in farina illa, hoc cibus est animæ, hoc non consumitur, nec minuitur, sed cibat animam, & semper inconsumptum est. *Fuit etiam figura in pane illo subcinericio, cujus virtute venit ad montem Dei Oreb, sicut & in relictione melota, ex S. Ioanne Chrysostomo homil. 2. ad populum Antioch. dicente*: Duplex Elias ille, & erat sursum Elias, & deorsum Elias, *&c.* Elias melotem discipulo reliquit, filius autem Dei ascendens suam nobis carnem dimisit; sed Elias quidem exutus; Christus autem & nobis reliquit, & ipsam habens ascendit: *Ergo sanctus Elias Propheta meritò similis dicitur Christo; cùm ab ipsa ejus nativitate non enarrata in Scripturis, usque ad ipsius ascensionem, per omnes ejus actiones & successus, perfectissimus Christi typus attentè considerantibus appareat.*

2. Probat secundò: *Eliam futurum sanctissimum, ita ut nulli Sanctorum (exceptis Christo & D. Virgine) sit postponendus; pluribus autem praferendus, à Regulis pracipuis, quibus Theologi sanctitatem metiuntur Sanctorum* Primò: *ab authoritate S. Scriptura: Ecclesiastici 48. habetur elogium admirabile S. Elia, sic incipit.* Et surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat; Qui induxit in illos famem, & irritantes illum invidia sua pauci facti sunt, non enim poterant sustinere præcepta Domini; verbo Domini continuit cœlum, & deiecit de cœlo ignem ter, sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis; & quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. Qui deiecisti Reges ad perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo; qui audis in Sina judicium, & in Horeb judicia defensionis. Qui ungis Reges ad pœnitentiam, & Prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum; Qui scriptus es in judicijs temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere Tribus Iacob. Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt; nam nos vitâ vivimus tantùm; post mortem autem non erit tale nomen nostrum: Elias quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus ejus. *Ponderetur hoc elogium infallibile, & verum, à Spiritu Sancto factum, Elia; & vix invenietur quid simile de alio in Sacra Scriptura; maximè si attendantur ha dua sententia*: Quis potest similiter sic gloriari tibi? Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt; *numquid quasi in hoc videtur eum aquiparare Christo, qui loquens de seipso dixit Apostolis*: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis? *Alia plura possent adduci ex Sacra Scriptura, & ex SS. Patribus ad declarandum Elia sanctitatem, sed hoc elogium sufficit.*

Comp. à Futura Sanctitate ELIÆ.

Secundò: *Ab Etymologia nominis: Elias idem est, quod Dominus Deus, ut testantur S. Athanasius de fuga sua. Hieronymus de nominibus Hebraicis Malachia 4. Isidorus in libro de Patribus veteris Testamenti, qui subdit rationem dicens*: Quasi humanitatis nihil haberet, sed totus quasi Deus: *Vel Elias idem est, ut ait Pagninus*, ac Deus Domini; *quasi Elias fuerit constitutus Deus Achab Regis, & Domini, sicut Moyses fuit constitus Deus Pharaonis. Nota, quod nomen Elias fuit nostro Patriarcha impositum speciali Dei nutu, sive fuit ab oraculo pronuntiatum, cum parens ejus Sobac, sive Sabbacha, mirabilem visionem de puero nascente ad Sacerdotes retulit, quam referunt Epiphanius, & Dorotheus: sive fuerit illi de novo in Carmelo datum à toto populo, recenter per ipsum converso, ut volunt aliqui. Continet autem hoc nomen, ut partes componentes, duo vocabula, quibus Deus vocabatur, & divisim illustres viri insigniebantur, El & Ia, ut Ezechiel, Daniel, Isaias, Ieremias; undè cum Elias utroque conjunctim nominetur, maxima ejus excellentia & sanctitas supra alios ex Etymologia nominis denotatur.* Adde: juxta illud D. Thomæ in cap. 17. Matth. *Elias omnibus* (saltem exceptô Ioanne Baptistâ) *Prophetis sanctior fuit.*

Comp. ab Etym. nominis ELIÆ.

Tertiò: *Ab officijs, qua sanctissimus Dei Propheta Elias à Deo habuit, habet, & habebit. Nam primò:*

Comp. ab Officijs ELIÆ.

*primò: fuit Patriarcha, non tantùm fidei, sed etiam religionis, sive vitæ religiosè strictè sumptæ, cùm ipse primus fuerit religiosi status cum tribus votis essentialibus Institutor, & expresso Dei mandato. Valdè meritò S. Hieronymus ipsum vocat Principem, ac primum Patriarcham Religionis, quæ in Carmelitis directè continuatur hactenus, & ad alios Ordines derivata est. Secundò: fuit insignis Propheta, ut sæpè legitur in S. Scriptura, & communiter asserunt SS. Patres, & omnes Catholici; imò D. Thomas sic loquitur in cap. 17. Matthæi juxta intentum conclusionis;* Elias omnibus Prophetis sanctior fuit: *inter mirabiles autem ejus Prophetias, fuit pretiosa, & suavis illa de ortu & Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ, sub typo nubeculæ illius de mari ascendentis expressa; quæ prophetia per tot sæcula ante ejus nativitatem, & ipsa iam completa in Carmelitano Ordine continuatâ traditione perseveravit. Futurus est Præcursor Christi quantum ad secundum ejus adventum, in quo Christus, non iam humilis, & ut parvulus contemptibilis, apparebit mundum redempturus, sed cum gloria, & majestate veniet mundum judicaturus; undè sicut Ioannes Baptista Præcursor primi adventus, ad ejus exigentiam fuit humilis, sic Elias ad exigentiam secundi adventus erit miraculis & prodigijs gloriosus. Hoc officium Præcursoris habetur de Elia expressum apud Malachiam:* Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus, & horribilis; *imò ex hoc loco Christus Dominus probat Ioannem Baptistam, qui est alter Elias, esse suum Præcursorem: undè à Tertulliano Elias dicitur consummator novi Testamenti, sicut Ioannes dictus est consummator veteris Testamenti. Futurus est Apostolus Christi, ut asserit Ambrosius in 1. ad Cor. 9. exponens illa verba:* Puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit tanquam morti destinatos; *ait enim:* Hoc ideò personæ suæ deputat, quià semper in necessitate fuit, persecutiones & pressuras ultra cæteros passus, sicut passuri sunt Enoch, & Elias, qui ultimo tempore futuri sunt Apostoli. Vide infra *n. 271.*

Comp. à perseverantia ELIÆ.

Quartò: *A continuatione actionum, & passionum Eliæ prò Deo, quas sufficit ex Sacra Scriptura indicare. Primò: scitur, quanta fecerit, & passus fuerit pro gloria Dei, & zelo legis, sub continua penè persecutione Achab & Iezabel, ac successorum Regum; solus ipse pro Domino stabat, omnes ei adversabantur, ut vix exprimi vel cogitari potest, quot labores, quot mœrores hic Propheta sanctissimus tulerit videns cultum Dei penè destructum, & populum ad idololatriam, & miseram perniciem redactum, cum aliàs ardentissima in Deum, & proximum charitate flagraret. Prætermitto, quanta fecerit, & tulerit pro Deo in institutione Carmelitanæ Religionis: propter similia, communiter Theologi, Fundatores, & Fundatrices Ordinum ad superiores Beatorum sedes elevant. Scitur ex Scriptura Apocalypsis 11. quanta sit pro Deo facturus, & passurus Elias in fine mundi, per tres annos cum dimidio, in crudelissima & sævissima Antichristi persecutione, undè etiam insigne Martyrium subibit: certum enim est, quod Antichristus, ejusque ministri, videbunt hos duos Christi milites Enoch & Eliam, suæ tyrannidi oppositos, & ejus destructores: undè in eos, supra quam potest excogitari, desæviens, quæ omnia sacri hi Prophetæ, quàm libentissimè pro Deo tolerabunt: quibus, si addantur continuata Eliæ merita, per tot sæcula inter raptum & ejus adventum, maxima ejus sanctitas extollitur.*

Comp. à similitudine ELIÆ ad Christum.

Quintò: *A similitudine Eliæ ad Christum, quam plures Sancti Patres, & Expositores prosequuntur: videatur Augustinus sermone 201 de Tempore, ubi fusè hanc similitudinem in duodecim perfectionibus exprimit, & Drogo Episcopus Ostiensis in Sermone de Sacramento Dominicæ Passionis, & tandem Salianus ad annum 3139. à numero 33. usque ad 45. Quæ similitudo, & valdè perfecta, Eliæ ad Christum, ex multis potest attendi; tùm ex excellentia vitæ virginalis Eliæ; tùm ex magnitudine & facilitate miraculorum; tùm ex continua oratione, pœnitentia, solitudine, ieiunio quadragenario: tùm in morte, resurrectione, & gloriosa in Cœlos Ascensione; nam ut habetur Apocalypsis 11. in ipsamet Civitate Ierusalem, ubi Christus Dominus Crucifixus est, occidetur, corpus ejus in media Civitatis platea triduo iacebit, sicut corpus Christi triduo iacuit in sepulchro, deindè à Domino suscitabitur, percussis Regnum Antichristi, & cunctis videntibus, ac mirantibus in Cœlum gloriosus ascendet: undè ab ipsa ejus generatione, non enarrata in Scripturis, usque ad ejus ascensionem, per omnes ejus actiones & successus perfectissimus Christi Typus attentè considerantibus apparet, ut dictum est, & amplius constabit ex modo dicendis.*

Sextò:

Sextò: *A privilegijs & prærogativis Eliæ præcipuis. Primò, ut dictum est, in uno Elia concurrunt omnia officia, & ordines sanctitatis, quæ in alijs sparsa reperiuntur: nam fuit Patriarcha, Propheta, Christi Præcursor, Apostolus, Martyr, Doctor, & Virgo usque in finem, nè quid ad ejus sanctitatem desideretur. Fuit primus Virgo nominatus in Scriptura, qui virginitatem voto consecravit. Fuit primus vitæ religiosæ cum tribus votis essentialibus* (præcisâ solemnitate, perfectione, & potestate clavium sensu sæpè datò infrà) *Institutor, ex qua alij Ordines Religiosi derivantur: undè quamvis sit specialis Patriarcha Carmelitarum, potest tamen communis Religiosorum Patriarcha & Princeps appellari. Fuit primus, qui in Sacra Scriptura legitur suscitasse mortuos: qui autem est primus in aliquo genere, est causa, vel exemplar cæterorum illius generis. Ipsi fuit communicata virtus Sanctissimi Sacramenti in sua figura, tum ex esu subcinericij panis fortitudinem habuerit ad superandum ieiunium quadragenarium, & nunc eâdem virtute per tot sæcula in vita perseveret. Fuit triumphali curru ad Paradisum terrestrem, aut alium secretiorem locum devectus, cum ejus socius Enoch tantum secretò illuc translatus dicatur. Fuit speciali modo quasi Christi Vicarius, aut locum tenens electus ad debellandum Antichristum; quamvis enim Enoch ad hoc ipsum sit electus, specialis tamen fit mentio Eliæ, dum Præcursor secundi adventus Christi per Malachiam prænuntiatur. Habuit potestatem relinquendi seu communicandi Elisæo suum duplicem spiritum cum melote, videlicet spiritum Prophetiæ & miraculorum. Fuit electus à Christo testis suæ transfigurationis, & tunc de longinquo miraculosè ad montem Thabor adductus. Fuit à Prophetis prænuntiatus sicut Christus, imò & à Christo ipso, Matthæi 11. & 17. quod mirabilius est. Fuit primus mortalium, cui post raptum ipsius, templum dedicatum est. Erit in fine mundi secunda petra angularis Ecclesiæ (Christus enim prima fuit:) Iudæorum quippè reliquias à se conversas reliquo populi Christiani sociabit; Scriptus est in judicijs temporum; non solùm quià in extremo temporum res fidei determinabit; sed etiam quia speciali prærogativa Christo judicanti assistet; & tanquam Apostolus ejus, & primus Religiosæ paupertatis Institutor. Tandem gloriosè resurget: amicis ejus simul & inimicis mirantibus. Hæc sunt; quæ breviter adducenda judicavi ad summam Eliæ sanctitatem manifestandam, quæ si attentè ponderentur, efficaciter & apertè concludent, ipsum esse sanctissimum, ità ut nulli Sanctorum sit postponendus (exceptis Christo, & Beatissima Virgine Maria) pluribus autem præferendus. Non tamen in particulari hanc Eliæ præeminentiam determinabo, sed prudenti & docto Lectori judicium relinquo: nam apud Thomam à Kempis lib 3. de Imitatione Christi cap 58. ipse Magister Cælestis inter alia sacra eloquia hæc inducitur proferre.* Noli inquirere, & disputare, de meritis Sanctorum, quis alio sit sanctior, aut quis major fuerit in Regno Cœlorum: talia generant sæpè lites & contentiones inutiles, nutriunt quoque superbiam & vanam gloriam, undè oriuntur invidiæ & dissentiones, dum iste illum Sanctum, & alius alium, conatur superbè præferre: talia autem velle scire, & investigare, nullum fructum afferunt, sed magis Sanctis displicent; quià non sum Deus dissentionis, sed pacis, quæ pax magis in humilitate vera, quàm in propria exaltatione consistit. *Undè in præsenti non determinatè præfero Eliam omnibus Sanctis, quos in objectionibus refero; sed eos tanquam præstantiores in medium adduco, ut ostendam Eliam non esse ipsis inferiorem.* Licet P. Vega Sanctissimum Prophetam Dei Eliam parum cautè, nec satis justè, fecerit S. Ignatio & alijs longè inferiorem. Uti patebit infrà *Pharetra II. Telo XI.* Ubi nos etiam de Eliæ encomijs occasionaliter agemus, & absque ullius præjudicio, inter utrumque & alios differentiam insinuabimus.

Comp. 3 Prærogativis ELIÆ.

A Kempis de SS. inter se non comp.

3 Probat tertiò. *Sanctissimum Dei Prophetam Eliam esse æqualem in sanctitate S. Ioanni Baptistæ* (sed in hoc, ne incurram indignam Sanctorum inter se comparationem, nudum relatorem absque assensu aut dissensu, agere volo, donec Deus obscuritatem illam nobis revelare dignatus fuerit.) Primò: *Ab authoritate Scripturæ: ubi Lucæ 1. dicitur de S. Ioanne Baptista*: ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, ut convertat cor patrum ad filios, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam. *Matthæi 11, dicitur:* Si vultis recipere, Ioannes ipse est Elias. *Et cap. 17.* Elias

Comp ELIÆ cum Ioanne Baptista ex Script.

iam venit: *Loquebatur autem de Ioanne. Ex quibus Scriptura locis sequens ratio deducitur: tàm similis est S. Ioannes Baptista sancto Eliæ in modo vivendi, in rigore pœnitentiæ, in spiritu, in officio Præcursoris, in sanctitate &c. quod dicatur venisse in spiritu & virtute Eliæ; imò dicatur ipsemet Elias: Ergo Elias est æqualis in sanctitate S. Ioanni Baptistæ.* Dixit *æqualem*, licet D. Thom. in cap. 17. Matth. dicat: *Elias omnibus Prophetis sanctior fuit*: non *majorem*; quià Christus de Ioanne Baptista dicit: *inter natos mulierum non surrexit major.*

Ex SS. Patribus. Secundò: *Ab authoritate SS. Patrum. S. Augustinus de quæstion. veteris & novi Testamenti q. 26. sic ait*: Veniet, *inquit*, in spiritu & virtute Eliæ; parem ergo Ioannem Eliæ

Augustino. ostendit. *Et concludit*: Dominus dicit, nemo major inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista, non dicit omnibus major, sed nemo illo major est, hoc est, æqualem habet, majorem non habet; Elias ergo par est illi. *Et lib. 2. contra adversi. leg. proph. cap. 5. ad hæc verba Christi Domini*: Non surrexit major Ioanne Baptista, *sic ait*: Nihil indè Prophetis cæteris derogatur; potuerunt enim esse Ioanni aliqui æquales, aliqui eò minores, nullus autem major propter sententiam Domini. *S. Hieronymus sic ait sup. Matthæi* 11. Elias ergo Ioannes dicitur, quod juxta aliud testimonium

Hieronymo. Evangelij venerit in spiritu & virtute Eliæ, & eandem Spiritus Sancti, vel gratiam habuerit, vel mensuram, sed & vitæ austeritas, rigorque mentis Eliæ & Ioan-

D. Thoma. nis pares sunt. *D. Thomas in Matthæi* 11. *ait*: Non quià transeat spiritus Eliæ in Ioannem, ut aliqui posuerunt, sed quià eandem virtutem habebit. *S. Ambrosius libro* 1. *in Luc. cap.* 1. *ait*: Non corporis, sed animi magnitudinem declaravit; est coram Domino magnitudo animi, magnitudo virtutis; ideò fortasse in spiritu & virtute

Chrysologo. Eliæ; quià S. Elias, & virtutem habuit magnam, & gratiam. *S. Petrus Chrysologus Sermone* 88. *addit*: Hic spiritum dicit illum, quem per Divinam gratiam meruit, & virtutem dicit illam, quàm de supernis habuit: Ioannes ergo Eliæ venit in spiritu, & in ejus virtute graditur; quià totum victu, vestitu, honore, castitate, abstinentiâ, & omnibus Eliam virtutibus repræsentat. *S. Cæsarius Dialogo* 3. *ait*: Eliam

Cæsario. meritò appellat (*scilicet Ioannem*) propter gratiæ æqualitatem, & administrationis similitudinem. *S. Bonaventura super Luca cap.* 1. *addit*: Propter nimiam conformitatem

Bonaventura. Ioannes dicitur Elias. *Beda in hæc verba Iacobi* 5. Elias homo erat similis nobis, *sic ait*:

Beda. homo erat, quamvis nulli hominum virtute secundus. *Rupertus Abbas in cap.* 1. *Ioannis*,

Rupertus. *addit*: in hoc Ioannes est Elias, quod juxta aliud Evangelij testimonium venit in spiritu & virtute Eliæ, & tandem Spiritus Sancti gratiam habuerit vel mensuram, sed & vitæ austeritas rigorque mentis Eliæ pares sunt. Et Em. Bellarminus *n.* 51. ci-

Bellarminus. tatus, imò etiam Supremus S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus *n.* 273.

Ex doctoribus. Tertiò: *Ab authoritate illustrium Doctorum: Eusebius Emissenus apud Bibliot. Homil. Tomo* 1. *Dom.* 3. *Adventus ait*: æquales & pares Ioannes habet, pares enim fuerunt ei Moyses & Elias. *Noster Ioannes Ierosolymitanus libro de Institutione Monachorum cap.* 9. *addit*: Eliam tamen Ioanni esse æqualem Angelus Gabriel evidenter testatur. *Abulensis in Matthæi* 11. *q.* 40. *ait*: similis ergo est Ioannes Eliæ: *& probat adductis authoritatibus Lucæ* 1. *ac sancti Hieronymi. Abbas Ioachim in principio Apocalyp. subdit*: Eliam & Ioannem Baptistam vocari in Sacra Scriptura Angelos, ut inter natos mulierum non credantur aliquos habere majores. *Dionysius Carthusianus exponens hæc verba Christi Matthæi* 17. Elias iam venit, *sic ait*: Elias iam venit non personaliter, sed æquivalenter, videlicet alius in spiritu & virtute ejus. *Petrus Damianus Sermone* 2. *de S. Vitali addit*: ipse eximius Prophetarum Elias vix alicui impar Sanctorum; quanti autem meriti Elias fuerit, hinc citò colligitur, ad Zachariam namque de Ioannis promissione Angelus dicit, ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ; de eodem quoque Ioanne Dominus testatur dicens, inter natos mulierum non surrexit major Ioanne Baptista; si ergo

inter

inter homines major Ioanne Baptista nemo surrexit, quis major Elia, qui unam virtutem, & unum cum Ioanne spiritum habuit? *Haimon Tomo 1. Bibliot. Homil. Dom. 3. Adventus ait:* Dominus propter meritum sanctitatis dicit Ioannem Eliam esse. *Similis modo loquuntur alij sancti Patres, & Expositores.* Vide Em. Bellarminum infrà *n* 51.

Quarto: *A ratione; quià ex una parte Christus Dominus panegyricum illustrem S. Ioannis efficiens, mira de eo dicit, & ut adhuc commendabilior Ioannes appareat subjunxit,* ipse est Elias: *ex alia verò parte ad idem Præcursoris officium electus fuit Elias, ad quod electus est Ioannes: ergo Elias est æqualis in sanctitate S. Ioanni Baptistæ; nam comparatio alicujus ad alium eximium ad minus importat æqualitatem; & ex D. Thoma 3. p. q. 27. ar. 4. & 5. ad 1.* Deus dat gratiam proportionatam ei, ad quod eligitur. *Confirmatur ex his, quæ in alio loco dicimus probantes maximam Eliæ nostri sanctitatem.* Sed de his plura in *Hostimento* contra P. Vegam *Pharetra IV. Telo XI.* A ratione.

# SCUTUM PRIMUM

## *Sanctissimus Dei Propheta Elias in antiqua Lege spiritu prophetico novit perfectionis religiosi status in lege nova futuri substantiam.*

### NERVUS

4. Probatur primò: ex S. Augustino Tomo 6. lib. 4. contra Faustum cap. 2. *Non itaque spes nostra in temporalium rerum promissione defixa est; quandoquidem nec ipsos illius temporis sanctos & spirituales viros, Patriarchas & Prophetas, his terrenis rebus fuisse deditos credimus: intelligebant enim, revelante sibi spiritu Dei, quod tempori illi congrueret. & quibus modis Deus per illas omnes res gestas & dictas futura figuranda & prænuntianda decerneret, magisque desiderium eorum de novo Testamento erat.* Quæ maximè sanctissimo Prophetæ Dei Eliæ conveniunt juxta illud ejusdem Augustini i. lib. 2. in Exodum. q. 65. *Sicut dicitur spiritus Eliæ, qui est spiritus Dei, cujus particeps factus est Elias.* Undè meritò Metaphrastes in Sermone de Elia, *Eliam* vocat *sacrosanctum, & divinum; quià à Deo accepit omnium maxima.* ELIAS prænovit vota legis gratiæ. Ex S. Aug.

5. Probatur secundò: ex S. Chrysostomo *Homil. de BB. Iob & Abraham*: ubi laudat imprimis Abrahamum, quod de diligendo Deo præ filijs, antè Evangelium sententiam dedisset Evangelicam, & ibidem de Iob scribit: *Iob dum tentatur, apparet scientia, quæ post multa tempora danda erat, Spiritu Sancto erudiente edoctus. Quo pacto demonstrabitur hoc? Nondum erat Lex, & longè ante Evangelij prædicationem præcessit. Quintus enim erat ab Abraham. & nepos Esau, & legem servavit sacrificando; & Evangelium, cum cogitationibus certando. Vitulum enim sacrificabat, quasi legem videns, & de internis cogitationibus sollicitus erat, quasi Evangelium spectans; dicebat enim Iob.* Ne fortè filij mei, malacogitarint in corde suo, contra Deum. *Quis enim legem posuit cordi, nisi qui dicit alibi:* Qui videt mulierem ut concupiscat, iam mæchatus est eam in corde suo? *Et qui dicit;* omnis qui irascitur fratri, reus erit judicio? *Vidit futura, qui ità mentis curam habuit; vidit Evangelium ante datam legem.* Ex S. Chrysostomo.

Item. Homil. 3. de Davide & Saule: *Etsi hoc quoque factum est, sic etiam rursus superat ipse David. Neque enim paria sunt, sub veteri lege degentem, & nunc post illustratam Evangelij gratiam, talia condonare gratis. Non audierat David parabolam de decem millibus talentorum, neque de centum denarijs. Non audierat precationem dicentem. Remittite hominibus debita ipsorum, quemadmodum & Pater vester cœlestis. Non viderat Christum crucifixum; non viderat effundi preciosum illum sanguinem.* Ex eodem Chrysostomo.

*sanguinem, nec audierat innumerabiles Domini sermones de refrænandis animi cupiditatibus. Non contigit illi gustare talem hostiam; neque particeps fuerat sanguinis Dominici; sed legibus imperfectioribus educatus; neque tale quidquam exigentibus: tamen ad Evangelicæ Philosophiæ fastigium pervenit, animi moderatione.*

Ex S. Ambrosio.

6. Probatur tertiò ex S. Ambrosio *de Iosepho cap. 1.* sub finem: *illud mirabile, si diliges inimicum tuum, quod Salvator docet. Iure ergò mirandus, qui hoc fecit ante Evangelium, ut læsus parceret, appetitus ignosceret, venditus non referret injuriam; sed gratiam pro contumelia solveret, quod post Evangelium omnes didicimus, & servare non possumus.*

Ex eodem Ambrosio

Item: Serm. 11. *in verf. 6. Psal.* 118. omnia præcepta tua veritas. *Quæ præcepta (inquit) nisi illa?* Si me persecuti sunt, & vos persequentur? *Hæc præcepta. David anterior licèt Incarnationis sacramento; iam tamen audiebat in spiritu. & quasi Christi discipulus non subtrahebat se passionibus, sed certaminibus offerebat. Sciebat hoc solum sibi ad gloriam fructuosum, hoc ad custodiam salutis tutum, ut frequentibus exercitiis, justi pietas confirmaretur.*

Ex S. Gregorio.

7. Probatur quartò: ex S. Gregorio *lib. 1. Moralium cap.* 4. ubi de beato Iob ait: *Consideremus, cujus sanctitatis iste vir fuerit, qui ad tam sedula Dei obsequia sic occupatus vacavit. Necdum præcepti virtus instruerat, quæ omnia relinquo præciperet; sed tamen Beatus Iob ejusdem iam præceptionis vim in corde servabat; quia nimirum substantiam suam mente reliquerat, quam sine delectatione possidebat.*

Ex S. Hieronymo.

8. Probatur quintò ex S. Hieronymo in Epist. ad Demetriadem, ubi de B. Iob exclamat: *O virum ante Evangelica Evangelicum, & Apostolicum ante Apostolica præcepta discipulum Apostolorum.*

Subsumptum.

Subsumo: atqui, si S. Iob *vidit Evangelium ante datam legem*, juxta Chrysostomum: *omnia reliquerit in corde servans præceptum Evangelicum, priusquam emicuerat*, juxta S. Gregorium: *fuerit vir ante Evangelica Evangelicus, & Apostolicus ante præcepta Apostolica discipulus Apostolorum*, juxta Hieronymum: si Ioseph *præceptum Domini de diligendo inimico suo observarit ante Evangelium*, juxta Ambrosium: si David *Christi præcepta audierit in spiritu, & quasi Christi discipulus*, juxta eundem Ambrosium, & *ad Evangelicæ philosophiæ fastigium pervenerit, animi moderatione*, juxta S. Chrysostomum: non est, cur à fortiori, ut patet ex dictis in *Elia Panegyri* suprà, Eliæ sanctissimo Dei Prophetæ consiliorum Evangelicorum cognitionem & observantiam quispiam deneget Æmulorum; præsertim cum P. Theophilus Raynaudus, in omni genere Scriptor verè admirabilis, *Tom. 15. Heteroclitorum spiritualium punct. 5. n. 8.* indè probet *fuisse Christianos ante Christum*, idque confirmet D. Thomas 1. 2. q. 107. art. 1. ad 2. *fuerunt tamen aliqui in statu veteris Testamenti, habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas, & secundum hoc spectabant ad legem novam.* Et ibidem ad 3. *Illi autem, qui in veteri Testamento Deo fuerunt accepti per fidem, secundum hoc ad novum Testamentum pertinebant.* Præmissa non obscurè confirmat Supremus S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus in Iudicio contradictorio decernens, ut sequitur: *dixerunt, quod prima Propositio scilicet, quod S. Propheta Elias magis pertinet ad Legem gratiæ, quàm ad Legem scriptam, & quod in toto rigore est Sanctus novi testamenti, & non veteris: potest currere, sublata negativa hâc, & non veteris.* Vide infrà n. 270. Id quidem intelligi potest dictum; quia *Elias* nondum est mortuus: sed quia hij *Propheta* respicit ea, quæ in veteri testamento prophetavit, propositionis prima pars ad mentem nostram habet sensum SS. Patribus præcitatis conformiorem.

Ex Ioanne XLIV.

9. Probatur sextò: ex Ioanne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano, sub annum 412. *lib. de Institut. primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in nova perseverantium*, cap. 2. *Hic Propheta Dei Elias, Monachorum Princeps, primus extitit, à quo sancta primæva institutio exordium sumpsit. Ipse enim, obtentu contemplationis Divinæ, & desiderio sublimioris profectus, longè ab*

*gè ab Urbibus recedens, & seipsum cunctis terrenis ac mundanis exuens, religiosam & prophetalem vitam Eremiticam primus hominum à proposito ducere cœpit, quam, sanctô dictante Spiritu, & mandante, inchoavit, & instituit. Quippè Deus ei apparens mandavit, ut communem hominum habitationem fugeret, & se à turbis in deserto absconderet, atque deinceps in Eremo monasticè secundum formam ei indictam viveret. Quod evidenti sacra Scriptura testimonio comprobatur: Legimus enim ità de hoc scriptum in libro Regnorum*: factum est Verbum Domini ad Eliam dicens: recede hinc, & vade contra Orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, corvisque præcepi, ut pascant te ibi. *Hæc autem præmissa salubria mandata, ad quæ implenda Spiritus sanctus Eliam instigavit, & desiderabilia promissa, ad quæ adipiscenda eum erexit, tantò debent majori intentione, non solum historicè, sed potius mysticè, à nobis Monachis Eremitis per singula verba pensari, quantò in eis plenior comprehenditur institutio, id est forma ad perfectionem propheticam, & finem religiosæ vitæ Eremiticæ perveniendi.* Et B. Soretius in Præfatione Expositionis suæ ad Regulam Carm. *Elias itaque cœpit facere & docere Regulam hujus sacræ Religionis, & quidem perfectè quoad esse suum substantiale Divinâ revelatione edoctus*: recede hinc &c. Adstipulantur Carthagena, Camartus, Thomas à Iesu, Medina, Salianus, & Vincentius Baronius, citandi commodiùs *Scuto VI. Probat.* 4. Alioquì certè Deus Eliam celasset necessaria ad vitæ Monasticæ perfectionem, ut sequitur ex eo, quod D. Thomas 1. 2. q. 108. art 4 dicit, *in tribus* votis seu consilijs Evangelicis, quæ Eliam celasset, *fundatur omnis religio, quæ statum perfectionis profitetur; nam divitiæ abdicantur per paupertatem, deliciæ carnis per perpetuam castitatem, superbia vitæ per obedientiæ servitutem.* Et 2. 2. q. 186. art 2. ad 6 *Non aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem*, ad quam ipsum instigasset. — Ex B. Soretio & alijs. — Ex S. Thoma.

10. Subsumo: atqui parum credibile est, Spiritum Sanctum celasse Eliam, sanctissimum Dei Prophetam, qualem ipsum in *Panegyri* suprà encomiavimus, & probavimus, consilia Evangelica, attentis præmissis ex Augustino, Chrysostomo, Ambrosio, Gregorio & Hieronymo citatis; hincque ipsum, honoris Dei zelotem ferventissimum, instigasse, ut Filijs Prophetarum, Essenis, de quibus *Scuto VII.* & alijs in hanc horam ab ipso descendentibus Monachis, traderet vitæ Monasticæ normam sine consilijs Evangelicis & votis; ergo &c. Consequentia est legitima: major supponitur ex probandis per totum *Armamentarium*, eamque pene tota Ecclesia supponit, ut videre est, infrà *Hostimenti Pharetra ultima Telo II.* Minor pro prima parte patet. Probatur pro secunda parte: quià alioqui gravissima sequerentur absurda. Etenim. — Subsumptum à sequelis absurdis.

Sequeretur primò: Spiritum Sanctum, Eliam Prophetam Dei sanctissimum, instigasse ad amplectendum vitam Monasticam, vitæque Monasticæ Filijs Prophetarum, Essenis, & alijs suis successoribus, normam dandum, omni pro tota vita sua ad Deum devotione vacuam, sive quâ totam vitam suam Deo non exhiberent; imò nec ipsum Eliam Dei Prophetam sanctissimum, sacrosanctum & Divinum, uti probavimus, totam vitam suam Deo exhibuisse; quià juxta D. Thomam 2. 2. q. 186. art. 2. ad 6. *Non aliter homo potest vitam totam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem.* — Sequela 1.

Sequeretur secundò: Deum in lege antiqua probasse votum, sed in materia imperfecta dumtaxat, & citra obedientiæ, paupertatis, & castitatis vota, cujus limitationis, nè umbra quidem est in tota S. Scriptura; & tàm absurdum videtur asserere, ac si diceretur, Deum in lege antiqua probasse actum charitatis, *Martyrium* v. g. & cæterarum virtutum, sed imperfectum dumtaxat, citra obedientiam, paupertatem & castitatem ex motivo perfectæ charitatis, sive amoris Dei super omnia: cum tamen, uti actus perfectæ charitatis fuit in antiqua lege commendatissimus, ità hu- — Sequela 2.

ità hujus materia perfecta debuerit in illa esse commendatissima. Vide authoritates infrà n 49. ne anticipatione quâdam materias confundamus.

Sequela 3. Sequeretur tertiò: Deum in lege veteri & imperfecta, cæteris paribus, præcepisse actum perfectissimum juxta illud Deut. 10. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo* &c & tamen Legi novæ & perfectæ reservasse imperfectiorem voti obedientiæ, paupertatis & castitatis actum, etiam ex alio, quàm charitatis motivo, elicitum.

Subsumptum ex sequelis. 11. Atqui hæ & variæ similes sequelæ sunt absurdæ, & incredibiles, parumque ad Eliam respective concordant cum ejus prærogativis in *Panegyri* allatis, ac insuper cum Augustino lib. 2 in Exodum q. 65. de Elia dicente: *Sicut dicitur spiritus Eliæ, qui est Spiritus Dei, cujus particeps factus est Elias.* Simone Metaphraste Serm. de Elia, ubi eum vocat, *virum sacrosanctum & Divinum; quià à Deo accepit omnium maxima.* Palatio ad ista Eccli. 48. *Surrexit Elias Propheta, quasi ignis.* verba: *Elias suâ vitâ, suâ doctrinâ ac exemplô, totum Orbem illuminavit, & omnium corda in amore Dei inflammavit.* S. Dorotheo Martyre in *Synopsi Prophetarum* relata Tom. 1. Bibliothecæ magnæ. *Elias hic primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad cœlum subministravit, primus ex hominibus unam Angelorum & hominum vitam ostendit.* Chartusiano ad cap. 4. Lucæ: *Elias terrestris Angelus, homo cœlestis.* Ambrosio lib de Elia cap. 2. *Elias cœlestem vitam in corpore, & superne usum conversationis exhibebat in terris.* Et Athanasio in vita S. Pachomij: *vitam cœlestium in terris gessit.* Certè in sequelis istis non multum apparet *participationis spiritus Dei.* aut laudis Eliæ tanquam *viri sanctissimi & Divini.* si sequelæ istæ admitti debeant; & multò minus, *eum accepisse omnium maxima,*

Novum absurdum. aut esse, unde ità absolute commendetur *ab ejus vita, doctrina & exemplo, totius Orbis illuminatio, & omnium cordium in amore Dei inflammatio:* cum fuisset longè major in Paulo, Antonio, & alijs novi Testamenti filijs & discipulis, quàm in eorum Patre & Magistro: nimiumque allata à S. Dorotheo Primitas deprimeretur (& sic de Eliæ laudibus ex Carthusiano, Ambrosio, & Athanasio præcitatis,) ut sic præcisè ab Æmulis tollatur Ordinis Carmelitarum, sub vano prætextu (& contrariante, non solum SS. Augustini, Chrysostomi, Ambrosij, Gregorij & Hieronymi paulò ante citatorum, sed & penè totius Ecclesiæ, authoritate, ut videre est in *Hostimento Pharetra ultima Telo II.*) quod extolli debeat novi Testamenti Religio; cum tamen indè, potius deprimatur, quàm extollatur, uti in decursu ad oculum patebit, ac specialiter ex eo, quod ex priori cultu Dei, observantia Decalogi, & praxi charitatis ac cæterarum virtutum, in nova Religione confirmatis, magis extollatur, quàm deprimatur; imò sine quibus alioqui valde suspecta fuisset, nec verosimiliter, absque gratia per se efficaci, recepta. Sed quid dicam? In his cœcutire volunt Æmuli.

Ex P. Suarez. 12. Probatur septimò: ex doctissimo P. Francisco Suarez *parte 2. de Religione lib. 3. cap. 1. n. 5.* aiente: *Nam licèt etiam veteres per fidem in Christum aspexerint, & ità eum imitari potuerint, juxta illud, quod de Moyse scribit Paulus ad Hebr. 2.* Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi. *Nihilominus non habebant tàm expressam cognitionem vitæ & morum futurorum in Christo, nec experimentalem earum rerum cognitionem. Et prætereà licèt cognitio illa in uno vel altero* (Elia scilicet, Eliseo & Ioanne Baptista, de quibus egit n. 1.) *fuerit sufficiens, & ideò ipsa imitatio & perfectio in aliquibus esse potuerit: tamen communiter ac regulariter non erat generalis illa, tàm distincta cognitio; & ideò nec perfectio ipsa quoad statum publicum & omnibus propositum, potuit, aut debuit, esse illo tempore, in eo gradu, & modo, quo nunc est.* Pro Expositione autem hujus limitationis &c. vide n. 519.

Ex 3. Reg. 18. juxta Joannem XLIV. 13. Probatur octavò. Visio Eliæ refertur 3. *Regum cap. 18* his verbis: Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, &

sua, & dixit ad puerum suum, ascende, prospice contra mare &c. Ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Quid autem *nubecula* illa *parva*? Sub annum 412. præcitatus Ioannes XLIV. *ibidem cap.* 19. (impress. Bruxellensis) exposuit, ut sequitur, *Quid ergo Sacramenti rerum futurarum, præter historiam, visio intrinsecus contineret, & quid magni mysterij Deus Eliæ, tunc stanti prono, per eam portenderet, dignatus fuit Elias aperire; non palàm omnibus sed secretè suis consortibus: à quibus traditum tenemus, Deum, sub figurata visione, revelasse tunc Eliæ quatuor magna Mysteria, quæ per ordinem explicabo.* Primò: *quòd quædam infantula nasceretur, quæ ex utero matris suæ ab omni peccato munda egrederetur.* Secundò: *tempus, in quo hoc adimpleretur.* Tertiò: *quòd hæc infantula virginitatem perpetuam ad exemplum Eliæ amplexaretur.* Quartò: *quòd Deus, jungens naturam suam humanæ, de Virgine illa homo nasceretur. Per hoc namque, quod ille puer Eliæ vidit de mari nubeculam parvam oriri, revelavit Deus Eliæ, quòd quædam infantula, scilicet B. Maria, per illam nubeculam significata, & instar illius nubeculæ per humilitatem parva, nasceretur de humana natura peccatrice, designata per mare; quæ infantula iam in suo ortu esset munda ab omni peccatorum sorde, quemadmodum nubecula illa de mari amaro orta; sine tamen aliqua amaritudine. Licèt namque nubecula illa esset originaliter ejusdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriusque proprietatis. Mare quippe ponderosum est, & amarum: sed nubecula illa levis fuit, & dulcis. Sic quamvis in quolibet alio homine natura humana instar maris sit in sua origine, ità amaritudine peccatorum, & pondere vitiorum pressa, ut fateri cogatur,* Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me: *Beata tamen Maria de hoc mari, id est natura humana, aliter fuit orta. Quoniam in suo ortu non fuit onerata amaritudine delictorum: sed instar illius nubeculæ fuit levis per immunitatem peccatorum, & dulcis per plenitudinem charismatum. Ipsa enim in suo ortu fuit nubes illa, de qua per Moysen figuratè est scriptum.* Ecce gloria Domini apparuit in nube.

Profunda sanè expositio, quæ ab alio esse non potuit, quàm ab ipsomet Elia sanctissimo Dei Propheta *vidente*; ideoque Ioannes Patriarcha huic illam tribuit; nè autem hujus putetur, & non Eliæ. Obstat 1. S. Methodius *Tom* 3. *Homil. de Purif.* seu *de Simeone & Anna*, ubi Virginem Mariam alloquens ait: *Puritatis tuæ Elias Propheta præscius, atque imitator, in spiritu, cum esset vita illius ignifera, sibi coronam* (utique Nazaræorum ex Filijs Prophetarum, Essenorum &c. juxta illud Cornelij à Lapide in cap. 4. Thren. *Nazaræi, id est separati, consecrati ac coronati, qui se Deo devovebant.*) *colligavit: te quoque ejusdem successor Eliseus, à sapiente Magistro his sacris initiatus, tanquam iam existentem præsigurans* &c. Obstat 2. Ipsamet S. Scriptura statim citanda. Obstat 3. Quod dicat per *traditionem* acceptam; *traditum tenemus*, uti Fratres noverant, nè falsi arguerentur. — Laudatur expositio visionis.

14. Confirmatur: quia, quod Ioannes Baptista *spiritu prophetico* in Lege veteri noverit perfectionis religiosi status in Lege nova futuri substantiam, negari non potest, cum Ioann. 1. de seipso dicat. *ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini* &c. unde viam Domini melius dirigi non posse, quàm religioso statu, & votis secundum Consilia Evangelica, ipse indubiè novit, cum directionem viæ Domini prædicarit: id autem clamasse dicitur, *in spiritu & virtute Eliæ*. Lucæ 1. *Præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ*; quià nempè id ab Elia, juxta expositionem Eliæ visionis suprà relatam, didicerat, ut potè ex discipulis ejus, juxta illud Segleri in Descrip. Palæst. Montis Hengaddi: *in hujus montis solitudinis parte sedit Elisæus Propheta, & Elias, ubi construxit cellas Prophetis: Manavit institutio & loci religio ad posteros, fuitque desertum hoc usque ad Hengaddi habitatum ab Essenis, hominibus incredibilis continentiæ. Sub quorum institutis educatus fuit Ioannes Zachariæ: & habitus in Essenis unus prædictæ sanctitatis* Ioannis XLIV *loco supra citato cap.* 32. *Cùm ergo venit sacri plenitudo temporis, fuit ad dictos Monachos in desertis, missus* homo ille à Deo, cui nomen erat Ioannes (*Ioan.* 1) *scilicet Baptista. Monasticæ vitæ Eremiticæ ab Elia institutæ cultor eximius.* Et infrà: *ideò Christus sciens Ioannem expressam Monasticæ vitæ Prophetæ Eliæ imaginem gerere, dixit de eo* — Ab Exemplo Ioannis Baptistæ.

*Turbis.* si vultis accipere, ipse est Elias *Matth.* 11. Quamobrem Ioannes Carthagena lib. 17. Homiliarum Homil. 1. *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis illis inter Filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Eliæ Disciplinam profitebantur.* Et Domin. Sotus in 4. sent. Dist. 30. q. 2. art 1. *Essenorum institutum secutus est Ioannes Baptista.* Vide de his plura *n.* 3.

Sotus de Essenis.

15. Atqui: inde clarè deducitur, etiam sanctissimum Dei Prophetam Eliam novisse perfectionis religiosi status in lege nova futuri substantiam, juxta illud nostri Thomæ à Iesu, Ordinis Carmelitarum illustrissimi sideris, P. 1 de varijs Regul. Carm. cap. 1. §. 1. *Ostensuri Ordinem nostrum à magno illo antiquatæ legis vate Elia ortum habuisse, oportuit præmittere totius Monasticæ vitæ institutum à viro hoc emanasse, eumque Evangelicæ legis consilio Divinò ac propheticò spiritu prævidisse, primòque omnium observasse.* Ergò &c.

Subsumptum.

Neque hic moveri potest difficultas, ex eo, quòd ab Æmulis nonnullis Liber præcitatus *de Institutione Monachorum* habeatur suspectus, tàm de veritate, quàm de Authore; quia ne historiam à nobis intentam turbemus, infra suspicionem illam esse malè fundatam *parte* 2 demonstrabimus. Quare sit.

Monitum de Ioanne XLIV.

# SCUTUM II.

## *Vota, etiam castitatis, de qua potissima difficultas, non fuerunt in Lege veteri prohibita.*

### NERVUS

16. PRobatur primò; quià *Levitici cap.* 27. generaliter vota approbantur, & incipit. *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, loquere filijs Israel, & dices ad eos: homo, qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium.* Et tandem additur: *Quidquid semel fuerit consecratum, sanctum Sanctorum erit Domino.* Deuteronomij capite 23. dicitur: *Cùm votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere; quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum; si nolueris polliceri, absque peccato eris.* Judicum capite 11, de Iephte: *votum vovit Domino, dicens*, &c. Idem legitur de Iacob *Genes. capite* 28. de Anna 1. *Regum* 1. De Absalone autem 2. Regum capite 15. *Vadam, & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron: vovens enim vovit servus tuus* &c. Psalmo verò 75 *Vovete, & reddite Domino. Deo vestro omnes, qui in circuitu ejus affertis munera.* Ecclesi. capite 5. *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio; sed quodcumque voveris, redde: multòque melius est non vovere, quàm post votum promissa non reddere.* Quæ omnia absque ulla limitatione indifferenter extenduntur ad obedientiam, paupertatem & castitatem. Vide *infra n.* 268 quatuor propositiones primas à supremo S. Inq. Hisp. Senatu in judicio contradictorio approbatas.

Votum castitatis in lege vet. nō fuit prohibitum.

17. Probatur secundò; ex Isaia capite 56. *Hæc dicit Dominus Eunuchis: qui custodierint Sabatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum* &c. *nomen sempiternum dabo eis.* De istis verò Eunuchis sanctus Hieronymus *libro* 15. *in Isaiam capite* 56. dicit. *In Eunuchis, illi intelligendi sunt, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum, quales erant Apostoli.* Hos autem castitatem vovisse, nullus negat. Concordat sanctus Athanasius Sinaita in qq. super Scripturam q. 66. *Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum cœlorum, hi sunt in Lege nova Apostoli & Monachi, in Lege veteri, Elias, Daniel, & alij multi.* S. Ephrem, & post ipsum Salianus ad An. 3173. *S. Ephrem Syrus Eliam, & Eliseum, & Ioannem, & Apostolum Paulum, in eorum numero recenset, qui se castraverunt propter Regnum cœlorum.* Vide iterum S. Ephrem *n.* 50.

Ex aliis S. Scrip. & SS. Patribus.

n. 50. Idem ferè Epiphanius libro 2. hæresi 63. Item hæresi 58. *Quinam igitur Eunuchi? g merosi Apostoli &c. Monasticam vitam degentes, & deinceps virgines* in novo Testamento, *Elias in veteri Testamento* &c. Et hæresi 79. *Elias ab ortu suo virginitatem perpetuò servavit.* Quod confirmat coætaneus ejus, Ioannes quadragesimus quartus Patriarcha Ierosolymitanus, *libro* de Institutione Monachorum capite 9 *Elias seipsum propter Deum virginitate perpetuâ primus hominum sponte decoravit.* Fœdus autem illud stat pro *fide*, de qua Apostolus 1. ad Timotheum 5. *Nubere volunt habentes damnationem; quia primam fidem irritam fecerunt.* Subdit noster Daniel à Virgine Maria, Ordinis Historiographus, *Vinea Carmeli* numero 1114. *Ubi per* fidem *significari* votum *seu* promissionem, *explicant Concilia, Carthaginense quartum, Toletanum quartum, Summi & Sancti Pontifices, Clemens Primus, Innocentius Primus, Gelasius primus, sanctique Patres, atque omnes ferè Expositores hujus loci, tùm Græci, ut Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius* &c. *Tùm Latini, ut Ambrosius, Primasius, Beda, Haymo, Sedulius, Anselmus, & alij Ità Em. Bellarminus* lib. 2. de Monachis cap. 24. Et ante ipsum intellexit antiquissimus Cajus Solinus Anno 110. *loco citando* infrà *Scuto V.* sub his verbis, *nullus admittitur, nisi quem castitatis fides* (nota) *& innocentia meritum prosequatur.* Dixerat autem Bellarminus ibidem cap. 23. *Ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solum continet se, sed qui non se continere non potest.* Quamobrem optimè Ovandus in 4. Dist. 3. propos. 3. *Notum erat Iudæis* &c. *Quarè igitur ante adventum Messiæ non se conformarent per votum etiam illi, qui castitatem & virginitatem servaturi erant post Messiam.* Vide præclarissimum ejus ratiocinium infrà n. 49.

18. Probatur tertiò: ex libro sapientiæ capite 3. *Spado, qui non est operatus per manus suas iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum iniquissima; dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in domo Dei acceptissima.* Per *fidem* autem illam intelligi *fidem*, de qua Apostolus *primæ ad Timoth.* 1. & *fœdus* de quo Isaiæ *capite* 56. hæcque importare castitatis votum, statim præmissum est. Ex *sap.* 3.

19. Probatur quartò: ex Num. 6. *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: loquere ad filios Israël, & dices ad eos, vir sive mulier, cùm fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Deo consecrare* &c. *Omni tempore separationis suæ novacula non transibit super caput ejus, usque ad completum diem, quo Domino consecratur.* Et infrà: *tunc radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis, cæsarie consecrationis suæ*, utique per votum; nam ibi sequitur, *ista est lex Nazaræi, cùm voverit obligationem suam Domino, tempore consecrationis suæ.* Unde meritò Chrysostomus Tomo 2. Homil. 4. de Epiphania: *Nazaræi secundum legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni voto mancipabant.* Damascenus libro 4. de fide capite 25. *An non denique lex Nazaræi ingens votum castitatem mancipabit.* Post Origenem Homil. 24. in Numer. *Ille verò, qui appellatur Nazaræus, semetipsum vovet; hoc est votum Nazaræi, quod est super omne votum, semetipsum Deo offerre; nec alieno labore, sed proprio placere, perfectius est cæteris omnibus votis, quod qui facit, imitator est Christi.* Quem etiam sequitur famosissimus S. Paginæ Interpres Cornelius à lapide in cap. 4. Thren. *Nazaræi, id est separati, consecrati, ac coronati erant, qui se Deo devovebant.* Et sanctus Thomas 2. 2. q. 186. art. 6. ad 2. *Non aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, sive consecrare, nisi per voti obligationem.* Eliseum autem *Nazaræum* fuisse, docet S. Hieronymus Com. in Ezechiel. capite 6. dicens: *Ipse Eliseus, licèt corporis haberet calvitium; tamen, quia Nazaræus erat, cincinnis capitis fruebatur.* Et hinc derisus est à pueris Eliseus 4. Regum capite 2. *Ascende calve, ascende calve.* Non quidem à calvitie ætatis; quia hæc per se venerabilis est, & plures erant pueris istis obvij, quos non deridebant: sed à calvitie, seu cæsarie, suæ per votum consecrationis; quæ erat ipsis ludibrio & odio, cum Idololatræ essent: propter quod ibidem sequitur, *qui cùm respexisset, vidit eos, & maledixit eis*, utpotè Idololatris, *in nomine Domini; egressique sunt duo ursi de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.* Idque ad exemplum zelosissimi Magistri sui Eliæ, qui paulò

Ex num. 6. SS. Patribus & alijs.

 ante,

*Turbis*, si vultis accipere, ipse est Elias *Matth.* 11. Quamobrem Ioannes Carthagena lib. 17. Homiliarum Homil. 1. *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis illis inter Filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Eliæ Disciplinam profitebantur.* Et Domin. Sotus in 4. sent. Dist. 30. q. 2. art 1. *Essenorum institutum secutus est Ioannes Baptista.* Vide de his plura *n.* 3.

Sotus de Essenis.

15. Atqui: indè clarè deducitur, etiam sanctissimum Dei Prophetam Eliam novisse perfectionis religiosi status in lege nova futuri substantiam, juxta illud nostri Thomæ à Iesu, Ordinis Carmelitarum illustrissimi sideris, P. 1 de varijs Regul. Carm. cap. 1. §. 1. *Ostensuri Ordinem nostrum à magno illo antiquatæ legis vate Elia ortum habuisse, oportuit præmittere totius Monasticæ vitæ institutum à viro hoc emanasse, eumque Evangelicæ legis consilia Divinò ac propheticò spiritu prævidisse, primòque omnium observasse.* Ergo &c.

Subsumptum.

Neque hic moveri potest difficultas, ex eo, quòd ab Æmulis nonnullis Liber præcitatus *de Institutione Monachorum* habeatur suspectus, tàm de veritate, quàm de Authore; quia ne historiam à nobis intentam turbemus, infra suspicionem illam esse malè fundatam *parte* 2 demonstrabimus. Quare fit.

Monitum de Ioanne XLIV.

# SCUTUM II.

## *Vota, etiam castitatis, de qua potissima difficultas, non fuerunt in Lege veteri prohibita.*

### NERVUS

Votum castitatis in lege vet. nō fuit prohibitum.

16. Probatur primò: quià *Levitici cap.* 27. generaliter vota approbantur, & incipit. *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, loquere filijs Israel, & dices ad eos: homo, qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium.* Et tandem additur: *Quidquid semel fuerit consecratum, sanctum Sanctorum erit Domino* Deuteronomij capite 23. dicitur: *Cùm votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere; quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum; si nolueris polliceri, absque peccato eris.* Judicum capite 11, de Iephte: *votum vovit Domino, dicens*, &c. Idem legitur de Iacob *Genes. capite* 28. de Anna 1. *Regum* 1. De Absalone autem 2. Regum capite 15. *Vadam, & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron: vovens enim vovit servus tuus* &c. Psalmo verò 75 *Vovete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu ejus affertis munera.* Eccles. capite 5. *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio; sed quodcumque voveris, redde: multòque melius est non vovere, quàm post votum promissa non reddere.* Quæ omnia absque ulla limitatione indifferenter extenduntur ad obedientiam, paupertatem & castitatem. Vide *infrà n.* 268 quatuor propositiones primas à supremo S. Inq. Hisp. Senatu in judicio contradictorio approbatas.

Ex aliis S. Scrip. & SS. Patribus.

17. Probatur secundò: ex Isaia capite 56. *Hæc dicit Dominus Eunuchis: qui custodierint Sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum* &c. *nomen sempiternum dabo eis.* De istis verò Eunuchis sanctus Hieronymus libro 15. in *Isaiam capite* 56. dicit. *In Eunuchis, illi intelligendi sunt, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum, quales erant Apostoli.* Hos autem castitatem vovisse, nullus negat. Concordat sanctus Athanasius Sinaita in qq. super Scripturam q. 66. *Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum cœlorum, hi sunt in* Lege nova *Apostoli & Monachi,* in Lege veteri, *Elias, Daniel, & alij multi* S. Ephrem, & post ipsum Salianus ad An. 3173. *S. Ephrem Syrus Eliam, & Eliseum, & Ioannem, & Apostolum Paulum, in eorum numero recenset, qui se castraverunt propter Regnum cœlorum.* Vide iterum S. Ephrem n. 50.

*n.*50. Idem ferè Epiphanius libro 2. hæresi 63. Item hæresi 58. *Quinam igitur Eunuchi?*
*generosi Apostoli* &c. *Monasticam vitam degentes, & deinceps virgines* in novo Testamento, *Elias*
*in veteri Testamento* &c. Et hæresi 79. *Elias ab ortu suo virginitatem perpetuò servavit.* Quod con-
firmat coætaneus ejus, Ioannes quadragesimus quartus Patriarcha Ierosolymitanus,
*libro* de Institutione Monachorum capite 9 *Elias seipsum propter Deum virginitate perpetuâ pri-*
*mus hominum spontè decoravit.* Fœdus autem illud stat pro *fide*, de qua Apostolus 1. ad Ti-
motheum 5. *Nubere volunt habentes damnationem; quià primam fidem irritam fecerunt.* Subdit
noster Daniel à Virgine Maria, Ordinis Historiographus, *Vinea Carmeli* numero 1114.
*Vbi per* fidem *significari* votum *seu* promissionem, *explicant Concilia, Carthaginense quartum,*
*Toletanum quartum, Summi & Sancti Pontifices, Clemens Primus, Innocentius Primus, Gelasius primus,*
*sanctique Patres, atque omnes ferè Expositores hujus loci, tùm Græci, ut Chrysostomus, Theophylactus,*
*Oecumenius* &c. *Tùm Latini, ut Ambrosius, Primasius, Beda, Haymo, Sedulius, Anselmus, & alij*
*Ità Em. Bellarminus* lib. 2. de Monachis cap. 24. Et ante ipsum intellexit antiquissimus
Cajus Solinus Anno 110. *loco citando* infrà *Scuto V.* sub his verbis, *nullus admittitur, nisi quem*
*castitatis fides* (nota) *& innocentiæ meritum prosequatur.* Dixerat autem Bellarminus ibidem
cap. 23. *Ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solùm conti-*
*net se, sed qui non se continere non potest.* Quamobrem optimè Ovandus in 4. Dist. 3. propos.
3. *Notum erat Iudæis* &c. *Quarè igitur ante adventum Messiæ non se conformarent per votum etiam illi,*
*qui castitatem & virginitatem servaturi erant post Messiam.* Vide præclarissimum ejus ratioci-
nium infrà *n.* 49.

18. Probatur tertiò: ex libro sapientiæ capite 3. *Spado, qui non est operatus per manus suas* Ex *sap.* 3.
*iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum iniquissima; dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in*
*domo Dei acceptissima.* Per *fidem* autem illam intelligi *fidem*, de qua Apostolus *prima ad Ti-*
*moth.* 1. & *fœdus*, de quo Isaiæ *capite* 56. hæcque importare castitatis votum, statim præ-
missum est.

19. Probatur quartò: ex Num 6. *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: loquere ad filios* Ex *num.* 6.
*Israel, & dices ad eos, vir sive mulier, cum fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Deo con-* SS. Patribus
*secrare* &c. *Omni tempore separationis suæ novacula non transibit super caput ejus, usque ad completum* & alijs,
*diem, quo Domino consecratur.* Et infrà: *tunc radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis, cæ-*
*sarie consecrationis suæ,* utique per votum; nam ibi sequitur, *ista est lex Nazaræi, cùm voverit*
*obligationem suam Domino, tempore consecrationis suæ.* Unde meritò Chrysostomus Tomo 2.
Homil. 4. de Epiphania: *Nazaræi secundum legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni voto*
*mancipabant.* Damascenus libro 4. de fide capite 25. *An non denique lex Nazaræi ingens votum*
*castitatem nuncupat.* Post Origenem Homil. 24. in Numer. *Ille verò, qui appellatur Nazaræus,*
*semetipsum vovet; hoc est votum Nazaræi, quod est super omne votum, semetipsum Deo offerre; nec alie-*
*nò labore, sed proprio placere, perfectius est cæteris omnibus votis, quod qui facit, imitator est Christi.*
Quem etiam sequitur famosissimus S. Paginæ Interpres Cornelius à lapide in cap. 4.
Thren. *Nazaræi, id est separati, consecrati, ac coronati erant, qui se Deo devovebant.* Et sanctus
Thomas 2. 2. q. 186. art. 6. ad 2. *Non aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, sive*
consecrare, *nisi per voti obligationem.* Eliseum autem *Nazaræum* fuisse, docet S. Hierony-
mus Com. in Ezechiel. capite 6. dicens: *Ipse Eliseus, licet corporis haberet calvitium; tamen,*
*quia Nazaræus erat, cincinnis capitis fruebatur.* Et hinc derisus est à pueris Eliseus 4. Regum
capite 2. *Ascende calve, ascende calve.* Non quidem à calvitio ætatis; quià hæc per se ve-
nerabilis est, & plures erant pueris istis obvij, quos non deridebant: sed à cal-
vitie, seu cæsarie, suæ per votum consecrationis; quæ erat ipsis ludibrio & odio,
cum Idololatræ essent: propter quod *ibidem* sequitur, *qui cum respexisset, vidit eos, & male-*
*dixit eis,* utpotè Idololatris, *in nomine Domini; egressique sunt duo ursi de saltu, & laceraverunt ex*
*eis quadraginta* [illegible] *pueros.* Idque ad exemplum zelosissimi Magistri sui Eliæ, qui paulò



ante,

ante, Regis Samariæ quinquagenarios & quinquagenarios Idololatras, derisoriè, ob similem calvitiem (nam pilosus dictus est à veste, juxta illud Apostoli in Epistola ad Hæbr. 11. *Circuierunt in melotis & pellibus caprinis.* non à capite) *Eliam* vocantes *virum Dei,* igne de Cœlo imploratô, consumpsit. *ibidem capite 1.* Cum enim primi essent, qui tali calvitie, seu cæsarie, tanquam Deo per votum consecrationis, ac Religionis Monasticæ signo utebantur, (juxta illud Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani lib de Institut. Monachorum cap. 41. *Eias prius præputium impudicitiæ scivit à sua carne & mente prorsus circumcidere, dum primus inter homines studuit Deo virginitatem perpetuam spontè*(id est voluntariè, juxta illud Psal 53. *Voluntariè sacrificabo tibi) inchoare.* Præmiserat autem ibidem. *Nemo autem unquam ad hanc ascendit circumcisionis scientiam, priùs quàm Elias, & puer suus, id est cœtus Filiorum Prophetarum, Discipulorum ejus: ipsi namque primi virorum seipsos per virginitatem perpetuam spontè dedicantes, castraverunt prorsus ab omnibus venereis voluptatibus mentes suas* &c. Reflecte ad ly *perpetuam*: quià, ut benè notat noster doctissimus Sylveira Tomo 1. lib. 2. q. 10. n. 35. *Quod Nazaræorum votum in quibusdam fuisset ad certum tempus, in alijs verò perpetuum, docent, Abulensis* q. 2. & 52. ad cap 27. Levitici, *& Cardinalis Hugo, Lyranus, Cornelius à Lapide* ad cap. 6. Num suprà citat: *Nam ut optimè notat Caietanus, tempus Nazaræatus non erat determinatum à lege, sed à vovente.* Et in cap. 4 Thren. *Nazaræi, id est separati, consecrati, ac coronati erant, qui se Deo devovebant, à vino & sicera abstinendo, comam non tondendo, multi etiam à mulieribus se continendo.*) facilè ab Idololatris ludibrio habebantur.

Ex concordi SS. Patrum & Doctorum sent.

20. Probatur quintò: ex concordi Doctorum, tùm Sanctorum, tùm aliorum, sententia; nam ut rectè ad intentum noster celeberrimus Lezana Annal. Tom. 1. Apparatus cap. 4. n. 17 *Nullum enim præceptum in lege veteri fuit de non servanda castitate. Ità enim habent, non solum Ignatius, Hieronymus, Epiphanius, Damascenus, Isidorus, & alij Patres in superioribus relati, dum plures cælibes in ea lege commendant; sed in posterioribus Abulensis* in Leuit. c. 30. q. 32. *Sotus* in 4. d. 30. q. 2. art 1. *Bartholom de Medina* 3. p. q. 28. art. 4. *Et ibi Sylvius.* Item *Suarez* disp 6. sect. 1. *Vasquez* disp. 124 c. 3 *Angles* in floribus de impedimento erroris art. 3. *Basilius de Leone* lib. 1. de Matrim. c. 19. n. 2. *Michaël Medina* de sacror. homin. continentia l. 3. c 46 *Mendoza* q. 2. positiva, & q. 4. in Quodlibet. *Et quod magis est, S. Thomas* in 4. d. 33 q. 3 art. 2. ad 2. *neque oppositum docuit* 3. p. q. 28. art. 4. ad 1. *quià ibi solum dicit, quod* videbatur, *intellige juxta mores illius temporis,* lege prohibitum. *Unde verba illa Exodi 23.* Non erit infœcunda, neque sterilis in terra tua, *solùm continent benedictionem Dei, illi populo promissam, si custodiret legem illi datam & ità immediatè subjungitur:* Numerum dierum tuorum implebo: *quod etiam significat benedictionem longævitatis. Clariùs hoc cernitur in illo Deuteronom. 7.* Non erit apud te sterilis utriusque sexus; *subjungitur enim,* tàm in hominibus, quàm in gregibus tuis. *Quò evidenter denotatur, non præceptum (cum illius capaces non sint pecudum greges) sed benedictionem, aut promissionem Dei, illis verbis contineri.*

Ex P. Lezana & alijs.

21. Addit autem ibidem n. 22. *Quemadmodum ad specialem dignitatem Legis Evangelicæ non spectat, quod ante ipsam non fuerint in Lege veteri vera Sacramenta, vera sacrificia, ceremoniæ, verusque cultus Dei, quoad essentiam & substantiam ipsorum; sed solum, quod ante illam non fuerint perfecta & consummata: multò minus ad eandem Evangelicæ Legis dignitatem spectabit, quod ante ipsam non fuerit aliqualis exercitium votorum, etiam castitatis, aliqualisque Religionis instar status, proportionatè quidem ad veteris Legis imperfectionem, ac imbecillitatem, ut dictum est; sed solum, quòd ea omnia non fuerint, nedum perfecta & consummata, sed neque ijs privilegijs ornata, quibus decorantur in Lege Evangelica. Imò potiùs videtur colligi contrarium ab æqualitate, ut dicitur, proportionis. Cùm enim illa Lex imperfecta fuerit, & veluti inchoatio Evangelicæ, videtur etiam necessariò postulasse modum aliquem imperfectum & inchoatum Religionis, perficiendum & decorandum in Lege Evangelica. Et sanè nulla assignabilis est ratio, quarè in hominibus perfectis illius status fuerint excellentissima & perfectissima dona & charismata prophetiæ, miraculorum, martyrij & similium; non autem aliqualis Religionis, etiam imperfectæ: aut quarè hoc*

*rè hoc solum reservatum est Legi Evangelicæ, & non alia (præsertim cum Martyrem esse perfectius videatur, quàm Religiosum esse, juxta illud*: MAIOREM CHARITATEM NEMO HABET, UT ANIMAM SUAM PONAT, *&c. Pro quo audiendus celebris Doctor Bartholomæus Medina* 1. 2. q. 108. art. 4. §. ut tamen *Vbi post aliqua de imperfectione veteris Legis dicta, subjungit*: Sed ex hoc non inferat Theologus, quod viri justi & sancti in antiquæ Legis statu non haberent ex instinctu Spiritus Sancti consilia à Deo, tùm virginitatis, tùm obedientiæ, atque etiam paupertatis, quæ & animo lubenti, & forti, amplectebantur. *Et post pauca*: Sed pro temporis ratione non omninò consummata, atque absoluta. Quô nostra sententia satis expressa videtur. *Vota ergo virginitatis, castitatis, seu religionis, & status religiosus, seu monasticus, quæ Eliæ Instituto concedimus, proportionata sanè fuerunt infantiæ Legis veteris; ac proinde, ut sæpius inculcavimus, majoris claritatis gratia, imperfecta, & inchoata, perfectibilia & consummanda per Christum, & ipsius Discipulos tempore Legis gratiæ (quæ vocatur propterea* ad Galat. 4. Vers. 4. plenitudo temporis) *Tùm doctrinâ & exemplô ipsius Christi, & discipulorum; tùm quià tunc, & non prius, potuerunt esse cum ea solemnitate, quæ modò viget in Ecclesia, & quæ ab Apostolis cœpit, ut habet S. Thom.* 2. 2. q. 88. art. 7. *& cum traditione sub potestate Superioris, habentis jurisdictionem spiritualem clavium in subditos, quæ non fuit in Lege veteri, tùm quià tunc non habebant eas prærogativas, & excellentias, quas modò habent, quales sunt, quod per professionem religiosam, Baptismi instar, remittatur tota pœna temporalis; item quod dissolvatur matrimonium ratum præcedens, & irritetur matrimonium futurum, cum alijs ipsius privilegijs, de quibus* tom. 1. summæ quæst. Regular. cap. 3. *diximus. Denique, propter copiosiorem numerum sectatorum Instituti Religiosi, cum in Lege nova illud plurimi amplexati fuerint, in Lege autem veteri nonnisi pauci. De hoc igitur statu religioso perfecto & consummato intelligendi sunt Patres & Doctores, qui dicunt, Christum ad illud primò homines invitasse, & Apostolos fuisse primos Religiosos; sicut etiam dicuntur communiter Christus & Apostoli fundamenta fuisse Ecclesiæ, cum tamen certum sit, Ecclesiam fuisse ante illos, etsi nonsum ea perfectione ac excellentia, quàm ab ipsis accepit. Quod ità esse dicendum, confirmatur ulteriùs ex alijs Patribus, seu Doctoribus, qui affirmant, tempore Christi pullulasse, seu revixisse, vel renovatum, aut innovatum fuisse Monasticum Ordinem; hi enim clarè supponunt ante ipsum Christum, tempore videlicet Prophetarum Eliæ & Elisei, extitisse ipsius aliqualia primordia; & à Christo & Apostolis posteà perfectionem, decorem & complementum habuisse. Etenim renovare, aut innovare, est* pristinum statum restaurare, *juxta l.* Prætor ait. ff. de revis. *& Periculum* de renovat. Emphyteut. q. 1. in princip. *Hi sunt D. Bernardus, vel auctor nominis ipsius, insignis*, in Epist. ad Fratres de Monte Dei, *ubi loquens de Monachorum religione, inquit, quod fuerit tempore* Prophetarum demonstrata, *& in Lege gratiæ*, instaurata & innovata *S. Antoninus* in summa 3. p. tit 16. §. 4. *De Monachis enim cœnobiticis loquens, de quibus dicit*: videntur exorti sub Eliseo, *subjungit*, fuerunt renovati à Christo. *S. Odilo in vita S. Majoli, quæ extat*. in Bibliotheca Cluniacensi, *& apud Lipomanum hæc dicens*: Cœpit Monasticus Ordo pullulare, seu (ut melius dicamus) reviviscere, quem à B. Elia & Ioanne Baptista novimus processisse. Numero 23. subdit. *Obedientia Isaac, castitas Ioseph, patientia Iob, & aliæ virtutes in antiquis Patribus repertæ, quamvis veram rationem, & essentialem virtutem participaverint; figura tamen fuerunt similium virtutum, quæ in Christo Domino erant; ob eminentiam, & majorem perfectionem, quæ in ipso effulserunt. Sic pariter, quamvis ratio Religiosi veluti status in veteri Lege utcumque reperta, illius primordialem quasi quidditatem induerit; figura tamen potest dici Religionis, seu Monachismi Legis Evangelicæ, ob prærogativas & excellentias assignatas, quasque Christi, & Apostolorum institutione, & exemplo participat, ut dictum est.*

S Thomas

S. Bernardus.

S. Antoninus.

S. Odilo.

Ex eodem P. Lezana.

22. Concordat noster Historiographus P. Daniel à Virgine Maria *Vinea Carmeli num.* 1245. *pag.* 718. Concludens, ut sequitur. *Dicimus igitur, veri luminis, & Solis iustitiæ (qui Christus est) Luciferum præambulum extitisse magnum Prophetam Eliam, eumque Monasticum, & Religiosum statum, anteà ab origine mundi, sub meris umbris & figuris latentem, primum præmonstrasse, atque, Numinis instinctu, vita Eremitica, & Monastica Antesignanum, & primum Auctorem extitisse*

Ex P. Daniele à V. Maria.

*tisse, ac ipsum, eiusque discipulos Filios Prophetarum, veri nominis Monachos veteris Legis fuisse (quod in praecedentibus sufficienter probatum est) Itaque S. Elias Christum in Monastica disciplina praecessit quidem tempore, at non causalitate: & id spectat ad dignitatem, atque excellentiam Christi: ut scilicet* DE PLENITUDINE EIUS OMNES ACCIPEREMUS, *non tantum in nova, sed & in veteri Lege. Sicque fatemur ad Evangelicam Legem spectare, statum perfectorum Religiosorum: nimirum, sicut antiqui Patres salvati sunt merito Christi, sic & in veteri Lege Monachatus habuit causam meritoriam, finalem & exemplarem ipsum Christum (qui eundem deinde etiam ad maiorem perfectionem sustulit) S. verò Propheta Elias Monachatum instituendo, duntaxat fuit causa efficiens, & secundaria; prima tamen & exemplaris respectu caeterorum omnium hominum, & Fundatorum Monasticae conversationis.* Nu. autem 1248. refert haec ex Vasquez. Tom 2. disp. 124. cap. 3. *Ostendimus hactenus virginitatem in antiqua Lege vetitam non fuisse, neque praeceptum matrimonium* &c. *Nunc verò in confirmationem eiusdem demonstremus, virginitatem non tantum sine ignominia, & infamiae nota, sed etiam in magno honore apud Iudaeos fuisse.* Quod confirmat P. Suarez Tom. 1. in 3. partem q. 28 art. 4. disp. 6. sect. 1. *Multi viri sanctissimi in illa lege virginitatem ut meliorem coluerunt.* Et ante utrumque, Soto in 4. sentent. dist. 30. q. 2. art. 1. *Veritas haec multis Prophetarum exemplis comprobatur.* Ità & alij plurimi, quos *Scuto VI.* citabimus.

Vasquez. Suarez. Sotus.

Ex Thoma Aquinate à S. Iosepho.

23. Adstipulatur è nostris Discalceatus Thomas Aquinas à S. Ioseph in sua differt. p. 3. sect. 1. §. 3. *Ratio verò efficax eiusdem veritatis traditur ab eodem Doctore*, putà Suare, *petita ex eo, quod nullum extat praeceptum, neque naturale, neque positivum, sive obligans omnes, ac singulos in Lege Mosaica ad generandos filios, sive prohibens castitatem, aut virginitatem. Non quidem naturale; quià tempore illius legis erat genus humanum satis propagatum, adeò ut, quamvis multi propositum virginitatis suscepissent, potuisset tamen per alios genus humanum, Deique praecipuè populus, sufficienter augeri & conservari. Neque etiam positivum: quoniam nullum tale praeceptum in tota lege invenitur; nam ea, quae sive ex lib. Exodi cap. 23. sive ex Deuteron. 7. proferuntur, quaeque huiusmodi aliquid videntur innuere, non continent praeceptum, sed promissionem, ut expendit, & probat clarè idem Saurez qui videri potest.* Post Origenem homil. 24. in Numer. *Ille verò, qui appellatur Nazaraeus semetipsum vovet; hoc est votum Nazaraei, quod est super omne votum, semetipsum Deo offerre, ne alieno labore, sed proprio placere, perfectius est caeteris omnibus votis, quod qui facit, imitator est Christi.*

Origenes.

# SCUTUM III.

24. *Sanctissimus Dei Propheta Elias Obedientiam, Paupertatem, & Castitatem opere servavit.*

## NERVUS

ELIAS obedientiam servavit.

25. Probatur primò: quoad *obedientiam*, ex Ioanne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano *lib. de Instit. primorum Monachorum in Lege veteri exortorum & in nova perseverantium cap. 9. Elias semetipsum prorsus abnegans, & voluntati propriae abrenuntians, semper Superioris, id est Dei, voluntatem promptè secutus fuit, quemadmodum de eo scriptum est* 3. Reg. cap. 19. Abijt quocumque eum ferebat voluntas Dei. *sequitur*, & fecit juxta verbum Domini 3. *Reg.* 17.

Ratio datur.

26. Nec mirum, quod sibi Superiorem in terris, cui obediret, non assumpserit; quià imprimis neminem noverat, qui ista tria, juxta instituendi Monachismi propositum suum, opere servaret; sed istiusmodi observantiae primus & Princeps erat, uti *Scuto IV.* probabitur. Deindè ut rectè Eximius, è nostris, P. Petrus Wastelius in suis

P. Wastelius.

suis Ioannis Ierosolymitani vindicijs lib. 1. sect. 5. art 4. §. 5. *Respondeo secundò: nedum ad Congregationem cœnobiticam, sed nec ad ipsam strictim sumptam Religionem, opus esse, ut singuli ejusdem suæ Congregationis cuipiam Prælato subsint, & nemo sit exemptus: sed necessarium tantummodò est, ut ipsa Congregatio subjectionem sub Prælato suo profiteatur, atque ipse se obstrinxerit eidem Congregationi: atquè adeò æque necessarium est, ut aliquis sit, qui præsit & non subjiciatur; Nimirum, & alia ratio est principij, alia principiati; locusque semper manet acceptioni commodæ. Et ut à notioribus in hoc Occidente exemplum capiam, sancti Religiosorum Patriarchæ, Benedictus, Bruno, Dominicus, Franciscus, Ignatius, cui ipsi ejusdem corporis Superiori suberant, vel ipse S. Basilius in sua Ponto? Honoratus vel Venantius in Massilia aut Lerino? Certè Honorius Tertius in confirmatione Regulæ S. Francisci mandat omnibus Fratribus* ut obediant Fratri Francisco. *Denique Institutores, ac item omnes Superiores Ordinum, etsi voluntati non obsequantur unius; non minimum tamen sese ipsi exercent in monachali obedientia, quandò eam exhibent in suis subditis tanquam membris; & dum servos se præstant servorum Dei, necessitatibus ferè obediunt singulorum.* Ad hæc multum facit, quod Deum experiebatur, tàm familiariter sibi præcipientem, ac Superior terrenus fecisset; nam præterquàm quod dicat Tertullianus lib. adversus Phichicos cap. 6. *Eliam Prophetam in spelunca divertentem, familiarissimo Dei congressu fuisse exceptum.* Appositè noster Sylveira *in Apocalypsim cap.* 11. *n.* 132. scribit, *profundè, altè considera, & invenies, quod Deus plusquàm decem præcepta* (præter alia nobis occulta) *imposuerit Eliæ*: Vade, & abscondere in Torrente Carith, 3. *Reg.* 17. *n.* 3. *Et ecce aliud:* Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum; præcepi ibi mulieri viduæ. *Ibidem n.* 9 *Et aliud præceptum*: Vade, ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ 3. *Reg.* 18. *n.* 1. *Et ecce aliud dormienti sub Iunipero, ait ei Angelus*: Surge, comede, grandis tibi restat via 3. *Reg.* 19. *n.* 7. *Aliud mandatum*: Vade, & unges Hazaël Regem super Syriam *ibid. n.* 15. *Iterum aliud mandatum*: & Iehu, filium Namsi, unges Regem super Israël *Ibid. n.* 16. *Iterum aliud*; Eliseum, filium Saphat, unges Prophetam pro te. *Ibidem. Aliud præceptum:* Surge, & ascende in occursum Regis Samariæ, *qui ibat ad consulendum Beëlzebub Deum Accaron.* 4. Reg. cap 1. n. 3 *Et aliud mandatum circa quinquagenarium*: Locutus est Angelus Domini ad Eliam, descende cum eo, ne timeas. *Ibidem n.* 15. *Et aliud præceptum, quandò Elias obtulit illud holocaustum in Monte Carmeli, circa quod est magna difficultas inter Doctores, quomodò Elias potuerit sacrificare? nam expressè prohibitum erat in Lege veteri, ne quis extra tabernaculum sacrificaret.* Levit. 17. n. 9. Deuter. 12. n. 4. *Communiter respondent Abul. & alij, quod Elias habuit dispensationem, & mandatum Dei, ibi sacrificandi in Carmelo, ut ipse apertè dixit in sua oratione ad Deum*: juxta præceptum tuum, feci omnia verba hæc. 3. *Reg.* 18. *n.* 36. *Ac proindè tot & tantæ circumstantiæ, quæ ex illo sacrificio interfuerunt, ut quod eligeret vitulum, erigeret altare circa fossam, effunderenturque duodecim hydriæ aquæ: omnia sub præcepto ei imposita sunt.*

Tertullianus.

P. Sylveira.

27. Probatur secundò: Quoad *paupertatem*, ex eodem Ioanne *ibidem* cap. 9. *Elias recessit nutu Dei* de terra, & de cognatione sua, & de domo patris sui in solitudinem, *relinquens de cætero mundanas divitias, non solùm mente, sed etiam opere; ne per domesticam curam, aut per facultates & terrenas possessiones impediretur à consecutione vitæ Monasticæ, ad quam per Deum tunc vocabatur.* Item cap. 16. *Elias, ut suo exemplo animos omnium prædictorum Monachorum, ejus discipulorum, provocaret ad suæ Religionis exercitium studuit secundùm formam, per Deum sibi traditam* (uti satis probatur ex Scripturis statim citatis) *pollere coram eis frugalitate paupertatis, uti abstinentia parcimoniæ, domare concupiscentias carnis, nitere candore castitatis, abnegare libertatem voluntatis.* Chrysostomo lib. 3. de providentia: *Elias ità erat pauper, ut præter Melotem, nihil terrenum ei fuerit.* Et Homil 2. ad populum Antiochenum: *Quid enim, dic mihi, Elia pauperius?* Dominico Gravina lib. *Vox turturis* p. 2. cap. 5: *Eliam, primum colendæ virginitatis authorem, Patres & Doctores appellant, obedientiæ & paupertatis prototypon.* Et ex Carthagena, Thoma Bradleij, ac Camarto supra. Undè meritò Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 5.

ELIAS Paupertatem servavit.

Chrysostomus.

Gravina.

Chartagena

Bellarminus.

cap. 5. *Habemus deindè in eodem Testamento veteri Eliam, Elisæum & Filios Prophetarum sine uxoribus & divitijs in hoc Mundo vixisse.* Post illos Antiochum n. 50 infrà citatum, *qui se exuit possessione facultatum Eliæ comperitur esse imitator, Ioannis, & eorum, qui dicunt*, ecce nos reliquimus omnia &c. Ac S. Basilium in Isaiæ cap. 3. *Nonnulli sunt pauperes beati dicti, qui ardore tuendæ religiosæ paupertatis omnia contempserunt: & ejusmodi erat pauper ille Ioannes, & ejusmodi Elias.*

ELIAS castitatem servavit iuxta SS. Patres.

28. Probatur tertiò, quoad *castitatem*, ex Ambrosio libro de Virginibus. *Elias nullius corporei coitus fuisse permistus cupiditatibus invenitur, ideò* &c. Ex sancto Hieronymo in Epistola ad Eustochium, *Virgo namque Elias, Virgo Elisæus, Virgines multi Filij Prophetarum.* Ioanne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano *loco citato* cap. 41. *Elias primus præputium impudicitiæ scivit à sua carne & mente prorsus circumcidere, dum primus inter homines studuit virginitatem perpetuam sponte inchoare.* Præmiserat autem capite 9. *Crucifixit carnem suam cum concupiscentijs, mortificans membra peccati, quæ sunt super terram, fornicationem, libidinem, immunditiam, & concupiscentiam malam, altiori quodam modo antecessoribus suis, quoniam, ut per puritatem castitatis, & incorruptionem suæ carnis, æquaretur Angelis ad conversationis imitationem, seipsum (propter Deum) virginitate perpetuâ primus hominum spontè decoravit.* Sancto Isidoro Hispalensi Episcopo libro 2. de officijs Ecclesiasticis: *quantum pertinet ad vetus Testamentum, Elias, Ieremias & Daniel castitatis & continentiæ bonum primi constituisse dignoscuntur.* Athanasio & Epiphanio *Scuto II.* citatis. Undè verissimè Gaspar Sanchez in 3. Reg. 17. n 6 *Eliam, virginitatem coluisse perpetuam, communis est veterum Patrum, constansque sententia.* Et Dominicus Gravina statim citatus, *Eliam primum colendæ virginitatis authorem, Patres & Doctores appellant.*

Carmelit. ad ELIAM successio.

29. Confirmatur: Elias fecit Prophetas successores post se, juxta illud Eccli cap. 48. *Qui prophetas facis successores post te.* Et, ut rectè sub annum 1444. noster Thomas Bradleij; seu Scropus, quem doctrina & vitæ sanctitate celebrem describunt Pitseus *lib de Scriptoribus Angliæ*, & Iacobus Wareus *lib 2. de Scriptoribus Hiberniæ*, qui floruit circa annum Christi 1444 & in *lib. de Instit. Ord. B. M. V. de Monte Carmelo cap. 1.* sic scribit, *Elias obtentu contemplationis Divinæ, & desiderio sublimioris perfectionis longè ab urbibus recedens, & seipsum cunctis terrenis & mundanis exuens, religiosam & prophetalem vitam eremiticam, primus hominum ducere cœpit* &c. *discipulos etiam congregavit, quos prius in Eremo Carith. docuit servare Castitatem, Paupertatem, Obedientiam* &c. Quæ *Scuto IV.* probantur, & confirmantur, vide Ioannem XLIV. Munioz, & Thomam à Iesu citatos infrà *n.* 51. Atqui ista satis probant, Prophetam Dei Eliam servasse castitatem, paupertatem & obedientiam, quas discipulos servare docuit; nec alioqui subsisteret, quod *religiosam & prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cœpit.* Ergò &c.

# SCUTUM IV.

30. *Sanctissimus Dei Propheta Elias Filios Prophetarum, Essenos &c habuit sibi in obedientia, paupertate & castitate successores, quorum fuit Fundator, Patriarcha & Princeps.*

## NERVUS

ELIAS Ordinis fundator ex Eccli. 48 Waldensis.

31. PRobatur: ex præcitata Scriptura Ecclesiastici 48. Qui Prophetas facis successores post te. Unde è nostris gravissimus Author Thomas Waldensis in Doctrinali fidei libro 3. art. 1. cap. 4. *Elias zelans multiplicare Religionem Prophetarum sanctorum, solutè*

*feliciùs huic rei operam dedit. Eliseum primò instituens, & pallio suo induens: & demùm alios post eum magno numero, providens ab intento, ut sancta Religionis successio semper staret, secundum quod Sapiens Eliam alloquens, dixit*. Prophetas facis successores post te, qui raptus est in turbine ignis. *Ecclesiastici* 48 De Eliseo autem, sic scribit Genebrardus lib 1. Chronographiæ ad Annum Mundi 3272. *Eliseus miris & inusitatis operibus insignis*. 4. Regum 12. &c. *construxit cellas Prophetis in Ierichuntis solitudine: manavit institutum, & loci Religio ad Posteros, fuitque desertum hoc usque ad Hengaddi ab Essenis habitatum, hominibus continentia incredibilis*. Genebrardus

32. De Essenis autem istis sic scribit Adrianus Adrianius *lib de Orig. Monastices* cap. 2. *Iudaorum meliores Elia atque Elisei discipuli, Esseni appellati sunt*. Et post pauca. *Vndè liquet hos Essenos vel Hessenos, ipsos esse filios Prophetarum, de quibus cap. anteced. dictum fuit: qui quidem diversis in locis, temporum decursu, admodùm multiplicati, usque ad Christi Domini tempora, in prima sua institutione, vitæque spiritualis amplexu multis annorum centurijs constantissimè; erstiterunt*. ut infrà liquebit. Tum ex Chartagena lib. 17. Homiliarum Homil. 2. Object. 8 *Necessariò fatendum erit Essenos, etiam ab Elia & Eliseo, sive Filijs Prophetarum, eorum successoribus, promanasse: quod prætereà nominis demonstrat Ethymologia; nam licèt demus Essenos à vita sanctitate esse nuncupatos, quod voluit Chrysostomus Homilia 44. in Acta Apostolorum, idque Philo in libro, cujus titulus est [Quòd liber sit probus] apertè significat; tamen, si nominis Ethymologia attentè consideretur, Essenos sive Essæos, ut alij volunt; ab Eliseo potiùs dictos, quasi Eliseneos, veriùs apparet: quæ denominatio placuit etiam doctissimo Henrico Enriquez nostri temporis authori gravi ac perdocto. in secundo Tomo lib. 12. cap. 5. in Glossa littera* B. Hæc Carthagena Paucis sic idipsum exprimit Honufrius Manescal. *tom. 1. Concionum in concion. B. Maria de Monte Carmelo*, loquens de Instituto, seu Religione ab Elia inchoata: *continuata est per Prophetarum Filios, aut per eos Religiosos, qui Esseni ab Eliseo appellati sunt*. Miræus verò *lib. de Orig. & increm. Ord. Carmel. sub initium* de Elia sic loquitur, *Eliseum ex agri cultura evocatum, sibi sociavit plurimos alios excelsum, & à fluxi mundi curis exemptum, vitæ genus affectantes (quos Filios Prophetarum appellatos Scriptura Sacra demonstrat) in agmine illo primævo recensuit*. Istos autem *Filios Prophetarum* fuisse *Essenos* addit, *Illi verò Prophetarum Filij Essenique Palæstinam incolentes (quemadmodum & Esseni posteà in Ægyptum traducti) miris exemplis captam institutionem, usque ad Virginis partum, produxerunt*. Vide de his plura *Scuto VII*. De Essenis.

33. Confirmatur authoritatibus sequentibus. Sic enim S. Macharius in ferm. ad Monachos: *Fratres charissimi* &c *Eliam & Eliseum, ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate*. Et infrà. *Hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi hujus propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur; quià à cæpto Ordine nullatenus leguntur deviasse*. D. Hieronymus in Epistola ad Paulinum: *Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macharios, & ut ad Scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces Filij Prophetarum*, &c. utique eâ ratione, quâ novæ Legis Eremitarum Duces suos docuisse obedientiam &c. verè Monasticam ab omnibus censentur. Consonat S. Isidorus Hispalensis Episcopus lib. 2. de origin. offic. cap. 2. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum huius propositi Princeps Elias & discipulus eius fuerunt* &c *Iam deindè progeniti sunt conversationis huius nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres*. Et Trithemius de ortu & laud. Carm. cap. 3 *Monastici propositi Princeps fuit Elias & discipuli eius*. Et infrà, *De Monachorum Institutione dicit Hieronymus, noster Princeps Elias est, Dux noster Eliseus* &c. Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus de Instit. Monachorum cap. 2. *Hic Propheta Dei Elias Monachorum Princeps primus extitit, à quo sancta primæva Institutio exordium sumpsit*. Cassianus lib. 1. de Instit. Monachorum cap. 2. *Itàque Monachum ut militem Christi, in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis, jugitèr oportet incedere: hoc enim habitu, etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento huius professionis fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum, Divinarum Scripturarum authoritate demonstratur*. Bernardus Cassinensis *in Expositione* Regulæ S. Benedicti. Confirm. ex SS. Patribus.

 nedicti.

nedicti: *Attende benè, quod in veteri Testamento Elias & Eliseus Monachorum Inventores extiterint.* Vide Clarevallensem *Scuto VII.* citatum. Undè meritò Minimorum Generalis Ægidius Camartus in præclaro Opere suo de Elia Thesbite, *Elias id habet praeminentia supra illos, quod non solùm virginitatem excoluit, sed & praetereà Author fuit, cur plurimi discipulorum ei se penitùs addixerint; Collegia enim, quae ibi instituit, viris in cœlibatu degentibus plena erant, quo fit, ut Hieronymus, Ioannes Ierosolymitanus, Cassianus, & alij quotquot de Monasticis rebus scripserunt, asseruerint Eliam omnium Monachorum Parentem fuisse, quià tria essentialia Religionis vota primus opere adimplevit.*

Etiam ex alijs. 34. Item *suprà n.31.* citatus Thomas Waldensis in *Doctrinali fidei lib.3. articulo 1. cap.4.* de illa Prophetici Eliani Instituti multiplicatione, & successione ista ad intentum scribit: *Elias zelans multiplicare Religionem Prophetarum sanctorum, sollicitè huic rei operam dedit: Eliseum primò instituens, & palliô suô induens, & demùm alios post eum magno numero.* Et infrà: *Ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere. Vnde venientes ad Eliseum praeceptorem suum, dixerunt:* ECCE LOCUS, IN QUO HABITAMUS CORAM TE ANGUSTUS EST NOBIS, EAMUS USQUE AD IORDANEM, ET TOLLAMUS SINGULI DE SILUA MATERIAS SINGULAS, UT ÆDIFICEMUS IBI LOCUM NOBIS AD HABITANDUM, QUI DIXIT: ITE. 4. *Reg. 6. Et sic tandem multi manserunt ibidem juxta litus Iordanis. Quidam autem manserunt in Carmelo; quidam in Monte Ephraim; multi etiam in suburbijs Civitatum regulares tractabant observantias, maximè autem in Galgala, quem locum frequentabat Samuel. In Bethel quoque multi manserunt, In Ierusalem, in Sarepta, in Samaria, in Iericho, seu Ierichunte civitatibus, ut patet 3 Reg. & 4.* Ægidius Camartus, qui res S. Eliæ præcipuè rimatus fuit, in libro inscripto *Elias Thesbites cap.5. sect.10.* ait: *Celebres discipulorum scholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho* &c. Et infrà: *Tot enim discipulos, veluti propagines, in ipso Carmeli Capite coegit Elias, ut eorum virtutis odor, non solùm vicinos montes pervaserit, sed prætereà ad Cedros usque Dei, qui in Libano sunt, sese extenderunt: Galaad autem, ut suprà vidimus, caput est & principium Libani.* Et post alia: *Et postremò tot discipulorum Collegia à nostro Elia instituta, montes, deserta, vicos omnes obtinuerunt, à mari, cui adhaeret Carmelus, ad flumen usque Æthiopiae, ad quod usque mons Galaad protenditur.*

Iterum ex alijs. 35. Imò etiam Damianus Cardinalis, sanctitate & eruditione clarus Ord. S. Benedicti, Tom 3. Opusc. de Origine vitæ Eremiticæ cap 2. *Hujus vitae normam, ut anteriora praeteream, Elias cœpit, Eliseus verò auctô discipulorum Collegiô dilatavit.* Dominicus Gravina citatus suprà *Scuto III.* ubi subdit: *Et Principem Monachorum.* Cap. autem 26. *Non ad momentum spiritum permansurum reliquit Elias; sed ad posteros transmisit continuâ successione non sopitum in quocumque eventu.* S. Odilo Abbas Cluniacensis, cujus vitam à Damiano scriptam habes in Bibliotheca Cluniacensi, in vita Majoli. *Cœpit Monasticus Ordo repullulare, &, ut verius dicam, reviviscere, quem à B. Elia & Ioanne Baptista novimus processisse.* Abbas Ioachim in lib. corcord. veteris & novi Testamenti. *Vita prophetica transivit ab Elia in Eliseum, qui cùm maximè floreret, instituit Ordinem Conventuum.* Ac tandem Em. Card. Bellarminus libro 2. de Monachis cap 39 *Veteres Patres, Eliam & Ioannem Baptistam Eremitas & Eremitarum Principes faciunt, ut Basilius in Epist. ad Chilonem, Nazianzenus in Apologia postquàm è fuga redijt. Chrysostomus Homil. 96. in Matth. Hieronymus in Epist. de virginit. ad Eustochium, Isidorus libro 2. de officijs capite 15.*

SCU-

# SCUTUM V.

## 36. *Filij Prophetarum, Esseni* &c. *Obedientiam, Paupertatem & Castitatem in antiqua Lege opere servaverunt..*

### NERVUS

37. PRobatur primò, quoad *obedientiam*: ex Philone, Iudæorum disertissimo, *lib.* quod omnis &c. *Iuniores senioribus debitam curam, honorem, reverentiam exhibebant.* Et Iosepho lib. 2. de bello Iudaico, *nihil sine precepto faciunt Curatoris:* Ità etiam de Eliseo Dionysius Carth: in 3. Reg. 19. *art.* 28. Abulensis ibid. *q.* 24. & Chrysostomus *n.* 38. Carmel. in vet. Lege obedientiam servarunt.

38. Probatur secundò, quoad *paupertatem*: ex eodem Iosepho ibidem, *omnes illis opes in medio sunt, & ab eis omnia communia possidentur; nihil amplius inter illos ditior fruitur, nihil pauperior defraudatur.* Consonat Philo, *locò suprà citatò.* Vndè Chrysost: Homil. 24. in Matth. *Perpende fidem & obedientiam vocatorum, cuncta illicò relinquentes, fecerunt, quod Esseni quoque sub Elia legitur implesse Talem quippè obedientiam à nobis Christus efflagitat.* Vide *Scuto VI. probat.* 4. Etiam paupertatem.

39. Probatur tertiò, quoad *castitatem*: ex Philone Iudæo *libro* quod omnis probus &c *Castitatem in totâ vita perpetuam servant.* Ex Iosepho libro 16. Antiquitatum cap. 13. *Vxores non ducunt.* Item libro 2. de bello Iudaico capite 7. *Nuptias quidem fastidiunt.* Et Ioanne XLIV de Institutione Monachorum capite 9 *Ipsi namque primi virorum seipsos Deo per virginitatem spontè dicantes.* Etiam castitatem.

40. Confirmatur, quoad *paupertatem* & *castitatem*: Ex Iosepho ibidem: *præter cæteros, voluptates quidem quasi maleficia vitabant; continentiam verè servare, neque cupiditati succumbere, virtutem maximam ducebant.* Et infrà: *divitiarum contemptores sunt, rerumque apud eos communicatio admirationi habetur,* &c *designatos autem communium rerum procuratores habent.* Ex Plinio *lib* 5. *Hist. naturalis cap* 17. ubi de *Essenis* dicit *Ab Occidente littore Esseni fugitant, gens sola, & in toto Orbe, præter cæteras mira. sine ulla fæmina, omni venere abdicatâ, sine pecunia, socia palmarum* &c. *Ità per sæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur.* Et Caio Solino in Polyhistoria cap. 36 *Interiora Iudææ Esseni tenent, qui præditi memorabili disciplina recesserunt à ritu gentium universarum* &c. *nulla ibi fæmina, venere se penitus abdicarunt, pecuniam nesciunt, palmis victitant, nemo ibi nascitur, nec tamen ibi deficit hominum multitudo; locus ipse addictus pudicitiæ est, ad quem plurimi, licèt undique gentium properent, nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentia meritum prosequatur.* Et Sozomeno lib. 3. Historiæ cap. 13. *Ad exemplum Eliæ Thesbitis pellibus se induebant, ut singuli ex pelle corpori circumiecta, ut mihi quidem videtur, virtutem Prophetæ semper in memoria revocantes. strenuè contra cupiditates venereas confligerent* &c. Quarè Salianus *ad annum* 3144. *n.* 9. ex Theodoreto. *Chorus Prophetarum extremam amplectebatur paupertatem.* Bellarminus lib 2. de Monachis capite 5. *Habemus deindè in eodem Testamento veteri Eliam, Eliseum, & Filios Prophetarum sine uxoribus & divitijs in hoc mundo vixisse.* Et Abulensis in 4 Regum 6. q. 4. *Filij Prophetarum quasi nihil habebant, nisi ea, quæ sibi à populo dabantur.* Francisci Somnij demonstrat. Evangelic. cap. 2. *In hac perfecta obedientia Filij ibidem Prophetarum illustres facti sunt in scripturis, quod abnegatâ propriâ voluntate subderent se per omnia unius obedientiæ, qui in spiritu prophetico cæteris clarior erat; idque in admiranda rerum indigentia & vita abstinentia, ut legere est 4. Regum.* Unde Em. Card. Baronius in *Notis Martyrologij Romani* ad diem 19. Octobris: Confirm. quoad paupert. & castit. Em. Baronius.

Octobris. *Complures Monachos sub Maximiniano circa annum Domini 238. Martyrio coronatos esse, non tantum ex Martyrologijs expressum habes, sed apud Eusebium* histor. lib 8. *Porrò ipsum Monachorum institutum, non recens, sed ab initio nascentis Ecclesia viguisse, ex his, qua scribit Philo de Essais, & qua habet Dyonisius Areopagita, & alij, facilè colliges, licet nomen ipsum non adeò vetus fuerit.* Et lib. 1. Chronologiæ an. mundi 3172. *Eliseus construxit cellas prophetis in Ierichontis solitudine, manavit institutum & loci religio ad posteros, fuitque desertum hoc ab Essenis habitatum, hominibus continentia incredibilis.* Et Henriquez in Summa Tom. 2. lib. 12. cap. 5. *Ab Elia fertur Essaorum religio ortum habuisse in monte Carmelo.*

# SCUTUM VI.

Vide *n.* 268 S. Inq. decretum.

## 41. *Sanctissimus Dei Propheta Elias tria essentialia Religionis vota Obedientiam, Paupertatem, & Castitatem emisit.*

### NERVUS

ELIAS tria vota emisit.

42. PRobatur primò: Quià *Scuto I.* efficaciter probatum est, sanctissimum Dei Prophetam Eliam, in antiqua Lege spiritu prophetico, novisse perfectionis religiosi status, in Lege nova futuri, substantiam. *Scuto II.* Vota, etiam castitatis, non fuisse in Lege veteri prohibita, & *Scuto III.* Eliam sanctissimum Dei Prophetam, obedientiam, paupertatem & castitatem opere servasse. Atqui, istis præsuppositis, & attentis Eliæ prærogativis, *Scuto I.* ex Augustino, Simeone Metaphraste, Palatio, S. Dorotheo Martyre, Carthusiano, Ambrosio, & Athanasio relatis, ac alijs, quæ aliundè adferri possent, majoris commendationis, incredibile est Eliam absque voto, obedientiam, paupertatem & castitatem servasse; ac proindè tria essentialia religionis non emisisse: Ergo &c. Major tenet ex locis citatis. Probo minorem, suppositâ majori, lumen naturæ dictat, esse Deo gratius, nec difficilius, obedientiam, paupertatem & castitatem servare cum voto, quàm sine voto; virum autem Angelicum, sanctissimum & Divinum quærere id, quod Deo gratius, nec eo, quod reipsà facit, difficilius dictat similiter. Consequentia verò ex illis præmissis est legitima, eamque docent Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus *lib. de Institutione Monachorum cap. 6, 21. & 34.* D. Isidorus *lib. 2. de officijs cap. 9. num. 19.* Waldensis *lib. 3. de Sacramentalibus, cap. 89.* & *lib. 3. Doctrinali fidei, art. 2. cap. 23.* Clichtoveus *tom. 2. homil. 2.* Trithemius *de laudibus Carmelitar. cap. 2.* D. Ioannes Suar. *Episcopus Conimbr. in Matth. cap. 2. tract. 1.* Salianus *anno Mundi 3139.* Paleonidorus *lib 1. de Orig. Carmel. cap. 1.* Vellosillus *in advertentijs ad Theolog. quæst. 13.* P. Ioan. Carthagena *tom 3. homiliar. lib. 17. homil. 2.* aliàs *tom. 4. lib. 16. hom. 27. object. 7.* P. Petrus Munos *Propugnacul. Eliæ lib. 2. tit. 1. cap 2. art. 5. à num. 14.* P. Thomas de Aquino *lib. 1. de Patriarch. Elia 3. part. sect. 1.* P. Ægidius Camartus, Generalis Minorum *lib. de gestis Eliæ cap 6. sect. 8.* P. Petrus Corneio *in publicis conclusionibus habitis in cap. Generali Romæ anno 1613.* quas adducit Petrus Sarracenus *in suo Monologio, in vita S. Eliæ fol. mihi 121.* P. Iosephus de Siguencia *in vita S. Hieronymi, fol. mihi 110. & 111.* Petrus Lucius *in suo Compendio Historiar. cap. 3.* Richardus Al. *de proprietat. Monach. cap. 31.* P. Thomas de Iesu *in Commentarijs super Regulam Carmelitar.* Hanc sententiam latè docet P. Franciscus de S. Maria *tom 1. Historia Prophetica lib. 3 cap. 20.* Ità, diligenti studiô, celeberrimus noster in Textum Evangelicum Commentator Ioannes de Sylveira *tom. 1. lib. 2.*

1. *lib.2. cap.9. n.36.* ubi addit, *qui omnes, & alij multi, optimè ex factis Eliæ ac Elisei hanc assertionem deducunt, & ego eam in multis publicis conclusionibus magnò applausu defendi* Ibidem autem num. 39. *Et hanc sententiam de votis ac Monachatu in Lege veteri, liberè posse evulgari, judicatum est à Supremo Senatu Sanctæ Inquisitionis Madriti, hoc præsenti anno* 1639. *die 9. Decembris.* Vide infrà n. 268. ubi decretum referimus.

43. Concordat 1. scriptis in totam D. Thomæ summam editis, & alijs, commendatissimus P. Philippus à Sanctissima Trinitate, modernus nostrorum Excalceatorum Generalis, *Historia Carmelitana lib.1. cap.2.* aiens: *Vndè supremus Inquisitionis Hispanicæ Senatus, in judicio contradictorio, decrevit, quod possit dici, verum in antiqua Lege fuisse Monachatum, & Religionem cum votis perpetuæ castitatis & virginitatis; item obedientiæ perpetuæ ac paupertatis voluntariæ: ità tamen, quod Monachatus non fuerit in illa Lege, cum ea solemnitate, perfectione & potestate clavium, prout in Lege gratiæ.* Decretum autem illud ad longum refert in *Præfatione ad Lectorem*, in qua istiusmodi limitationis ratio immediatè subditur; *quià istius in tota sua perfectione, author & institutor fuit Redemptor noster* IESUS *Christus, & illius in Lege scripta fuit causa exemplaris & meritoria.* Cui sufficit explicatio à nostris RR. PP. Lezana, Daniele à Virgine Maria data *Scuto II:* quam magis expendemus infrà. P. Philippus à SS. Trinitate.

44. Concordat 2. de toto Ordine nostro optimè meritus P. Lezana Annal. Ord. tom. 1. Apparatus cap. 4. n. 2. *Cum totus fermè Israël ob impijssimum Achabi, & Iezabelis exemplum, in idololatriæ barathrum demersus iaceret, excitatur à Deo, vir omni eloquio superior, incomparabilis, & admirabilis inter Prophetas Elias, qui ad Dei cultum firmius stabiliendum, salutem animarum curandam, perfidiamque scelestissimam idololatrarum confundendam, ex antiquis Samuelis discipulis, ex quibus ipse unus erat, ac ex alijs sibi ascitis socijs Numinis instinctu vitæ Eremiticæ, ac normæ Religiosæ, per trium votorum, obedientiæ, castitatis, & paupertatis observantiam, talia qualia in eo statu umbratili, & imperfecto veteris Legis esse poterant, primus author fuit.* Et ibidem n 5. *Elias vitæ Monasticæ & Eremiticæ, ac qualitercumque Religiosæ*; per observantiam trium votorum, obedientiæ, castitatis & paupertatis, *qualia (ut dixi) in eo statu esse fas fuit, fundamenta jecit.* Non ità Samuel, cujus Elias discipulus fuit: quà Samuel fuit tantum Pater & Fundator Religiosorum Primò: quà non bibentium vinum ac in hymnis & canticis semper vacantium, juxta Glossam, & Hugonem Cardinalem in 1. Reg. 19. v. 20. *Isti Prophetæ viri Religiosi erant, qui non bibebant vinum & Deo vacabant semper canentes hymnos & psalmos.* Secundò: quà Claustralium, ut notat noster Thomas Waldensis in *Doctrinali Fidei lib 3. cap 4.* & post illum noster Lezana *Annal* Tom. 1. *Apparatus* cap. 3. n. 6: juxta illud 1. *Reg. 19 v 20. ubi dicitur in Naioth Ramatha fuisse,* Cuneum Prophetarum, & Samuelem stantem super eos, *id est, ut Lyranus exponit,* præsidentem eis; *vel ut Carthusianus,* præsidentem eis, ac dirigentem; *vel cum Hugone Cardinali,* quià præerat alijs; *vel cum Abulensi,* q 31. quià docebat eos prophetare, erudiendo eos, quià ipse erat doctor Divinæ laudis, vel quòd erat Princeps eorum; *vel cum Torniello* sub anno 3139. §. 2. *in editione Antuerpiensi, quia ipse* tanquam illius (*intellige Congregationis*) Præfectus collationes quasdam spirituales celebrare solitus erat. Quæ confirmat. *Petrus Comestor historiæ Scholasticæ compilator, qui 1. Reg 10. ait:* Nota, quòd Samuel primò instituit Conventus Religiosorum jugiter psallentium Domino, & dicebatur Conventus eorum Cuneus, quasi couneus Et dicebantur Prophetare, *id est,* jugiter Deum laudare, & fortè aliqui quandoque prophetabant ex eis. *Hæc Comestor. Idem sequuntur Lyranus, & Cardinalis Hugo in 1. Reg. 10 Imò ipse Lyranus 4. Reg. 2. Rabbi Salomonem pro hac parte referre videtur.* Non verò Religiosorum, qua tria essentialia Religionis vota emittentium. Prophetæ autem Samuele priores vel non erant voto Nazarei, vel Cuneis Prophetarum, sive votô Nazareorum, non præsidebant, quod non attendit Bolducus *lib. de Ecclesia ante Legem cap. 5. §. 5.* insinuans, Samuelem fuisse Prophetarum Ordinis & Instituti Patriarcham. P. Lezana. Differentia Samuelis ab ELIÆ Instituto.

45. Con-

P. Thomas Aquinas a S. Iosepho.

45. Concordat 3. è nostris Discalceatis P. Thomas Aquinas à S. Ioseph suæ *Dissert.* *p. 3. sect. 1. §. 3.* Et probat tribus rationibus: quarum primam sumit à ratione exemplaris vitæ Monasticæ. Secundam ab Eliæ ferventissimo zelo, & ardentissimo in Deum amore. Tertiam ex eo, quod virginitatem, paupertatem & obedientiam servavit.

P. Daniel a Virg. Maria.

46. Concordat denique noster Historiographus P. Daniel à Virgine Maria, *Vinea Carmeli* n. 1 1 2. pag 627. *Porrò ex aliquali voto Eliam, cum suis consortibus, tria vota servasse asserimus: etenim vota tùm fuisse, extra controversiam est; nihil enim frequentius in sacris Litteris, quàm ista:* Votum vovit: vota mea Domino reddam: *& similia. Atqui servare castitatem, paupertatem & obedientiam, etiam tùm existebat materia voti; utpotè, de meliori bono: & perfectius erat, Deoque gratius, illa servare ex voto, quàm sine eo: prout de castitate expresiè, statuit perdoctus Ordinis Prædicatorum Theologus, Dominicus Soto in 4. Sententiarum ità scribens:* Sub Lege naturæ corruptæ, prolatatô satis humanô genere, procul dubio semper fuit virginitas matrimonio præstantior; quippè quæ ad contemplationem & spiritualia opera longè aptior, *&c.*

Prob. ab absurdo.

47. Probatur secundò: quià alioqui, Elias, *qui est spiritus Dei, sacrosanctus, & divinus*, ex dictis *num.* 9 ex speciali Dei instinctu ex præmissis *num.* 3. fuisset amplexatus vitam Monasticam omni ad Deum devotione vacuam, iuxta illud D. Thomæ 22. q. 186. art. 2. ad 6. *Non aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem.* Atqui id asserere de Propheta Deo devotissimo est contra omne prudens iudicium: ergo &c. Maior patet, etiam minor ex dictis *n.* 42. Consequentia est legitima.

Alterum absurdum.

48. Probatur tertiò: quià alioqui in sanctissimo Propheta Dei Elia, virginitas, obedientia, paupertas non fuisset virtus, iuxta illud D. Thomæ 22. q. 152. art 3 ad 4. *Virginitas*, & sic de obedientia & paupertate, *secundum quod est virtus importat propositum voto firmatum integritatis perpetuò servandæ.* Cui respondet illud Bellarmini lib. 1. de Monachis cap 23. *Ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solum continet se, sed qui non se continere non potest.* Atqui id de tam Sancti Viri virginitate, obedientia & paupertate sentire est valdè absurdum: ergo &c.

Item alterum.

49. Probatur quartò: quià (præterquàm quòd etiam incredibile sit, quod alioqui sequeretur, Eliam Dei Prophetam, præclarissimis exornatum prærogativis suprà mentionatis, Filios Prophetarum, Essenos &c. tales fecisse, uti probavimus *Scuto IV.* successores post se, qui vota emitterent, prout emisisse *Scuto VII.* probabimus, quæ ipse non emisisset, ab eoque manasse Religiosi Ordinis sub tribus votis essentialibus institutum, quod in substantia non servasset, cum id evidenter repugnet rationi causæ exemplaris, qualis ipse erat) Sanctissimum Prophetam Dei Eliam tria essentialia Religionis vota emisisse, habes ex Illustrissimo Homiliographo Ioanne de Carthagena lib. 17. Homil. 2. ad obiect. 7. *Tandem Eliam eiusque Successores, tàm paupertatis votum quàm reliqua substantialia Religionis emisisse, vel illa una ratio nervosè satis suadet; quod si Elias, eiusque Successores Monachorum institutum amplectentes, Deo se consecrarunt, castitatem, paupertatem, & obedientiam colentes; certè cum prædicti Patres non ignari essent, fore Deo gratissimum, longèque magis meritorium, propositum suum voto firmare: (hoc enim, ut suprà præmisimus, in veteri Lege notum, compertumque fuit) & præterea cum apertè scirent, plurimùm valere hanc votorum emissionem, ad voluntatem nostram, quæ lubrica, ac in malum propensa est, in bono firmandam, & in officio continendam: non est dubium, quin hoc votorum adminiculo ad prædictos fines iuvarentur. Accedit ad hæc, illius societatis viros selectos ex grege Iudaico, sapientia, & acumine ingenij, cæteram plebem longè superasse: quibus ignorantia tanta rei contingere non poterat; & multò minus Elia & Eliseo vitæ Monasticæ Ducibus, qui ex frequenti cum Deo colloquio, & lectione Scripturarum, divitias & uberrimos thesauros, qui in votis Monasticis latebant facilè cognoscere potuerunt: quarè existimo Scripturæ, & rationi valdè consentaneum esse, viros illos, Divinô lumine ductos, institutum Monasticum tribus votis firmasse,*

Chartagena & alij.

*masse, maximè cùm Elias speciali Dei revelatione Monasticæ professioni initium dederit, ut testantur S. Isidorus lib. 2. de Divinis Officijs cap. 15. Sozomenus lib. 1. Ecclesiast. hist. cap. 12. & Nicephorus lib.* 8. *c.* 39. Vix clariùs, aut solidiùs quid desiderari hîc posset pro astruendis Monachatu, & votis Monasticis in Lege veteri. Ovando in 4. dist. 3 Propos. 8. *Notum erat Iudæis, tàm ex Lege, quàm ex Prophetis, tàm exemplo Iacob Genes.* 28 *quàm multorum, quòd vota Deo placebant, & quod idem opus factum ex voto erat laudabilius, utpotè procedens ex voluntate magis firmata in bono: notum etiam erat eis, Deo placere virginitatem, & castitatem, alioquin non illam servassent, imò ex Isaia* 56. *habetur laus Eunuchorum supra coniugatos, eorum videlicet, qui se castraverunt voluntate sua propter Regnum cœlorum, non dicat Eunuchus &c. & Sapientiæ 3. Felix Spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, dabitur enim ei fidei donum, &c. Quarè igitur ante adventum Messiæ non se conformarent per votum etiam illis, qui castitatem & virginitatem servaturi erant post Messiam.* Ægidio Camarto Minimorum Generali *Scuto* 4. in Confirm. præcitato. Thoma à Iesu p. 1. de varijs Regul. Carm cap. 1. §. 1. *Ostensuri Ordinem nostrum à magno illo, antiquæ Legis Vate, Elia ortum habuisse, oportuit præmittere, totius Monasticæ vitæ institutum à viro hoc emanasse, eumque Divinæ Legis consilia. Divino ac prophetico spiritu prævidisse* (quod *Scuto* 1. probavimus) *primumque omnium observasse.* Medina 22. q. 108. *Sed ex hoc* (nempè, quod dixit *legem antiquam fuisse imperfectam*) *non inferat Theologus, quod veri iusti & Sancti in antiqua Legis statu non haberent ex instinctu Spiritus Sancti consilia à Deo, tùm obedientiæ, atque etiam paupertatis, & quæ animo lubenti & forti amplectebantur.* Saliano ad An. 3124. *Edoctus Elias Divinitus formam, quam ipse deindè cum plerisque, quos ipse Dominus aggregaturus erat, perfectioris vitæ studiosis esset actuurus.* Vincentio Baronio S. Ord. Prædicatorum in Serm. de S. Theresia: *Elias tempore Legis scriptæ, cœpit practicare eminentem perfectionem Evangelicam. Vota fecit castitatis, & voluntariæ paupertatis. & (ut ait Hieronymus) primus vexillum erexit vitæ Monasticæ: nubecula (figura Deiparæ) prænunciante Prophetæ isti virginitatem futuram fœcundam & parituram Deum. Ista eum induxit, ut virginitatem voveret, & is fructus fuit quasi participativè exempli Virginis Mariæ.* Undè sapientissimè P Suarez Tom. 2. de Relig lib. 8. cap. 2. *Ex ijsdem locis & verbis, quibus Christus Dominus paupertatem* (& sic de alijs) *consuluit, votum hoc etiam consuluisse colligendum est* &c.

50. Probatur quintò: Efficaciter *Scuto IV.* probatum est; Eliam paupertatem, castitatem & obedientiam servasse: ergo vota paupertatis, castitatis & obedientiæ emisit. Probatur consequentia, de voto castitatis ex S. Augustino lib. de S. Virginit. cap. 23. *Quid veracius, quid lucidiùs dici potuit? IESUS Christus dicit, eos, qui pio proposito ab uxore ducenda se continuerint, castrare se propter Regnum Cœlorum.* Fulgentius autem lib. de fide ad Petrum cap. 3, *quisque seipsum castraverit propter Regnum Cœlorum, & in corde suo continentiam voverit.* Subdit. Em. Card. Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 13. *ubi illud* & *ad explicationem pertinere*, sic nempè ut ista unum idemque sint, *non est dubium.* Adstipulatur P. Valderama in Theatro Religionum serm de Elia. *Cum voto tamen, sine dubio, Elias fuit primus, qui virginitatem servavit, & docuit eam servare in veteri Testamento, suos Religiosos. Sic docet Isidorus lib. 2. de origine offic. cap 43. S. Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum. Et Cassianus lib. 1. de institut. Monachor. Et quamvis isti Sancti non dicant, quod eam voverit, habetur tamen pro certo, quod eam vovit, & eam voverunt ejus Religiosi.* Quod confirmant præcitatæ *n.* 49. Carthagenæ, Ovandi, Camarti, & Vincentij Baronij, ac aliorum *Probat* 5. *n.* 49 citatorum, authoritates: atqui sicut à castitate propter Regnum Cœlorum servata valet consequentia ad votum castitatis: ità à paupertate & obedientia propter Regnum Cœlorum servatis valet consequentia ad vota paupertatis & obedientiæ, juxta illud sapientissimi P. Suarez Tom. 3. de Relig. cap. 2. n 14. *sicut paupertas* (idem est de castitate & obedientia) *ipsa bonum supererogationis est modò à nobis declaratè, ità etiam illam votò promittere, & Deo consecrare, opus consilij & optimum esse: quod quidem ex principijs positis de voto in communi evidenter concluditur; nam actus vovendi per se bonus est, & cadit sub consilium* (tàm in Lege veteri, ut patet ex præ-

Efficax probatio pro tribus ELIÆ votis.

ex præmissis) *Scuto* 1.2. Et Em. Bellarmino, qui lib.2. de Monachis cap.9. asserit consilium Evangelicum servandæ castitatis voti ex illo Isaiæ 56. *Non dicat Eunuchus: ego lignum aridum, quià hæc dicit Dominus Eunuchis; qui custodierint Sabatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & servaverint fœdus meum, dabo eis in domo mea; & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus nomen æternum dabo eis*.quàm in nova) *Ergo si cadit in materiam debitam & proportionatam Divino cultui*, utique tàm in Lege veteri, quàm nova, *erit tale votum sub consilio*, consequenter tàm in Lege veteri, quàm nova: *cum ergo ostensum sit paupertatem voluntariam* & idem est de castitate & obedientia, tàm in Lege veteri, quàm nova, *esse hujusmodi materiam, evidenter concluditur, votum illius*. tàm in Lege veteri, quam nova, tàm castitatis & obedientiæ, quàm paupertatis, *licitum esse, & consulendum per se loquendo: undè ex ijsdem verbis, quibus Christus Dominus paupertatem consuluit, votum hoc etiam consuluisse colligendum est; quià si paupertatem consuluit; ergo & perpetuitatem ejus, ergo & immobilitatem seu firmitatem, propter quam votum adhibetur. Item consuluit paupertatem propter perfectionem; ergo multò magis perfectionem ipsam, & paupertas voto consecrata Deo, & perfectior est, & magis ad perfectionem confert*.

Argum. ex P. Suarez. Sic argumentor ex P. Suarez locô citatô: sicut in veteri Lege, iam mundô satis multiplicatô, paupertas, obedientia & castitas erant bonum supererogationis, ità etiam illas voto promittere, & Deo consecrare, opus consilij & optimum erat: quod quidem ex principijs de voto in com. &c. nam actus vovendi per se bonus est, & cadit sub consilium, tàm in Lege veteri &c. ut vidimus supra: ergo si cadat in materiam debitam & proportionatam Divino cultui &c. juxta doctissimum P. Suarez erat in Lege veteri tale de illis votum sub consilio: cum ergo pateat, voluntariam paupertatem, castitatem & obedientiam in veteri Lege esse hujusmodi materiam, evidenter concluditur votum illius in veteri Lege, licitum fuisse, & consulendum per se loquendo: undè ex ijs verbis, quibus Deus in veteri Lege castitatem, & sic de paupertate, obedientia & quavis materia debita & proportionata Divino cultui, eâ ratione, quâ votum in communi consuluit, cujus illa est materia determinata, consuluit, votum de illis consuluisse colligendum est: quià si illas consuluit; ergo & perpetuitatem earum; ergo & immobilitatem, seu firmitatem, propter quam votum adhibetur. Item: consuluit votum propter perfectionem; ergo multò magis perfectionem ipsam voti paupertatis, castitatis & obedientiæ: hæc autem voto consecrata Deo, perfectiora sunt, & magis ad perfectionem conferunt, quàm vota de imperfectioribus alijs, aut quàm ista sine votis. Undè nihil obstat: quod Consilia Evangelica, quatenùs expressè publicata, sint propria legis gratiæ; quia sanctissimo Eliæ Dei Prophetæ, qui spiritu Dei agebatur, sufficiebat, quod essent implicitè contenta in Dei expresso voti indeterminati consilio; adeò ut ad vovendum paupertatem & castitatem ipsi necessaria non fuerit specialis consiliorum Evangelicorum revelatio, quam habuisse *Scuto I*. probavimus. Undè P. Suarez in tribus istis votis, ab Elia emissis, nobis clarè & evidenter adstipulatur, ut commodiùs, etiam aliundè, confirmabimus intrà n.519. *ad* 523. ubi deinceps *Tela*, quæ ex ipso inconsideratè in nos ab Æmulis vibrantur, enervabimus.

Ex Em. Bellarmino. 51. Probatur sextò: Ex Em. Cardinali Bellarmino *lib.2*. de Monachis cap.39. *At vitam Eremiticam sanctam & Deo gratam esse probatur. Primò: testimonió Scripturæ, quæ vehementer laudat Eliam & Ioannem, qui Eremitarum Principes fuerunt, sive solitudinem, sive asperitatem vitæ consideremus: nam de Ioanne dicitur Matt*. 11. Inter natos mulierum non surrexit major Ioanne. *Elias autem quantus fuerit, vel eo patet, quod in laudibus Ioannis, Angelus posuerit, futurum illum similem Eliæ:* ipse, *inquit*, præcedet in spiritu & virtute Eliæ, *Luc*. 1. *Porrò Elias, ut plurimum versabatur in monte Carmelo, & pilis induebatur, zona pellicea præcinctus, ut dicitur* 4. *Reg*. 1. *similiter Ioannes vixit in deserto ab infantia ad finem usque vitæ, & pilis Camelorum induebatur, præcinctus zona pellicea*.

*pellicea, victusque ejus erant locustæ & mel sylvestre, ut dicitur Luc. 1. & Matt. 3. Quocircà veteres Patres Eliam & Ioannem Eremitas, & Principes Eremitarum faciunt, ut Basilius in Epistola ad Chilonem. Nazianzenus in Apologia, postquam ex fuga rediisset. Chrysostomus homil. 69. in Matth. Hieronymus partim in Epist. ad Paulinum de institutione Monachi, partim in Epist. ad Eustochium de Virginitate. Cassianus collat. 18. cap. 6. Sozomenus lib. 1. histor. cap. 12. Theophylactus in primum caput Luc. Isidorus lib. 2. cap. 15. de Officijs divinis.* Atqui per ipsum ibidem, *cum igitur vita Eremitica perfectissima sit, non potest Deo non esse grata; supra enim ostensum est, vitam perfectam adeò placere Deo, ut rectissimè voveri possit*: Ergo per ipsum ab Elia rectissimè voveri potuit: ergo per ipsum illam vovit tribus votis substantialibus: tùm quià alioqui, non solùm non esset perfectissima; nam cum votis foret perfectior; sed imperfecta valdè, cum vitæ Eremiticæ substantialis perfectio, in votis consistat, ut patet ex sensu communi SS. Patrum ac Theologorum de vita Eremitica, priusquam S. Sedes Religiones ad Regulæ suæ approbationem à se petendam cogeret: & maximè cum *ibidem cap. 23.* præmittat. *Ipsa enim Eunuchorum appellatio, perspicuè indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solùm continet; sed qui non potest non continere.* Ex quo fortiori sic argumentor: ipsa Eremitæ appellatio perspicuè indicat votum; non enim est Eremita, qui solùm paupertatem, castitatem & obedientiam servat; sed qui non potest non servare. Imò ipse Em. Cardinalis cap. 39. præcitato dicit: *vita Eremitica est culmen & perfectio vitæ religiosæ; nam omnes ferè Patres docent, ad vitam Eremiticam non debere quemquam transire, nisi priùs diligenter in cœnobio se exercuerit*, utique sub vita religiosa, *propterea quod Eremus non adferat perfectionem, sed præsupponat. B. Hieronymus in Epist. ad Rusticum. Cassianus collat. 10. cap. 3. Augustinus lib. 1. de moribus Ecclesiæ cap. 3. Benedictus in Regula cap. 1. Bernardus serm. 3. de circumcisione. & hac fortè est causa, cur liceat omnibus ferè Religiosis transire ad Ordinem Carthusiensium; quià nimirum vita illorum est solitaria, & proinde perfectorum.* Cap. autem 2. *ibidem* Religionem sic definivit: *Religio, ut hic à nobis accipitur, status est hominum ad perfectionem Christianam per paupertatis, continentiæ & obedientiæ, vota tendentium*: cùm verò vota veteris Legis ad vota Legis Christi, se habeant, uti via ad terminum, præparatio ad finem, imperfectum ad perfectum, per illa Elias & Eliseus rectè dici possunt, tetendisse ad perfectionem Christianam, eâ ratione, quâ nostris ad illam tendimus, quatenus charitas est, in qua est Christiana perfectio. Argum. ex eodem.

Undè meritò S. Augustinus lib. 2. in Exodo q. 65. dicit: *Sicut dicitur spiritus Eliæ, qui est spiritus Dei, cujus particeps factus est Elias.* S. Isidorus Martyr in Synopsi Prophetarum relata Tomo 1. Bibliothecæ Sacræ: *Elias hic primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad Cælum subministravit, primus ex hominibus unam Angelorum & hominum vitam ostendit.* Carthusianus ad cap. 4. Lucæ: *Elias terrestris Angelus, homo cœlestis.* Ambrosius lib. de Elia cap. 2. *Elias cælestem vitam in corpore, & supernæ usum conversationis exhibebat in terris.* Athanasius in vita S. Pachomij. *Vitam cœlestium in terris gessit.* Et S. Ephrem in *Responso ad quendam Monachum*, Eliam enumerat illis, *qui se castraverunt propter Regnum Cælorum*, aiens: *Secularibus permissit legitimè matrimonio jungi; at qui seculo se abdicarunt, hos continere, & quidem legitimè se continere voluit; quandoquidem si verba illa, quos vis concernerent*, melius est nubere, quàm uri, *nemo hanc ipsam virtutem excoluisset: non Elias Thesbites, non Eliseus, non Ioannes, non quicumque se castraverunt propter Regnum Cælorum.* De Eunuchis autem S. Athanasius Sinaita in qq. super Scripturam q. 66. *Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Cælorum, hi sunt in Lege nova Apostoli & Monachi; in Lege veteri, Elias, Daniel & alij multi.* S. Epiphanius lib. 2. hæres. 58. *Quinam igitur Eunuchi? generosi Apostoli &c. Monasticam vitam degentes, & deinceps virgines* in novo Testamento; *Elias in veteri Testamento* &c. Idem ferè habet hæresi. 63. & hæresi 79. *Elias ab ortu suo virginitatem perpetuò servavit.* Ambrosius lib. 1. de Virginibus cap. 5. *Elias nullius corporei coitus fuisse permistus cupiditatibus invenitur* &c. S. Hieronymus in Epist. ad SS. Patres.

 Eustochium.

Eustochium: *Virgo namque Elias, virgo Eliseus, virgines multi Filij Prophetarum.* Sanctus Isidorus Hispalensis lib. 2. de officijs Eccles. cap. 15. *Quantum pertinet ad vetus Testamentum. Elias, Ieremias, & Daniel, castitatis & continentiæ bonum constituisse dignoscuntur.* Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus lib. de Instituit. Monachorum cap. 9. *Elias seipsum virginitate perpetuâ primus hominum sponte decoravit.* Et cap. 41. *Primus inter homines studuit virginitatem perpetuam sponte inchoare.*

Doctores alij. Undè etiam meritò doctissimus Suarez Tom. 1. in 3. p. q. 28. art. 4. disp 6. sect. 1. *Multi viri sanctissimi in illa Lege virginitatem ut meliorem coluerunt.* Waldensis Tomo 3. de Sacram. cap. 89. Maria *prima Virgo fœmina Propheta Elia in virginitatis perpetuæ voto successit.* Clictoveus Tom. 2. Homil. 2. *Virginitatis perpetuæ votum ab Elia, primo ejus Institutore, imprimis actum.* Dominicus Gravina lib. *Vox turturis* p. 2. 5. cap. *Eliam, primum colendæ virginitatis Authorem, Patres & Doctores appellant, obedientiæ & paupertatis prototypum.* Valderama in Theatro Religionum Serm. de Elia: *Cum voto tamen sine dubio Elias fuit primus, qui virginitatem servavit, & docuit eam servare in veteri Testamento suos discipulos. Sic docet Isidorus lib. 2. de Orig. offic. cap. 43. S. Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum, & Cassianus lib. 1. de Instit. Monach.* Ludovicus Episcopus Dertusanus in Serm. de S. Theresia: *Elias fuit primus homo, qui castitatem vovit, ut infert Hieronymus, & Isidorus.* Petrus de Ribadeneira Augustinianus, etiam in Serm. de S. Theresia: *Elias fuit primus mortalium, qui in carne humana se Deo sponte ac voluntariè consecravit in perpetua virginitate.* Honuphrius Salt. in vita S. Onuphrij Regis Anachoretæ cap. 18. *Religiosus fuit Elias, & primus, qui inter homines fecit votum castitatis.* Hugo de S. Charo Tomo 6. in cap 9. Lucæ: *Eliseus, &c. Religionis votum fecit.* Idem à fortiori de Elia dicendum. Ex quibus patet nostram esse plurimorum sanctorum Patrum, & celeberrimorum Doctorum sententiam, quæ SS. Patrum & Doctorum *integrum judicium* dici possit juxta illud *cap.* extra conscientiam, *integrum enim est judicium, quod plurimorum sententijs confirmatur.*

SS. Patres alij. Deindè: Tertullianus *Eliam* annumerat *Spadonibus* de quibus Ambrosius lib. de viduis: *Sunt Spadones, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum, sed hoc non omnibus imperatur, sed ab omnibus flagitatur.* Hieronymus Com. in Ezechielem cap. 6. *Eliseum* (& à fortiori Eliam) annumerat *Nazareis*, aiens: *Nazareus Eliseus.* De Nazareis autem sic loquuntur SS. Patres, Chrysostomus Tom. 2. Homil. 4. de Epiphania: *Nazarei secundum Legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni voto mancipabant.* Et Damascenus lib 4. de fide cap. 25. *An non denique lex Nazarei ingens votum nuncupat.* Post Origenem Homil. 24. in Numer. *Ille verò, qui appellatur Nazareus, semetipsum vovet, hoc est votum Nazarei, quod est super omne votum, semetipsum Deo offerre, nec alienô labore, sed propriô placere, perfectius est cæteris omnibus votis; quod qui facit, imitator est Christi.* Loquendum pariformiter de Eliæ obedientia & paupertate: undè Antiochus Palæstinus Tom. 1. Bibliothecæ Patrum relatus, & ab Em. Baronio an. 614. *à Doctrina & sanctitate commendatus* Eliam annumerat illis, qui dicunt, *ecce nos reliquimus omnia*, aiens: *qui se exuit possessione facultatum, Elias comperitur esse imitator, Ioannis, item & eorum, qui dicunt, ecce nos reliquimus omnia.*

S. Bernardus. 52. Probatur septimò: ex S. Bernardo *in Serm. ad Fratres de Monte Dei*: ubi sic de vera & stricta trium votorum essentialium Religione, quam à novitate defendit, loquitur: *sed hæc novitas non est novella vanitas; res enim est antiquæ Religionis, perfecta in Christo fundatæ pietatis, antiqua hæreditas Ecclesiæ à tempore Prophetarum præmonstrata* (si illam Prophetæ præmonstrarint, spiritu propheticô cognoverunt, si cognoverint, speciali Dei instinctu secuti sunt, uti convincunt authoritates *Sunto I. IV. VI.* & *XVII.* adductæ) *iamque novæ gratiæ* (ergo per ipsum illa antiqua præcessit) *sole exortô in Ioanne Baptista instaurata & innovata* (nihil autem innovatur, quod prius tempore non fuit) *ab ipso Domino familiarissimè celebrata, & ab ipsis Discipulis ipsô præsente concupita.* Et ut ostendat se locutum de dicta trium

votorum

votorum essentialium Religione, post pauca subdit: *post Passionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effusi sanguinis recenti memoriâ, solitariam banc vitam eligentibus, paupertatem hanc sectantibus, & in spiritualibus exercitijs, & in contemplatione Dei pinguè oleum alterò in alterum zelantibus, deserta repleta sunt, ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antonium, Arsenium, & aliosquam plures, in sancta hujus conversationis Republica consulares viros.*

Adstipulatur S. Macharius (ut veriùs Pauli Eremitæ Discipulus) in Serm. ad Monachos: *Fratres charissimi* &c. *Eliam, & Eliseum, ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate* &c. *hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi hujus propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur, quià à cœpto ordine nullatenùs leguntur deviasse.* S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de officijs cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum hujus propositi Princeps Elias & Discipulus ejus fuerunt* &c. *Iam deindè progeniti sunt conversationis hujus nobilissimi Principes Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres.* S. Odilo in vita S. Maioli in Bibliotheca Cluniac & apud Lipomanum: *Deindè cœpit Ordo Monasticus pullulare, & ut veriùs dicam, reviviscere, quem à beatis Elia, & Ioanne Baptista novimus processisse, & ità per Apostolicam conversationem, & vitam, & incrementa virtutum, & exercitia sanctorum spiritualium Patrum, ad nos usque gaudemus pervenisse*; S. Hieronymus Epistola 13. ad Paulinum: *Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum* &c. *de his sunt, & filij Rechab.* Et in Epistola ad Rusticum: *Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legimus.* Rupertus in Exposit. cap. 4. Cantic: *Quos fuisse Monachos in veteri Testamento consentit authoritas Patrum venerabilium.* Cassianus libro 1. de Institutione Monachorum capite 2. *Itaquè Monachum, ut militem Christi, in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis, oportet incedere; hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento hujus professionis* (nota) *fundavêre primordia, Eliam scilicet & Eliseum, Divinarum Scripturarum authoritate demonstratur.* Bernardus Cassinensis in Expositione Regulæ S. Benedicti: *Attende benè, quòd in veteri Testamento Elias & Eliseus Monachorum Inventores extiterunt.* — Adducuntur alij.

53. Probatur octavò ex Alberto Magno in 4. dist. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga, vel Ecclesia, sicut modi Iuris Nazaræorum, qui votum vovebant perpetuum, & Rechabitarum, & hujusmodi illi modi erant loco Regulæ.* Abulensi in Paralip. 2. q. 21. *Rechabitæ erant veri Religiosi in veteri Testamento, sicut nunc Monachi.* Niceta S. Gregorij Nazianzeni Scholiaste. *Gregorius noster Rechabitas Monachos appellat.* Hieronymo Epist. 13. ad Paulinum: *noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum* &c. *de his sunt & illi filij Rechab.* Adstipulatur Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus libro de Institutione Monachorum cap. 25. *Cinæi itaque ab hoc Rechab descendentes, & cum Ionadab filio ejus Religionem Elisei Eremiticam sequentes dicti sunt Rechabitæ* &c. Et noster Munioz in Propugnaculo Eliæ libro 2. capite 2. articulo 5. *Isti igitur Religiosi primævi Eunuchi, antiqui sunt & veteres spadones, Rechabitæ, & Nazaræi, Esseni & Asidæi, qui consiliorum ex voto observationem colebant, ex quo Elias & Eliseus casti, obedientes, & pauperes ex instituto voti disciplinam Monasticam à Deo traditam induxerant.* Quamobrem noster Thomas à Iesu in Com. Regul. *Existimo Scripturæ, rationique valdè consentaneum esse, viros illos, Divinâ luce ductos, Institutum Monasticum tribus votis firmasse.* Item: *hactenùs constat, Eliam Prophetam Institutorem fuisse Monasticæ professionis, docuisseque trium votorum, ex quibus Religio constat, cultum, & observantiam.* — Superadduntur varij.

54. Confirmatur. Quià constat, non solum sanctissimum Prophetam Eliam veraciter fuisse Monachum, juxta illud Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani cap. 9. *Elias Monachus deinceps ipse fuit* &c. S. Macharij in Sermone ad Monachos: *Eliam, & Eliseum, ac Filios Prophetarum, constat fuisse veraciter veteris Testamenti Monachos.* Hieronymi in Epistola ad Rusticum: *Quos Monachos in veteri Testamento legimus.* Ruperti in Expositione cap. 4. Cantic. *Quos fuisse Monachos in veteri Testamento, consentit authoritas Patrum venerabilium.* Chrysostomi apud S. Thomam 2. 2. q. 184. art. 8. arg. 1. ubi Eliam *Monachum* vocat, nec — Confirmatio Efficax.

 impro-

improbat *ad* 1. respondendo. Hugonis de S. Charo Tom.6. cap 9. in Lucam: *Eliseus in aratro coxit carnes, mactavit boves, Religionis votum fecit.* Et aliorum plurimorum; sed & Monachorum Principem, Patrem & Magistrum, ex Hieronymo, Isidoro, Ioanne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano, Cassiano, Damiano, Abbate Ioachimo, & alijs *Scuto IV.* citatis. Atqui ratio Monachi, aut Monachatus, stare non potest sine voto obedientiæ, paupertatis & castitatis, ut fatentur Æmuli nostri, dum negant verum Monachatum in veteri Testamento fuisse, & hinc S. Eliam esse verum Ordinis Carmelitarum Fundatorem; idque ipsum supponit Suarez 3.*p. Tom.2. Disp.24. sect.6.* ubi probat Ioannem Baptistam castitatem vovisse; *quià id indicant Patres, cùm dicunt Ioannem Monasticam vitam egisse, ac Monachorum Principem fuisse*, quorum utrumque maximè de sanctissimo Propheta Dei Elia dicunt: ergo &c.

Etiam ab author. D. Thomæ.

Adstipulatur etiam S. Thomas in 4 dist.33. q 3. art.7. ad 2. *Si in tempore, in quo Deus ad multiplicationem generis humani vel cultus Divini insistere volebat operi conjugali, aliquis ex proprio motu* (nota) *incorruptionem servasset, à crimine non excusaretur; sed posteà factâ multiplicatione generis humani, & locupletatô satis cultu Divinô* (nota) *certè non peccasset virginitatem servans, vel in Lege Moysi, vel in statu naturæ integræ; nec fecisset contra præceptum; quià multiplicatio poterat fieri per alios.* Et ibidem Dist.49. q.5. art 3. ad 3 *Etiam in tempore Moysis quandò cultus Dei, etiam per carnalem actum, propagandus erat, non erat omninò laudabile à commixtione carnis abstinere: undè nec in tali proposito speciale præmium redderetur, nisi ex Divino processisset instinctu* (nota benè, propterea dicit *ad primum ibidem* videbatur Lege prohibitum non dare operam ad relinquendum semen super terram) *ut creditur de Ieremia, & Elia* (quem S. Thomas 2. 2. q.184. art.8. arg.1. ex Chrysost. vocat *Monachum*, neque improbat ad primum respondendo) *quorum conjugia non leguntur* 2. 2. q. 107. art.1. ad 2. *Fuerunt tamen aliqui in statu* (vide definitionem status paulò infrà) *veteris Testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas, & secundum hoc pertinebant ad Legem novam.* Præmiserat autem ibidem: *Lex nova, cujus principalitas consistit in ipsa spirituali gratia, indita cordibus, dicitur lex amoris, & dicitur habere promissa spiritualia & æterna, quæ objecta virtutis, præcipuè charitatis.* Inter istos autem viros in statu veteris Testamenti habentes charitatem, & gratiam Spiritu Sancti &c. enumerat 2. 2. q. 117. art. 1. ad 2. *Eliseum* aiens: *Eliseus, qui boves suos occidit, & pavit pauperes ex eo, quod habuit, ut nulla cura teneretur domestica; quod pertinet ad statum perfectionis vitæ.* Quem ibid. q.184. art.5. in Corp. sic explicat: *Ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea, quæ sunt perfectionis tum aliqua solemnitate, utrumque autem horum competit, & Religiosis & Episcopis: Religiosi enim se voto astrinxerunt* &c. Atqui: quantum ex illis colligitur, nullatenùs videtur D. Thomas voluisse à tribus votis essentialibus magis quàm à continentia ac continentiæ voto, excludere Eliam, Eliseum, & alios in statu veteris Testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti secundum quam pertinebant ad Legem novam, ut vidimus *Scuto I. n.4. ad 9.* nè ex instinctu Spiritus Sancti, iam Mundô satis multiplicatô illa voverent: Ergo &c.

SCU-

# SCUTUM VII.

## *Filij Prophetarum, Eſſeni practici, de quibus Philo Iudæorum diſertiſſimus in libro* Quod omnis probus ſit liber, *& Theoriti, de quibus in libro* de vita contemplativa, *quos ibi Therapeutas vocavit, tria eſſentialia Religionis vota in antiqua Lege emiſerunt.*

Vide num. 261.S. Inq. decretum.

### PRÆAMBULUM.

55. ESſenos dixi ex Philone *Practicos* & *Theoricos*; non verò *Hæreticos* illos, quales deſcribit Ioſephus infrà: nam Philo hos ab illis manifeſtè diſtinguit, ac ſeparat, in libro *Quod omnis probus ſit liber*, aiens: *nemo tamen, vel è crudelibus illis, vel ex alteris fucatis ac ſubdolis, valuit modò dictos cœtus Eſſenorum, ſive Sanctorum, in culpam inducere, ſed omnes diſceſſerunt victi virtute horum virorum, laudantes eos ut liberos cives, & ſuo jure viventes accepto à natura, prædicanteſque illorum ſodalitia, ſocietatemque inenarrabilem, in qua exemplum felicis & perfectæ vitæ videre liceat.* De Eſſæis autem hæreticis, fucatis, zelotypis, ſic ſcribit Chryſoſtomus *Homil.* 49. in Acta Apoſtolorum: *tres ſectæ illis erant, Phariſæi, Saducæi, & Eſſeni, qui etiam Oſij, id eſt Sancti* (utique fuco & dolo) *dicuntur. Hoc enim vult nomen Eſſenorum* (utique verorum) *à vitæ honeſtate. Illi ipſi* (nota diſcrimen à veris Eſſenis) *& ſicarij dicti, eò quòd eſſent* (nota zelotypiæ fucum & dolum) *zelotæ. Ne igitur doleamus, quod ſectæ ſint & Pſeudochriſti; etiam Chriſto inſidiari voluerunt ante hoc, & poſt hoc, ut veritatem* (nota illos eſſe fucatos & doloſos zelotypos) *adumbrant: ſed illa magis fulget* (utique in Eſſenis veris, *quos non potuerunt in culpam inducere, ſed omnes diſceſſerunt victi virtute eorum* &c. ut ait Philo ſtatim citatus) *manifeſtaque eſt ubique* (juxta illud Plinij lib 5. Hiſtoriæ cap. 17. *Gens ſola & in toto orbe inter cæteras mira.*) *Hoc & ſub Prophetis fuit: fuerunt Pſeudoprophetæ, & ex comparatione magis claruerunt; etenim morbus ſanitatem manifeſtam facit, & tenebræ lucem, & tempeſtas tranquilitatem.* Item Ioſephus lib. 18. Antiquit. cap 2. *Genus autem Eſſenorum omnia ſub fato eſſe confirmat, & nihil eſſe, quod hominibus non illius decreto proveniat.* Præmiſerat autem lib. 2. cap 18. *Iudæi patriæ ſapientiæ ſtudioſi, iàm indè à multis retrò ſæculis in tres ſectas erant diviſi, Eſſenorum, Saducæorum, & eam, quæ Phariſæorum vocata eſt.* Et lib. 13. cap. 9. *Hôc tempore,* (ſcilicèt cum Ionathas Machabæus imperaret) *tres Iudæorum ſectæ erant, quæ de rebus humanis inter ſeſe diſſentiebant: una Phariſæorum dicta: altera Saducæorum; tertia Eſſenorum. Horum Phariſæi quædam, & non omnia, fato tribuunt; quædam verò in ſua poteſtate aiunt, ut vel fiant vel non fiant: Eſſeni verò omnia in fati poteſtate eſſe affirmant, nec quidquam in hominibus præter fati decretum accidere* &c. Adſtipulatur Ioſepho Epiphanius lib. 1. hæreſ. 10. *In quatuor hæreſes Samaritæ ſecti ſunt: verum æqualiter inter ſe ſentiunt de Circumciſione & Sabatho, & de alijs, quæ ſunt in Lege. In exigua & omninò aliqua re hæ præcipuæ tres ſectæ inter ſe diſſentiunt, exceptis ſolis Doſithæis. permanſerunt enim Eſſeni in prima* (Samaritanorum) *inſtitutione, nullâ extenſione factâ.* S. Nilus autem in Aſcetico de Eſſenis ait: *Cæterùm, quæ certaminum utilitas, aut qui fructus ex laborioſa vita, poteſt illis eſſe, qui remuneratorem Chriſtum ſuſtulerunt.* Et Nicephorus poſt Egeſippum, lib. 4. cap 7. *Scribit verò Egeſippus de Iudæorum Hæreſibus, dicens, fuerunt autem variæ quoque in Circumciſione inter Filios Iſraël adverſus Tribum Iuda, & Chriſtum ipſum ſen-*

Eſſenorum diviſiones.

*ipſum ſen-*

*sum sententia & secta, videlicet Essenorum, Gabileorum, Hemerobaptistarum, Saduceorum, Pharisaeorum* &c. Similia habet Eusebius *lib.4. Hist. cap.21.* Oecumenius in Acta Apostolorum *cap.22.* Et alij.

De Essenis veris Theoricis. Quæ autem è contra de Essenis veris Theoricis, seu Therapeutis (de Practicis infrà commodiùs) scribat Philo in *lib. de vita contemplativa.* Accipe ex ijs, quæ ex ipso desumpsit P. M. Bivarius Cisterciensis *de Monachatu lib.2. cap.12. n.3.*

# ESSENORUM THEORICORUM MORES

## Ex Philone.

### §. I.

### *De perfecta eorum renunciatione.*

1. HUic vitæ instituto qui se addicunt, non ex more, aut rogati id faciunt, sed amore correpti rerum cælestium, & quasi furore Divino perciti, donec ad contemplationem illam desideratissimam perveniant.

2. Deindè præ immortalis beatæque vitæ cupidine, quasi iam hac mortali defuncti, facultates suas relinquunt liberis aut cognatis, ultrò eis possessiones cedendo, atque etiam socijs & amicis, si cognati desint. Oportet enim, ut qui perspicaces divitias adeptus est, cæcas illas relinquat mentibus cæcutientibus.

3. Relictis igitur facultatibus, & avocamentis omnibus, fugiunt sine respectu fratrum, liberorum, parentum, uxorumque, & deserunt numerosas cognationes, societates, amicitias, ipsas denique patrias, in quibus geniti, educatique sunt: quandoquidem consuetudo magnum monumentum habet ad allectandos animos.

### §. II.

### *De cellis, Monasterijsque illorum.*

4. DEmigrant autem, non in aliam civitatem, sed extra mœnia degunt in hortis, aut villis solitarijs, amantes solitudinem, non hominum odio, sed ad cavendos congressus cum dissimilibus, quos sciunt moribus bonis officere.

5. Domicilia verò convenarum sunt admodùm frugalia, parata contra æstum tantummodò & frigora.

6. Non contigua, ut in urbibus; non enim placet id amantibus solitudinem, nec tamen longè remota, quià societatem diligunt, ut sibi possint invicem succurrere contra latronum incursus fortuitos.

7. Singuli autem habent sacras ædiculas, quæ Semnea vocant, sive Monasteria; ubi solitarij sanctæ vitæ mysterijs dant operam.

§. III. De

## §. III.

### *De divinis officijs, & quotidianis exercitijs, & studijs.*

8. NEc cibi potusve quicquam eo inferunt (in cellas) aliudve in usum corporis, sed Legem tantum, & Prophetarum oracula, divinitùs prodita, hymnosque & quædam alia pietati scientiæque promovendæ utilia.

9. Itaque perpetuam habent Dei memoriam, ut nec in somnis quidem aliud eis obversetur, quàm imagines divinarum pulchritudinum: & sunt in his qui somniando produnt præclaras sacræ Philosophiæ sententias.

10. Quotidiè bis precari solent, manè, ac sub vesperam: oriente sole petentes diem verè fœlicem, utque mentes eorum cœlesti repleantur lumine: occidente verò, ut anima in totum exonerata sensibus, moleque rerum sensibilium, veritatem vestiget in consistorio domestico.

11. Medium verò matutini vespertinique temporis interstitium totum mediationi attribuitur.

12. Versantes enim sacra volumina dant operam Philosophiæ per manus acceptæ à majoribus scrutando eas allegorias: quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturæ conjecturis explicanda probabilibus.

13. Habent etiam priscorum Commentarios, qui hujus sectæ autores multa monumenta reliquerunt de allegorijs ejusmodi, ad quorum imitationem posteri se accommodant.

14. Itaque non solùm contemplantur, sed etiam Cantica Hymnosque in Dei laudem componunt vario metrorum, carminumque genere, rythmis concinnatos in angustiorem, ac religiosam speciem.

## §. IV.

### *De frequentiori collecta, septimo quoque die, id est, Dominicis celebrari solita.*

15. PEr sex dies, seorsùm quisque in suis illis modo dictis Monasterijs Philosophantur: non progredientes foras, imò ne prospicientes quidem.

16. Septima verò conveniunt in cœtum communem, & juxta ætatis ordinem consident decenti habitu; manus continentes sub pallio, dextram inter pectus barbamque, sinistram applicam lateri.

17. Tum progessus in medium natu maximus, & dogmatum ejus sectæ peritissimus disserit vultu ad gravitatem composito: voce moderata, non sine magna prudentia: secùs quam Oratores aut ætatis nostræ Sophistæ ostentatores eloquentiæ; ut quibus magis cordi sunt exquisitæ sententiæ, diligensque, & accurata harum enarratio, quæ non summis insidat auribus, sed per auditum penetrent in animum, ibique firmiter inhæreat.

18. Reliqui omnes auscultant per summum silentium annutantes oculis tantum, aut capite.

19. Id commune Semneum in quod septima quoque die conveniunt, septo clauditur duplici separatis virorum & mulierum cœtibus. Nam mulieres quoque simul auscultant ex more, dumtaxat quæ institutum idem sectantur; medius autem paries à solo surgit tribus, quatuorve cubitis in modum loriculæ superiora usque ad tectum patent; unde gemina provenit commoditas; & quod pudori fœminei sexus consulitur, & quod verba Doctoris exaudiuntur facilè, absque ullis obstaculis, quæ vocem ejus intercipiant.

## §. V.

### *De frugalitate victus, & vestitus.*

20. TEmperantiæ tanquam fundamento in anima jacto virtutes cæteras superstruunt.

21. Nec cibum, nec potum quisquam sumit ante solis occasum; quod sapientiæ studium luci convenire indicent, tenebris verò curam corporis. Ideò totos dies alteri, alteri verò exiguam noctis partem tribuunt.

22. Nonnulli ex ijs tertio quoque die famem sentiunt, attenti magis ad disciplinarum scientiam.

23. Nec desunt qui prælautè accepto epulo sapientiæ copiosæ præbentis sua placita perdurant duplum ejus temporis; & vix sexto die degustant cibum necessarium, assueti sicut Cicadæ rore vivere; canticis, opinor, solantes inediam.

24. Septimum verò diem ut festum sacratumque honore dignantur eximio, quo post curam animi corpus quoque reficiunt: sicut jumenta relaxantes laborem continuum.

25. In cibatu utuntur pane simplici; sal vicem supplet obsonij; qui delicatiores sunt, hyssopum pro condimento adijciunt.

26. Potum è fluentis hauriunt, contenti placari dominas à natura mortalibus additas: famem sitimque absque omnibus lenocinijs, fruendo rebus sine quibus non licet vivere.

27. Edunt igitur, ne esuriant; bibunt ne sitiant: saturitatem cavendo ut inimicam animo pariter, & corpori.

28. Et quoniam tegminis duæ quoque sunt species, vestis, tectumque, de ædibus iam dixi esse incultas, & extemporaneas, factas ad præsentem usum tantummodò.

29. In veste autem eadem apparet simplicitas ad arcendos calores & frigora: pro pelliceis crassa tunica in hyeme: æstate verò exomis, aut interula linea.

30. In universum exercent modestiam, ut fontem veritatis, sicut è fastu mendacium prognatum autumant: profluunt enim è mendacio variæ malorum species, contra ex veritate omnium virtutum humanarum divinarumque copia.

## §. VI.

### *De solemnioribus Collectis, & Festorum celebritatibus.*

31. DIcam aliquid & de Sodalitijs eorum, quoties hilariùs convivia celebrant. Hi numeros inprimis observando post septem hebdomadas elapsas conventus suos

tus suos instaurant, venerati non solùm simplicem septenarium. Is die profectus est maximè festivitatis incedentis in numerum quinquagennarium sanctissimum.

32. Ubi convenere candidati, & læti cum summa gravitate ad signum datum à quopiam Ephemereuta (sic hujusmodi ministros nominant) priusquam discumbant, stantes una serie, decentes, sublatisque ad cœlum manibus atque oculis his quoniam didicerunt spectare cælestia illis utpote incorruptis à muneribus, & à quæstu illicito, precantur à Deo placeat convivium.

33. Absolutis precibus seniores discumbunt, ac mox alij pro cujusque dignitate. Neque enim seniores ex annis æstimant, sed quantumlibet grandævos habent pro pueris, si serò institutum hoc complexi sunt: honorem verò senectutis tribuunt his qui exercuerunt se à juventute in hac pulcherrima, divinaque parte contemplativæ Philiosophiæ.

34. Adhibentur mensæ fœminæ quoque, anus pleræque; sed virgines: non coactæ castitatis, sicut apud Græcos quædam sacrificulæ; sed sponte continentes præ amore sapientiæ, cujus studio per totam vitam contempserunt voluptatem corporis: nimirum Divinæ, non mortalis prolis cupidæ, quam solæ Deo charæ animæ ex seipsis pariunt excipientes pro semine intelligibiles. Patris radios ut decreta sapientiæ contemplando percipere valeant.

35. Discubitus ità distribuitur, ut seorsum viri dextrum latus, seorsum fœminæ sinistrum teneant.

36. Quod si quis suspicatur lectisternia, & si non sumptuosa certè molliuscula parari hominibus ingenuis, & Philosophiæ deditis, sciat esse tegetes rudes è vili contextas materia, videlicet è papyro indigena: sic humi aggestas, ut eminendo fulciant cubitos.

37. Remittunt enim paululum illam Laconicam disciplinæ duritiam; semper & ubique probantes liberalem frugalitatem; totis viribus aversando voluptatis illecebras.

38. In ministerio non utuntur mancipijs. In hoc convivio nemo servus adest, ministrant ingenui, & sponte quidquid opus est faciunt: jussa non expectando, sed præveniendo alacritate voluntariâ.

39. Non enim quibuslibet ingenuis delegatur id officium, sed habitu & delectu ex omni sodalitatis hujus juventute, ut quisque aliquod præclarum indolis, ac virtutis specimen edidit. Hi tanquam germani filij libenter, & certatim ministrant, haud secus ac parentibus publicis: hanc conjunctionem arctiorem ducentes quam sanguinis, quandoquidem rectè sapientibus virtute nihil est antiquius.

40. Discincti autem, & promissis tunicis accedunt administrandum, ut absit omnis servilis species in hoc convivio.

41. Vinum per illos dies non præbetur, sed aqua limpidissima cæteris frigida, calida verò his qui inter seniores tractantur delicatius.

42. Mensa pura est à cruentis dapibus. Pro cibo panis apponitur sal pro obsonijs, & pro condimento hyssopus in delicatorum gratiam.

43. Operantur enim ut Sacerdotes sacris abstemijs, tota victus ratione castigata ad eandem frugalitatem. Nam vinum habent pro veneno afferente dementiam: opiparis autem obsonijs aiunt irritari concupiscentiam belluam insaturabilem. Hæc sunt exordia convivij.

44. Quid tum posteà quam convivis ordine suo discumbentis adstiterunt ministri decenter parati ad obsequium? nullane sequitur compotatio? Imo silentium majus quàm anteà, ita ut ne mutire quidem cuiquam liceat, aut respirare vehementius.

45. Proponit quisquam quæstionem è facris Litteris aut solvit ab alio propositam nihil de sollutione sollicitus. Neque enim captat laudem argutiarum, aut eloquentiæ. Hoc tantum agit, ut rem diligentius perspiciat; tum perspectam non invideat minus perspicacibus, sed non minus discendi cupidis: atque ità immoratur doctrinæ subinde inculcans, imprimensque animis præclaras sententias.

46. Totum verò auditorium, attentum auscultat in uno eodemque habitu: intelligere se nutu vultuque indicans: probare verò hilaritate, ac exporrectis frontibus interdum & dubitare, hærereque moto leniter capite, summoque dextræ digito. Nec minore attentione juniores, qui astant, audiunt.

47. Ubi verè Præses visus est rem bene tractando satisfecisse auditorum desiderio, plausus propalam edicitur ab omnibus.

48. Tum ille assurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens à se compositum, aut desumptum ab aliquo vatum veterũ. Extant enim hujus generis carmina prisca versu trimetro, & hymni cum suis accentibus inter sacra canendi ante altaria; vel à stantibus, vel à Choreas ducẽtibus moderatas varijs flexibus, atque reflexibus.

49. Præsulem mox imitantur cæteris decenti ordine omnibus intentè quieteque auscultantibus, præterquam in fine hymni extremaque clausula; tunc enim universi vocem extollunt sine sexus discrimine.

50. Absolutis hymnis singulorum juniores paulò antè dictam mensam efferunt, in qua rite cibus ille, sacratissimus panis fermentatus, cum sale apponitur, & hyssopo ob reverentiam mensæ dedicatæ templi vestibulo.

51. Cœnam verò sequitur sacrum privilegium his ritibus.

52. Ubi omnes consurrexere, duo chori fiunt in medio cœnaculo; alter virorum, alter fœminarum. Cuique suus incentor præficitur honore pręstans, & canendi peritia.

53. Deinde cantant hymnos in laudem Dei compositos varijs metrorum, carminumque generibus: nunc ore uno, alternis; non sine decoris, & religiosis gestibus, atque accentibus: modo stantes, modo prorsum retrorsumve gradum moventes: utrumque res postulat.

54. Deinde postquam uterque chorus seorsum explevit se his delicijs, velut amore divino ebrij unum chorum faciunt promiscuum ad imitationem illius olim instituti in Rubri maris littore post mirandum prodigium. Accepto enim hoc tam insigni & insperato beneficio, correpti numine viri pariter & mulieres, & in unam choream conglomerati hymnis gratias Servatori Deo canebant præcinente viris Mose Propheta, Mariamma verò Prophetide fœminis.

55. Ad horum maximè imitationem hic Theurapeutarum, Therapeutridumque chorus compositus, & mixtis ad graves virorum acutis fœmineis vocibus concinnè temperatus, concentum reddit suavissimum, vereque musicum: pulcherrimis enim verbis includuntur sententiæ pulcherrimæ religiosis choreis accedentibus.

56. Horum porrò universorum finis unus & idem est pietas.

57. Itaque producta usque ad Matutinum hac comessatione honestissima, neque gravati crapula, neque nictantes, sed exercitatiores quàm venerint ad convivium, verso ad auroram vultu totoque corpore, quamprimum solem orientem aspiciunt, fœlicem diem & veritatem, perspicacemque sibi mentem comprecantur.

58. Atque ita præcationibus absolutis, ad suum quisque semneum succedit, & ad negotiationem culturamque consuetæ Philosophiæ.

59. Illud hominum genus Therapeuticum semper in contemplatione veritatis proficiet, etiam sole hoc sensibili prætcrito, nec unquam suum ordinem deseret tendentem ad fælicitatem perfectissimam.

60. Habe-

60. Habemus de Therapeutis naturæ contemplatoribus; & huic tantum studio curandæque animæ per totam vitam deditis: cœli & mundi civibus Patri Conditorique rerum propter suam virtutem commendatissimus; qua conciliante adepti cœlestis Numinis amicitiam præmium convenientissimum fortuna virtuti posthabita evaserunt ad supremum fœlicitatis fastigium. *Hactenus Philo.*

56. Quibus præmissis P. Bivarius ad singula *Notas* subdit, & tandem sic concludit: *Ergo, ut uno verbo cuncta comprehendamus, duo ex dictis perspicua sunt; nimirum, tum in illo Religionis exordio Monachorum statum, ita perfectum, & omnibus numeris absolutum fuisse, ut nihil penè postmodum illi additum fuerit à magnis Patribus; quorum scripta, prædictorum moribus & institutis ostendimus, per omnia extitisse conformia: ut mirum sit primis dumtaxat lineis perfectissimam evasisse Monachatus imaginem. Tum etiam nihil Therapeutis cum Iudeis Essenis fuisse commune. Quarè, si qui veterum Patrum utrosque confudisse reperiantur (uti Hieron. l. 2. contra Iovin. c. 19. & Ep. 22. cap 15. & Cassiod. l. 1. Trip. c. 11.) id ex vulgi opinione dixisse credendi sunt: eò videlicet, quod rem ipsam lydio minimè applicuerint, alijs intenti.* Præmiserat autem lib. 1. cap. 13. n. 2. *Quid autem sub tanta caligine sentiendum? Re attentiùs consideratâ, illud certum mihi est, negari non posse sectam Essenorum, vel Essæorum, apud Hebræos olim floruisse: quod ità sancti Epiphanij, S. Ioannis Damasceni, Philonis, & utriusque Iosephi, irrefragabilibus liqueat testimonijs: longè tamen diversos ab eis fuisse, qui sub D. Evangelista Marco in Ægypto floruere, & à Philone enixè commendati sunt, ipsius Philonis scriptis, si benè perpendantur, manifestum est; non solum, quoniam hi Christiani professione, illi Hebræi; sed quoniam hi sanctitate ac religione conspicui, illi hæresi, & pravis moribus conspersi, & à vera sanctitate prorsus alieni: hi tandem veri Monachi, & Monastica vitæ splendidissima exemplaria; illi verò hypocritæ, ac pseudomonachi extiterunt.* Notæ P. Bivarij.

Sed contrà: in secundo malè corrigit Hieronymum, Cassiodorum & alios Patres veteres; quià imprimis, tàm Essenis Theoricis, quos *Therapeutas* vocat, quàm Essenis veris, quos fatetur *apud Hebræos olim floruisse,* fuit cum veris Essenis Hebræis aliquid commune, ut paulò infrà ostendemus; hique fuerunt sanctitate ac religione conspicui, non hæresi & pravis moribus conspersi; sed alij fucati & dolosi zelotypi, ut vidimus *n.* 54. Refelluntur.

57. Dicit quidem P. Bivarius ibidem n. 1 *In superioribus lib. 1. cap. 13. Ostendimus (ni fallor perspicuè) perperam à quibusdam hos cum Essenis, vel Essæis Iudeis confundi; cum hos ab illis, libro etiam & Tractatione, moribus, professione, multiplicatione, & ipsis nominationibus asseruerit differre: quod haud scio, cur ab alijs adnotatum non fuerit.* Libro *inquam* & Tractatione; *nam de Essæis Mosayca Legis cultoribus agit ex professo antecedenti libro, cui titulus,* Quod omnis probus sit liber: *De Therapeutis verò in consequenti* de vita contemplativa. *Sic exorsus:* Postquam de Essæis disseruimus, qui vitam activam exercent, omnibus, aut (quod minus invidiosum dictu est) plerisque fœlicius: Ordo postulat, ut deinceps dicamus quæ dicenda sunt de contemplationi deditis. *Hinc reor lapsus occasio multis orta est, existimandi hos quoque à Philone Essæos vocitatos, quasi duo eorum genera descripserit; activorum priùs, contemplativorum posteriùs.* Et infrà subsumens: *Atqui* Therapeutarum *nomenclatura, sicut ex* Monachorum, *non Iudaica, sed Apostolica est. D. Dionysio teste, lib. de Eccles. Hier. c 6. ubi de eis agens ait:* Præceptores nostri Divinis eos appellationibus sunt prosequuti; partim *Theurapeutas*, id est *Cultores*, à sincero Dei famulatu, atque cultu; partim *Monachos* ab individua & singulari vita appellantes: *ut vel ex solo nomine liqueat Philonem Apostolorum discipulorum, non Moysis, fuisse res & institutum persequutum.* Comment. F. Bivarij.

58. Contra tamen est primò: Quod Philo ibi etiam agat de Essenis Theoricis, alijs, qui Practici dicuntur coævis, uti colligitur ex *lib de vita contemplativa* exordio: *postquam de Essæis disseruimus, qui vitam activam exercent, omnibus, aut (quod minùs invidiosum dictu est) plerisque fœlicius; ordo postulat, ut deinceps dicamus, quæ sunt dicenda, de contemplationi deditis,* Refellitur 1. P. Bivarius.

utique Essenis, qui vitam contemplativam exercent, ut patet ex terminis, & cum de his & illis dicat *exercent*. indubiè agit de *coævis*. P. Bivarius autem *ibidem lib. 1 cap 13. n. 3.* de Practicis dicit: *quinquagesimo, ut minimum, ante Christum natum anno, sub Herodis pueritia, Essenorum sectam floruisse. ex his, quæ narrat Iosephus* lib. 15. Antiquit. cap. 13. *certum est*. A quo non recedit ipse Philo Theoricos sive contemplativos faciens Instituti Moysis Prophetæ, sive Legis ab eo scriptæ, dum lib. de vita contemplativa ait: *Ex adverso his opponam. quæ ex Instituto Moysis Prophetæ agitantur certis temporibus apud eos* (nota) *qui totam vitam dedicarunt cognitioni naturæ, contemplationique*: & in fine ejusdem libri dicit: *chorum composuisse Therapeutas ad Moysis imitationem*. Si ex Instituto Legis scriptæ; ergo præcesserunt Christum; idque confirmant Rupertus, Zeglerus, Genebrardus, Adrianus Adrianij, Salianus, Carthagena, Onuphrius Manescalcus & alij, quorum verba dabimus infrà *n 66*. Imò Ioannem Baptistam istis Essenis annumerant Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus, & Sorus locis *n. 14* citatis. Hi enim omnes de Essenis loquuntur tanquam de Monachis, quorum ipsi, & penè omnes SS. Patres, Principem volunt fuisse Eliam & Eliseum: quorum alioqui difficulter salvabitur authoritas; quià varijs faciunt illos Eliseo æquales, seu discipulos. Iosephus autem *lib. 13. de Antiquit cap. 9.* ipsorum exordium refert ad tempora Machabeorum; eosque cum Assidæis, de quibus *lib. 1. Machab. cap. 2.* confundunt Serrarius, Oriolanus, Delrius, Genebrardus, Mariana, Mendoza, Becanus, Lorinus, Salianus, Torniellus, Tyrinus, juxta Redanum in *in caput illud n* 128. ubi dicit: *Istam opinionem meritò dici doctissimorum Theologorum communem*. Undè non est, quod P. Bivarius, fingat SS. Patrum & Doctorum errorem, & ubi veritas est.

Refellitur 2. P. Bivarius.

Contra est secundò: Quod nomenclatura *Therapeutæ*, ipsômet Philone teste *lib. de vita contemplativa* præcitô, ubi sic ait: *vocantur enim* Therapeutæ, Therapeutesque, *hoc est* Curatores & Curatrices, *sive* Cultores & Cultrices *vero nomine. Quare? vel quia profitentur medicinam præstantiorem ista vulgata per oppida omnia: hac enim medetur solis corporibus, illa & animas liberat morbis gravibus, & adversus medelas contumacibus, quos inflixerunt voluptates concupiscentia, dolores, timores, avaritiæ, insipientiæ, injustitiæ, & cætera perturbationes vitiorumque agmen innumerabile. Vel quia didicerunt à natura à sacris legibus colere illud Ens, & bono melius, & uno sincerius, & unitate in generando antiquius, atque, ut ita dicam principalius.* Tam conveniat Essenis Legis Mosaycæ, quàm Essenis Legis Evangelicæ Cultoribus, sive tàm Filijs Prophetarum, Assidæis seu Essenis, ab Elia in Lege Moysaica hæreditariam successionem tenentibus, quàm Filijs Prophetarum, Assidæis seu Essenis, ab Elia in Lege Evangelica (quos iam *Therapeutas* vocat,) hæreditariam successionem tenentibus. Hos tamen vocat *Therapeutas* vel *Cultores illius Entis*, sive veri Dei; ad distinctionem Essenorum falsorum, de quibus Iosephus *lib. 15*. Antiquitatum cap. 13. *Genus autem Essenorum omnia sub fato esse confirmat, & nihil esse, quod hominibus, & non illius decreto, proveniant.* Si tamen velis Philonem per *Therapeutas* intellexisse, Legis Evangelicæ, tempore Legis Moysaicæ, cultores, juxta traditionem ab Elia, qui, ut sæpè diximus, spiritu propheticô consilia Evangelica noverat, hoc ipsum est, quod contendimus, pro ijs omnibus, qui ab Elia hæreditariam tenuerunt successionem; idque confirmat Philo *ibidem* aiens: *versantes enim sacra volumina dant operam Philosophiæ per manus acceptæ à majoribus* (nota) *scrutando eas allegorias, quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturæ, conjecturis explicanda probabilibus.* Item: *habent etiam priscorum Commentarios; quià hujus sectæ authores* (nota) *multa monumenta reliquerunt, ad quorum imitationem posteri se accommodant.* Ex quibus satis liquet, Philonem non loqui de *Therapeutis*, suum institutum demum post Evangelium promulgatũ inchoantibus, à quo spontè aberrant æmuli: alioqui potiùs dixisset, ipsos scrutatos *Evangelia & acta Apostolorum* adhuc recentia, quàm ista *sacra volumina per*

*manus*

*manus accepta à majoribus, ac priscorum Commentarios* &c. imò alioquì usus Sacramentorum commendatissimi aliquam mentionem fecisset, ut patet, quam penitùs omisit. Quid plura? Intentum evincunt hæc verba: *hujus secta*, sive Congregationis, *authores* &c.

Refellitur 3. P. Bivarius.

Contra tertiò: Philo Iudæus, absque differentia temporum, agit de Essenis vitam activam exercentibus, sive practicis, lib. *Quod omnis probus sit liber*. & vitam contemplativam exercentibus, sive Theoricis, libro *de vita contemplativa*: imò & sine exordio institutionis Theoricorum, distinctæ ab institutione practicorum: nec quidpiam in libro *de vita contemplativa* dicit, quô insinuet, illos à vita activa practicorum non transire ad contemplativam Theoricorum, quomodò è nostris multi transeunt ad Eremum, ubi se totos dant contemplationi, alijs, qui vitam exercent activam, illis panem & alia necessaria subministrantibus, sic ut unam Congregationem faciant, prout illam ex utrisque fuisse, satis ex eo colligitur, quod de necessariorum administris Philo non faciat mentionem in libro *de vita contemplativa*, ubi de Theoricis agit.

Refellitur 4. P. Bivarius.

Contra quartò: Scribit Philo, tùm in libro *quod omnis probus sit liber*, tùm in *libro* de de vita contemplativa: *Nec Palæstina, Syriaque deest hoc genus hominum, qui cum naturali moralem jungunt Philosophiam honestatis, probitatisque amorem, totâ vitâ præseferendo, virtutem sectantium, cujus Regionis non parvam partem populosa Iudæorum gens incolit. in his quidam nominantur Essai circiter quatuor millia. à sanctitate dicti. qui summa sanctitate Deo serviunt.* Item: *Hoc genus reperitur. in multis Orbis Regionibus. meritò, ut absolutæ probitatis, receptum à Græcis atque Barbaris; maximè tamen in Ægypto frequentantur per præfecturas singulas, præsertim circum Alexandriam.* Illos autem ex ijs fuisse, qui Christum præcesserant, ex eo, quod adhuc in prima Ecclesia *judaizabant*. confirmat S. Hieronymus *lib.* de Scriptoribus Ecclesiasticis *verbo* Marcus Evangelista: *Constituit Marcus Evangelista Ecclesiam tanta doctrina, & vita continentia. ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Deniquè Philo disertissimus Iudæorum videns Alexandria primam Ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripsit.* Undè *judaizantem*? Nisi ex eo, quod videret Monachos illos servare vitæ Monasticæ formulam, quam juxta Evangelium ex traditionibus ab Elia acceptis, ante adventum Christi in Iudæa servaverant; quos obindè S. Hieronymus *ibidem* verbo *Philo* vocat *nostros*, aiens: *Philo idcircò à nobis inter Scriptores Ecclesiasticos ponitur; quia librum de prima Marci Evangelistæ apud Alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum* (nota) *laude versatus est; non solùm eos ibi, sed in multis quoque Provincijs esse commemorans, & habitacula eorum dicens Monasteria: ex quo apparet talem primam in Christo credentium fuisse Ecclesiam* (si credas Hieronymo, sensu datô *judaizantem*) *quales nunc Monachi esse nituntur. & cupiunt*: quô sensu toties ex ipso repetivimus *Princeps noster Elias, noster Elisæus, Duces nostri Filij Prophetarum.*

P. Bivarius malè carpit Hieronymum.

59. Carpit quidem P. Bivarius *de Monachatu lib. 2. cap. 12. n. 3.* verbum *judaizantem* in Hieronymo, addens: *id errare fecit Alardum. dum adhuc Hieronymi verba in Notis ad c. 5. l. 2. Cassiani de Institut. renunt. inquit*: Quod autem Philo in illis Ascetis, quos sub Assenorum nomine describit, etiam diei Sabbati observationem commendat, non mirabitur Lector, &c. *At Philo in Therapeutis Sabbati nequaquam meminit, sed septima diei, quod longè diversum est. cum hæc Dominicis etiam conveniat, quæ ab initio nascentis Ecclesia decreto Apostolorum, Sabbatorum relictâ cultu, solemnis haberi cœperat.* Per sex dies, *ait*, seorsum quisque in suis illis modò dictis Monasterijs philosophantur; septima verò conveniunt in cœtum communem. *Et rursus*: Vix sexto die degustant cibum, septimum verò diem ut festum, sacratumque, honore dignantur eximio. *Ego ità Hieronymi verba accipio, ut viderit Philo Alexandriæ primam Ecclesiam judaizantem, non inquam Therapeutas, sed cæterorum Cœtum fidelium, quibus ad præscriptum Apostolorum mos erat, quædam conservare legalia, id est. abstinere à sanguine & suffocato: alij & alia; tunc quidem non necessaria, sed necdum nociva. Verùm id in Therapeutis videre nequivit, quibus mensa pura est à cruentis dapibus*: pro cibo *verba Philonis sunt*, panis apponitur, sal

utique Essenis, qui vitam contemplativam exercent, ut patet ex terminis, & cum de his & illis dicat *exercent*. indubiè agit de *coævis*. P. Bivarius autem *ibidem lib. 1. cap 13. n. 3.* de Practicis dicit: *quinquagesimo, ut minimum, ante Christum natum anno, sub Herodis pueritia, Essenorum sectam floruisse. ex his, quæ narrat Iosephus* lib. 15. Antiquit. cap. 13. *certum est.* A quo non recedit ipse Philo Theoricos sive contemplativos faciens Instituti Moysis Prophetæ, sive Legis ab eo scriptæ, dum lib. de vita contemplativa ait: *Ex adverso his opponam. quæ ex Instituto Moysis Prophetæ agitantur certis temporibus apud eos* (nota) *qui totam vitam dedicarunt cognitioni naturæ, contemplationique:* & in fine ejusdem libri dicit: *chorum composuisse Therapeutas ad Moysis imitationem.* Si ex Instituto Legis scriptæ; ergo præcesserunt Christum; idque confirmant Rupertus, Zeglerus, Genebrardus, Adrianus Adrianij, Salianus, Carthagena, Onuphrius Manescalcus & alij, quorum verba dabimus infrà *n 66.* Imò Ioannem Baptistam istis Essenis annumerant Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus, & Sotus locis *n. 14.* citatis. Hi enim omnes de Essenis loquuntur tanquam de Monachis, quorum ipsi, & penè omnes SS. Patres, Principem volunt fuisse Eliam & Eliseum: quorum alioqui difficulter salvabitur authoritas; quià varijs faciunt illos Eliseo æquales, seu discipulos. Iosephus autem *lib. 13. de Antiquit cap. 9.* ipsorum exordium refert ad tempora Machabeorum; eosque cum Assidæis, de quibus *lib. 1. Machab. cap. 2.* confundunt Serrarius, Oriolanus, Delrius, Genebrardus, Mariana, Mendoza, Becanus, Lorinus, Salianus, Torniellus, Tyrinus, juxta Redanum in *in caput illud n* 128. ubi dicit: *Istam opinionem meritò dici doctissimorum Theologorum communem.* Undè non est, quod P. Bivarius, fingat SS. Patrum & Doctorum errorem, & ubi veritas est.

Refellitur 2. P. Bivarius.

Contra est secundò: Quod nomenclatura *Therapeutæ*, ipsômet Philone teste *lib. de vita contemplativa* præcitô, ubi sic ait: *vocantur enim* Therapeutæ, Therapeutesque, *hoc est* Curatores & Curatrices, *sive* Cultores & Cultrices *vero nomine. Quare? vel quia profitentur medicinam præstantiorem ista vulgata per oppida omnia: hæc enim medetur solis corporibus, illa & animas liberat morbis gravibus, & adversus medelas contumacibus, quos inflixerunt voluptates concupiscentia, dolores, timores, avaritia, insipientia, injustitia, & cæteræ perturbationes vitiorumque agmen innumerabile. Vel quia didicerunt à natura à sacris legibus colere illud Ens, & bono melius, & uno sincerius, & unitate in generando antiquius, atque, ut ita dicam principalius.* Tam conveniat Essenis Legis Mosaycæ, quàm Essenis Legis Evangelicæ Cultoribus, sive tàm Filijs Prophetarum, Assidæis seu Essenis, ab Elia in Lege Moysaica hæreditariam successionem tenentibus, quàm Filijs Prophetarum, Assidæis seu Essenis, ab Elia in Lege Evangelica (quos iam *Therapeutas* vocat,) hæreditariam successionem tenentibus. Hos tamen vocat *Therapeutas* vel *Cultores illius Entis*, sive veri Dei; ad distinctionem Essenorum falsorum, de quibus Iosephus *lib. 15.* Antiquitatum cap. 13. *Genus autem Essenorum omnia sub fato esse confirmat, & nihil esse, quod hominibus, & non illius decreto, proveniant.* Si tamen velis Philonem per *Therapeutas* intellexisse, Legis Evangelicæ, tempore Legis Moysaicæ, cultores, juxta traditionem ab Elia, qui, ut sæpè diximus, spiritu propheticô consilia Evangelica noverat, hoc ipsum est, quod contendimus, pro ijs omnibus, qui ab Elia hæreditariam tenuerunt successionem; idque confirmat Philo *ibidem* aiens: *versantes enim sacra volumina dant operam Philosophiæ per manus acceptæ à majoribus* (nota) *scrutando eas allegorias, quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturæ, conjecturis explicanda probabilibus.* Item: *habent etiam priscorum Commentarios; quià hujus sectæ authores* (nota) *multa monumenta reliquerunt, ad quorum imitationem posteri se accommodant.* Ex quibus satis liquet, Philonem non loqui de *Therapeutis*, suum institutum demum post Evangelium promulgatũ inchoantibus, à quo spontè aberrant æmuli: alioqui potiùs dixisset, ipsos scrutatos *Evangelia & acta Apostolorum* adhuc recentia, quàm ista *sacra volumina per*

*manus*

*manus accepta à majoribus, ac priscorum Commentarios* &c. imò alioquì usus Sacramentorum commendatissimi aliquam mentionem fecisset, ut patet, quam penitùs omisit. Quid plura? Intentum evincunt hæc verba: *hujus sectæ*, sive Congregationis, *authores* &c.

Contra tertiò: Philo Iudæus, absque differentia temporum, agit de Essenis vitam activam exercentibus, sive practicis, lib. *Quod omnis probus sit liber*. & vitam contemplativam exercentibus, sive Theoricis, libro *de vita contemplativa*: imò & sine exordio institutionis Theoricorum, distinctæ ab institutione practicorum: nec quidpiam in libro *de vita contemplativa* dicit, quò insinuet, illos à vita activa practicorum non transire ad contemplativam Theoricorum, quomodò è nostris multi transeunt ad Eremum, ubi se totos dant contemplationi, alijs, qui vitam exercent activam, illis panem & alia necessaria subministrantibus, sic ut unam Congregationem faciant, prout illam ex utrisque fuisse, satis ex eo colligitur, quod de necessariorum administris Philo non faciat mentionem in libro *de vita contemplativa*, ubi de Theoricis agit. Refellitur 3. P. Bivarius.

Contra quartò: Scribit Philo, tùm in libro *quod omnis probus sit liber*, tùm in *libro de* de vita contemplativa: *Nec Palæstina, Syriaque deest hoc genus hominum, qui cum naturali moralem jungunt Philosophiam honestatis, probitatisque amorem, totâ vitâ præseferendo, virtutem sectantium, cujus Regionis non parvam partem populosa Iudæorum gens incolit. in his quidam nominantur Essæi circiter quatuor millia, à sanctitate dicti, qui summa sanctitate Deo serviunt.* Item: *Hoc genus reperitur, in multis Orbis Regionibus, meritò, ut absolutæ probitatis, receptum à Græcis atque Barbaris; maximè tamen in Ægypto frequentantur per præfecturas singulas, præsertim circum Alexandriam.* Illos autem ex ijs fuisse, qui Christum præcesserant, ex eo, quod adhuc in prima Ecclesia *judaizabant*, confirmat S. Hieronymus *lib.* de Scriptoribus Ecclesiasticis *verbo* Marcus Evangelista: *Constituit Marcus Evangelista Ecclesiam tanta doctrina, & vita continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Iudæorum videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripsit.* Undè *judaizantem*? Nisi ex eo, quod videret Monachos illos servare vitæ Monasticæ formulam, quam juxta Evangelium ex traditionibus ab Elia acceptis, ante adventum Christi in Iudæa servaverant; quos obindè S. Hieronymus *ibidem* verbo *Philo* vocat *nostros*, aiens: *Philo idcircò à nobis inter Scriptores Ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci Evangelistæ apud Alexandriam scribens Ecclesia, in nostrorum* (nota) *laude versatus est; non solùm eos ibi, sed in multis quoque Provincijs esse commemorans, & habitacula eorum dicens Monasteria: ex quo apparet talem primam in Christo credentium fuisse Ecclesiam* (si credas Hieronymo, sensu datô *judaizantem*) *quales nunc Monachi esse nituntur, & cupiunt*: quô sensu toties ex ipso repetivimus *Princeps noster Elias, noster Eliseus, Duces nostri Filij Prophetarum.* Refellitur 4. P. Bivarius.

59. Carpit quidem P. Bivarius *de Monachatu lib. 2. cap. 12. n. 3.* verbum *judaizantem* in Hieronymo, addens: *id errare fecit Alardum, dum ad hæc Hieronymi verba in Notis ad c. 5. l. 2. Cassiani de Institut. renunc. inquit*: Quod autem Philo in illis Ascetis, quos sub Assenorum nomine describit, etiam diei Sabbati observationem commendat, non mirabitur Lector, &c. *At Philo in Therapeutis Sabbati nequaquam meminit, sed septima diei, quod longè diversum est, cum hæc Dominicis etiam conveniat, quæ ab initio nascentis Ecclesiæ decreto Apostolorum, Sabbatorum relictâ cultu, solemnis haberi cœperat.* Per sex dies, *ait*, seorsum quisque in suis illis modò dictis Monasterijs philosophantur; septima verò conveniunt in cœtum communem. *Et rursus*: Vix sexto die degustant cibum, septimum verò diem ut festum, sacratumque, honore dignantur eximio. *Ego ità Hieronymi verba accipio, ut viderit Philo Alexandriæ primam Ecclesiam judaizantem, non inquam Therapeutas, sed cæterorum Cœtum fidelium, quibus ad præscriptum Apostolorum mos erat, quædam conservare legalia, id est, abstinere à sanguine & suffocato: alij & alia; tunc quidem non necessaria, sed necdum nociva. Verùm id in Therapeutis videre nequivit, quibus mensa pura est à cruentis dapibus*: pro cibo *verba Philonis sunt*, panis apponitur, sal P. Bivarius male carpit Hieronymum.

tur, sal pro obsonio, & pro condimento hysopus in delicatorum gratiam. *Contraxit igitur cum fidelibus amicitias, nec desunt, qui sentiant Petrum Romæ convenisse, Marcum verò Alexandriæ. Et in eorum gratiam, eos, qui præcellebant cæteris pietate & religione, id est Therapeutas, laudibus meritis cumulasse. Vt ut fuerit, liquet Christianos Monachos laudasse, non Iudæos, in idque conspirant Patrum ac Scriptorum nostrorum calculi, quos prædicto c. 13. l. 1. in principio retulimus.*

Refellitur. Sed contra; ille bonus vir non attendit. 1. ad *Regul.* 16. Essenorum practicorum à Philone traditam: *patent eorum sodalitia hominibus etiam advenis, idem institutum servantibus. Vnde advenis idem institutum servantibus?* nisi ex locis extra Iudæam sitis. 2. ad *Regul.* 21. eorundem, *præcipuè recurrente die septimo, quem sacratum existimant.* Neque intellexit *septimum diem* computando à *Dominica* esse *Sabbathum*; & uti *cæteris fidelibus mos erat quædam conservare legalia*, ità & istis Monachis *Sabbathum*: Imò nihil obstat, *eos in Sabbatho judaizantes* dixisse Hieronymum, cum de vitæ formula ante adventum Christi in Iudæa servata, & Alexandriæ continuata, sit commodior sensus: ab hac igitur, præcisa Sabbathi observantia, rectè dicere potuit Hieronymus *Ecclesiam judaizantem.*

Em. Baronius pro Essen. Divis. in bonos & malos. 60. Quæ autem præmisimus de Essenorum divisione in bonos & malos, ante Christum etiam probat Em. Card. Baronius ad Ann. Christi 64. n. 7. scribens: *Cæterum haud incongruum erit dicere Essenos à Rechabitis descendere: nam etsi Rechabitarum instituta cessassent; non tamen genus illorum extinctum est: de eis enim Dominus dixerat Hierem.* 53. Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Hegesippus apud Eusebium hist. li. 2. c. 22. de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi Iusti.*

Ex eodem. Addit ibidem n. 8. *Admiratione planè digna res est, quidnam sit, quòd cum in Evangelio de cæteris omnibus Iudæorum sectis habeatur mentio, nempè de Pharisæis, Sadducæis, Galilæis, & Herodianis; de Essenis, quorum vita Institutio videri poterat præ cæteris admiratione digna, omnis memoria silentio prorsus obvoluta remanserit* &c.

Ex eodem. Respondet n. 9. *Verum nec his contentiosum funem trahimus, ut negemus ante Christum fuisse Essenos. Demus nihilominus Iosepho, sive alijs, ut Essenos dicamus fuisse Iudæos ex Iudæis, eosdemque etiam ante Christum Herodis majoris tempore claruisse (nulla enim antiquior apud Iosephum de eis habetur memoria,) ac ijsdem, quos ais, vitæ institutionibus claruisse: quis prohibet dicere, eosdem prædicatione Apostolorum conversos, inter Christianos professos esse? Nam si (quod naturâ insitum est) habentium symbolum sit facilis communicatio: quomodò non magis ex his, quàm aliarum sectarum Iudæis, Christiana religio potuit propagari? Equidem omnes sectas, quæ erant in Christum Dominum aliquando aversatas esse, nempè Pharisæos, Sadducæos, Herodianos & Samaritas, Evangelicâ attestatione exploratum habetur. De Essenis verò, quòd aliquando, vel Domino, vel ejus Apostolis atque Discipulis, vel minimum negotium fecerint, nusquam legitur. Immò quò magis hi Pharisæis ac Sadducæis dissentirent, eò facilius Christianis consensisse, quos illi vehementer aversarentur, facilè credi potest. Non ità tamen hæc dicimus, ut velimus omnes Essenos Christi fidem esse sectatos (nam ex his complures in sua perfidia remansisse, Philastrius testatur) sed quod ex Iudæis credentibus Esseni potius, quàm Pharisæi, vel Sadducæi, Christianam religionem fuerint amplexati; cum præsertim in perscrutandis Prophetis illos intentos fuisse, ac ob eam causam veritatem rerum futurarum attigisse, Porphyrius,* apud Cyril. in Iud. lib. 5. *de illis testatur.*

Ex eodem. Corroborat primò ibidem n. 10. *Est & de his illud non leve argumentum: nam antiquiores Esseni, qui à Iosepho describuntur, ab his, qui à Philone sunt positi, nonnihil differunt: ut appareat, hos ex illis provenientes, non tamen eosdem esse cum illis; quippe qui Christianam religionem consectati, pristinum vitæ genus, ubi Christiana religio non contradiceret, non reliquerint; sed perfectiorem nacti Legem, excultiorem quoque vitæ institutionem sunt professi. Hinc videas Essenos, quorum meminit Iosephus, in Iudæa agentes, eorumque rigidiores (nam idem de alijs Essenis item agit, qui molliores essent, ducerentque uxores) in multis remissiores illis fuisse, qui agerent in Ægypto, quorum Philo texit historiam. Nam de suis Essenis testatur Iosephus, agere solitos in civitatibus: qui verò à Philone scribuntur, foris in hortis ac villis vivere consueverant. Insuper illos prandere quotidiè, atque cœnare, scribit Iosephus: istos verò nonnisi semel in die*

*in die post occasum solis cibum sumere consuevisse, tradit Philo; qui ex his aliquos ad tertium usque diem jejunio durasse, & alios sex diebus sic itidem permansisse testatur. Rursum illis per singulos pulmentum apponebatur à coquo: istis verò pro obsonio, ludi convivarentur, sal tantùm cum pane & hyssopo satis erat. Sunt & alia complures inter eos in ritibus differentiæ: ut planè perspicuum sit, eos, etsi nomine convenirent, compluribus institutis inter se fuisse distinctos; ac proindè Essenos Alexandrinos, alios diversosque fuisse ab his, quos in Iudæa agere solitos Iosephus affirmat.*

Differentiam adfert n. 11. ex addita Christianitatis, sive Legis gratiæ, perfectione post acceptatam Christi fidem, subdens: *Sic igitur, cum post Christi adventum Essenos, quos Philo describit, ab antiquis Iudæis Essenis differre certum sit, alios hos diversosque ab illis jure esse censendos, nempè Christianos, qui angustiorem sublimioremque vitam à suis majoribus fuerunt amplexati, meritò jureque dici posse videtur. Et undè, rogo, tantoperè post Evangelij prædicationem, testante Philone, longè latèque per Orbem auctus est numerus Essenorum; nisi quod ijdem erant Christiani, prædicatione Apostolicâ ubique gentium propagati? Quod si & observationem diei Sabbati Philo in Essenis commendat; haud mirum est, cum & Apostolos etiam judaizasse, eorum Acta testentur. hocque est, quod providè S. Hieronymus ait:* Videns Philo Iudæorum disertissimus primam Ecclesiam adhuc iudaizantem, quasi in laudem suæ gentis librum super eorum conversatione conscripsit. *Sive ergo velimus, dictos Christianos apud Alexandriam agentes, quòd ex Essenis ad fidem Christi venissent, esse nominatos Essenos, vel à Philone sic appellatos, quòd magna ex parte Essenorum vitam viderentur esse imitati, vel quod non Essenos, sed Iesseos vel Esseos à contemplatione, vel sanctitate eo nomine (ut diximus ex Philone, Epiphanio, & Suida) libuerit nominare Christianos: satis ex his omnibus constare arbitror, ipsum Philonem, secundum Eusebij, Epiphanij, Hieronymi, & aliorum sententiam, nonnisi de Christianis esse locutum; ità tamen, ut licuit externo homini, rerum nostrarum secreta inexplorata habenti, & quæ essent Iudæorum Christianorum, Iudæis prorsus adscribere cupienti.* Post Christum differentia ex Baronio.

Corroborat secundò: *Haud enim est dubitandum, magna ex parte Ecclesiam Alexandrinam à Marco ex Iudæis potius, quàm Ægyptijs, esse collectam: tùm quod (ut idem testatur Philo in libro, quem scripsit in Flaccum) constet Ægyptios antiquô odiô fuisse in Iudæos infensissimos, atque eos maximè omnium aversatos, ijs præsertim temporibus, quibus (ut vidimus) tàm immaniter sub Caio in eos fuerant debacchati: ac proindè Marcum Iudæum hominem ab eis spretum, contumelijs affectum, ac denique fuisse occisum: Tum etiam, quod præ ceteris Orbis nationibus Ægyptij essent suarum superstitionum tenacissimi. Hinc Cicero* Tusc. l. 5. *in Tusculanis:* Ægyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspidem, aut felem, aut crocodilum violent. *Verum etsi daremus (quod nullo pacto faciendum putamus) neminem Gentilium Ægyptiorum ad religionem Christianam amplexandam esse conversum: tamen nullo id esset impedimento, quin abundans florensque Ecclesia in Ægypto ex Iudæis indigenis, atque aliarum nationum hominibus illic agere solitis, colligi potuisset: affirmat enim idem Philo in citato nuper libro, quem scripsit in Flaccum, non minus quàm decies centena millia Iudæorum hoc ipso tempore Ægyptum habitasse.* Ex eodem

Præmissa manifestè confirmat post Eusebium noster Waldensis *Doctrinalis fidei Tom. 1. art. 1. in Epilogo* scribens: *magnus P. Philo hoc* (scilicet Wicleffi, *Religiosarcha nostri ad Christum in constituendo suos Ordines non possunt attingere,* dictum) *dicit esse mendacium in libro suo de vita Theorica*, sive contemplativa, *quem ideò Eusebius supputat cap.* 18 *lib. 1. Ecclesiast. Historia, appellasse prædictos Religiosos Cultores* (nota) *vel invenisse primitus appellatos* (iterum nota) *quià secundum Evangelium Christi, antè Christiani nominis publicationem vivebant.* Nil sanè illustriùs ad præmissorum confirmationem adduci posset. Waldensis post Eusebium.

61. Scio Em. Card. Bellarminum lib. 2. de Monachis cap. 5. his præmissis: *Magdeburgenses Cent. 1. lib. 2. cap. 3. pag. 18. fatentur, Philonem hæc scripsisse; sed eum non esse locutum de Christianis; sed de Essenis, quæ erat secta Iudæorum, omninò similis nostris Religionibus. Hoc autem non probant alia ratione, nisi quià nondum Christiani talia exercitia habuerunt.* contra *ibidem* addere. *Probemus* Em. Bellarminus objicitur.

*bemus igitur breviter, non dialectica ratiocinatione, sed testimonijs Patrum Philonem de Christianis esse locutum: imprimis Eusebius* lib. 2. Histor cap 16. *dicit, Philonem Romæ S Petrum vidisse, atque ejus adhæsisse colloquijs, verbum Dei prædicantis, & eorum vitam, qui in Monasterijs degunt, luculenter scripsisse. Item Epiphanius* hæres 29 quæ est Nazaræorum, *de hoc libro Philonis loquens*: Monasteria ipsorum, *inquit*, in vicinia circa Mariam paludem recensens, non de alijs narravit, quàm de Christianis. *Præterea Hieronymus de Viris illustribus in Philone, postea quàm docuit, Philonem de Christianis esse locutum, subjungit*, ex quo apparet, talem primam Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi esse nituntur, & cupiunt. *Præterea Cassianus* lib. 2. cap. 5. de Institutis Cænobiorum, *asserit à S. Marco Ægyptios Monachos accepisse primam vivendi normam; id quod non potest Cassianus didicisse, nisi ex hoc libro Philonis. Idem asserunt disertis verbis Beda* Prologo in Marcum; *Sozomenus* lib. 1. cap 2. *& Nicephorus* lib. 2. cap. 15.

Sed favet. Sed hinc potiùs nostræ sententiæ ex duplici capite confirmatio, quàm vel ex uno sit oppositio: quia inprimis Esseni Christiani, de quibus ibi loquitur Em. Bellarminus, dupliciter sumi possunt. *Primò*: de Essenis Christianis, qui quidem fuerunt ante Christum, & practici, juxta vitæ formulam ex Philone paulò infrà subjectam, & Theorici, juxta ejusdem formulam suprà præmissam; sed promulgatum Evangelium statim post acceptarunt, baptizati sunt, & in ulteriori promulgatione Evangelij Apostolorum cooperatores fuerunt, uti probabimus *Scuto* X. Et hoc sufficit ad Magdeburgensium errorem & rationem refellendum, ac verificandam Em. Cardinalis doctrinam, ut patet. *Secundò*: de Essenis Christianis sub formula vitæ suæ Monasticæ, quam Philo refert, pro ipsis post promulgatum Evangelium primùm ortis, primò instituta, uti apud Philonem iacet, ab Apostolis, vel quopiam alio ab ipsis baptizato, & facto Christiano: Et hoc ibi non dicit Bellarminus, nec probat, nec probare potest, attentis præmissis; præsertim cum in formula ista nulla fiat mentio Christi & Apostolorum, Evangelij & Evangelistarum, consiliorum Evangelicorum aut similium, & doceat S. Hieronymus illos adhuc *judaizasse* post Evangelium promulgatum; scribatque in Epistola *ad Eustochium de virginitate servanda*. de Monachis loquens: *tales Philo Platonici sermonis imitator, tales Iosephus Græcus Livius, in Iudaica captivitatis Historia, Essenos refert*. Nec mirum, quod etiam Iosephum id referentem citet: quià Iosephus non ità de Essenis zelotypis, falsis & perversis egit, quin alios veros & bonos agnoverit: nam cum *lib.* 13. *Antiquit. cap.* 8. de illis dixisset: *Genus autem Essenorum omnia sub fato esse confirmat, & nihil esse, quod hominibus non illius decreto proveniat*. lib. 18. cap. 2. de his oppositum dicit, aiens: *Esseni autem ad Deum cuncta dirigunt*. Item: *mentiò se à communi Congregatione discernunt, remotim sacrificia facientes, cultu verò morum, atque conversationis optimi*. Quæ maximè conveniunt Essenis Theoricis, de quibus Philo in *lib. de vita contemplativa*: Iosephum verò egisse de Essenis, quorum vitæ formula Christum præcesserat, suprà probatum est.

De Essenis veris practicis. 62. Scio etiam P. Bivarium de Monachatu *lib.* 1. *cap.* 13. post relatam ex Philone *libro*. *Quod omnis probus sit liber*. Essenorum practicorum, prout illos distinguit ab Essenis Theoricis formulam, ut sequitur.

## *Essenorum practicorum mores ex Philone.*

1. Apud Persas magni naturæ scrutatores, præ veritatis cognoscendæ studio per otium divinas virtutes contemplantur clariùs, & alios eisdem initiant mysterijs. Apud Indos Gymnosophistæ, qui cum naturali moralem conjungunt Philosophiam. Nec Palæstinæ Syriæque deest hoc genus hominum virtutem sectantium,

tium, cuius regionis non parvam partem populosa Iudæorum gens incolit. In his quidam nominantur Essæi circiter quatuor millia à sanctitate dicti, qui summa religione Deo serviunt.

2. Non mactando victimas, sed suasmet-ipsorum mentes componendo ad sanctimoniam.

3. Hi vicatim habitant, urbes fugiunt, propter familiaria civibus eorum vitia, gnari non minus periculi esse ab eorum convictu, quàm ab aëris intemperie pestifera, propter contagium incurabile.

4. Vivuntque partim ex agricultura, partim ex opificijs in pace florentibus.

5. Benefici erga suos, & proximos.

6. Nullam condentes pecuniam, nec parantes ampli redditus latifundia; sed quotidianis necessitatibus quærentes remedium. Nam penè soli hominum degunt sine prædijs, sine pecunijs, & propter vitæ institutum divites habentur, magis quàm ob rerum copiam: frugalitatem non vana existimatione ducentes esse quæstum maximum.

7. Tela, iacula, gladios, galeas, thoraces, scuta, nemo apud eos fabricat, sicut nec arma cætera, nec machinas, aut aliud quidpiam bello utile.

8. Imò ne ea quidem studia reperias ibi, quibus in pace facilè abutuntur homines, negotiatores, institores, naucleros, ne in somnis quidem viderunt, subtrahendo materiam avaritiæ.

9. Nemo ex illis servit, omnes liberi ministrant sibi invicem: dominationem damnant ut iniustam, atque impiam, repugnantem iuri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit, educavitque tanquam mater germanos fratres reverâ, non solô nomine: eam cognationem labefactatam convulsamque insidijs avaritiæ, hujus opera inductam, pro familiaritate abalienationem animi, & odium pro benevolentia.

10. Philosophiæ partem ratiocinatoriam, ut parandæ virtuti non necessariam, relinquunt verborum captatoribus: eam verò, quæ naturam scrutatur, disputatoribus, ut humano captu sublimiorem, nisi quatenus de creatore mundi, & ejus creatione differit. In sola morali se exercent, sub pædotribus legibus patrijs, quas non potest concipere humanus animus absque afflatu numinis.

11. Has ediscunt & alio tempore, sed præcipuè recurrente die septimo, quem sacratum existimant, feriantur que tunc ab omnibus alijs negotijs.

12. Quoties sacras ædes, quas Synagogas vocant, adeunt, pro ætatis ordine juniores ad seniorum pedes considunt, & ad audiendum se componunt. Ibi alius libro prælegit, alius quippiam unus è peritioribus accedens, quæ obscura sunt, explicat: nam pleraque per figuras, more veterum Philosophorum, eis sunt tradita. Discunt autem sanctitatem, justitiam, curam rei vel domesticæ vel publicæ, verorum bonorum, malorumque scientiam, atque rerum indifferentium insuper, quid expetendum, quid contra fugiendum: quæ triplici regula examinant, amore Dei, virtutis, & hominum.

13. Pietatis erga Deum argumenta præseferunt plurima, castitatem in tota vita perpetuam, à jurejurando mendacioque abstinentiam; & quod ad Deum auctorem bona omnia, malum verò nullum referunt.

14. Virtutem quoque sibi esse cordi satis declarant, dum pecunias, honores, voluptatesque contemnunt fortiter; vivuntque continenter in laboribus complexi frugalitatem, simplicitatem, facilitatem, modestiam, legum reverentiam, constantiam, & id genus cætera.

15. Charitatem porrò eorum erga homines indicat benevolentia, mira dictu æ-

quabilitas, & omnium rerum societas, de qua non intempestivum fuerit nunc paucis dicere.

16. Patent eorum sodalitia hominibus etiam advenis idem institutum servantibus.

17. Unum est promptuarium, unde vestitus, & mensa communis sumitur; nam contubernium victusque ac mensæ societas apud alios laudatur magis, quàm recipitur, nec mirum.

18. Quidquid enim lucrantur è quotidianis operæ mercedibus, non sibi quisque servat, sed in medium conferendo, cuicumque volenti, fruendi potestatem faciunt.

19. Tum si qui valetudinarij nequeunt victum quærere, non negliguntur; paratum habentes è publico infirmitati subsidium; quam securè sustentant ex communi copia.

20. Senioribus juniores debitam curam, honorem, reverentiam exhibent tanquam germani filij, labantem eorum ætatem fulcientes modis omnibus, tàm consilijs, quàm ministerijs. Conclusio P. Bivarij. *Conclusio.* Tales virtutis athletas reddit Philosophia, absque omnibus curiosis, & ambitiosis Græcorum vocabulis, exercens eos in laude dignis actionibus: quibus certa perpetuaque libertas constabilitur. Id compertum est in multis, & varijs temporum difficultatibus &c. Quibus conjungit Philo perpetuæ Essæorum libertatis probationem verbis à nobis superius adductis.

P. Bivarij commentum alterum. 63. Ità scribere: *Specioso sanè paludamento turpis, ac barbara disciplina contegitur; sed haud erit difficile, detractâ personâ, turpitudinem revelare. Et hos quidem Philonianos Essæos, non alios quàm Essenos Iosephi, fuisse, & Provincia, quæ eos alebat, id est Palæstina, ubi etiam eos Plinius, & Solinus cognoverint, & numerus illorum ad 4000. ascendentium, quem Iosephus quoque affinxit; & ex agricultura utrobique victus parandi ratio; & cæterorum identitas (ut sic dicam) dogmatum, manifestissimum faciunt. Verum præcipuas eorum hæreses, erroresque in fide & moribus, quantumcunque fucatam disciplinam edere studuit, minimè prætermisit. Nimirum num. 2. Legis Mosaycæ præcept. de mactandis sæpius victimis neglexerunt, quod dogmaticè præstare, contra fidem erat. Sed ei consonum est, quod Iosephus retulit n. 7. de supercilio subtrahentium se à consortio sacrificantis populi: ex quo tandem ad eam insaniam devenere, ut nullas mactarent victimas, quod, egregiâ sanctitudine præditi, nequaquam eis indigere arbitrarentur. Expressius n. 9. crassum errorem apposuit condemnantium humanam dominationem, velut injustam, impiam, & repugnantem juri naturæ; quem expressimus ad calcem, velut acerbissimis multorum nexibus defensum, commendat: & supra in Iosepho retulimus, instituto 5. & 10. Quod item n. 13. asserantur æquè jusjurandum, ac mendacium recusasse, proculdubio ut illicitum, hæreticum est, cum solum lex prohibeat assumere nomen Domini Dei in vanum, & plerumque teneamur ipsum in veritatis testem adducere: uti luculenter tractant Augustinus lib. de mendacio cap. 15. Hieronymus ad illa verba Domini Matth. 5.* Ego dico vobis non jurare &c. *& D. Thomas 2. 2. q. 89. artic. 2. probat ex illo Deuter. 6.* Dominum Deum tuum timebis, & per nomen ejus jurabis: *& articul. 4. docet esse actum latriæ, cum emittitur* in veritate, judicio, & justitia. *Ut prodit Ieremias cap. 4. Esseni autem, sicut Pharisæi, potius mori, quàm jurare sibi persuasum habebant, teste Iosepho lib. 15. Antiquit. cap. 13. Quàm pravè autem (quod in eodem num. 13. continetur) interpretarentur: omnia bona in Deum referenda, diximus ad 3. Iosephi institutum.*

*Quod Essenorum tandem extremam barbariem seu dementiam manifestam reddit, illud est, quod num. 18. Philo innuit, & ex 9. deducitur, videlicet, ità ipsos gregatim degisse, ut more pecudum absque ullo essent capite, qui tyrones instrueret, provectos regeret, cujus etiam arbitratu, opes, quæ in communi posita erant, prout cuique opus erat distribuerentur.*

Refellitur a. Contra tamen est primò: Quod in tota ista vivendi formula, nihil turpe, nihil, quod conforme hæresi Essenorum, quos Iosephus, Chrysostomus, Epiphanius & alij, tertiæ Iudæorum sectæ annumerant; nihil tale, quod hodiè plerique Sancti non observent Monachi, ut statim videbimus.

Contra

Contra secundò: P. Bivarius dicens: *hos Philonianos Essaos, non alios, quàm Essenos Iosephi fuisse*, obscurè loquitur, & defectu distinctionis, penè omnes modernos Regulares Monachos, ac Mendicantes Religiosos, uti Wicleff, Lutherus, Calvinus & alij, non laude; sed potiùs exsibilatione, dignos judicat, juxta id, quod de Iosephi Essenis *n.7. ibidem* dicit: *bone Deus, quis laude hujusmodi homines, & non potiùs exsibilatione, dignos judicet* Et *n.12.* Tales, quales pudeat illos asserere Monachos & Religiosos, addens: *Tales igitur veteres Esseni, Ioseph testimonio, fuerunt, ut pudeat ab his Monachismum in Ecclesia propagatum, vel derivatum, asserere* Debuisset enim attendere, quod suprà notavimus, Iosephum, loquendo de Essenis sectarijs & hæreticis, multa miscuisse, quæ conveniunt solis Philonijs verè Sanctis, ab Elia & Eliseo hæreditariam successionem tenentibus, uti probarunt, & confirmarunt Summi Pontifices, S. Rituum Congregationes, revelationes probatæ & in S. Scriptura fundatæ, SS. Patres, Doctores Theologi, Historici, Geographi, & ipsa ex illis recepta traditio, ut patet, tùm ex præmissis, tùm ex dicendis hîc, & *Scuto VIII.* ac specialiter *Scuto XVII.* Iudicare autem illos omnes esse locutos de Iosephi Essenis, aut Monachis (nè ludatur in verbo) sectarijs & hæreticis, *bone Deus, quis laude hujusmodi commentum* (nè plus dicam) *non potius exsibilatione dignum judicet?* Et *tales fuisse istos* Monachos, ab Elia hæreditariam successionem tenentes, *ut pudeat ab his Monachismum in Ecclesia propagatum & derivatum* cum omnibus istis Pontificibus &c. *asserere*: pudet audire vel legere; quæ optarem meliùs attendisset P. Bivarius. — Refellitur 2.

Contra tertiò: Mirum non est, quod Iosephus & Philo pro Palæstina Essenorum Provincia, in numerum illorum ad 4000. ascendentium, & agriculturam consentiant; quia, ut dictum est, Iosephus promiscuè de illis Essenis agit, de quibus Philo, tàm Theoricis, quàm practicis: neque magis Iosephus de solis Essenis Palæstinis egit, quam Philo; quià lib. 15. Antiquit. cap. 13. dicit: *Hi, qui dicuntur apud nos Esseni, genus est, quod conversatione utitur, quam apud Græcos Pytagoras tradidit*, & refert Diogenes Laertius, de Pytagora *lib.* 8. *de vita Philosophica* scribens: *primus (Timæo authore) amicorum omnia communia dixit, amicitiaque æqualitatem: ipsius quoque discipuli facultates omnes in unum deponebant, communesque faciebant*: quæ omnes moderni Religiosi ex Pontificum decretis & voto paupertatis observant: an ideò, per P. Bivarium, hi omnes, & simul Pontifices, qui ità observandum decernunt, Esseni sectarij ad mentem Iosephi? Neque, quicumque quatuor millia Essenorum cum Iosepho numerat, quatuor millia Essenorum sectariorum & hæreticorum numerat: alioqui, non solùm omnes Ordinum modernorum Religiosorum Generales, & qui in primitiva Ecclesia præcesserunt Prælati, *Scuto XIII. n.*140. relati, dum plures sibi subditos numerant, Essenos sectarios & hæreticos, numerarent, quod indubiè non profitetur P. Bivarius, licèt ex ejus commento sequatur. Neque, omnes moderni Monachi, præsertim Benedictini, Bernardini, Norbertini, & tot alij, qui agriculturam exercent, ut victum & amictum sibi parent, dici possunt Esseni sectarij & hæretici, quod deberent, si vera esset P. Bivarij illatio. Unde ut præmonui Esseni omnes, qui ante Christum fuerunt, confundendi non sunt. — Refellitur 3.

Contrà quartò: Priusquam P. Bivarius diceret, Essenos *Legis Mosaycæ præcepta de mactandis sæpius victimis neglexisse, esse hæresim, errorem que in fide & moribus*: allegare debuisset *Legis Mosaycæ præceptum de mactandis sæpius victimis* illos obligans; sic enim scribit P. Cornelius à Lapide, S. Scripturæ celeberrimus Commentator, in Levit. cap. 23. vers. 18. *Porrò hæ mactatorum* animalium *sacrificia & victimæ non erant privati cujuspiam, uti panes primitiarum: sed erant communes toti populo, & pro eo toto offerebantur ex ærario & sumptu communi.* Et in cap. 24. vers. 2. *Nota, quatuor erant functiones Sacerdotum in tabernaculo. Prima: & præstantissima, de qua* — Refellitur 4.

*de qua hactenus actum est, erat immolatio sacrificiorum. Secunda: incensio thymiamatis in altari ad id deputato intra sanctum, de qua functione dictum est Exodi 30. v 7. Tertia: propositio panum propositionis. Quarta: accensio lucernarum in candelabro. De duabus hisce postremis agitur hoc capite. Porrò filij Israël, sive totus populus debebat sumptus præbere, ad has quatuor functiones necessarios; quia nomine totius populi eas obibant Sacerdotes.* Ex quo patet, Essenos illos non magis victimas illas neglexisse, quàm totum populum: neque præceptum de illis victimis mactandis ipsos obligasse; sed totum populum illas offerre debuisse; sed alios nomine totius populi, à quo illi non excludebantur: undè dum isti alij pro toto populo mactabant victimas, ipsi valdè religiosè suasmet ipsorum mentes componebant ad sanctimoniam, juxta illud Philonis, *non mactando victimas, sed suasmet ipsorum mentes componebant ad sanctimoniam*, prout etiam hodiè Monachi & verè Religiosi non Sacerdotes, non celebrant Missæ sacrificium, sed per communionem spiritualem suasmet-ipsorum mentes componunt ad sanctimoniam. An in hoc *hæresis, errorque in fide & moribus?* An id est *ad insaniam devenisse?* Viderit P. Bivarius.

Refellitur 5.

Contrà quintò: Non minus ab expositione vera horum verborum formulæ Essenorum practicorum: *Nemo ex illis servit, omnes liberi ministrant sibi invicem, dominationem damnant, ut injustam* &c. aberrat P. Bivarius subdens: *expressius n. 9. crassum errorem apposuit, condemnantium velut injustam, impiam* &c. Non enim attendit, Essenos illos Theoricos ibi solam damnare inter se dominationem Pastorum, ut patet ex contextu, de quibus Ezechielis cap. 34. *Hæc dicit Dominus Deus, væ Pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos: nonnè greges à Pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, quod confractum est, non alligastis, & quod abjectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis; sed cum majestate imperabatis eis, & cum potentia.* Numquid justè hanc damnarunt dominationem Pastorum, velut injustam, impiam, & repugnantem juri naturæ? Numquid moderni omnes veri Religiosi hodiè similiter illam damnant? Numquid Dominus Deus sub *væ* & maledictione eam condemnavit? An obindè nos omnes, & ipse Dominus Deus rei sumus hæresis, crassique erroris in fide & moribus? Videat, obsecro, P. Bivarius, quid scribat: nam attendunt alij, & ista verba, *dominationem damnant* consequenter referunt ad priora, *nemo ex illis servit, omnes liberi ministrant sibi invicem*, quæ sunt Evangelij Matth. 20. & Marci cap. 10. *Scitis, quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & Principes eorum potestatem habent ipsorum: non ità autem est in vobis; sed quicumque voluerit fieri major, erit vester minister, & quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus. Nam & Filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.* Undè tales Pastores non damnant; quià ipsemet Iosephus *lib. 18. Antiquit. cap. 2.* de Essenis bonis & fidelibus loquens dicit, *Esseni autem ad Deum cuncta dirigunt* &c. *Sacerdotes autem optimos viros eligunt.* Undè Regula, quam nos ab ipsis, uti *Scuto XI.* probabimus, & ipsi ab Elia, per traditionem accepimus: cap. 17. ait: *Tu autem Frater Brocharde, & quicumque post te institutus fuerit Prior, illud semper habeatis in mente, & servetis in opere, quod Dominus ait in Evangelio, quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.* An propterea nos Carmelitæ, & Pontifices, qui Regulam nostram approbarunt, ipsi Evangelistæ & Christus ipse, damnandi hæreseos, crassique erroris in fide & moribus? Viderit, qui Essenos in eo ità condemnat.

Refellitur 6.

Contra sextò: *Essenos illos Theoricos, de quibus Philo, ità gregatim degisse, ut more pecudum, absque ullo essent capite, qui Thronos instrueret, proventus regeret, cujus nutum arbitratu, opes, quæ in communi posita erant, distribuerentur:* nimis pecorale est P. Bivarij Commentum, ut patet ex statim dictis: nam (præterquam quod scribat Iosephus loco citato: *Sacerdotes autem optimos viros eligunt.*) Philo *suprà* §. 12. sic scribit: *Ibi alius libro prælegit, alius quispiam unus è peritioribus*

*vitioribus accedens, quæ obscura sunt, explicate; nam pleraque more veterum Philosophorum in eis sunt tradita; desunt autem sanctitatem, justitiam, curam rei, vel domestica, vel publica, verorum bonorumque scientiam, atque rerum indifferentiam, insuper quid expetendum, quid contra fugiendum.* Præmisit autem §. 10. ibidem. *In sola morali se exercent sub pædonibus legibus patrijs, quas non potest concipere humanus animus absque afflatu numinis.* An id sit *ità gregatim deguisse, ut more pecudum absque ullo essent capite, qui tyrones instrueret* &c.? Consulat P. Bivarium qui voluerit: irrisit nos, ni fallor, non satis attendens ad illud Iob. 11. *Tibi soli tacebunt homines? & cum cæteros irriseris, à nullo confutaberis?*

# PROBATIONES.

64. PRobatur primò: Quià Filij Prophetarum fuerunt de Eunuchis & Nazareis, & Esseni de Filijs Prophetarum, quorum tàm hi, quàm illi, in antiqua Lege obedientiam, paupertatem & castitatem reipsâ servaverunt, ut patet ex dictis *Scuto V.* Atqui Eunuchos & Nazareos vovisse, efficacitèr probatum est *Scuto II.* Ergo &c. Consequentia maioris & minoris est legitima. Varij in lege vel emittebant castit. votum Vide n. 268.

65. Probatur prima pars *de Filijs Prophetarum*: quià ex dictis *Scuto II* Eunuchi sunt, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum; Nazarei autem, qui castitatem Deo insigni votô se mancipatunt: atqui Filij Prophetarum utrumque executi sunt; ergo &c. Maior patet ex *ibidem* dictis. Probatur minor: ex sancto Ephrem, & Saliano ad annum 3123. *S. Ephrem Syrus Eliam, & Eliseum, & Ioannem, & Apostolum Paulum, in eorum numero recenset, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum.* Ioanne quadragesimo quarto Patriarcha Ierosolymitano libro de Institutione Monachorum capite 41. *Ipsi,* scilicet Elias, & Filij Prophetarum. *Discipuli Eliæ, primi virorum seipsos per virginitatem perpetuam spontè dedicantes, castraverunt prorsus ab omnibus veneris voluptatibus mentes suas.* Ex Bellarmino libro 2. de Monachis capite 5. *Habemus deindè in eodem Testament veteri, Eliam, Eliseum, & Filios Prophetarum, sine uxoribus & divitijs in hoc Mundo vixisse.* Vide sanctos Macharium, Hieronymum, & Isidorum, & alios ibidem citatos, qui inter Filios Prophetarum annumerant Paulum, Antonium, Hilarionem, quos omnes se castrasse propter Regnum Cœlorum, consentiunt omnes: Ergo &c Etiam Proph. filij.

66. Probatur secunda pars *de Essenis*: quià de illis, imprimis Genebrardus libro Chronologiæ ad Annum Mundi 3272. (adstipulante Iacobo Zeglero in Descript. Palæstinæ, ubi idem habet) dicit: *Eliseus construxit cellas Prophetis in Hierechuntis solitudine: manavit institutum & loci religio ad posteros, fuitque desertum hoc usque ad Engaddi ab Essenis habitatum, hominibus continentiæ incredibilis.* Rupertus libro 4. in Regula Sancti Benedicti capite 12. *Monachi, Filij Prophetarum & post, alijs nominibus, Assidai, sive Esseni, dicebantur.* Adrianus Adrianius libro de origine Monastices capite 2. *Iudæorum meliores Eliæ atque Elisei Discipuli, Hesseni appellati sunt.* Salianus ad Annum Mundi 3893. numero 48. *Esseni, Religiosi erant illorum temporum, sicut & Filij Prophetarum* Carthagena libro 17. Homiliarum Homilia 2. ad object 8 *Necessariò fatendum Essenos etiam ab Elia & Eliseo, sive Filijs Prophetarum eorum successoribus, promanasse* &c. *ut alij volunt, ab Eliseo potiùs dictos, quasi Elisenos, veriùs apparet.* Nec inferas ergo ab Elia, & Eliseo Esseni gentiles, de quibus suprà. Quià id de illis, quà Essenis admitti potest; non verò, quà gentilibus, uti de Monachis hæreticis, esse quà Monachos à suo sancto Fundatore, non verò quà hæreticos, ut patet. Deindè Onuphrius Maneschal, *Tom. 1. Concionum* conc. B. Mariæ de Monte Carmelo: *Religio ab Elia inchoata, continuata est per Prophetarum Filios, aut per eos Religiosos, qui Esseni ab Eliseo appellati sunt.* Miræum habes suprà *numero* 32. Denique noster Lezana *Tom. 1. Annal. ad An.* 3545. Esseniquoque.

*An.* 3545. ante Christum 508. *n.* 40. ex Philone *lib.* de vita contemplativa *Dant operam Philosophiæ* (id est vitæ Propheticæ, Monasticæ &c.) *per manus accepta à Majoribus* Ex Nicephoro *libro* 2. *Historiæ Eccles. capite* 16. ubi dicit in locum istum Philonis: *illos vitam Propheticam in flagranti atque ferventi fide meditari atque æmulari.* Cedreno in Compend. Historiæ in Carolo Imperatore: *Vatum priscorum æmulantur, atque imitantur vitam.* Et infrà: *Sacras enim litteras legentes, Philosophiam paternam exercent.* Porphyrio *in lib.* 4. *de rerum animat. abstin.* apud Eusebium *Varijs lustrationibus, Prophetarumque dictis assiduè atque diligenter informantur.* Favent omnes Patres & Doctores, qui Monachos omnes, præsertim Ægypti & Palæstinæ, inter quos Esseni ab Elia, Eliseo, & Filijs Prophetarum originatos volunt, quorum plerosque habes *Scuto IV.* 6. & *Telo ult.* citatos. Undè Dominicus Gravina in *lib.* de voce Turturis p. 2. cap. 5. *Permanserunt hi Prophetarum Filij usque ad tempora Apostolorum, ex Eusebio: successerunt eis illi, qui suprà Elia institutiones alijs supererogaverunt, fortè ab Eliseo Propheta eorum Magistro & Authore acceptas; hi fuerunt Esseni* &c. Quomodò S. Hieronymus Epistola 13. ad Paulinum. *Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum* &c. *de his sunt & illi Filij Rechab.* Et Henriquez in Summa Tom. 2. lib. 12. cap. 5. *Ab Elia fertur Essæorum Religiosorum ortum habuisse in Monte Carmelo*: Atqui ista omnia testimonia verificari non possunt, nisi dicti Esseni annumerentur Filijs Prophetarum, & paupertatem, castitatem ac obedientiam, prout verè & propriè Monachi, voverint, uti *enervatione Telorum* in *Hostimento* patebit: Ergo &c.

Ex Solino & Nicehephoro.

67. Probatur secundò: ex antiquissimo Authore Caio Solino suprà *Scuto. II.* citato: *Interiora Iudææ Esseni tenent, qui præditi memorabili disciplina recesserunt à ritu gentium universarum* &c. *Nullus admittitur, nisi, quem fides castitatis, & innocentiæ meritum, prosequatur.* Iuxta illud Cedreni in *Compendio Historiæ sub Claudio Imperatore*, ubi de *Essenis* loquens ait, *Vatum priscorum æmulantur atque imitantur vitam.* Et Nicephori libro 2. Histor. cap. 16. *Vitam propheticam flagranti, atque ferventi fide imitari student.* Atqui per *fidem* ibi *votum* intelligi *Scuto II.* efficaciter probatum est: ergo &c.

Esseni erant veri monachi.

68 Probatur tertiò: quià illi erant veraciter Monachi, ut patet ex S. Hieronymo in Epistola ad Rusticum: *Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legimus.* Sancto Machario statim citando: *quos constat veracitèr veteris Testamenti Monachos* Ruperto in Expositione cap. 4. Cantic. *Quos fuisse Monachos in veteri Testamento, consentit authoritas Patrum venerabilium.* Atqui veri Monachi fuisse non possunt, nisi per tria illa vota, ut patet ex dictis *Scuto VI. Confirmatione.* 3. Ergo &c. Vide Hostimenta *Pharet. ult. Telum ultimum.*

Comprobant alij

69 Probatur quartò: ex Thoma Bradley *ad annum* 1444 citato suprà Scuto III. n. 29. *Elias discipulos etiam congregavit, quos prius in Eremo Carith docuit servare castitatem, paupertatem, obedientiam* &c. Et ante ipsum plusquam mille annis, Sancto Machario, Pauli Eremitæ Discipulo, *in Sermone* ad Monachos: *Fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum ac Filios Prophetarum, quos constat veracitèr veteris Testamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà: *Hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi hujus propositi sectatores, qui idcircò Laudibus extolluntur; quià à cœpto Ordine nullatenus leguntur deviasse.* P Alcazar Apocalyp. 11. num. 111. *Vitæ Evangelicæ exemplum eminet in Elia, quippè, non virginalis solum pudicitia; sed vita etiam religiosa fuit, & parens, atque author cœlestis illius vitæ.* Atqui: incredibile est primò: Eliam Sanctissimum Patriarcham, veraciter Monachorum Principem & Magistrum, illos docuisse, servare castitatem, paupertatem & obedientiam absque voto, quas cum voto practicavit ut *Scuto VI* efficacitèr probavimus. Secundò: Sanctum Macharium illos esse hortatum ad imitandum Eliam, Eliseum & Filios Prophetarum, in castitate, paupertate & obedientia absque votis, uti evidenter sequitur ex absurdis alioqui *Scuto VI.* deductis: & maximè; quià, nisi novisset ipsos ista tria servasse iuxta Consilia

filia Evangelica, suos potius hortari debuisset ad sequendum Consilia Evangelica, quæ ipse probè noverat, & semper sunt de votis intellecta. Tertiò: Paulum, Antonium & alios istius propositi sectatores, Eliam esse secutos in eo, quod non erat conforme Consilijs Evangelicis: Ergo &c. Vide dicta de cognitione Consiliorum Evangelicorum & eo, quòd fuerint Christiani ante Christi adventum, *Scuto I.*

70. Confirmatur ex sancto Bernardo *in Sermone ad Fratres de Monte Dei*, quorum aliquos vitæ Monasticæ, quam sub tribus votis essentialibus profitebantur, antiquitatem & sanctitatem novitatis insimulantes, & vanitatis, arguit dicens: *Hæc novitas non est novella vanitas; res enim est antiqua Religionis perfecta, fundata in Christo pietatis: antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonstrata, iamque, nova gratiæ Sole exorto, in Ioanne Baptista instaurata & innovata.* (& aliquibus interiectis.) *post Passionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effusi sanguinis recenti memoriâ, solitariam hanc vitam eligentibus, paupertatem hanc sectantibus, & in spiritualibus exercitijs, & in contemplatione Dei pingue otium altero in alterum zelantibus deserta repleta sunt, ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antonium, Arsenium, & alios quamplures, in sanctæ hujus conversationis Republica consulares viros.* Conformiter loquitur Robertus Episcopus Arboricensis Tomo 2. de tuendo Cœlibatu. *Voti obedientiæ antiquissimum institutum liquidò demonstratur: constat Filios Prophetarum olim appellatos; in quos ipsi Prophetæ jus paternum exercerent, eos eruditione instruendo & moribus; erat ergo Pater spiritualis is, quem hodiè Abbatem vocamus. Sicque ab eo tempore in hanc usque ætatem deducta est spiritualium filiorum selecta ac verè Monastica obedientia, cui præstanda obnoxij erant ij, qui Filij dicebantur Prophetarum: non est ergo recens inventum obedientia Monastica, aut res, aut nomen; nam de ea speciatim loquimur.* Concordat Petrus Cornelius inter alias Theses anno Domini 1613. in Capitulo Generali, Romæ impressas defendens: *quod Monasticæ disciplinæ forma, sub observantia trium essentialium votorum, non est novum inventum in Ecclesia; sed ab Elia primordialiter emanavit, & ad hæc usque tempora perseverat.* Vide supra *numero* 40. Eusebium, qui ista valdè confirmat, & infrà *numero* 204. *ad* 247. Quæ insigniter, contra Wicleffum Hæresiarcham, Ordines Religiosos cavillantem, *ut sectas novas, in multis frivolos, Christi legi contrarias.* Probat noster Waldensis *Tomo 3. de Sacramentalibus titulo* 9. *capite* 89. Undè Pater Franciscus de Paz Salmanticensis Assertione 10. inter Romæ disputatas, & relatas in Menologio Carmelit. paginâ 46. & 47. *Forma Monasticæ disciplinæ, sub observantia trium votorum essentialium, non est novum inventum in Ecclesia; sed ab Elia primordialiter emanavit, & ad hæc usque tempora perseverat imitatione, in omni Ecclesiæ Monachatu hæreditariâ successione.* Ex quibus & similibus Petrus Bertius doctissimus Geographus Epistola 2. *Atque hæ quidem Carmelitarum sunt origines, omnium aliorum Ordinum, si verum fateri volumus, originibus antiquiores; quid enim vetustius in Ecclesia, aut sanctius Elia, Eliseo, & Ioanne Baptista?* &c. Vide Panegyrim ante Scutum I. Et Hostimenti *Pharetra ult. Tel. ult.*

Confirm. ex S. Bernardo & alijs.

Eminentissimus quidem Cardinalis Baronius, contra Centuriatores Magdeburgenses *Tomo* 1. *ad Annum* 31. *n.* 15. dicit: *eò devenerunt stultitiâ, vel potius mera iniquitatis, ut malint corrumpere verbum Dei, & Ioannem vita otiosa & deliciosa infamare; quàm Monasticam ab eodem Ioanne dimanantem vitam, in Ecclesia altissimis defixam radicibus, Evangelicâ attestatione, ut surripi & evelli nequeat; adstipulari vel profiteri velle.* Sed benè potuisset Em. Card. Baronius, quod de Ioanne dixit, altius ab Elia & Filijs Prophetarum, Essenis &c. sumere, juxta illud Carthagenæ tom. 4. lib 17. Homil. 2. Object. 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis inter Filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Monasticam Eliæ disciplinam profitebantur.* Genebrardi *lib* 4. Cronologiæ: *Sed eorum origo altius repetitur, nempè à Prophetis Elia & Eliseo, qui Carmelum Montem Terræ Sanctæ primitus consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* Et ante ipsum Marianus Victorius ad hæc Epistolæ Hieronymi ad Rusticum verba. *Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legimus.* in margine:

Adstipulatur Baronius.

Chartagena.

Genebrardus.

Marianus.

margine: *vides, quàm aliè Monachorum repetat Institutum; & tamen hodiè non desunt Hæretici VVuleffi sequaces, qui tàm sanctum vivendi genus blasphement, & irrideant.* Verumtamen de his plura *Pharetra ultima*.

# SCUTUM VIII.

## *Sanctissimus Propheta Dei Elias suum Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. Ordinem religiosum fundavit in Monte Carmelo, in Galilæa sito.*

### NERVUS.

Ordo Carm. ab ELIA in monte Carmelo fundatus.

71. ORdinem dixi: quià sic illum vocat Miræus ex Iosepho *lib.18. Antiquit. cap.2.* citando *Scuto X. n.81.* Et Concilium Constantinop *n.137* ac etiam Abbas Ioachim in *lib. concord.* veteris & novi Testam. *Vita prophetica ab Elia in Eliseum, qui cum maximè floreret, instituit Ordinem Conventuum.* S. Odilo loco *n.35.* citato: *Cœpit sub* Majolo *Monasticus Ordo pullulare, & ut veriùs dicam, reviviscere, quem à Beato Elia, & Ioanne Baptista novimus processisse.* Machario Pauli Eremitæ discipulo in Serm. ad Monachos: *Fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate* &c. *Hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi hujus propositi sectatores, qui ideircò laudibus extolluntur, quia à cœpto Ordine* (nota) *nullatenùs leguntur deviasse.* Camartus Minimorum Generalis *lib.* de gestis Eliæ cap.6. sect.8. *Collegia enim, quæ instituit, viris in cælibatu degentibus referta erant, quo fit, ut Hieronymus, Ioannes Ierosolymitanus, Cassianus, & alij, quotquot de Monasticis rebus scripserunt, asseruerint Eliam omnium Monachorum Parentem fuisse* &c. Vide etiam ipsum & Waldensem suprà *n.34.* Ioannem XLIV. & Lyranum statim citandos. De Ordine autem loquimur ad istorum mentem, & præcisâ S. Sedis approbatione, qualis nunc requiritur, ac potestate Clavium, qualis modò ab ea conceditur.

Prob. 1. ab authoritate.

72. Probatur primò: ex Balbino in Epistola ad Antoninum Imperatorem An. 140. ubi exclamat, *O Antonine inter memorabilia in hac Regione, Mons est Carmelus, in quo, & vetus Religio, & sanctitas ab Elia antiqua est.* S. Basilio in *Epistola* ad Quilonem Anachoretam: *hic mons celeber Carmelus, in quo Elias demoratus perplacuit Deo.* S. Gregorio Nysseno, Basilij fratre, in *Baptism.* Christi. *Elias Carmelum incolebat; clarus autem mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus* S. Gregorio Nazianzeno *Epistola 236. Elias Carmelicola.* & in *oratione* de pauperum amore: *præclara est solitudo, & vita ab hominum commercio semota, idque nunc docet Elia Carmelus, & Ioannis desertum.* Et iterum infrà, *Vt ab omni negotio tranquillè philosopharer, mutuumque ipsius colloquium haberem, Elia Carmelum cogitabam, Ioannisque desertum, ac cælestem eorum, qui hoc philosophiæ genus profitentur, vitam.* S. Antonino tit.15. Historiæ cap. 1. *Elias Anachoreticam vitam duxisse videtur, habitans in Monte Carmelo* &c. Ioanne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano lib. de Instit. Monachorum cap.11. *Cum autem de spelunca montis Horeb (in qua aliquamdiu mansit) fuisset Elias, jussu Dei, reversus in terram Israël, recollectis ipse in unum suis Discipulis in Monte Carmeli, protinùs studuit, secundum formam à Deo et traditam, denuò inducere eos ad observandam vitam monasticam:* Et cap.19. *Reversus itaque jussu Dei, Elias de spelunca montis Horeb in terram Israël, confestim instar auræ tenuis sibilavit, id est, convocavit suos discipulos.*

*discipulos.* Et ibidem infrà: *Quià igitur ex tunc, & non anteà, studuit ipse deinceps Religionem, quam inchoaverat, in loco idoneo plantare. Anno quidem decimo Regni Regis Israël, ad suam & suorum discipulorum jugem mansionem, elegit, præ alijs Eremis, Carmeli Montem; tanquam commodiorem ad propheticam disciplinam, & vitam Monasticam in eo edocendam, meliùs & exercendam. Mons quidem Carmelus præbet Eremitæ homini ex sua solitudine silentium & quietem: ex suis antris congruam mansionem: ex suo eminenti situ aerem salubrem: ex suo saltu jucunditatem: ex suo fonte aquæ vivæ haustum dulcem: propter quæ omnia, Elias in Monte isto, nedum habitare elegit, verùm etiam domum orationi consecratam, appellatam* SEMNION, *in eo ædificavit.* S. Hieronymo in *caput* 6. *Isaiæ*, ubi situm & fertilitatem Carmeli Montis ità paucis exprimit: *Idioma Scripturarum est, quòd semper Carmelum Montem, opimum & nemorosum, qui Ptolemaidi imminet, & in quo oravit Elias, fertilitati & abundantiæ comparet.* Et *cap.*22. pergit noster Ioannes XLIV. aiens: *Priusquam Elias ab hoc mundo transferretur, fuit ei cura Monachos, discipulos suos, filios prophetarum, sigillatim visitare, & de patre idoneo eis providere; propter quod, descendentes ipse & Eliseus de Monte Carmelo, venerunt ambo in Galgala, deindè in Bethel, & deindè in Iericho; nam, sicut prædiximus, in his locis habitabant viri religiosi, Filij Prophetarum, Eliæ discipuli.* Sequitur Lyranus in *Glossa* ad 4. Regum cap.2. *In Bethel & Iericho Filiorum Prophetarum, virorum religiosorum, loca Elias, ante suam translationem, voluit visitare, propter suorum congregationem discipulorum.* Præmissis adstipulatur S. Cyrillus Alexandrinus in *Amos* cap. 1. *Carmelus mons est Iudææ, in quo Elias Thesbites habitavit.* Abulensis 4. Reg.2. q.5. ait: *Manebat Elias in Monte Carmelo; nam postquam accepit ibi ignem à Domino, pro sacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, semper voluit manere in monte illo religiosè vivens.* Willelmus Episcopus Tyri *de bello sacro* sic habet: *Carmelus mons in Syria, Eliæ, Elisei, & aliorum Prophetarum incolatu valdè nobilis.* Genebrardus *libro* 4. *Chronologiæ* ait: *Sed eorum* (scilicet Carmelitarum) *origo altiùs repetitur, nempè à Prophetis Elia & Eliseo, qui Carmelum Montem Terræ Sanctæ primitùs consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* Dominicus Gravina *libro* Vox *Turturis parte* 2. *cap.*5. ait de Carmelo: *Mons verè celeberrimus, in quo, fructuosus ille palmes Elias commoratus, solitariam ab hominum consortio semotam professus est vitam.*

73. Probatur secundò: Quia in Monte Carmelo contigit visio Eliæ à nobis relata *Scuto* I. *n.*13. de qua in officio *Commemorationis Solemnis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo*, à Summis Pontificibus approbato, *ad Matutinum* Lect.4. *Viri plurimi, qui vestigijs, sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei institerant, primi omnium in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nubeculam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem piissimæ Virgini Sacellum construxerunt.* Undè noster Lezana *Tom.*1. *Annal.* ad An. mundi 4006. Christi 34. n.45. *Diximus in præcedentibus, sub anno videlicet 3124. eò tempore Eliam, in Carith Torrente à facie Iezabelis absconditè manentem, cum quibusdam pijs & devotis viris, qui ad ipsum recurrerant, Ordinem suum inchoare cœpisse, non quidem perfectè instituendo (hoc enim pro commodiori tempore & loco reservabat, prout fecit post triennium sub anno scilicet 3127.) sed veluti delineando, & adumbrando, periti pictoris instar, qui priusquam vivis coloribus imagines perficiat, fuscis & subobscuris, & umbraticis, eas delineat. Quià ergo tempore hoc intermedio, quo de eo, quod in Carith inchoaverat, perficiendo proculdubio meditabatur, sub anno videlicet 3126. celebrem illam nubeculæ in Carmelo visionem habuit, prout ibi diximus, per eamque, juxta sæpiùs dicta, Incarnationis mysterium expressiùs cognovit, & Verbi Incarnati Matrem futuram purissimam, tùm corpore, propter virginitatem, spontaneè secutura erat, tùm spiritu, propter præservationem ab omni peccato, etiam ex utero Matris; nullus dubitabit, quin in tantæ Virginis, Matris Messiæ futuræ, amorem, reverentiam & devotionem piissimus Propheta, veluti æstuans, & succensus, quidquid in ipsius obsequium facere posset, opere perfecisset. Ordinis igitur Institutionem, quam tunc cogitabat, proculdubio in Virginis beatissimæ gloriam & honorem direxit.* Ferè similia scribit Tirinus in *caput* 17. *lib.*3. Reg. & ad *eundem locum* breviter Gaspar Sanchez his verbis: *Elias extra Montem Carmelum Religiosum habuit Cœtum, quem tamen posteà in Montem Carmeli situm adduxit, ubi disci-*

Prob. 2. à Visione ELIÆ.

P. Lezana.

PP. Tyrinus & Gasp. Sanchez.

*ubi discipulis, qui posteà Filij Prophetarum vocati sunt, Monastica vitæ normam indixit:* Ergo &c.

Confirm. Ex P. Suare & Cornelio à Lapide. 74. Confirmatur: ex P. Suarez *de Relig. Tom. 4. lib. 2. de variet. Relig. c. 10.* dicente: *Est autem valdè recepta, & satis antiqua traditio à Religionem hanc* (loquitur de nostra Carmelitana) *à temporibus Prophetarum, & signatim ab Elia Institutione, suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit; quam traditionem ut veram suscipimus.* Sanchio in 3. *Reg. cap.* 17. ubi sic ait: *Ab Elia, opinor, ortum habuerunt antiquum & nobilem, qui nostro ævo Carmelitæ dicuntur, viri religionis gloriâ, & vitæ sanctitate conspicui; quod, ut credam, facit non solum illius Ordinis, sed & omnium penè gentium constans & perpetua traditio; & quidem, sic ab hac mea cogitatione nihil staret præter traditionem, omni memoria superiorem, satis putaretur habere præsidij.* Et Cornelio à Lapide in 7. Canticorum. *Elias in Monte Carmelo Religiosam familiam virorum Deo servientium, qui in libris Regum Filij Prophetarum vocantur, instituit; undè ab hoc Monte Religiosi Carmelitæ, quasi Eliæ posteri nomen acceperunt.* Item ex varijs Pontificum, Historicorum & aliorum authoritatibus *Scuto XVI* citandis. Nec certè melius verificari posset illud Isaiæ capite 32. *Habitabit in solitudine judicium, & justitia in Carmelo sedebit* &c. quàm dicendo, Ordinem istum in Carmelo perseveranter fundatum; Ergo &c.

# SCUTUM IX.

75. *Filij Prophetarum, Esseni* &c. *veri nominis Monachi, uti satis probatum est* Scuto V. & VII. *floruerunt saltem usque ad tempora Christi.*

## NERVUS.

Esseni fuerunt veri nominis Monachi &c. 76. Probatur primò: tùm à fortiori ex dicendis *Scuto X.* tùm quia Iosephus, Philo, Plinius, primô Christi sæculô floruerunt, & locis *Scuto V. & VII.* citatis de Essenis loquuntur in sui temporis *præsenti*. Alij verò citati *n.* 58. 60. 66. docent de præterito.

Miræus 77. Probatur secundò: tùm ex Miræo suprà citato *Scuto IV. n.* 32. *Illi Prophetarum filij, Essenique, Palestinam incolentes* (quemadmodùm & Esseni posteà in Ægyptum traducti) *miris exemplis captam Institutionem usque ad Virginis partum produxerunt: neque enim Caldæorum, aut aliorum hostium feritas, quæ vindictam spoliaque sitiebat, in innoxios, & nihil mortale curantes desævijt, Deo sic agente ut tanti Vatis, scilicet Eliæ, eruditio, ad eum cujus typum prætulit, illæsa pertingeret.* Eminentissimo Card. Baronio suprà *n.* 60. Addit *Adrianus Adrianius* ibidem. *Qui quidem*

Adrianius *diversis in locis temporum decursu, usque ad Christi Domini tempora in prima sua Institutione, vitaque spiritualis amplexu, multis annorum centurijs constantissimè perstiterunt.* Quod confirmat Eusebius

Eusebius Cæsariensis (qui floruit an. post Christum 320.) lib. 2. Histor. Ecclesiastic. cap. 8. *Iam indè quamplurimi & alij ex gentibus apud Antiochiam ad fidem veniunt, eorum* scilicet Eliani Instituti cultorum *prædicatione pertracti* &c. *per quos & apud Antiochiam florentissima congregatur Ecclesia, in qua erant etiam Prophetici Ordinis viri quamplurimi.* Quod non obscurè verificatur per Apostolum Actorum 11. *In his autem diebus supervenerunt Ierosolymis Prophetæ Antiochiam*, quod ab initio fuisse intellectum de viris Prophetici Ordinis, Filijs Prophetarum, Essenis &c. qui tum florebant, Eusebij evincit relatio. Imò ipse Apostolus subdens, *& surgens unus ex eis, nomine Agabus, significabat per spiritum, famem magnam futuram in*

*universo*

*universo Orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio.* Hunc autem fuisse Prophetici Ordinis, sivè Filiorum Prophetarum, juxta illud Actorum 3 *Vos estis Filij Prophetarum,* ex hoc Apostoli testimonio manifestum, sequitur ex verbis Eusebij, & Luitprandi in *Fragmentis* Fragm. 256. *Mihi valdè probabile est, & legitur in Orientis Historijs, Elpidium & reliquos Episcopos, quos traxerat S. Iacobus in Hispanias, & ab ipso Iacobo baptizatos, fuisse de numero Carmelitarum, qui in Hispania, & per alias Regiones Monachatum introduxerant. Istos vocat Eusebius* lib. 2. cap. 3. *Prophetici Ordinis*: Sive, ut Genebrardus *lib.* 1. Chronologiæ *Professionis propheticæ viros*, aut ut Boulducus *lib.* 1. de Ecclesia ante Legem cap. 5 *Instituti prophetici.* Addit eximius P. Wastelius *lib.* 1. Vindic. sect 5. art. 8. *Puto, quod in universa Scriptura non reperies, ubi vocabulo Filiorum Prophetarum totus ipse intelligatur populus, vel non ipsa posteritas Sanctorum Eliæ & Elisei.* Ubi etiam ex S. Chrysostomo, Theophilacto & alijs, verba Lucæ Actor. 2. *Erant autem in Ierusalem habitantes viri Religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est.* Explicat de Religiosis prophetici Ordinis. Favet Iacobus Zeglerus in *descriptione Palæstinæ Montis Engaddi,* ubi ad hanc quæstionem: *cur tàm facilè sit à Iudæis exauditus Ioannes prædicans.* respondet, *præcesserat genus vitæ probatæ publicè, accesserat testis sanctitatis collegium Essenorum, fama vitæ ejus vulgata erat, per eos, qui hæc loca adibant. Ab his rebus impetrata authoritas ipsi tanidò ante fuerat quarè tota Iudæa ab eo pependit, statim atque munus prædicationis obivit; ideoque Ierosolymam cucurrit.* Adstipulatur Em. Baronius *Tom.* 1. *Annal.* ad An. Christi 64 *Vndè ergo tantoperè, post Evangelij prædicationem, testante Philone, longè latèque per Orbem auctus est Essenorum numerus, nisi quod ijdem erant Christiani, prædicatione Apostolis à ubique gentium propagati.* Ergo &c.

Luitprandus. Genebrardus. Boulducus Wastelius Zeglerus. Em. Baronius.

78. Confirmatur: ex dictis *Scuto I. n.* 12. *Scuto V. n.* 32. & *Scuto VII. n* 57. Ioannem Baptistam fuisse Ordinis Prophetici, sive Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. Ex *Scuto VII.* ipsum fuisse *Religionis à tempore Prophetarum præmonstratæ, novæ gratiæ exortô sole, instauratorem & renovatorem* ex S. Bernardo *ibid.* patet, idque supponunt S Macharius, Pauli Eremitæ discipulus, in *Serm. ad Monachos* & noster Thomas à IESU *de varijs Regul. Carm. p.* 1. *cap.* 1. aiens: *Testatur idem Macharius in Serm. ad Monachos; ubi geminum agnoscit fontem, à quo omnes, quotquot Religiones sunt, emanavere. Primum, in veteri Lege Eliam Thesbitem. Secundum, in hac nostra gratiæ Ioannem Baptistam, illum alterum Eliam.* Theodoretus in Phylotheo *Magnum quoque Eliam, qui hanc vitam persequebatur, jussit Deus versari in medio impiorum; & secundum Eliam, Ioannem tantoperè celebratum, qui amplectebatur solitudinem, transmisit ad ripas Iordanis, baptizare jubens & prædicare.* Et S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de officijs cap 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, hujus propositi Princeps Elias & discipulus ejus fuerunt &c. hujus etiam propositi in Evangelio Ioannes Baptista extitit.* Antonius Fernandez tom. *in Visiones vet. Testam.* in *Præfat.* Vis. 9. n. 8. *Eliam verò secutus Ioannes Baptista &c. Spiritus ergo Eliæ continuatâ serie in deserta per homines Religiosæ vitæ deniquè in Ioannem transmissus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum parentem.* Item: Ioannem Baptistam fuisse dictæ Religionis restauratorem & renovatorem, etiam patet ex Hieronymo in *Epistola* ad Eustochium: *Ioannes Baptista fuit Princeps vitæ Monasticæ.* Quô sensû Chrysostomus Homil. 1. in Marcum. *Sacerdotum Principes sunt Apostoli, sit Monachorum Princeps Ioannes Baptista.* Et in Homil. de eodem Ioanne: *Considerate Monachi dignitatem vestram; Ioannes Princeps est vestri dogmatis: ipse Monachus.* Petrus Damianus Serm. 1. de S. Ioanne. *Ioannis vita est Monachorum propositum, Anachoretarum principium, totius Religionis assertio.* Similia reperies apud Basilium in *Epistola ad Quilonem,* & fratrem ejus Gregorium Nyssenum in *Oratione de Basilio* ac Nazianzenum in *Pœmate de sua vita,* & alijs Unde Em. Card. Baronius *Tom.* 1. *Annalium ad An. Christi* 31. dicit: *Ioannem Baptistam Monachorum & Eremitarum Principem fuisse scribunt ferè omnes Patres.* Quos esse intelligendos de Principe, quà restauratore, renovatore &c. per se & præmissis manifestum est. Undè Chrysostomus *homil.* 91. illum vocat: *Legis & gratiæ fibulam.* Atqui Ioannes Baptista quamplurimos habuit discipulos,

Ioannes Baptista fuit verus ex Essenis Monachus. Fuit secundus ELIAS. Eliæ Instituti continuator in lege gratiæ

 qui haud

qui haud minus, quàm ipse, floruerunt usque ad tempora Christi, & ultra, juxta illud S. Isidori loco citato. *Iam deindè progeniti sunt conversationis hujus nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius cæterique Patres.* Et S. Odilonis in *vita* S. Majoli: *Deindè capit Ordo Monasticus pullulare, & ut veriùs dicam reviviscere, quem à Beatis Elia & Ioanne Baptista novimus processisse, & ità per Apostolicam conversationem, & vitam, & incrementa virtutum, & exercitia Sanctorum spiritualium Patrum, ad nos usque gaudemus pervenisse.*

# SCUTUM X.

79 *Filij Prophetarum, Esseni &c. veri nominis Monachi, uti satis probatum est suprà Scuto V. & VII. sacrosanctum* IESU *Christi Evangelium audierunt, acceptarunt, baptizati sunt, & in disseminanda fide Evangelica coadiutores Apostolorum fuerunt.*

## NERVUS.

Ex chronico Romano & alijs

80. PRobatur primò: ex antiquissimis Chronicis Romanis apud Lezanam *Tom. 1. Annal. ad An. Christi* 34. *n.* 50. & *Tom* 2. *Apparatus cap* 5. *n* 5. Philippum Ribotum (qui floruit anno 1490.) in *Speculo Ord. Carm.* Et Ioannem Grossi, Ordinis Generalem, *Viridarij* Clavi 1. *Fuit tempore prædicationis* IESU *Christi, quod Fratres de Monte Carmeli in Ierusalem accesserunt. Et quidam illorum, anno septimo à Passione Domini, regnante Romano imperio, usque ad tempus Titi & Vespasiani Imperatorum, apud Ierusalem in Porta aurea religiosè consederunt. Et tempore B. Petri Antiochiæ Cathedrali, ipsi in circumquaque Regione adiacente, diversis locis, Catholicè pro fide insistebant.*

Ex Iosepho Romano.

81. Probatur secundò: ex Iosepho Antiocheno, primò sæculò Christi Synchrono, in *Speculo* perfectæ militiæ primitivæ Ecclesiæ cap. 12. & 72. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmeli descendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæstinam, fidem Christi constantissimè sparserunt. Quique Virginis Mariæ honore in Carmeli montis declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt* (quæ repetuntur in Sorethanis Constitutionibus approbatis à Clemente VII. sub An. 1524. 2 April.) Unde Aubertus Miræus *libro de origine & incremento Ordinis Carmelitani capite* 7. hæc habet: *Ioseph Antiochenus vetustissimus Author scripsit librum prænotatum Speculum perfectæ militiæ Ecclesiæ primitivæ, in quo multoties de hoc Ordine tractat, atque inter alia docet Carmelitas coadjutores fuisse Apostolorum in disseminanda fide Christi.*

Ed Miræo.

Ex Ioanne XLIV.

82. Probatur tertiò: ex Ioanne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano (floruit circa Annum 400) *libro* de Institutione Monachorum: „*Hic Ioannes venit in testimonium, ut* „*testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Præivit enim ante faciem Domini parare vias ejus. Anno* siquidem *quinto decimo imperij Tiberij Cæsaris, factum fuit verbum Domini* „*super Ioannem,* habitantem *in deserto,* juxta fluenta Iordanis, ubi prædicti Religiosi Filij Prophetarum manebant. *Et venit in omnem Regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Tunc, sicuti testantur Evangelistæ, *exibat ad eum Hie-* „*rosolyma,*

„*rosolyma. & omnis Iudea. & omnis regio circa Iordanem. & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.* Propterea religiosi Filij Prophetarum montis Carmeli, & alij in „tabernaculis propè fluenta Iordanis, & in cæteris Eremis terræ promissionis habi„tantes, fuerunt tunc à sancto Ioanne, duce eorum, sicut & cæteri de populo, bap„tizati. Præparabantur autem ipsi per hoc ad unigenitum Dei Filium dignè cognos„cendum, qui tunc inter homines ignotus conversabatur: sicut ipse Baptista palàm „revelavit tunc Iudæis, dicens: *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis: ipse est, qui post me „venturus est, & ante me factus est; cujus non sum dignus, ut solvam corrigiam calceamenti ejus.* Cum „ergo prædicti Religiosi voce præconis intellexissent, Unigenitum Dei Filium „esse præsentem in mundo, quem ex totis eorum præcordijs cupiebant videre, & „à cæteris hominibus discernere, proposuerunt Baptistæ inseparabiliter assistere, „scientes in ejus Baptismo Dei filium esse manifestandum: sicut ipse Baptista, testa„batur, dicens, *Vt manifestetur in Israël, prætereà veni ego in aqua baptizans.* Quemadmo„dùm autem IESUM absentem Ioannis eis evangelizaverat, ità postmodum ipsum „præsentem eis manifestavit. Et cap. 38. *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & „communione fractionis panis, quotidiè quoque perdurantes in orationibus unanimiter in templo cum ex„ultatione, & simplicitate cordis collaudantes Deum.* Quibus omne spatium diei in studio„rum exercitijs, & eruditione sacri Evangelij, ducebatur. Habebant quoque tra„ctatus sacrorum voluminum, Leges patrum in allegoricam intelligentiam dedu„centes. Quoniam omnis Lex vetus eis videbatur animali esse similis; eò quòd ex„trinsecè velut corpus habeat ipsam litteram, & ea, quæ secundum literam desig„nantur; intrinsecùs verò in littera, tanquam anima, lateat cujusdam profundi Di„vinique mysterij sensus invisibilis & spiritalis. Quem illi, ab Apostolis edocti, su„blimiùs & nobilius, velut per speculum, inspicientes, & ex ipsis litteræ nominibus „admirandas quasdam species intelligentiæ concipientes, Divinâ & profundiore „sapientiâ sacrorum voluminum, tanquam copiosis dapibus, imbuebantur. Deni„que eorum multi ea, quæ ab Apostolis hauserant, cæteris effundentes, fidem „Christi per Phœnicem & Palæstinam prædicarunt, dilatantes dogma fidei, & mo„ribus vitæ, ac monasticâ conversatione, Ecclesiam Dei insignissimam demon„strantes.„ Ità ille.

83. Probatur quartò ex Thoma Tamay de Vargas, Regis Catholici Historico, suæ *Bibliotheca n.* 101. ex fragmentis Luitprandi, qui claruit circa annum Christi 960. *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita Monachus fuit, & in prima Petri concione conversus ad fidem, putà novi Testamenti, cum socijs multis venit in Hispaniam, & Toleti fundavit Monasterium Virginum, & Monachorum, ubi posteà fuit Agaliense, quod fuerat B. Virginis cura, Monialium harum Matri.* Ibidem etiam n. 171. sic legitur: *Magna pars eorum, qui dispersi in persecutione Sancti Stephani, ad varias partes trajecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant, erat ex Monachis montis Carmeli prædicantibus. Christi & Apostolorum ad fidem conversis, in quibus Elpidius, & socij Pontifices à S. Iacobo creati, & post Martyres effecti.* Ex Luitprando.

84. Probatur quintò: ex Sigisberto Gemblacensi (claruit anno 1110.) in historia Ierosolymitana: *Cum Carmelitæ in sancta pœnitentia perseverassent à tempore sanctorum Eliæ & Elisei Prophetarum, tandem Christum prædicantem audierunt. Qui Religiosi fidem Catholicam confitentes, in Christo baptizati sunt. Deindè perseverantes in doctrina Apostolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, veritatis Evangelicæ Nuntij fideles, & Religionis Christianæ legitimi Confessores legitimè effecti sunt.* Vide infrà P. Protocarrerum Societatis IESU *n.* 219. Ex Gemblacensi

85. Probatur sextò: ex Armacano Primate Hiberniæ, in *Concione de Conceptione B. Virginis* coram Em. Card. Cœtu, habito anno 1341. *Vt dicunt historiæ fide dignæ; à tempore Eliæ & Elisei, qui sæpiùs morabantur in Monte Carmeli, juxta Civitatem Dominæ nostræ ad tria milliaria,* Ex Armacano

*liaria, solebant homines devoti secretius habitare, usque ad tempora Salvatoris: & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apostolis, inter cæteros sunt conversi: & in latere ipsius Montis primò Ecclesiam, seu Oratorium, in honorem Beatæ Mariæ Virginis construxerunt. Et ob hoc nimirùm Dominæ nostræ primitùs sunt asscripti, ut dicerentur Fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo.* Hæc ille: referente R. P. Daniele à Virgine Mariæ *Vinea Carmeli n.* 93 Quæ etiam reperies apud Thomam Waldensem *de Sacrament. Tom.* 3. *tit.* 9. *cap.* 83. & hinc apud Lezanam *Tom* 2. *Apparatus cap.* 6. *num.* 7. Confirmat Author Histor. Romanæ: *A tempore Eliæ & Elisei Prophetarum, Religiosi de numero eorum, qui morabantur in Monte Carmelo, juxta civitatem Dominæ nostræ Nazareth, secretiùs solebant inhabitare usque ad tempora Salvatoris, qui tandem prædicantibus Apostolis in fide confirmati, in uno latere ipsius Montis primi Ecclesiam in honorem Virginis Mariæ construxerunt.*

Ex Authore Hist. Romanæ

Ex Ioanne Bonifacio.

86. Probatur septimò ex Ioanne Bonifacio (apud Carthagenam *Tom.* 4. *Homiliarum Homil.* 4.) sic scribente *lib.* 2. Virginis cap. 1. *Mirabiles quidam solitudinis amatores, Eliæ & Elisei, vestigia prosecuti, rerum Divinarum attentissimi, meditationi se totos dederunt; ad quorum tamen aures cum Apostolorum prima de Christo mundi per crucem servatore Evangelica voces pervenissent, continuò veteri Legi nuncium remittentes, sese ad novam transtulerunt: neque solum se Apostolorum benevolos & dociles auditores, sed etiam adjutores præbuerunt; & cum ex Monte Carmelo descendissent* &c. *Christi fidem per Galileam, Samariam, & Palæstinam universam, constantissimè prædicarunt.*

Ex Chartagena.

87. Probatur octavò: ex Carthagena, celeberrimo Authore, lib. 17. Homiliarum Homil. 1. *Ecce illustrissimam hanc nomenclaturam Beatæ Virginis de Monte Carmelo nacti sunt Religiosi Carmelitani; quià verò illi primi fuerunt, qui Virgini Mariæ in primo Ecclesiæ sæculo Oratorium construxerunt; primi, qui ejus obsequio & amore inter cæteros Religiosos addicti sunt; primi, qui tantæ Virginis conversationem & familiare colloquium meruêre.*

Ex Tritemio.

88. Probatur nonò: ex Trithemio (floruit sub ann. 1490.) de laudibus Carmelitar. cap. 1. *A tempore siquidem Eliæ & Elisei Prophetarum Dei, usque ad Christi nativitatem, plures montem Carmeli amore solitudinis incoluerunt, sicut ex veterum historijs apertè demonstratur: nam post Passionem Domini, prædicantibus fidem Apostolis, inter multos, qui tunc convertebantur, etiam Carmeli montis eremitæ conversi sunt, qui deindè, crescente numerò fidelium, in Carmeli montis latere in honorem Dei Genitricis & Virginis Mariæ capellam exstruxerunt: undè & vocabulum loci & Religionis recipere meruerunt: nec mireris, si Monachos etiam ante Christi nativitatem in Israël fuisse dixerim, qui montem Carmeli & deserta solitudinis inhabitarunt* &c.

Ex Ioan. Cimmineto.

89. Probatur decimò: ex Ioanne de Cimmineto in Tractatulo quem vocavit Speculum Ordinis cap. 3. *Perseverantes in doctrina Apostolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, veritatis Evangelicæ nuntij fideles ac fidei Christianæ legitimi defensores effecti.*

Ex Waldensi.

90. Probatur undecimò ex Thoma Waldensi in *Doctrinali fidei Tom.* 1. *lib.* 4. *art.* 2. *cap.* 27. ubi illatis testimonijs Iosephi Antiocheni, & Ioannis XLIV. meritò subdit. *Nec dedignentur Clerici moderni, Monachos Religiosos in Ecclesia Dei coadjutores habere, quos sancti Dei Apostoli dedignari nolebant; cùm tamen præsentes Clerici non sint suis Patribus peritiores, nec sanctiores Apostolis.*

Ex Baptista Mantuano.

91. Probatur duodecimò ex Baptista Mantuano Parthenices lib. 3. (floruit an. 1464) sic de Carmelitis.

*Namque ipsi sese, mox ut vulgata salutis*
*Fama fuit, Christi magnis junxere Magistris*
*Fautores operis sancti, sociasque laborum.*

Ex B. Soretio.

92. Probatur decimo-tertiò ex B. Soretio, antiquo Ord. Carm. Reform. in expositione Reg. *Isti etiam vitæ Apostolicæ formam prætendentes, sunt, de quibus dicitur, Actuum secundò, erant, in Ierusalem viri Religiosi habitantes, qui se Apostolorum consortio junxerunt, post Spiritus Sancti repletionem, prout asserit Iosephus Antiochenus.*

93. Proba-

93. Probatur decimo-quartò: ex Palineodoro lib. 1. ex antiquis Ordinis statutis cap. 2. *Tempore prædicationis Apostolorum sunt Carmelitæ conversi ad Evangelicam perfectionem, atque humiles fidem in primordijs nascentis Ecclesiæ constantissimè defenderunt, & prædicaverunt.* Ex Palineodoro.

94. Probatur decimo quintò: ex *Chronica Ord. Prædicatorum*, in fine *Const.* eorumdem *Fuerunt ab initio nascentis Ecclesiæ in Terra Sancta, maximè in Carmelo, Eremitæ multi, sicut patet ex Chronicis, & multorum Sanctorum vitis. Horum conversationem videns felicis recordationis D. Albertus Patriarcha Ierosolymitanus, multùm eos spiritualiter in Domino nutriebat, & in scriptis modum vitæ eorum redigens, separatim in cellis per totum montem Carmeli anteà habitantes &c.* Ità Lezana *Tom.* 2. *Apparatus cap.* 5. *n.* 12. Ex Chronica Ord. Prædic.

95. Confirmatur primò: ex dictis *Scuto IX. Prob.* 2 Undè Arnoldus Bostius (floruit anno 1490.) sui Breviloquij Tripartiti p. 2. cap. 1. *Nec prætermittendum est, quod Carmelitæ Apostolorum coadiutores in fide Christi prædicanda extiterunt. Undè Eusebius Cæsariensis Episcopus.* lib. 2. Ecclef. Hist. cap. 3. *dicit.* Erant in ipsa, scilicet Antiochia, prophetici Ordinis viri quamplurimi, cum quibus Paulus & Barnabas omni in gratia Dei pariter degentes. *Ibi primum discipuli, velut è perenni fonte sumptô vocabulô, vocati sunt Christiani. Et Iosephus Antiochenus* lib. de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ cap. 12. *dicit*: Perfectorum militum Christi Apostolorum coadiutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij, contemplationique dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei imitatores, qui de Monte Carmelo descendentes, per Galilæam, & Samariam, & Palæstinam, fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honorem in Montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt. Ex Bostio post Cæsariensem.

96. Confirmatur secundò: ex authoritate Ecclesiæ, seu S. Congregat. Rituum sæpiùs approbantis Officium solemnis Commemorationis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo ad diem 16. Iulij, in quo ad Matutinum Lectione 4. & 5. hæc de Carmelitis habentur: *Rerum veritate perspectâ, atque probatâ, Evangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu, Beatissimam Virginem (cujus colloquijs, ac familiaritate feliciter frui potuère) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium in Montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nubeculam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini Sacellum construxerint. Ad novum ergo Sacellum sæpè quotidiè convenientes, ritibus pijs, precationibus, ac laudibus Beatissimam Virginem, velut singularem Ordinis tutelam colebant.* Qui plures Authoritates desideraverit, videat Lezanam Annalium Tom. 2. Apparatus cap. 5. sed ad tot & tantas tacebit prudens, nisi plures & fortiores ei occurrerint. Confirm. ab authoritate Ecclesiæ &c.

# SCUTUM XI.

## 97. *Regula primitiva à S. Alberto Carmelitæ tradita, illa fuit, quam Sanctissimus Dei Propheta Elias Filijs Prophetarum, Essenis &c. servandam* verbo & exemplo *docuit.*

### NERVUS.

98. PRobatur primò: collationibus observantiarum, quas de illis referunt Philo Iudæus, Iosephus, Eusebius, & alij primitivæ Ecclesiæ Historici, cum observantijs in dicta Regula præscriptis, præterquàm de Priore uno Generali ex Carmelitis eligendo, ob rationes, quæ Concilium Lateranense moverunt ad Reli- Regula S. Alberti est illa, quam ELIAS docuit.

 gionum

gionum institutionem, & Regulæ earum approbationem, sibi reservandam: quæ locum habent post Religionum tunc factas divisiones & multiplicationes, per sanctos Antonium, Basilium, Augustinum & alios; non verò tempore Eliæ, à quo prima tùm instituebatur, ad Idololatriæ ac antiquorum errorum extirpationem, & necessariò per totum Orbem ad Dei cultum promovendum multiplicari aut magis extendi debebat. Itaque.

Prob. 1. ex *Prologo.*

99 Dicit primò Albertus Patriarcha in Regulæ Carmelitarum *Prologo* apud S. Cyrillum *lib.* de processu, & varijs Regulis Ord. Carm. *Dilectis nobis in Christo Filijs Brocardo & cæteris Eremitis, qui sub ejus obedientia, juxta fontem in Monte Carmeli morantur.* Quià, ut patet ex *Scuto VIII.* ibi S. Elias Ordinem Carmelitarum, sive Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. fundavit, & inde nomen *Carmelitarum* acceperunt, ut patebit ex *Scuto XIV.* dicendis.

Ex eodem

100 Item: *Quià autem requiritis à nobis, ut juxta propositum vestrum tradamus vitæ formulam, quam tenere imposterum debeatis.* Propositum autem illud, aliud non erat, quàm vita & institutio Eliæ per allegorias, pro qua de Essenis Philo Judæus in *lib. quod omnis* &c. *Pleraque per figuras, more veterum Philosophorum, sunt eis tradita.* Undè sexcentis annis ante, Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus in lib. *de Instit. Monachorum* &c. qui ipsis totidem annis pro prima Regula scripta inservierat, varijs etiam utitur allegorijs, & Elia ab ante traditas exponit, cujus compendium Albertus fecit. Item idem Philo in altero *libro* de vita contemplativa: *Dant operam Philosophiæ*, idest *vitæ Monasticæ*, ut suprà diximus, *per manus accepta à majoribus.* Undè fuit necessaria Regula scripta, & ideò dictus Ioannes istum librum scripsit, ne falsæ traditiones pro veris, aut dubiæ pro certis, obtruderentur; præsertim attentâ Ordinis divisione, per Paulum, Antonium, Basilium, Augustinum & alios. Iterum Philo ibidem: *Habent etiam Priscorum commentarios; quià hujus sectæ authores multa reliquerunt de allegorijs hujusmodi, ad quorum imitationem posteri se accomodant.* Ideòque diximus, præfatum Ioannem in *dicto libro* etiam allegorijs uti, & ante traditas ab Elia exponere, ut patet ex S. Cyrillo *lib. cit.* cap. 1. *Fuit autem tempore Arcadij & Honorij Imperatorum, in monte Carmeli Pater dictorum Religiosorum, quidam vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros consortes suos, ejusdem Montis Monachos, exemplò suò & magisteriò, sollicitè inducebat ad perfectionem inquirendam, secundum propheticam disciplinam vitæ Monasticæ, per Eliam Prophetam institutæ: quam Ioannes eis exponebat ex diversis dictis, tàm veteris, quàm novæ Legis, & ex nonnullis Tractatibus editis à professoribus prædecessoribus suis.* Et Lezana Annalium Tom. 3 ad an. 412. n. 5. *Etsi liber historicus primò aspectu videatur* &c. *sub historiæ tamen cortice exhortatoria Regula est, omnia, quæ vitæ Monasticæ ac Religiosæ necessaria vel utilia esse possunt mirabiliter complectens. Vt puta, de contemptu rerum terrenarum, propriæ voluntatis abnegatione, solitudine, castitate, charitatis perfectione, perseverantia, oratione, & alijs similibus, ex varijs mysticis arcanis & allegoricis interpretationibus, desumptis.*

Necessitas Regulæ ab Alberto scriptæ.

Ioannes XLIV. Expositor Regulæ ELIÆ.

Quid *propositum* in prologo Regulæ S. Alberti.

101. Dixi *propositum autem illud, aliud non erat, quàm vita & instructio Eliæ* &c. juxta illud Damiani *serm. 1.* de S. Ioanne. *Ejus vita est Monachorum propositum, Anachoretarum principium, totius Religionis assertio* B. Ioannis Soretij, Ord. Reformatoris zelozissimi, in *Præfatione* ad Regulam S. Alberti; *Elias itàque cæpit facere & docere Regulam hujus S. Religionis:* &c. Theophilus autem Raynaudus è Societat. IESU *Tom. 8. pag.* 378. contra Sectarios probat ex eruditissimo P. Henschenio in *Præludio* ad vitam S. Antonij à §. 8. ad 12. *Sanctum Antonium proposuisse Legem vitæ sanctam & perfectam, non Legem duntaxat, quæ in actu signato lex dicitur; sed Legem vivam & animatam, ut Philo loquitur lib. 1. de Abrahamo, appellans sanctos, Leges rationabiles & animatas ostendentes opere, & in actu exercito regulantes aliorum vitam melius & commodius, quàm id præstent Leges scriptæ, quarum commentarios ait esse vitas Patrum.* Undè ad rem nostram prædictus Ioannes lib. citato cap. 11. *Omnes quippè hujus Religionis viri sectatores,*

Regula esse potest non scripta.

*sectatores, tàm in monte Carmeli, quàm alibi habitantes, profitentur se humiliter sequi illam sanctam vitam, & propheticam justitiam vitæ Monasticæ, quam Propheta Dei Elias servavit, & instituit, ac quam esse sequendam ipse, secundum formam à Deo sibi creditam, & verbô pariter & exemplô discipulis suis tradidit, & in Eremo montis Carmeli residendo docuit maximè, ac demonstravit.* Abbas Trithemius ex Ordine S. Benedicti in peculiari *libro de laude & Institutione Ordinis Carmelitarum cap. 3.* idipsum sic tradit: *Quamvis Elias Carmelitis Regulam scriptam non dederit, eis tamen, exemplô conversationis, vivendi norma fuit, quibus post se, & locum, & habitum, concessit.* Et cap. 4. sequenti: *Sancti etenim Patres, qui in monte Carmelo, juxta fontem Eliæ, ante Christi nativitatem, habitabant, regulam conscriptam habuisse non leguntur: sed ipsi norma & Regula sibi fuerunt, qui exemplô Eliæ concorditer vivebant. Deindè, post Passionem Domini, multiplicatâ per Iudæam fide Christianâ, hi, qui in monte Carmelo vitam, imitatione Eliæ, ducebant Eremiticam, secundum Evangelium Christi vivere cœperunt.* Et aliquantò post. *Hæc est vita Apostolica, quam Fratres Carmelitæ in primitiva Ecclesia studiosissimè observabant. Regulam super his Evangelium in cordibus suis habentes conscriptam.*

102. Dixit suprà Tritemius cap. 4. *Post Passionem Domini* &c. *secundum Evangelium Christi vivere cœperunt*, quod est sic intelligendum, *secundum Evangelium Christi*, secundum quod esse in Lege nova vivendum ab Elia per figuras, de quibus *n.* 100. sibi traditum acceperant, *vivere cœperunt.* Undè & ipsam S. Alberti Regulam ab Elia sibi in *figuris traditam* acceperant, & petierunt, in quo *ipsorum propositum*, sibi in Lege nova Regulam dari secundum illam traditionem, juxta illud B. Sorhetij in expositione Regulæ Carm. *Isti etiam vitæ Apostolicæ formam prætendentes sunt, de quibus dicitur* Actuum 2. *Erant in Ierusalem viri religiosi habitantes, qui se Apostolorum consortio junxerunt post Spiritus Sancti repletionem, prout asserit Iosephus Antiochenus.* Vide *Scutum* X. Ibidem autem in Præfatione. *Elias itaque cœpit facere & docere Regulam hujus S. Religionis*, id est formam istam, quam prætendebant, Vide dicta *Scuto I.* ubi probatum est efficaciter sanctissimum Dei Prophetam habuisse Consiliorum Evangelicorum notitiam. Exponitur dictum Tritemij.

103. Capite primô dictæ Regulæ: *Illud imprimis statuimus, ut unum ex vobis habeatis Priorem, qui ex unanimi omnium assensu, vel majoris & sanioris partis, ad hoc officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promissam studeat operis veritate servare.* Hoc est additum & novum: non quidem quoad *Priorem Generalem*; nam tales fuerant Elias & Eliseus; sed quoad *votum obedientiæ illi faciendum*, ut patet ex S. Cyrillo *locô citatô* cap 4. *nunquam ad obediendum alicui*, supple Priori Generali, *se votô speciali priùs obligaverant*; sed Deo ad exemplum Eliæ, juxta illud Iosephi de Esseno professando *lib.* 2. de bello Judaico cap. 7. *Cumque dignus apparuerit, tùm demùm in consortium admittitur; priùs verò* &c. *magnis exsecrationibus adjurat se primùm quidem colere Deum, deinceps quoque servare justitiam* &c. *& conservaturum ire dogmatis sui libros* id est *instructionis suæ Annotata.* Clariùs Cedrenus in *Compend* Historiæ in Claudio Imperatore: *Iurant huic Divinæ Religioni unicè usque ad sanguinem se piè ac reverenter operam navaturos.* Clarissimè Georgius Peccator, Monachus Græcus, in *Chronico manuscripto ab Orbe condito usque ad Michaëlem Imperatorem* (habetur in Bibliotheca Vaticana sub n. 153. & 154.) *Quem*, scilicet professandum, *terribilis jurisjurandi vinculô constringunt; primò, ut Deum colat* &c. ut ante: illud autem *jusjurandum*, utpotè promissorium, importabat votum Deo factum de obediendo uni Præsidi: nam Iosephus ibidem ait: *Nihil sine præcepto faciunt Curatoris* &c. Hieronymus in *Epistola ad Eustoch. de cust. Virg.* sic scribit: *Divisi sunt per decurias, atque centurias; ita ut novem hominibus decimus præsit, & rursum decem præpositos sub se centesimus habeat.* Neque additamentum *voti obedientiæ uni Generali faciendæ* fuit contra *propositum* illorum aut etiam traditiones sive instructiones ab Elia acceptas, cum censeri debeat tradidisse instructiones de assumendis, in casu relaxationis (quæ erat tempore S. Alberti, quo Carmelitæ nimis liberè excurrebant ad alienas Provincias, Prob. 2. ex cap. 1. Regulæ.


ut nota-

ut notaverat Aymericus Patriarcha) vinculis fortioribus ad observantiam vitæ Monasticæ necessarijs, quod de illuminatissimo Religionis Institutore præsumendum omninò est.

Prob. 3. ex cap. 2. Regulæ. 104. Capite secundò dictæ Regulæ: *Prætereà juxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum, vel sanioris partis, cellula cuique fuerint assignata: nec liceat alicui Fratrum, nisi de licentia Prioris, qui pro tempore fuerit deputatum sibi mutare locum, vel cum alio permutare.* Philo autem *lib. de vita contemplativa* de Essenis ait: *Singuli habent sacras adiculas* &c. Hieronymus verò in *Epistola ad Rusticum* affirmat *casulas sibi adificasse* Item in Epistola ad Paulinum *in tabernaculis habitasse.* Undè Petrus Matth. 17. fortè attendens ad normam Eliæ, propter ejus præsentiam: *Domine bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum.* Philippus Ribotus in *Speculo Ordinis lib. 3. cap. 3.* ait: *Mansiones, in quibus prædicti Monachi Carmelitæ in solitudinibus Terræ Sanctæ sigillatim residentes fuerunt, varijs sunt nuncupatæ nominibus: quoniam dictæ sunt antra, speluncæ, cavernæ, tabernacula, casulæ & cellæ* &c. Quoad cætera patet: quià, ut dictum est statim, *Esseni nihil sine præcepto faciebant Curatoris. Perpetuam* autem *Dei præsentiam habere* est *die ac nocte in Lege Domini meditantes* esse.

Ex eodem cap. 105. Item in eodem Capite secundo: *Maneant singuli in cellulis suis, vel juxta eas, die ac nocte in Lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, nisi alijs justis occasionibus occupentur.* Philo autem in *lib. de vita contemplativa.* Et Iosephus *lib. 2. de bello Iudaico cap 2.* de Essenis dicunt: *Singuli habent sacras adiculas, quas Semnea vocant, ibi solitarij sanctæ vitæ mysterijs dant operam, Prophetarum oracula divinitus prodita scrutantes, hymnosque personantes, & perpetuam Dei præsentiam habentes: quotidiè bis precari solent, manè ac sub vesperam; medium verò temporis interstitium meditationi attribuunt.* Item Hieronymus in Epist. ad Rusticum de ijsdem dicit: *adificabant sibi casulas propè fluenta Iordanis, & turbis Vrbium derelictis* &c.

Prob. 4. ex cap. 3. Regulæ. 106. Capite tertiò dictæ Regulæ: determinantur orationes quædam, tùm à Laicis, tùm à Clericis, singulis diebus dicendæ, conformiter ad Essenorum preces, de quibus in *caput* 2. Quibus satis probatur opus manuale similiter Essenis fuisse commendatum.

Prob. 5 ex cap. 4. Regulæ. 197 Capite quartò dictæ Regulæ: *Nullus Fratrum dicat sibi aliquid esse proprium; sed sint vobis omnia communia, & ex his, quæ vobis Dominus dederit, distribuatur unicuique per manus Prioris, id est per hominem ab eo ad idem officium deputatum, prout cuique opus fuerit, inspectis ætatibus & necessitatibus singulorum. Ità tamen ut, sicut præmissum est, in deputatis cellis singuli maneant, & ex his, quæ sibi distributa fuerint singulariter vivant.* Philo autem Judæus sic in *Apologia* de Essenis scribit. *Eorum nemo ferre potest, ut omninò quidquam, quod ei proprium sit, habeat, neque domicilium, neque servum, neque agrum, neque pecora, neque alia ulla, quæ ab opibus præparari aut suppeditari solent; sed in medium ponentes omnia, communi utilitate fruuntur.* Iosephus verò lib. 2. de Bello Judaico lib. 2. cap. 7. *Divitiarum contemptores sunt, rerumque apud eos communicatio admirabilis habetur.* Et hæc *de non proprio.* Addit Iosephus ibidem: *Designatos autem rerum communium Procuratores habent.* Item *Nihil faciunt sine præcepto Curatoris* Et hæc de dispositione *per manum Prioris, vel ab eo deputatum.* Addit Philo in *libro quod omnis probus* &c. *Tum si valetudinarij nequeunt victum quærere, non negliguntur, paratum habentes à publico infirmitati subsidium, quam securè sustentant ex communi copia.* Et hæc *de inspectis ætatibus & necessitatibus singulorum.* Quoad *mansionem verò in cellis* &c. patet ex præmissis ad secundam partem *capitis 2. n. 104.*

Prob. 6. ex cap. 5. Regulæ. 108. Capite quinto dictæ Regulæ: *Oratorium, prout commodè fieri poterit, construatur in medio cellularum: ubi manè per singulos dies ad audiendum Missarum solemnia convenire debeatis, ubi hoc commodè fieri poterit.* De isto autem Oratorio sic refert Wolffangus Weisembergius in *veridica descriptione* Terræ Sanctæ, *Est spelunca Eliæ, Kades vocata, in Carmeli Promontorio, longa circiter viginti passus, lata & alta decem, maximaque devotionis, tùm apud Christianos, tùm Iudæos & Mahometanos.*

*Mahometanos.* Et infrà. *Intus ad levam ingredientium est alia caverna sex passus longa & lata, ibi traditur fuisse multoties B. Virginem, & fuit cella S. P. Elia; nam in majori congregabantur Filij Prophetarum tanquam in oratorio.* Item: *In summitate Promontorij sunt ruina Conventus in tempore, quo S. Ludovicus attulit in Europam nostros Patres, vocatur ab incolis turcis* S. Elias. *Adhuc extant aula & cella integra ex lapide quadrato. Retro ad orientem est ædicula prima in toto orbe ædificata in honorem B. Virginis Mariæ, distans circiter ducentos passus à dicto Conventu.*

109. De hac autem ædicula, in istorum confirmationem, scribit Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus sub an. 412. *lib.* de Instit. Monachorum cap. 40. & 47: *Et in memoriam visionis de ortu hujus Virginis præostensa sancto Propheta Eliæ, sub specie nubeculæ, ascendentis de mari in Carmelum, Monachi prædicti, anno Incarnationis Filij Dei octogesimo tertio, diruentes eorum Seunion antiquum, ædificaverunt ad honorem hujus primæ Virginis Deo dicatæ Capellam quandam in Monte Carmeli, juxta fontem Eliæ in situ illo, in quo Elias orans viderat nubeculam illam, quasi vestigium hominis de mari ascendere in Carmelum, ubi professores prædicti seipsos huic Virgini commendantes singulis diebus in septem horis Canonicis, ad effundendum dictæ Virgini, & ejus Filio sedulas preces, ex nunc semper convenerunt, ibique de verbo Divino, culpisque vitandis, & animarum salute procurandæ, humili colloquio ad invicem contulerunt. Et propterea cæteri, etiam ab eorum Religione externi, eos deinceps Fratres B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli semper appellaverunt.* Item Ioannes Bacco, perillustris Doctor, in *Compend. Historia* (quod habetur in *Speculo Ordinis fol. 56.*) *cap. 3.* dum agit de causis, propter quas Summi Pontifices titulum Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo nostræ Religioni concedunt, inquit: *Post Incarnationem quoque Oratorium in Carmelo sub titulo Beatæ Mariæ erexerunt, propter hoc ab ea rectè sunt intitulati.* Sequitur Ioannes de Malinis, vetustus etiam auctor, in *Speculo Historiali c. 5.* his verbis: *Post Ascensionem verò Domini* IESU *Christi, quià ipsi Eremitæ in Monte Carmeli ad honorem B. Mariæ Virginis capellam specialiter construxerant, ubi devotè eidem Virgini gloriosæ Mariæ serviebant, idcircò ejus titulum retinere elegerunt, & ex tunc Fratres B. Mariæ Virginis appellari voluerunt.* Dixerat autem in principio ejusdem capitis 5. *Post Ascensionem Domini, cum in Iudæa & Samaria, à Christi fidelibus ædificaretur Ecclesia, Religiosi Eremitæ de Monte Carmeli specialem devotionem Genitrici Dei habentes, in eodem Monte Carmeli, juxta fontem Eliæ, Capellam quandam in honorem B. Mariæ Virginis primò devotissimè construxerunt; ubi singulis diebus, horis statutis, ad effundendum Deo preces, & ejus Matri, conveniebant.* Et Ioannes de Cimineto in Tractatulo, *Speculum Ordinis* nuncupato, *cap. 4.* sic: *Fratres verò tempore, quo Ecclesia per totam Iudæam & Samariam ædificabatur, post ascensionem Domini; in eodem Monte juxta quendam fontem, ubi habitavit Elias, Oratorium in honore B. Mariæ Virginis primi construxerunt.* Accinit & *Informatio* quædam, Religionis nomine, iam olim Summo Pontifici oblata per Generalem Olerium, in qua *art.* I. sic habetur. *Qui tandem per prædicationem Apostolorum fidem Christi suscipientes, Oratorium in honore Beatæ Virginis Mariæ, Dei Genitricis in declivio ipsius Montis construxerunt, & ipsam in specialem Patronam elegerunt, ut patet ex rubrica prima antiquarum Constitutionum Ordinis prædicti.* Præterea Ioannes de Vineta in *Tractatulo*, qui incipit: *Cum quidam Fratres*, sic ad intentum: *Quorum successores, post Incarnationem Domini nostri* IESU *Christi, Oratorium in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ Matris Dei construxerunt, & ipsius titulum elegerunt, & ob hoc Fratres Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli deinceps per Apostolica privilegia sunt vocati.* Et infrà. *cap. 3.* sic: *Anno Incarnationis Christi* 83. *Fratres Carmelitæ, diruentes eorum Seunion antiquum, ædificaverunt primi Virgini Deo dicatæ, scilicet B. Mariæ Genitrici Dei, Cappellam quandam in Monte Carmeli, juxta fontem Eliæ, in situ illo, in quo Elias orans viderat nubeculam, quasi vestigium hominis de mari ascendentem in Carmelum, ubi professores prædicti seipsos huic Virgini commendantes, singulis diebus in septem horis Canonicis, ad effundendum dictæ Virgini, & ejus Filio sedulas preces, & supplicationes, atque laudes, etiam tunc semper convenerunt. Et propterea cæteri, ab eorum Religione externi, eos deinceps Fratres B. Mariæ de Monte Carmeli semper appellaverunt.* Ioannes verò Grossus Generalis in suo *Viridario Clavi* I. hæc habet.

Capella 1. ad honorem B. M. V. in Monte Carmelo dicata.

*Ipsi primi ad honorem ipsius gloriosæ Virginis Mariæ Capellam fabricaverunt, ejus eligentes titulum.* Item Baptista Mantuanus *lib.* 3. Parthenices sic.

*Proptereà montana viri spelæa colentes,*
*Audito illius fato, sublime sacellum*
*Apricis posuere iugis, atque quotannis*
*Sacra instaurantes, hymnos, & thura ferebant.*

Et lib. 2. *de patientia cap* 27. sic: *At postquam Christi Mater Maria functa est vita, ipsi Sacellum in eodem Monte primi construxerunt.* Item in *Apolog. pro Carmel.* his verbis: *Sepulturæ interfuerunt, æternum valedixerunt. Demum cum summa animi amaritudine reversi mox sacelli fundamenta iecerunt, Mariæ titulum imponentes, ut illuc quotidiè tanquam in Mariæ domum convenirent.* Prætereà Martinus Italus, apud Paleonydorum lib. 2. cap. 8 *Prætereà quoque Prophetarum Filij sacram ædem nomini Virginis postquam in Cœlo fuit assumpta, primi dedicasse perhibentur.* Et ipse Paleonydorus ibidem: *Septima ratio est: primaria Ecclesiæ à Fratribus Eliæ in Monte Carmeli in Virginis honore constructio. In eo videlicet loco, ubi didicerant eam cum sodalibus suis sæpè moram traxisse.* Hæc ex priscis & vetustioribus Ordinis Chronologis excepimus; recentiores, aut minus veteres, prætermittentes, quod ipsi vetustiorum vestigijs insistentes eadem fermè verbis mutuatis scripserunt.

S. Congreg. Rituum approbatio ex Lezana.

110. Sed ea, quæ Ecclesia Sacra seu ipsa Rituum Congregatio, non semel, sed iterum, videlicet sub Paulo V. & Urbano VIII. in Lectionibus *solemnis Commemorationis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo* legenda præcepit, hîc apponere libuit, ut ea, quæ Historici, tùm nostri tùm exteri dixerunt, majoris auctoritatis veluti fulcro communita, persistant: *Cum sacra Pentecostes die Apostoli cælitus afflati varijs linguis loquerentur, & invocatô augustissimô IESU nomine mira multa patrarent, viri plurimi, qui vestigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Elisei insliterant, & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi Adventum comparati fuerant, rerum veritate perspectâ, atque probatâ, Evangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu Beatissimam Virginem (cujus colloquijs, ac familiaritate feliciter frui potuere) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nebulam Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissimæ Virgini Sacellum construxerint. Ad novum ergo Sacellum sæpè quotidiè convenientes, ritibus pijs, precationibus, ac laudibus Beatissimam Virginem, velut singularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, sed & Indulgentias peculiares ijs, qui eô titulô, vel Ordinem, vel Fratres singulos, nuncuparent, concessere.* Ità verbotenùs noster Lezana. *Annal. Tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 8. & 9. præmiserat autem pro eadem veritate *n.* 7. Authoritates *Armachani Hiberniæ Primatis, Trithemij Abbatis, Ascensij Badij, Sebastiani Mutonis, Clictovei, Navarri, Didaci Yepes Tirasoniensis Episcopi. Alfonsi Cassarubij, Pauli Morigiæ, Baptistæ Confectij, Caroli de Tapia, Hieronymi Piati, Emanuelis Rodriguez, Ioannis Charthagenæ, Auberti Miræi, Thomæ Ferrarij Iesuati, alterius Rodriguez & Petri Calvi Dominicani*: quas ibi commodius videre poteris.

P. Lezana prosequitur.

111. Subdit autem Lezana ibidem n. 10. *Circa hæc porrò, tùm Ecclesiæ, tùm veterum, & recentiorum, tàm nostri, quàm exteri Instituti Doctorum testimonia, quibus constanter, & unanimiter asseritur, priscos illos Carmelitici Montis Colonos, infantis Ecclesiæ ævo florentes, Virgini Matri Oratorium, Capellam, seu Ecclesiam dedicasse, de quibusdam præmonendus Lector nostræ Historiæ scopo proprijs & internis. Illud quidem primò: hanc veritatem veluti per jugem traditionem à nostratibus semper conservatam, & de senioribus ad juniores inoffenso pede derivatam fuisse. Vt enim omittamus omnes Ordinis Historicos, quorum aliquot retulimus, eam ultrò acceptasse, & confirmasse, exarata invenitur in antiquissimis Religionis nostræ Statutis, quæ circa annum Christi 1200. à B. Brocardo inter Generales Latinos secundo edita fuere, prout rectè Petrus VVastelius in Vindicijs libri Ioannis Ierosolymitani de Instit. Monach.*

*Monach. ar.14. & de quibus Alexander IV. in Diplomate ab eodem VVasselio relato, prout etiam colligitur ex testimonio Generalis. Bernardi Olerij, quod suprà n.8. attulimus.*

112. Quoad id verò, quod dicto Capite V. Regulæ dicitur, *ubi manè per singulos dies ad audiendum Missarum solemnia convenire debeatis.* Procul dubio non fuit in norma ab Elia præscripta, cum tunc nondum Missarum solemnia essent in usu; sed, loco Sacrificij antiquæ Legis, quæ tempore Alberti Patriarchæ expiraverat, juxta morem novæ Legis, tempore præfati Alberti sunt addita; ex traditione tamen S. Eliæ de futuro in nova Lege missæ sacrificio, prout spiritu prophetico noverat, uti probatum est *Scuto I.* & eò, quod indubiè suos instruxerat de perfectiori illo in nova Lege suo tempore assumendo, cum esset Divinæ voluntati plenè conformis, & per omnia quæreret illi placere. *Quis poterit similiter sic gloriari tibi*, O Elia Eccli.48. Satisfit addito in Regula Alberti.

113. Capite sextò dictæ Regulæ: *Dominicis quoque diebus, vel alijs, ubi opus fuerit de custodia Ordinis, & animarum salute tractetis, ubi etiam excessus & culpæ Fratrum, si quæ in aliquo deprehensa fuerint charitate mediâ corrigantur.* Philo autem libro *de vita contemplativa*, & alio libro, *Quod omnis probus*, de Essenis scribit, *vocantur Therapeutæ, hoc est Curatores, sive Cultores, quia animos colunt, & virtutibus expurgant.* Et infrà *per sex dies seorsim quisque in suis illis modò dictis Monasterijs*, id est Monachorum cellulis, *philosophantur, non progredientes foras* (quò confirmatur ante dictum: *maneant singuli in cellulis suis, vel juxta eas die ac nocte in Lege Domini meditantes*) *imò ne prospicientes quidem: septima verò conveniunt in cœtum communem, & juxta ætatis ordinem consident, decenti habitu manus continent sub pallio* &c. *natu maximus disserit, reliqui omnes auscultant, per summum silentium annuentes oculis tantùm, aut capite.* Prob. 7. ex cap. 6. Regulæ.

114. Capite septimò dictæ Regulæ: *Iejunium singulis diebus, exceptis Dominicis, observetis, à Festo Exaltationis Sanctæ Crucis usque ad diem Dominicæ Resurrectionis; nisi infirmitas, seu debilitas corporis, aut alia justa causa, jejunium solvi suadeat; quià necessitas non habet Legem. Ab esu carnium semper abstineatis, nisi pro infirmitatis, aut nimia debilitatis, remedio sint sumenda.* Philo autem in Apologia: *Ejusdem vivendi rationis & mensæ consortes quotidiè sunt, ijsdem rebus libenter utentes, parsimoniæ amantes.* Item in lib. de vita contemplativa: *Temperantia, tanquam fundamento in anima iacto, virtutes cæteras superstruunt, nec cibum, nec potum quisquam sumit ante solis occasum.* Et infrà: *edunt igitur, nè esuriant, bibunt ne sitiant, saturitatem cavendo, ut inimicam animo pariter & corpori.* Similia habet Iosephus *lib.2.* de bello Iudaico cap.7. *Pistor quidem panes ordine, tum autem vasculum ex uno pulmento singulis cocus apponit. Deindè cibum antevenit, neque gustare quemquam fas est, nisi priùs Deo celebretur oratio, post finem verò vota repetunt.* Item *perpetua sobrietas* &c. & hæc *de jejunio singulis diebus.* Sed in istis multæ sunt abstinentiæ supererogationis, de quibus Albertus in *Epilogo* Regulæ. Quoad exceptionem verò, *exceptis Dominicis* &c Philo de vita contemplativa de Essenis sic scribit, *remittunt paululum illam laconicam vitæ duritiem.* Prob. 8. ex cap. 7. Regulæ.

115. Capite octavò dictæ Regulæ: *Quià verè tentatio est vita hominis super terram*, & omnes, qui piè volunt vivere in Christo persecutionem patiuntur. Adversarius quoque vester diabolus tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret; omni sollicitudine studeatis indui armaturâ Dei, ut possitis stare adversus insidias inimici. Accingendi *sunt* lumbi vestri *cingulo castitatis*: *muniendum est pectus cogitationibus sanctis scriptum est enim.* Cogitatio sancta servabit te. Induenda est lorica justitiæ, ut Dominum Deum vestrum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligatis, & proximum vestrum tanquam vosmetipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere; sine fide enim impossibile est placere Deo: & hæc est victoria fides nostra. Galea quoque salutis *capiti imponenda est, ut de solo Salvatore speretis salutem*, qui salvum facit populum suum à peccatis eorum. Gladius *autem* spiritus, quod est verbum Dei, *abundanter habitet in ore & cordibus vestris; &* Prob. 9. ex cap. 8. Regulæ.

quæcumque

*quæcumque vobis agenda sunt, in verbo Domini fiant.* De obſervantia hujus Capitis ab Eſſenis, patet ex dictis ad *cap.* 2. & hoc Philonis in *libro* de vita contemplativa: *perpetuam habent Dei memoriam, ut ne in somnis quidem aliud eis obverſetur; quàm imagines Divinarum pulchritudinum &c. cantica, hymnoſque in Dei laudem componunt* &c. De caſtitate Eſſenorum ſuprà *Sextu V. & VII.* ſatis ex Ioſepho, Philone & alijs.

Prob. 10. ex cap. 9. Regulæ. 116. Capite nonò dictæ Regulæ: *faciendum eſt vobis aliquid operis, ut ſemper vos diabolus inveniat occupatos; ne ex otioſitate veſtra aliquem intrandi aditum ad animas veſtras valeat invenire. Habetis in hoc B. Pauli Apoſtoli Magiſterium pariter & exemplum, in cujus ore Chriſtus loquebatur, qui poſitus eſt, & datus à Deo Prædicator, & Doctor gentium in fide & veritate: quem ſi ſecuti fueritis, non poteritis aberrare.* In labore, *inquit*, & fatigatione fuimus inter vos nocte, ac die operantes, ne quem veſtrum gravaremus: Non quaſi nos non haberemus poteſtatem; *ſed* ut noſmetipſos formam daremus vobis, ad imitandum nos. Nam, cum eſſemus apud vos, hæc denunciabamus *vobis*; quoniam ſi quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim inter vos, quoſdam ambulantes inquietè, nihil operantes, His autem, qui hujuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus in Domino IESU Chriſto, ut cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Hæc via ſancta, & bona, ambulate in ea. *Philo Iudæus* in Apologia, de Eſſenis ſic ſcribit: *quàm operibus mercedem accipiunt, uni conſtituto quæſtori dant.* Et in *lib.* Quod omnis probus &c. *Quidquid enim lucrantur è quotidiano opere mercedibus, non ſibi quiſque ſervat &c.*

Prob. 11. ex cap. 10. Regulæ. 117. Capite decimò dictæ Regulæ: *Commendat autem Apoſtolus ſilentium, cum in eo præcipit operandum. Et quemadmodùm Propheta atteſtatur*: Cultus juſtitiæ ſilentium eſt. *Et rurſus:* in ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. *Ideoque ſtatuimus, ut ab hora veſpertina, uſque ad horam tertiam ſequentis diei, ſilentium teneatis, niſi fortè neceſſitas, vel cauſa rationabilis, aut licentia Prioris ſilentium interrumpant. Alio verò tempore, licèt ſilentij non habeatur obſervatio tanta, diligentiùs tamen à multiloquiis caveatur: quoniam, ſicut ſcriptum eſt, & non minùs experientia docet*: in multiloquio non deerit peccatum: & Qui inconſideratus eſt ad loquendum ſentiet mala. *Item*: Qui multis utitur verbis, lædit animam ſuam: & *Dominus in Evangelio*: de omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij. Faciat ergo unuſquiſque ſtateram verbis ſuis, & frœnos rectos ori ſuo; ne fortè labatur, & cadat in lingua ſua, & inſanabilis ſit caſus ejus ad mortem: cuſtodiens, *cum Propheta*, vias ſuas, ut non delinquat in lingua ſua; & ſilentium, *in quo eſt*, cultus juſtitiæ, *diligenter & cautè ſtudeat obſervare*. Ioſephus autem *lib. 2. de bello Iud cap* 7. de Eſſenis ſic ſcribit: *Ante Solis ortum nihil profani loquuntur*: Item: *Neque verò clamor unquam tectum illud, neque tumultus inquietat, cum etiam loquendi ordine alijs alij cedant, eoſumque ſilentium extra tectum conſtitutis arcanum quoddam venerabile.* Philo autem *lib de vita contemplativa*, addit, convivij tempore obſervari *ſilentium majus, quàm anteà, ità ut ne mutire quidem cuiquam liceat, aut reſpirare vehementius.*

Prob. 12. ex Epilogo Regulæ. 118. Epilogus dictæ Regulæ: *Tu autem, Frater Brocarde, & quicumque poſt te inſtitutus fuerit Prior, illud ſemper habeatis in mente, & ſervetis in opere, quod Dominus ait in Evangelio.* Quicumque voluerit inter vos major fieri, erit veſter miniſter; & quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus. *Vos quoque, cæteri Fratres, Priorem veſtrum humiliter honorate, Chriſtum potius cogitantes, quàm ipſum, qui poſuit illum ſuper capita veſtra. Et Eccleſiarum Præpoſitis ait*: Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit; *ut non veniatis in judicium de contemptu, ſed de veſtra obedientia mereamini vitæ æternæ mercedem. Hæc breviter ſcripſimus vobis, converſationis veſtræ formulam ſtatuentes, ſecundum quam vivere debeatis. Si quis autem ſupererogaverit, ipſe Dominus cum redierit, reddet ei. Vtatur tamen diſcretione, quæ virtutum eſt moderatrix.* Hic ſola exhortatio continetur ad Superiorem, & Fratres, quæ indubiè inter Eſſenos tantæ perfectionis, quantam in ipſis fuiſſe oſtendimus, omninò fuit. Quoad opera verò ſupererogationis, id additum propter Eſſenos, qui, ut diximus, in varijs

in varijs normæ sibi ab Elia & Eliseo suis Principibus & Fundatoribus traditæ supererogabant, quæ consultò tradi non poterant ad generalem Monachorum vitæ Monasticæ normam.

119. Atqui, attentâ præmissâ collatione primitivæ Regulæ S. Alberti cum Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. observantijs allatis, non solùm manifestum est, primitivam S. Alberti Regulam non fuisse novam, imò nec solùm, uti probatur in *Speculo Ordinis*, fuisse omninò conformem *libro* Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani *de Institutione Monachorum*, quem Carmelitæ, ante Albertum plusquam sexcentis annis, tanquam Regulam primò scriptam servaverant; sed & ipsi religiosè vivendi normæ, quam Filij Prophetarum, Esseni &c. nongentis circiter annis ante Christum, ab Elia suo Fundatore Sanctissimo per traditionem acceperant. Subsumptum, quod Regula S. Alberti sit illa, quam ELIAS docuit.

120. Præmissam collationem putavi hîc exactè faciendam: tùm ut evidenter appareat, quàm procul aberrent, qui, ob acceptam ab Alberto Regulam legaliter, secundovè scriptam, aut à dicto Ioanne XLIV. primò persuasivè scriptam, audent scribere Sacrum Carmelitarum Ordinem ab Alberto, vel priùs à Ioanne XLIV. originem accepisse; tùm ut hæreditaria Carmelitarum ab Elia successio evidens fiat, & de immemorabili hujus traditione, de qua *Scuto XVII. & XVIII.* evidentiùs constat esse valdè fundatam. Collationem autem ejusmodi Regulæ cum libro Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani *de Institutione Monachorum* &c. Anno 412. habes apud eximium Patrem Petrum Wastelium *lib. 1. Vindiciarum* pro eodem Ioanne. Et priùs à Philippo Riboti Speculi Ordinis libro 8. capite 4. Christi anno 1370. Sed altiùs oportuit, eam facere, & sumere, ne cum Regula sit anima & forma Ordinis, putetur noster Ordo sub præfato Ioanne primam originem accepisse, quod malâ fide credunt nonnulli. Ratio factæ collationis.

# SCUTUM XII.

## 121. *Propter mitigationem primitivæ Ordinis Carmelitarum Regulæ immeritò Carmelitæ Regulam primitivam non observare censentur.*

### EUGENIUS IV.

122. Mitigatio autem ab Eugenio facta per Bullam, quæ incipit: Romani Pontificis providentia, est hæc: *Nos verò, qui plantare Religionem sacram, & plantatam modis omnibus fovere impensis desiderijs affectamus, super hoc, quantum nobis est possibile, providere salubriter cupientes, & rigorem hujusmodi quâdam temperie mitigantes, ac Regulam ipsam moderantes, Apostolicâ authoritate, tenore præsentium, statuimus, ordinamus, & concedimus, quod dicti Ordinis professores, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, tribus dumtaxat diebus singularum Septimanarum, etiam quibus præfertur, jejunare juxta eandem Regulam sint adstricti, præterquam in Adventu, & in Quadragesima, & alijs prohibitis diebus carnibus vesci, ac horis congruis in eorum Ecclesijs, & illorum Claustris, ac per eorum ambitum manere, & deambulare licitè, & liberè valeant, decernentes eos, & eorum singulos circa præmissa, ad arctiorem observantiam, quæ suprà præmittitur, occasione professionis in dicto Ordine emissæ, vel in posterum emittendæ, minimè teneri; & nihilominùs Fratribus eisdem, qui Regulam ipsam &, ut præmittitur, moderatam observaverint, quod eis proficiat in remissionem peccatorum:* Mitigatio Regulæ ab Eugenio.

*Insuper, quod omnibus & singulis privilegijs, Indulgentijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, prærogativis eidem Ordini per anteà concessis, uti & gaudere possint, eâdem authoritate concedimus per præsentes: Constitutionibus, & statutis Apostolicis, consuetudinibus etiam prædictis, & alijs Ordinis & Regulæ prædictis capitulis, juramento, confirmatione Apostolicâ, vel aliâ quâvis firmitate vallatis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque.*

## NERVUS.

Mitigatio implicitè continetur in Regula, & cur facta

123. PRobatur primò: quià tota mitigatio implicitè continetur in ipsa Regula, & solùm expressè facta est, ad removendum scrupulos timoratorum Superiorum, ob primitivæ Regulæ (ex S. Cyrillo *capite 6. lib. de processu. & varijs Regulis Ord. Carm.*) exceptiones in eas contentas. Capite 2. de mansione in cellis die ac nocte vel juxta eas &c. *nisi alijs justis occupationibus occupentur*. Et capite 10. de jejunio *nisi infirmitas seu debilitas corporis jejunium solvi suadeat*. Item ibidem de esu carnium, *nisi pro infirmitatis aut nimiæ debilitatis remedio sumantur*. Cum enim Carmelitæ essent inter quatuor Ordines Mendicantes adscripti, & propterea ex Eremis ad Urbes in obsequium populi vocati: experti sunt in obsequio isto insolitas necessitates excurrendi ad infirmorum visitationes, ac foris continuas conciones, & admittendi extra cellas populum, eorum consilia, directiones & consolationes perquirentem, ac alia similia obsequia ei præstandi: undè ab Eugenio IV facta est declaratio *primæ exceptionis*. Item, cum ob prædicta obsequia, communiter, *singulis diebus* &c. *ieiunantes*, experirentur infirmitatem & debilitatem corporis, ab eodem facta est declaratio *secundæ exceptionis*, & sic de *tertia*: Atqui ille, qui observat declarationes exceptionum, in primitiva Regula expressarum, legitimas, censetur primitivam Regulam observare; ergo &c. Probatur minor: quià, qui observat declarationes primitivi Iuris naturæ, in utroque Corpore Iuris Canonici & Civilis, factas, censetur primitivum Ius naturæ observare, ut omnes fatentur: atqui mitigationes, sive declarationes Eugenij IV. non aliter se habent ad dictas exceptiones in primitiva Regula expressas, quàm Corporis utriusque Iuris declarationes ad primitivum Ius naturæ, ut consideranti patebit: ergo &c.

Mitigatio illa non aliter differt à Regula, quam expressum ab implicito.

124. Probatur secundò: mitigatio illa, sive Eugenij IV. declaratio, non aliter differt (attentô eô, quod lex, sive declaratio legalis, attendere debeat ad id, quod communiùs fit, ut docent Iuristæ & Theologi unanimiter,) quàm expressum ab implicito in primitivo: sed qui servat in primitivo expresso implicitum, observare censetur primitivum, ut patet; ergo &c. Probatur minor: quià definitio se habet ut expressum; definitum verò ut implicitum, vt loquuntur Philosophi passim: sed qui tenet definitionem, tenet definitum; ergo &c.

Confirm. ab Exemplo.

125. Confirmatur primò: quià vel RR. PP. Discalceati nostri, dum, ob prædicta obsequia, *singuli non manent in cellulis suis, vel iuxta eas, die ac nocte in lege Domini meditantes & in orationibus vigilantes*; sed extra, non secus, quam nos, excurrunt. Item, dum ob eadem obsequia, in remedium infirmitatis, vel debilitatis, *non ieiunant diebus à Regula præscriptis, carnes comedunt*, &c observant primitivam Regulam, vel non? Posterius ipsi non fatebuntur, nè reipsâ tàm censeri debeant mitigati, quàm alij, solùmque nomen repudiare, & rem hôc ipsô amplecti, dum sic suæ consulunt infirmitati, & succurrunt debilitati. Si priùs, prout in foro & claustro proclamant: ergo & quicumque Carmelitæ mitigationem servant, primitivam Ordinis Carmelitarum Regulam observant. Undè possem hîc insigniter propalare, quàm parum gratiosè ob mitigationem, suos Patres tractet Reverendissimus P. Philippus à SS. Trinitate in sua *Theologia Carmelitana q. 23. art. 4. & alibi*. Sed vincere in bono malum, melius.

n. 126 Co-

126. Confirmatur secundò: Primitiva Ord. Carm. Regula ante Eugenium IV. fuit ab Innocentio IV. per Bullam, quæ incipit. *Innocentius Episcopus* declarata, correcta & mitigata (verba sunt Pontificis: *Nos vestris pijs desiderijs annuentes, declarationem, & correctionem, ac mitigationem hujusmodi authoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scribit patrocinio communimus)* ut sequitur: etenim Innocentius ad hæc verba cap 2. præcitati. *Præterea iuxta situm loci, quem inhabitare proposueritis, singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorum Fratrum, vel sanioris partis, eædem cellulæ cuique fuerint assignatæ*; addidit primò: *Ità tamen, ut in communi refectorio, ea quæ vobis erogata fuerint, sumatis* &c. quia *cap.* 4. ut patet ex præmissis *n.* 107. primitiva Regula habebat: *Ità tamen ut, sicut præmissum est, in deputatis cellis singuli maneant, & ex his, quæ sibi distributa fuerint, singulariter vivant*: addidit secundò: *loca autem habere poteritis in Eremis, vel ubi vobis donata fuerint, ad vestræ Religionis observantiam apta & commoda, secundum quod Priori & Fratribus videbitur expedire.* Item ad hæc eiusdem cap. 2. *Promissam obedientiam studeat operis veritate servare*: addidit tertiò: *cum castitate & abdicatione proprietatis.* — Confirm. ab authoritate Innoc. IV.

127. Ad hæc verò verba Regulæ ibidem cap. 2. *Maneant singuli in cellulis suis, vel juxta eas die ac nocte in Lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, nisi alijs justis occasionibus occupentur.* Addidit Eugenius IV. *At horis congruis, in eorum Ecclesijs, & illorum claustris, ac per eorum ambitus, manere & deambulare licitè & liberè valeant.* — Additio Eugenij IV.

128. Ad hæc similiter verba Regulæ cap. 7. *Iejunium singulis diebus, exceptis Dominicis & Festis, observetis à Festo Exaltationis S. Crucis usque ad diem Dominicæ Resurrectionis, nisi infirmitas, vel debilitas corporis, aut alia justa causa, jeiunium solvi suadeat; quià necessitas non habet Legem.* Addiderunt Pius II. & Sixtus IV. *Prior Generalis, personarum, locorum & temporum, qualitate pensata, cum utriusque sexus dicti Ordinis Professoribus, juxta suæ conscientiæ arbitrium, super præmissis, tàm jejunio, quàm carnium esu dispensare valebit, atque tres dies, plures vel pauciores, ad jejunium faciendum nominare licitè & liberè poterit.* — Additio Pij II. & Sixti IV.

129. Atqui: constat evidenter. Primò: quòd RR. PP. Discalceati *accepent loca, ubi ipsis donantur*, sive in Urbibus, sive in Eremis. Secundò: quod *in communi refectorio, ea quæ ipsis erogata sunt, sumant*. Tertiò: quod *in suis Ecclesijs, Claustris, & ambitibus liberè & licitè ambulent*. Quartò: quod *per dispensationem non jejunent diebus à primitiva Regula conscriptis, & carnes comedant juxta Superiorum conscientiæ arbitrium.* In quorum *primo & secundo* utuntur mitigatione Innocentij IV. In *tertio* mitigatione Eugenij IV. In *quarto* mitigatione Pij II. & Sixti IV. Et tamen sic scribit Reverendissimus P. Philippus à SS. Trinitate, modernus dictorum PP. Discalceatorum Generalis, *Theologia Carmelitanæ* q. 13. art. 2. *Regula Carmelitarum est tantùm una & simplex formaliter, sicut & nostra Discalceatorum* (ut quid, obsecro, hæc viri sapientis restrictio? Et iterum infrà: *Igitur in nostra Carmelitarum Discalceatorum Religione exercitia habemus pro satisfactione cujusque spiritus in diversis Conventibus*, quasi verò similia nobis deessent? *Religio.* — Subsumptum. Notatur restrictio P. Philippi.

130. Deindè *art.* 3. subdit, quod rei caput est. Primò: *Regula Carmelitarum, prout ab Innocentio IV. confirmata, non potest dici mitigata.* Infero: ergo fallit Pontifex (quod absit) aiens, *mitigationem confirmamus*. Secundò: *quià additiones, aut mutationes Pontificis, non tàm eam mitigarunt, quàm declararunt.* Quæro: cur non idem dicit de allata mitigatione Eugenij IV. quam RR. PP. Discalceati evidenter amplectuntur. Tertiò: *undè debet retinere nomen primitivæ Regulæ.* Sed hoc ipsum nos, secùs ipse, probavimus suprà. Quartò: *quià Innocentius IV. vocat illam primitivam.* Infero: ergò ipsius *mitigatio* non obstat; ac proindè nec Eugenij IV. Quintò: *in Communitate, sive communi refectorio, tacendo manducare, non facit relaxationem* &c. *nec contradicit Regulæ, sed declarat ipsam.* Certè: rationem difficulter dabit, cur ista magis declarent Regulam, quàm addita ab Eugenio IV. quæ implicitè — Notatur in varijs idem P. Philippus.

plicitè continentur in Regula, ut vidimus suprà: & si ista *non sapiant relaxationem, nec contradicant Regulæ. sed declarent ipsam*; idem prorsus dicendum de alijs ab Eugenio IV. additis. Sextò: *Gregorius XIII. in sua Bulla, quæ incipit*: Piâ consideratione, *apud Cherubinum in Bullario Tom. 2. pag.* 335. &c. *Additionem in Regula factam per Innocentium IV. vocat absolutè nomine* mitigationis & relaxationis. Quæro: quid ad rem? Numquid Innocentius IV. in præcitata Bulla dicit: *Nos vestris pijs desiderijs annuentes, declarationem, & correctionem, ac mitigationem hujusmodi authoritate Apostolicâ confirmamus?* Numquid Patres nostri Discalceati hanc *declarationem, correctionem, & mitigationem* ad se extendunt? Numquid eô sensu, quô Innocentius IV. utitur voce *correctionis* & *mitigationis*, Eugenius IV. utitur voce *mitigationis* & *relaxationis*. quoad mitigationem *jejunij singulis diebus* &c. *mansionis singulorum in cellis suis diu noctuque* &c. ac proindè *commestionis in illis, non extra in communi refectorio?* Numquid hanc *mitigationem* Eugenij IV. (quam præfatus P. Generalis diminuto fervore fraternæ charitatis, & observantiæ filialis erga Protoparentes suos, quos suspicit in prærogativis, & ad Ordinis sui exaltationem jure meritò defendit in Patriarchatu & alijs; sed quasi hirundo faceret ver, deprimit in minutis, non attendens, quod *gloria filiorum sit Patres eorum*, relaxationem vocat) *at horis congruis in eorum Ecclesijs ac per eorum ambitus manere & deambulare liberè & licitè valeant*, etiam RR. PP. Discalceati ad se extendunt? Numquid Eugenij IV. super his verbis Regulæ primitivæ: *ab esu carnium abstineatis, nisi pro infirmitatis vel debilitatis remedio sumantur*, hanc, *tribus diebus singularum septimanarum, præterquàm in Adventu, & Quadragesima & alijs prohibitis generaliter diebus. carnibus vesci licitè & liberè valebitis*, declarationem (quam eodem fervore dictus P. Generalis vocat *relaxationem*) extendunt ipsi ad esum carnium *in remedium infirmitatis vel debilitatis. juxta conscientiæ sui Superioris arbitrium*, secundum Pij II. & Sixti IV. *declarationem*, quam consequenter R^mus. P. Philippus vocare debet *relaxationem*, cum sit major, quàm Eugenij IV. eò quòd dies non restringat, nec ullos excipiat, ut patet: *Prior Generalis personarum, locorum. & temporum, qualitate pensatâ cum utriusque sexus dicti Ordinis Professoribus. juxta conscientiæ suæ arbitrium, super præmissis, tàm jejunio, quàm carnium esu dispensare valebit*. Numquid RR. PP. Discalceatorum talis, *in infirmitatis vel debilitatis remedium, dispensatio* est ipsi, nobis & alijs notoria? Non obinde tamen ipsis nego primitivæ observantiam, quam profitentur.

*Notatur prætensio PP. Discalceatorum supra nos prærogativæ.*

Numquid nostri RR. PP. Discalceati aliquam suprà nos prærogativam prætententendunt proclamantes, se primitivam Regulam sequi? Quasi eandem prærogativam Nobis non arrogasset Eugenius IV. in sua mitigationis Bulla, aiens: *Insuper quod omnibus* &c. *protectionibus & prærogativis eidem Ordini per anteà concessis* (quarum maxima erat, vivere secundùm Regulam primitivam ab Innocentio IV. approbatam & confirmatam, ut ipsi volunt) *uti, & gaudere possint, eâdem authoritate concedimus* &c. *non obstantibus quibuscumque.* Apage similes odiosas, & parentum, ac Fratrum æmulationes, quos Deus, haud secùs quam è nostris sanctissimam Virginem Theresiam, ad Ordinis sui reformationem, primitivæ Regulæ, ut vidimus, consonam inspiravit. Ego autem, ut verba in Authorem suum retorqueam: *quamdiu sola verba volarunt, tacui*; sed quià *Theologiam Carmelitanam* præfati R^mi. P. Generalis, ista dicentis q. 23. *art.* 4. *Regula Carmelitana, prout ab Eugenio IV. mitigata, multum differt à Regula primitiva. Vndè, tam in hac, quàm in alijs Regularibus observantijs, est maxima differentia inter cultores illius, & cultores istius*: & sic de alijs, *legi, hac scribere coactus sum, ut hujusmodi controversiæ veritas appareret*: sunt verba præfati P. Generalis per retortionem allata.

*Vnum petitur à P. Philippo.*

131. Ostendat, obsecro R^mus. P. Philippus, in quo Carmelitæ reformati [contra quos agit, ut patet ex his eius verbis, art. 3. *Aliqui Carmelitæ mitigati* (numquid Discalceatos etiam esse mitigatos efficaciter probatum est?) *qui sub reformationis nomine*, (nos, si ipsi,

si ipsi, rem habemus, nec multò plus ipsi, habent Discalceati, quàm expositam suprà ipsorum abstinentiam, & pedes, quos, præter Regulam primitivam, nudaverunt.) *se nostris Discalceatis æquant; & quià non possunt celare, se Regulam ab Eugenio IV. mitigatam habere* (possuntnè ipsi? Probet prius RR. PP. Discalceatos hanc, Innocentij IV. Pij II. & Sixti IV. Regulæ mitigationem ipsô factô non amplecti?) *procurant insinuare, ipsam Carmelitanam Regulam, prout ab Innocentio IV. confirmatam, esse quoque mitigatam* (numquid id probavi verbis ipsiusmet Innocentij IV.?) *Vndè dicunt, & scribunt, quod nostri Carmelitæ Discalceati non debeant vocari primitivi*; numquid acriora dicit, & scribit præfatus Generalis? Lege ipsius *Theologiam Carmelitanam*, & attende præmissa.] maximè differant à suis RR. PP. Discalceatis.

Verumtamen ipsos non debere vocari *Primitivos*, sive observantes primitivam Regulam, nec dico, nec scribo, ut patet ex hujus *Scuti probationibus*, & *confirmationibus*. Sed dico, & scribo ab ipso & suis coactus: *nos tàm esse primitivos, quàm sint ipsi, nos tàm observare Regulam primitivam, quàm ipsi observent*. Imò ipsorum & nostræ Reformationis Constitutiones vix in vitæ austeritate differunt, si nudos pedes præter Regulam, excipias, & attendas, quod ipsi in infirmitatis vel debilitatis juxta Superioris conscientiæ arbitrium, carnes sumant, quas nos Reformati in ejusdem remedium sumimus, ob laboriosam vitam partim activam intus & foris, juxta Eugenij IV. Pontificis conscientiæ & Regulæ declarationem. Plusquam octo mensibus jejunamus per annum. Perpetuum habemus silentium, præter horam post prandium & mediam horam post collationem diebus jejunij; Disciplinam sumimus per tractim cantatum *Miserere* singulis Vigilijs D. Virginis & Apostolorum, ac alijs præceptæ abstinentiæ, & ter per singulas Adventus ac Quadragesimæ hebdomadas. Orationem mentalem quotidiè per horam cum media præscribunt Constitutiones nostræ, & cuique quotannis exercitia spiritualia, ut aiunt, decem dierum in stricta solitudine; imò etiam Eremum, aspirantibus. Matutinum media nocte, quietem suprà saccos ex puro stramine; cilicia, catenas ferreas, & alia mortificationis instrumenta quæ rigorosè observamus, ac cantum (quem non habent Missæ singulis diebus, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Vesperarum & Completorij insuper, Dominicis & Festis, tàm in populo, quàm in Ordine, imò etiam horarum Matutinarum præcipuis. Quæ si conferantur cum illis, quas præfatus Pater Generalis *ibidem articulo 4.* pro suis refert, vix differentia reperietur, præterquàm in nudatis præter Regulam pedibus, & carnium esu, modò explicatô. An autem, si tempore nostræ Theresiæ, Virginis sanctissimæ, talis viguisset in Ordine Reformatio, aliam excogitasset, aut inspirata fuisset, Superis judicium relinquo. Quarè aliter.

Quæ nostræ & PP. Discalceatorum observantiæ.

132. Subsumo: atqui RR. PP. Discalceati, non obstantibus istis declarationibus, mitigationibus & relaxationibus, quas amplectuntur, ut vidimus, & probavimus, dicunt & scribunt, se primitivam Regulam servare, primitivos Carmelitas esse &c. Ergo idem de nobis, non obstantibus istis, ob rationes præmissas dicere & scribere debuisset; ac per consequens *propter mitigationem primitivæ Ordinis Carmelitarum Regulæ, immeritò*, tùm nos, tùm ipsi Discalceati *Carmelitæ Regulam primitivam non observare* censemur, quod est nostrum *Scutum XII.*

Subsumptum.

# SCUTUM XIII.

Quamdiu omnes Religiosi fuerint ELIÆ Instituti.

## *Omnes Religiosi & Eremitæ, Filij Prophetarum & Esseni, Carmelitæ sive Fratres D. Virginis de Monte Carmelo & sancti Antonius, Pachomius, Basilius, Benedictus &c. fuerunt unius, ejusdemque Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. Ordinis Religiosi, donec, sancti Antonius, Pachomius, Basilius, Benedictus &c. suos dicerent, quos in vita religiosa instruxerant, itaut dicerentur in populo specialis Ordinis S. Antonij S. Pachomij, S. Benedicti &c. respectivè diversi.*

### NERVUS.

Comparatio à Christianis unius Ecclesiæ ad Religiosos unius Ordinis.

133. PRobatur primò: quià, sicut omnes Christiani unius Ecclesiæ fuerunt antequam diceretur in populis, *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ; & deinum, postquam unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto Orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur*: ità omnes Filij Prophetarum, Esseni, Monachi, Eremitæ &c. unius Ordinis Religiosi fuerunt, antequam diceretur in populis, *ego sum Antonij, ego Basilij, ego autem Benedicti; & demùm, postquam unusque, eos quos Ordini incorporaverat, suos putabat esse, non Eliæ, & ità dicebatur in populis, à S. Sede decretum est, ut nullus Ordo religiosus agnosceretur ab ea non approbatus, & unus de illis Religiosis electus superponeretur, ad quem omnis istius Ordinis cura pertineret, & schismatum semina tollerentur*: ergo &c. Probatur assumptum pro prima parte ex Hieronymo *cap.* Olim *Dist. 93. Antequam diaboli instinctu studia in Religione fierent, & diceretur in populis, ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Presbyterorum consiliò Ecclesia gubernabantur. Postquam verò unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto Orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur.*

Prob. sequela à pari.

134. Sequela antecedentis tenet à pari: hôc tamen exceptô, quod sentiamus: sanctos illos Fundatores, ex speciali Dei inspiratione (non ità tamen per S. Scripturam intimata & certificata, prout sanctissimo Prophetæ Dei Eliæ, ut vidimus *Scuto I.*) suis Regulam dedisse, à norma Filiorum Prophetarum, Essenorum, Carmelitarum &c. in accidentalibus saltem distinctam, & ex eadem inspiratione consequenter illos, quos sibi subjecerant, putasse suos, & hos è converso, iam de tali inspiratione instructos, benè dixisse, propter aliquam restaurationem, *Ego sum Pauli, ego Antonij, ego Pachomij, ego Basilij, ego autem Benedicti*, prout ità dicebatur in populis.

Confirm. ex S. Sedis decreto.

135 Confirmatur 1. ex eo, quòd, post Eliam & Eliseum, nusquam unus de Ordine Filiorum Prophetarum, Essenorum, Monachorum &c. electus cunctis eorum Monasterijs tanquam Generalis superpositus, usque ad dictum S. Sedis Decretum, sive Concilium Lateranense, quô Institutio Religionum, ac per consequens Regulæ ap-

læ approbatio, fuit S. Sedi Apostolicæ reservata, ut patet ex Extravaganti de *Relig. domibus* cap. *ne nimia*: sed Ecclesia permisit cuique illos, quos suæ Regulæ, aut religiosè vivendi normæ, subjecerat, dicere suos, & ità dici in populis. Ità tamen, ut supposità Priorum Montis Carmeli continuâ successione hæreditariâ, suam originem ille ab altero, & hic alter ab alio præcessivè usque ad Eliam & Eliseum ascendendo, agnosceret, prout adhuc fit in Ordine S. Benedicti, & alijs, qui omnium suorum Generalem nondum habent. Unde.

136. Dic primò: ad probandum, Ordinem Carmelitarum esse à Sanctissimo Propheta Dei Elia institutum, & fundatum, non esse necessarium, probare Generalium istius Ordinis ininterruptam successionem; quià, cum permissum esset cuique, suos dicere eos, quos suæ Regulæ, aut religiosè vivendi normæ subjecerat, & ità dici in populis, quisque poterat se suorum Generalem facere, & alterius obedientiam, assumptâ alterâ, in accidentalibus saltem diversâ, religiosè vivendi normâ, declinare: ac proindè frustrà nonnulli à Carmelitis requirunt ininterruptam Generalium ab Elia & Eliseo successionem, ut dicantur esse Ordinis Prophetici ac Carmelitani ab Elia instituti: frustràque aliqui ex nostris, ut illis satisfaciant, assiduè inquirunt talium Generalium ab Elia & Eliseo hereditariam successionem, usque ad S. Albertum; quià Ordo Propheticus post Eliam & Eliseum per tales Generales regi non debuit, usque ad dictum S. Sedis Decretum; cum permissum esset cuique, dicere suos, quos suæ Regulæ, aut religiosè vivendi normæ, subiecerat; nec potuit, cum in cunctis penè Orbis partibus dissitissimis Filij Prophetarum, Esseni &c. fortè ad milliones excrevissent (vide infrà *n.* 140. *&* 141.) Sufficiebat enim, quod illi agnoscerent suam originem ab Elia & Eliseo modo *n.* 135 dicto.

*Ad Ordinem religiosum non est unius Generalis institutio, aut continua successio necessaria.*

137. Dic secundò: non obstante eô, quod quisque dicere poterat suos, illos, quos suæ Regulæ, aut religiosè vivendi normæ, subiecerat, & obindè post Eliam & Eliseum non fuerint necessarij Generales ad Ordinis Prophetici, sive Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. subsistentiam: fuisse tamen semper in Carmelo per hæreditariam successionem Priores, qui suos dicerent illos, quos suæ religiosè vivendi normæ ab Elia, sine mutatione ab Antonio, Pachomio, Basilio, Benedicto &c inducta, subiecerant; cum norma illa fuerit sancta, & adhuc modò sit in possessione, quæ legitima probatur, quamdiu interrupta non cuincitur: & quià nemo ritè initâ, & longô usu firmatâ possessione dejjciendus est, uti Oraculum habet Iurisperitorum, rectè pronuntiamus, *qui tenet, teneat, possessio valet.* Vndè omnes, qui agnoscunt Ordinem SS. Antonij, Basilij, Benedicti &c. præcessisse electionem Generalis post ipsos, ab ijs, quos suæ Regulæ subiecerunt, fuisseque à sua ab illis institutione & fundatione in legitima & ininterrupta possessione; idem de Ordine Prophetico, seu nostro Carmelitano, velint, nolint, dicere debent: & sicut non obstat, nè ille tunc fuerit, licèt non probetur, tunc habuisse post illos Generalem à se electum; ità non obstat, nè Ordo Propheticus, seu noster, à tempore Eliæ & Elisei fuerit, licèt non probetur post ipsos, usque ad S. Bertholdum, habuisse Generalem à se electum: sufficit enim, quod habuerint, dum Ecclesia per approbationem Regulæ, vel aliter, eligendum decrevit. Quanquam, ob Carmeli in persecutionibus devastationem, combustionem &c. de quibus infrà *n.* 166. iam deperditis antiquis Carmeli monumentis, difficile sit omnes Montis Carmeli in nova Lege Priores nominare; sæculo tamen quarto sub initium, Ioannem Nepotem Syluanum, posteà XLIV. Patriarcham Ierosolymitanum, fuisse illius Priorem, constat ex S. Cyrillo Constantinopolitano *lib.* de processu & varijs Regul. Ord. Carm. cap. 1. *fuit autem tempore Arcadij & Honorij Imperatorum, in Monte Carmeli Pater dictorum Religiosorum, quidam vir, nomine*

*Priores in monte Carmelo ab ELIA semper tenuerunt hæreditariam successionem.*

*Successio Priorum Monasterij ELIÆ.*

*Ioannes*

*Ioannes* &c. vide *n.* 100. Successisse *Caprasium*, patet ex eiusdem verbis *ibi* relatis. Deindè Caprasio Eusebium, Eusebio Sylam, Sylæ Babulam, & sic de alijs mediatè vel immediatè, patet ex Concilio Constantinopolitano, cui An.448. subscriptum habetur, *Eusebius Presbyter & Archimandrita Monasterij Eliæ subscripsi in depositione Eutychis.* In altero autem etiam Constantinopolitano An 536. *Sylas Presbyter & Prior Monasterij Eliæ rogatus subscripsi.* quó mortuó, ejus successor ità subscribit, *Babulas Presbyter & Archimandrita Monasterij nominati mem. Eliæ subscripsi.*

Ante Ordinum divisionem omnes verè monachi erant ELIÆ Instituti.

138. Sic tertiò: omnes Religiosorum Ordinum Fundatores, & alios, qui, ante Ordinum divisionem, verè Monachi fuerunt, consequenter fuisse Ordinis Prophetici, & nostri, *quoad Religionis substantiam*, sive exceptis *solemnitate, perfectione & potestate clavium* explicandis *n* 401. donec aliam ex speciali inspiratione Spiritus Sancti Regulam, seu religiosè vivendi normam, assumpserunt, & suis tradiderunt, quos proindè dixerunt suos, sic ut in populis dicerentur specialis Ordinis; quià pro anteriori tempore erant subjecti religiosè vivendi normæ Ordinis Prophetici, Filijs Prophetarum, Essenis &c. & qui eos illi subjecerant, illos eâdem ratione dicebant suos, & Ordinis Prophetici, seu nostri, dicebantur in populis, quâ illi eos, quos suæ Regulæ, & religiosè vivendi normæ subjecerant, suos dixerunt, & specialis Ordinis dicebantur in populis. Sequela tenet à pari.

Præoccupatur obiectio.

139. Licèt tamen quispiam diceret, dictos Fundatores, non fuisse specialis Ordinis Fundatores, nec potuisse illos, quos suæ Regulæ, aut religiosè vivendi normæ, subjecerant, dicere suos, ante S. Sedis confirmationem, aut Generalis ab illo electionem. Nihil contra nos. Tùm quià id evidenter falsum est, cum ante Ecclesiæ Decretum, quod nunc est, & tunc nondum erat necessarium ad religiosum Ordinem, nihil simile requireretur, ut satis evincunt præmissa *Scuto VIII.n.*71. Tùm quià tot erant totius Synagogæ Capita, & tantus Ordo Propheticus, ut obligari non posset ad electionem unius Generalis; sed cuique permissum esse debebat illos, quos suæ Regulæ ac religiosè vivendi normæ subjecerat, dicere suos: ac proindè absque ulla ratione & fundamento restringeretur Ordinis Prophetici origo ad electionem unius Generalis, aut S. Sedis, quæ modò fit, confirmationem: nisi eâdem ratione ità restringantur Sancti antiqui, à populo canonizati, ad S. Sedis Canonizationem, quæ modò fit, ut alioqui dici non debeant Sancti, quod Orthodoxus indubiè non dicet.

Carmelitarum primitivorum multitudo.

140. Vndè Leander Granatensis Ordinis S. Benedicti in *vita* S. Geltrudis *in principio*, de Carmelitarum Religione loquens ait: *Existimo, quod optimè, & verissimè, ad hanc Religionem reduci queant omnia Orientis Cœnobia, omnes Viri illustres sanctitate, & doctrina, qui ex illis prodierunt, omnes Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, qui Orientalem Ecclesiam rexerunt; hi enim quasi omnes Religiosi fuere,* &c. Expendat Lector illud *optimè, & verissimè.* Et ibidem Trithemius Abbas lib de laudibus Carmelitarum cap. 12. *Quam uberes fructus, quamque suaves in Ecclesia Dei odores ager iste Carmelitici Ordinis protulerit, neminem ignorare credimus, qui veterum Historias legit. Nam ut de his interim sileamus, qui in Monte Carmelo sub Lege claruerunt, tot sancti Fratres sub gratia in Ordine isto fuerunt, ut penitus numerari nequeant. Enimverò si quis stellas cæli dinumeret, & huius Ordinis Sanctos numerare poterit.* Sed audi nostrum Lezanam Annal. Tom. 2. Apparatus cap. 7. n. 34. *Liquet autem ex dictis, qualiter meritò, iureque quidam ex nostris dixerint, quondam in Eliano Ordine fuisse septem millia & quinquaginta Cœnobia, & in eis centum, & octoginta millia Monachorum sacris initiatorum, prout ex illis referunt Sabellicus, Continuator belli Sacri, Petrus Marturus, & Azor.* lib. 12. Instit. cap 21. Tom 1. *Non enim loquuntur (ut malè Sabellicus, & alij intellexisse videntur) de tempore novissimo, quo post Ordinis Reformationem sub B. Bertholdo primo Latinorum Generali Priore, Christi duodecimo sæculo, & Aymerico Antiocheno Antistite factam, de qua in 4. tom dicetur, Eliæ sectatores à Carmelo Carmelitæ, & è Monachis, seu Anachoretis* Mendicantes

cantes Fratres *appellati fuerunt; sed de anteriori illo, quo ante Mahumeti invasionem, Asia, & Africa, Palæstina præsertim, ac maximè Ægyptus monachorum innumeris colonijs refertissima erant; ijs præcipuè quatuor Christi primis sæculis felicissimis; in quibus ante Basilij, & Augustini monasticas institutiones, Monachi omnes sub uno primo Monastices vexillifero Elia in Lege veteri, Ioanne Baptista, & Apostolis in nova militabant. Tunc enim præfatum numerum Cœnobiorum, & Monachorum hujus Instituti esse potuisse, in triginta Provincijs, quas aliqui ex nostris recensent, nullus vel mediocriter doctus refragari poterit. Vndè Azorius suprà relatus eo c. 21. hæc habet.* Primò quæritur: an vera sint, quæ de ingenti Monachorum veterum multitudine referuntur? Respondeo, vera esse; nam, quamvis plerique mirentur, nonnulli dubitent, pauci quidam interrogent, qui fieri potuerit, ut tanta, quanta fuisse memoratur, Monachorum multitudo floruerit; ea tamen ab auctoribus fide dignis describitur. Athanasius enim, cum vitam & acta Antonij commemorat: *Erant*, inquit, *in monte Monasteria tanquam tabernacula, plena Divinis choris psallentium, lugentium, orantium, qui infinitam regionem quandam, & oppidum à mundana conversatione sejunctum videbantur incolere.* De Hilarione, qui eodem tempore in Palæstina, quô Antonius in Ægypto, vivebat, *innumera*, ait Hieronymus in vita Hilarionis, *monasteria fundavit* & de Macario, Antonij discipulo, legimus, eum suæ disciplinæ alumnos habuisse quamplurimos. De Charitone quoque scriptum est, eum in Palæstina plura extruxisse Cœnobia; & Isidorus fertur vno in Cœnobio plusquam mille, & in eodem paulò post auctô numerô Apollonius plusquam quinquies millenis Monachis præfuisse. In Monte Nitria, qui ab Urbe Alexandrina unius fermè diei itinere distabat, quingenta Monasteria penè contigua extitisse dicuntur; quæ omnia ab uno Præside, unoque vitæ Magistro regebantur. Palladiô teste oculatô, in sua illa peregrinatione, quam scriptam reliquit, Civitas quædam fuit, in qua plura erant Monasteria, quàm profanæ domus; itaut omnes vici, & omnes anguli, pleni essent Monachis, Divinas laudes decantantibus; & idem perhibet se in Urbe Memphi, & Babylone innumerabilem vidisse multitudinem Monachorum, qui omnes varijs Spiritus Sancti donis fulgebant; & propè Thebas se cum Ammonio congressum, Patre trium millium Monachorum. Item Serapionem à se visum testatur, qui decies mille Monachos, plurimos tamen domicilijs, aut cellulis divisos, gubernabat. Fertur etiam Pachomius, ut scribit Nicephorus *lib. 9. histor. Eccles. cap. 14.* varijs in domibus, modico intervallo disiunctis, apud Insulam in Thebaide, quæ Tabenna nominatur, ad septem millia discipulorum habuisse, & in qua ipse degebat, plures quàm mille; quos quidem omnes, commodioris gubernationis gratiâ, in quatuor & viginti classes, pro Græcarum litterarum numero & varietate, distribuit. Scribit Theodoretus in *historia Sanctorum Patrum*, infinita fuisse monasteria in toto Oriente, in Palæstina, in Ægypto, in Asia, in Ponto, in Cilicia, Syria & Europa. Narrat Hieronymus, in *Paulæ Viduæ epitaphio, epist. 27.* cum ea mulier, studiô sanctô illos Patres visendi, deserta adijsset, occurrisse ei turbas innumerabiles Dei famulorum; quô spectaculô ità delectata est, ut sui sexus oblita, inter tot millia Monachorum optaverit habitare. In Antinoe Civitate, ait Palladius *in Histor. SS. Patrum ad Lausum cap. 96.* quadraginta annos versatus sum, eò tempore accepi etiam cognitionem eorum, quæ sunt illic Monasteriorum. Nam circa Civitatem sedent viri circiter bis mille. Et *cap. 52.* ait: Apollo Abbas, pater erat Monachorum circiter quingentorum. Et *cap. 7.* scribit in monte quodam habitare quinque millia Monachorum. *Cap. 9.* ait, in monte Nitriæ fuit Abbas, nomine Or, habens Monasterium mille Fratrum; ad quem Abbatem posteà convenerunt tria milla Monachorum. *Hæc Azorius.*

141. *His junge, quòd Ruffinus Monachos* numero immensos *appellet: & de illis dicat:* sunt enim alij in suburbanis locis, alij per rurà; plures autem, & egregij per Eremum dispersi. Prosequitur Lezana.

persi. *In vita etiam S. Ephrosinæ numerantur in uno Monasterio* 350. *Monachi. Apud Palladium in monte Nitria, non procul à lacu* MARIA *dicto* (*Essenorum mansione, ut alibi diximus*) *quinque millia Monachorum. Et apud eundem c* 23. *in Pherme solitudine quingenti. Et apud Ioannem Moscum in Scithi quasi ter mille, & quingenti. Ac apud Theodorum in Ægypto dicuntur plusquam quinque millia virorum habuisse Monasteria Idem numerus refertur subditus Abbati Posthumio, cujus vita notata habetur, & alius creditur à Pachomio, de quo suo loco dicetur. Vndè Rufinus relatus c.*7. *inquit, tàm fertilis in Monachatu erat Ægyptus,* ut quanti populi habentur in Urbibus, tantæ penè habentur in desertis multitudines Monachorum. *De his & alijs, sicut & de innumeris quoque Virginum, seu Sanctimonialium Cœnobijs, ipsarumque Myriadibus ferè, in sequentibus plura.* Ita Lezana locô citatô.

Conclusio. 142. Quarè: sicut illi haberi debent tanquam verè Sancti; qui fuerunt à populo canonizati, licèt à tempore Decreti, quô S. Sedes prohibuit alios recentiores posse publicè coli ut Sanctos, de illis officia solemnizari &c. S. Sedis Beatificatio aut Canonizatio requiratur: ità hi debent haberi speciales Monachorum, sive Religiosorum, Ordines, qui fuerunt à populo & suis habiti tales, licèt à tempore, quô Concilium Lateranense, de quo suprà, prohibuit, novas Religiones, aut novos Ordines institui, S. Sedis declaratio aut approbatio requiratur.

Obiectionis præoccupatio. Si verò dicas: Congregationes sanctorum Pauli, Antonij, Basilij &c. ante S. Sedis declarationem, aut approbationem, quæ modò requiritur, nunquam fuisse populò & suis habitos tanquam speciales Ordines Religiosos: habemus intentum; quià efficaciter probatum est, illam anteà non fuisse requisitam, ideòque omnes tunc fuisse nostri unius & indivisi Ordinis, quod, exclusâ nostrâ restrictione, intendimus; idque videntur sensisse præclarissimi Historici, Patres Bollandus & Henschenius, dum ad marginem vitæ S. Iacobi Porphyrionitæ 28. Ianuarij, qui vixit sexto sæculo, addiderunt: *S. Eremita in Syria Iacobi &c. juxta Porphyrionem & Carmelum, ideò Carmelitis accensendus.* Imò & Clemens Reynerius in *libro* cujus est titulus *Apostolatus Benedictinorum in Anglia*, ubi sic: *simili causa nec eos, qui ante D. Patrem Benedictum vivebant; sive in Lirinensi & Agaunensi, aut Massilensi, clarissimis Cœnobijs Galliarum, sive per Monasteria Italiæ, Ægypti vel Syriæ, arrogamus tanquam Ordinis Communitates, quià Regulæ nostræ, quæ anima est & forma Ordinis nostri, non fuère subjecta; quarè propter eandem hanc in disciplina Monastica continuatam successionem quod nos non facimus (qui ultra Regulæ nostræ legislationem Benedictum natales nostros non arcessimus) suo tamen Iure videntur facere Carmelitæ, qui cum reverà à Monachis Syriæ & Palæstinæ per non interruptam seriem sese dederint (à Carmeli enim Monasterijs in Angliam, ab Anglia in reliquas Provincias sese dilataverunt) meritò antiqui Monachatus Ægyptij Palæstinique Professores, tanquam Patres suos, Ordinisque sui Sydera colunt & venerantur.* Quibus simile habet Cassianus in *libro* 1. *de institutis ac regulis Monachorum cap.*2. ubi sic: *Itaque Monachum, ut militem Christi, in procinctu semper belli positum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere, hôc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento professionis hujus fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum, Divinarum Scripturarum authoritate monstratur.* Deindè in Præfatione ad Castorem, Episcopum Aprensem, sic ait: *secundum eam, quam vidimus Monasteriorum Regulam, per Ægyptum vel Palestinam antiquitùs fundatorum, fideli sermone, vel adjiciam vel recedam, nequaquam credens rationabiliùs quidpiam vel perfectiùs constitutionem novellam in Occiduis, Galliarum partibus reperire potuisse, quàm illa sunt instituta; in quibus ab exordio prædicationis Apostolicæ à sanctis ac spiritualibus Patribus fundata Monasteria ad nos usque perdurant;* item ait, *ea quæ à pueritia nostra inter eosdem constituti, atque ipsorum incitati quotidianis adhortationibus, & exemplis vel agere tentavimus vel didicimus, vel visu percepimus.*

Ordines absque uno Generali. 143. Confirmatur. 2. Ordo S. Benedicti adhuc hodiè viget, & tamen, post Benedictum, Generalem non habet; sed per Abbates à se mutuo, & uno ejusdem Ordinis Generali, independentes vivunt, sine ordinis mutatione novos Prioratus, & Prioratus

ratus innovas Abbatias erigunt: atqui idem fuit de Ordine Carmelitarum, ante Regulam ab Alberto Patriarcha acceptam, ut patet ex S. Cyrillo lib. de processu & varijs Regul. Ord. Carm. cap. 4. *statuit enim* (scilicet Aymericus Patriarcha Antiochenus) *quod ex ipsis unus, qui dicitur Prior* (utique Generalis) *deinceps itâ eis praeesset, ut quilibet aliorum obedientiam ei devoveret, sub cura cuius & regimine omnes viverent; quibus anteà licèt semper unus ex ipsis praeesset, quem* Abba, *linguâ Syrâ, &* Patrem *Latinâ, appellabant, & cui etiam tanquam Patri secundum Institutionem obediebant &c.* ergo &c.

# SCUTUM XIV.

144. *Monachi, sive Eremitae, qui in antiquo Testamento vocabantur* Filij Prophetarum, Esseni *&c. prout Carmelitas fuisse probavimus* Scuto VIII. *&* XI. *in primitiva Ecclesia leguntur vocati* de Monte Carmeli, Fratres B. M. Virginis de Monte Carmeli, Carmelitae; *sed specialiter sub initium saeculi quarti, postquam incaeperunt nominis Ordinum distinctiones, sive postquam sancti Antonius, Pachomius, Basilius & alij, illos, quos ad Religionem induxerant,* suos *vocarunt, & sic fuerunt vocati in populo, tanquam filij Ordinis ab eis instituti, & specialiter distincti ab Ordine* Filiorum Prophetarum Essenorum *&c.* Mutatio nominis monachorum Eliae Instituti.

## NERVUS.

145. Probatur primò: ex antiquissimis Chronicis Romanis *Scuto* X. n. 80. citatis: *fuit tempore praedicationis* IESU *Christi, quod* Fratres de Monte Carmeli *in Ierusalem accesserunt*: ergo hi ante erant; quia accesserunt. Carmelitae Christo coaevi.

146. Probatur secundò: ex testimonio Iosephi *ibid.* n. 81. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores surrexerunt &c. SS. Prophetarum Eliae & Elisei sequaces, qui de Monte Carmeli descendentes, per Gallilaeam, Samariam, & Palaestinam, fidem Christi constantissimè sparserunt. Quique Virginis Mariae honore in Carmeli montis declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt.* Undè B. noster Sorethius *ibid.* n. 92. Carmelitae sunt, de quibus dicitur Actuum 2. *Erant in Ierusalem viri Religiosi habitantes, qui se Apostolorum consortio junxerunt, post Spiritus Sancti repletionem, prout asserit Iosephus Antiochenus.* à *Carmelo* autem *Carmelitae*, uti *à Carmelo descendentes, & à servitio B. M. Virginis specialissimo in Carmelo, meritò Fratres B. M. Virginis de Monte Carmelo dicti*: Ergo &c. Carmelitae Apostolorum coadiutores.

147. Probatur tertiò: ex Ioanne quadragesimô-quarto Patriarcha Ierosolymitano *libro de Institutione Monachorum* (quem scripsit Anno Christi 412.) capite 17. *Interea sciscitaris, dilecte Caprasi* (cui librum istum dicavit,) *quâ ratione Monachi in hac Religiosa disciplina conversantes, appellantur Carmelitae; cum namque Elias conversationem hanc, non in Carmelo, sed in* Cur Carmelitae appellentur.

*Carith, jussu Divinò inchoaverit, videtur nonnullis, ut asseris, quod deberent potius Carithæ appellari, quàm Carmelitæ.* c.29. *Cum Monachi Carmelitæ in aperta montis Carmeli Eremo* &c. Item: *Propheta primò orat D um, ne populus Monachorum montis Carmeli concludatur.* Iterum, *Intellexit autem per Basan & Galaad hos M nachos Montis Carmeli* cap.31. *Intuentes quidam viri Monachos montem Carmeli nunc habitantes, esse Christianos; putaverunt, ut asseris, dilecte Caprasi, eos non esse ejusdem Religionis cum illis Mo n chis, qui olim per S. Prophetam Dei Eliam fuerunt in eodem monte instituti: pro eo, quià illi non fuerunt Christiani, sed Iudæi. Quàm autem erroneè istorum virorum opinio à veritate deviet, ex sequentibus manifestum tibi fiet. Antiqui namque hujus montis Monachi, etsi non nomine, tamen rectâ fide fuerunt Christiani veri, sicut sunt Monachi moderni* &c. cap.33. *Propterea religiosi Filij Prophetarum montis Carmeli, & alij in tabernaculis propè fluenta Iordanis, & in cæteris Eremis Terræ promissionis habitantes, fuerunt tunc à S. Ioanne, Duce eorum, sicut & cæteri de populo, baptizati.* cap.35. titulus est: *Situs Monasterij in Hierosolymis, Eremitarum Carmelitanorum.* Et infrà. *Quamobrem religiosi viri Filij Prophetarum Eremitæ montis Carmeli, & alij juxta fluenta Iordanis, & in cæteris Eremis, & suburbanis Civitatum Terræ promissionis, habitantes, ne præcepta Legis transgrederentur, annis singulis in Hierusalem ter venire consueverant, ut, juxta Legis præceptum, tres festivitates peculiares, Paschæ, Pentecostes, & Scenopegiæ, illic celebrarent. Et ob hoc quàm maximè mansionem religiosi Filij Prophetarum habebant in Hierusalem, ut in dictis Festis convenirent ad eam. Anno ergo, in quo Christus ascendit in cœlum, omnes prædicti Religiosi, mox post ejus Ascensionem, in Hierusalem convenerunt, ut ibi instans Festum Pentecostes celebrarent.* Quamobrem S. Cyrillus Constantinopolitanus an. 1199. *lib.* de processu & varijs Regulis Ord. Carm. cap. 1. *Hunc Ioannem, charissimus ejus discipulus, nomine Caprasius, ejusdem montis & Religionis Monachus, suppliciter flagitavit, ut quæ de Institutione hujus Religionis, & primis ejus Fundatoribus, & de perfectione, ad exemplum eorum acquirendâ, frequenter disseruerat, dignaretur sibi, & suis consortibus breviter redigere in unum volumen, in quo omnia per ordinem intuerentur, nè oporteret eos librorum numerositatem evolvere: Ioannes ergo cernens, quòd, propter occupationem suscepti officij, non posset ulteriùs jugem in monte Carmeli residentiam trahere, quod Caprasius ab eo flagitaverat, opere complevit.* Ergo &c.

*S. Cyrillus: cur Ioannes XLIV. librum de instit. monach. scripserit.*

148 Probatur quartò: ex Ioanne de Bachone, passim appellato *Doctore resoluto*, lib. *de Instit. & intitul. Ord. Carm. cap. 3. In hoc Carmelo, ad imitationem Carmelitarum Beatæ Mariæ, Eliæ & Elisei, successerunt Fratres de Carmelo, juxta Fontem Eliæ, in cellulis parvis contemplationi vacantes, ut patet in historia Ierosolymitana cap. LII. & in Speculo Historiali libro XXXI. Et ex hoc intitulantur,* ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI. *Ex loco enim, & Sancto, quo prædecessores in Religione fuerunt intitulantur successores:* de verborum significationibus, Abbate. *Post Incarnationem quoque Oratorium in Carmelo, sub titulo Beatæ Mariæ erexerunt. Propter hoc ab ea rectè intitulati sunt:* cap autem 4. *Ordo Carmelitarum ab antiquo Institutionem & Regulam habuit à Ierosolymitano Patriarcha,* in Speculo Historiali lib. 31. cap. 34. *Et hoc valuit à Iure, cum non exstitit reservatum. Et hæc Institutio præcessit Lateranense Concilium.* Sexto de religiosis domibus cap 1 *Et in eodem Concilio hæc Religio & Regula fuerunt approbatæ, sicut & omnes Religiones & Regulæ Lateranense Concilium præcedentes.* De Constitutionibus cap. 11. & ultimo. *Ubi tantùm inventio novarum Regularum & Religionum fuit interdicta:* De religiosis domibus cap. ultimo. *Postmodum in Concilio Lugdunensi fuit Ordo in suo statu reservatus, cum clausula* donec. *Sed infrà breve tempus editus fuit sextus Liber Decretalium, in quo Dominus Papa se referens ad antiquam ejus Institutionem, à jure clausulam* Donec *resecavit, & Ordinem iteratò solidavit, dicens:* Carmelitarum Ordinem, cujus Institutio Lateranense Concilium præcessit, in solido statu volumus permanere. *in Sexto* de religiosis domibus *cap.* Religionum diversitatem. *Sic ponderant omnes tres Glossæ. Cardinalis dicit:* Hic Papa istum Ordinem consolidat. *Glossa dicit.* Sic Ordo iste est totaliter confirmatus. *Ad idem Ioannes Andreas. Et in privilegio exemptionis Papa dicit.* Ordinem vestrum, titulo Beatæ Mariæ insignitum, in statu firmo, solido, & stabili volumus permanere. *Cum dicitur* volumus, *perpetuæ sententiæ habet firmitatem* De verborum

*Ioannes de Bachone exponit Carm. successionem &c.*

*Ordo Carmel. lateranense præcessit.*

*Eiusdem confirmatio.*

verborum significatione *cap.* in his. *Et idem Papa, qui sanctos Ordines Prædicatorum & Minorum instituit, Regulam Carmelitarum, ab antiquo traditam, confirmavit, & successor ejus, ut habetur in Bullis Apostolicis &* in Speculo historiali lib. 33. cap. 23. *Ordines & Regulæ approbatæ à Papa, in Iure pro approbatis habentur*: De excessibus Prælatorum *cap.* Nimis primo & secundo. *Et* de electionibus *cap. significasti.* Vide suprà *n* 137.

149. Probatur quintò: ità loquuntur Miræus n. 82. citatus: *Iosephus docet, Carmelitas coadjutores fuisse Apostolorum* &c. Ioannes XLIV. *ibidem* n. 82. *Filij Prophetarum montis Carmeli* &c. *fuerunt tunc à S. Ioanne, Duce eorum, sicut & cæteri de populo, baptizati.* Luitprandus *ibid.* n. 83. *Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita Monachus fuit.* Sigisbertus Gemblacensis *ibidem* n 84. *Cum Carmelitæ in sancta pœnitentia perseverassent à tempore SS. Eliæ & Elisei* &c. Armacanus *ibid.* n. 85. *Vt dicunt historiæ fide dignæ, à tempore Eliæ & Elisei, qui sæpiùs morabantur in monte Carmeli* &c. *usque ad tempora Salvatoris: tunc illi Eremitæ* &c. *Oratorium in honorem B. M. Virginis construxerunt, & ob hoc nimirum Dominæ nostræ primitùs sunt adscripti, ut dicerentur Fratres B. M. Virginis de monte Carmelo.* Vide Waldensem & Authorem Historiæ Romanæ *ibidem.* Carthagena *ibid.* n. 87. *Ecce illustrissimam hanc nomenclaturam B. V. M. de monte Carmelo nacti sunt Religiosi Carmelitani, quià verè illi primi fuerunt, qui Virgini Mariæ, in primo Ecclesiæ sæculo, Oratorium construxerunt.* Trithemius *ibid.* n. 88. *A tempore siquidem Eliæ & Elisei, Prophetarum Dei, usque ad Christi nativitatem, plures montem Carmeli, amore solitudinis, coluerunt* &c. (indè autem *Carmelitæ* appellati,) *qui deindè, crescente numerò fidelium, in* Carmeli *montis latere, in honorem Virginis Mariæ, capellam extruxerunt: undè & vocabulum loci & Religionis recipere meruerunt.* Undè Sixtus IV. in *Bulla*, quæ incipit *Dum attentâ*, ubi sic: *Dum attentâ meditatione pensamus, quod gloriosissima Dei Genitrix Virgo Maria produxit S. Ordinem B. M. de monte Carmelo, quem ejusdem Virginis Mariæ speciali titulo voluerit insigniri, ut ab ejusdem Virginis titulo reverentiam Ordo ipse à Christi fidelibus peramplius veneraretur.* Vide *ibid. n.* 95. Confirm. 1. *& n.* 96. Confirm. 2. Atqui ista convincunt, saltem sub initium nascentis Ecclesiæ, *Filios Prophetarum, Essenos* &c. esse vocatos, *Fratres de Carmelo, Fratres Carmelitas, Fratres B. M. Virginis de Monte Carmelo*: Ergo &c. Ordinem Carm. fuisse tempore Apostolorum probatur.

150. Confirmatur: ex alijs authoritatibus & traditione omninò irrefragabilibus commodiùs citandis *Scuto XVI.* Et *dissidentium Pharetra ultima.*

151. Dixi n. 144. *& specialiter sub initium sæculi quarti.* Ut patet ex dictis de Ioanne 44. *postquam inceperunt nominis Ordinum distinctiones*; quià, cum nostri primævam SS. Eliæ & Elisei Institutionem, in Carmelo factam, servare vellent, & servarent, se *Fratres de monte Carmelo* seu *Carmelitas* dixerunt à Carmelo primæ suæ Institutionis loco, vel etiam indifferenter, quod gloriosum erat, *Fratres B. M. Virginis de monte* Carmelo à Sacello in Carmeli monte ad illius honorem à se primò omnium erecto: licèt tamen apud alios istius temporis non fuissent ità vocati, non sequitur, quod non fuissent tales; quià nihil apud Scriptores, SS. Antonio, Pachomio, Basilio, &c. coëvos, de ipsorum Ordine, sub ipsorum, aut specialis loci, appellato nomine legitur, ut benè notat Bosius lib. 9. de signis Ecclesiæ cap. 7. *Quamvis anteà plurimi sequerentur instituta Antonij, Hieronymi, Benedicti, Basilij, Augustini, non videas tamen Monachos ullos ferè à Scriptoribus nominari à nomine istorum. His temporibus* (SS. Francisci & Dominici) *cæperunt distingui familiæ, quasi membra unius corporis, ab uno spiritu contenta & gubernata. Prius universi Monachi communi nomine nuncupabantur; nunc ad gloriam suorum Sanctorum voluit esse Deus membra distincta, unoque inter se spiritu, fidei & charitatis cohærentia, diversis tamen cognominibus separata.* Et tamen non sequitur, quod non fuerint tunc æquivalenter. Aliundè verò parum refert, quo nomine tunc nostri fuerint appellati, modò quoad *rem ipsam* fuerint; cum reverà de *re ipsa*, non de *nomine*, ad scopum nostrum debeat esse disputatio, videlicèt, an reverà fuerint tales Religiosi, quales S. Elias in Carmelo instituit, & Antiquitas Ordinis Carmelitarum.

ab eo tempore semper fuerint tales, ut eius hæreditariam successionem meritò tenere dicantur, prout nos esse, & hanc tenere contendimus, & hucusque probavimus, pro maiori tamen confirmatione fit.

# SCUTUM XV.

152\. *Ordinis Carmel. monasteria ante an. 1100.*

*Non solùm nongentis circiter annis, antè Christi nativitatem, Monasterium in Carmelo, Palæstinæ monte, habuerunt Filij Prophetarum, & indè sunt nominati Carmelitæ, ab Elia Sanctissimo Dei Propheta erectum & fundatum, ut constat ex præmissis* Scuto VIII. & XIII. *Sed & alia fuerunt in Europa, extra Palæstinam & Syriam, à viris religiosis è Carmelo descendentibus erecta, ante SS. Bertholdi & Alberti tempora.*

## NERVUS

*Antiquissima recensentur.*

153\. PRobatur primò: Quià (præterquam quòd satis constet ipsos tempore Eliæ habuisse, præter Carmeli Montis propheticum, Monasteria in Bethel, Carith & Iericho ex dictis *Scuto VIII.* & aliàs sæpè; imò & Ierosolymis Christi tempore, ex præmissis *Scuto XII.* & *XIII.*) noster S. Elpidius fundavit Monasterium Carmelitarum Toleti in Hispania Anno Christi 40. sæculo primo. Juxta Luitprandum, qui claruit anno Christi 1000. & fragmento 118 sic scribit: *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita Monachus fuit: & in prima Petri concione conversus ad fidem, cum socijs multis venit in Hispaniam, & Toleti fundavit Monasterium Virginum, & Monachorum: ubi posteà fuit Agaliensis, quod fuerat B. Virgini Sacrum, Monialium harum Matri. Et numero 194. Magna pars eorum, qui dispersi in persecutione S. Stephani ad varias partes trajecerunt, & ad Hispaniam plurimi venerunt, erat ex Monachis Montis Carmeli, prædicationibus Christi & Apostolorum ad fidem conversis, in quibus Elpidius, & socij Pontifices à S. Iacobo creati, & post Martyres facti.* Numero autem 286. de eodem S. Elpidio dicit: *S. Elpidium & ejus socios, Episcopos fuisse de numero Religiosorum Carmelitarum, qui in Hispania, & per alias Regiones, Monachatum introduxerunt. Istos vocat Eusebius lib. 2. cap. 3. Prophetici Ordinis.* Relationi autem Luitprandi habendam fidem, probat Lezana *Tom. 2. Annal.* ad An. Christi 40. & confirmat illud Juliani Perez seu Petri, Archipresbyteri S. Justæ Toletanæ in *Tract. de Eremitorijs n. 15.* ubi sic: *Eremitorium Toleti in suburbio S. Mariæ de Alf (id est Alfizem, qui titulus est Ecclesiæ Carmelitanæ Toletanæ) à temporibus antiquissimis tria templa Toletanorum: quo venerunt olim Monachi Carmelitæ, & tempore captivitatis fuit Ecclesia Regis Adelfonsi VI.* Vide etiam P. Franciscum de Flores, Societatis IESU, infrà *n. 218.* & *ibidem* P. Franciscum Protocarrerum ejusdem Societatis.

*Toleti anno 40.*

154\. Probatur secundò: Quià anno Christi 743. circa Florentiam, celeberrimam Italiæ Urbem, jacta fuere fundamenta, & erecta Ecclesia Carmelitarum Monasterij Eremitici,

Eremitici, de quo postmodum intra Urbem translato hæc Episcopi Florentini an. 743. facta protestatio. *Nos Thomas, Miseratione Divinâ Florentiæ Episcopus, protestamur expressè ad perpetuam rei memoriam, & posteris futuram fidem, quod ad honorem Dei, & Beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, & omnium cælestem Civium, in cœlestibus triumphantium, præsentibus Mauritio, Cionio, Cotherico, Ardingo à Sancto Geminiano, & Gottifredo Cuffa, omnibus Ecclesiæ Florentinæ Presbyteris, nec non & præsentibus Eremitis ejusdem Carmeli montis, Genesio, Basilide, Cyrillo, Enoc, Phronto, Honuphrio, & Elpidio, ex eodem sancto monte, ab Humar Arabia iniquo Machometi successore & discipulo Humar Rege fugientibus, & in hanc Provinciam decursis, hâc præsenti die infrascriptâ, primum lapidem parvæ Ecclesiæ in remoto loco, pro eisdem Eremitis Carmeli, ad totius Florentini populi placitum & concursum, proprijs nostris manibus, Deo dante, posuimus, propè civitatem, juxta Pisanam viam & fluvium Arni. Acta sunt hæc Florentiæ in Palatio Episcopali, Testibus ad omnia vocatis, Ioseph à S. Vualdo, Balduino Balduini de Colle Vallis Elsæ, & Gualterio quodam Vicedomino Florentino, sub anno Domini 743. mense Majo, ejus verò die primâ, indictione decima-tertia* &c. *Ego Raynerius Simeonis à Signa, Apostolicâ & Imperiali auctoritate Notarius Florentinus, rogatus meâ manu confeci, & signum mei tabellionatus apposui* &c. *Locus* ✠ *signi.* Quam ipse aliquoties Legi in transitu Romam ad tria Capitula Generalia, diversis temporibus celebrata. Inscriptio in Claustro Conventus Florentini. *A Christi Nativitate Ann. 743. Kalend. Maij ad honorem Dei, &* B. *Mariæ Virginis de monte* Carmelo *erecta fuit parva quadam Ecclesia, cujus primum lapidem posuit Rev. DD. Thomas Episcopus Florentinus in recessu prope* Civitatem, *juxta Pisanam viam & flum. Arni, pro Eremitis quibusdam montis Carmeli, Genesio scilicet, Basilide, Cyrillo, Enoc, Phronto, Honuphrio, & Elpidio, Humar Arabiæ Regis Machometi successoris tyrannidem fugientibus, nutu Divinô in hanc Urbem perductis. Deindè Ann. 1268. Kal. Iulij extra civitatem fundata fuit hæc secunda Ecclesia, per Reverendiss. DD. Ioannem Florent. Antist. sub titulo Fratrum ejusdem Ordinis, præsentibus pluribus personis Religiosis ac sæcularibus. Qui Antistes donavit pedem S. Agnetis Virg. & mart. & caput S. Cordubæ itidem Virg. & mart. S. Ursulæ Sociæ, quæ sunt adhuc in eadem Ecclesia. Post fundationem verò anno 1422. Dominica in Albis die 19. Aprilis, ex concessione Martini Papæ V. ad preces D. Francisci de Soderinis per Reverendiss. D. D. Americum Corsinum primum Florentiæ Archiepiscopum solemniter consecrata fuit, assistentibus RR. DD. Antonio Fidei* Carmelita *Episcopo Suanensi, & Benotio Federigo Episcopo Fesulano Florentinis; in qua Consecratione idem Reverendissimus donavit reliquias de SS. Bartholom. Thoma, & Barnaba Apostolis, Marco Evangelista, Clemente & Antero PP. & MM. Laurentio, Sebastiano, & Pancratio MM. quæ in eadem Ecclesia conduntur. Quam cuilibet contrito & confesso in Dominica in Albis idem Archiepiscopus pro tunc Indulgentiam quadraginta dierum visitanti concessit. Quam plenariam & perpetuam fecit SS. D N Gregorius fel. record. Dat. PP. XIII. Ann. salutis 1585. ut ex originalibus in Arca* Conventus *positis, quorum copia fide digna in Sacristia extant affixa.* Hanc etiam tanquam oculatus testis refert Reverendissimus P. Philippus à Sanctissima Trinitate, nostrorum Discalceatorum modernus Generalis, *Theologia* Carmelitana *q. 12. art. 2.* & suæ Relationi hanc Notam subdit. *Nota; quod anno 1660. datâ occasione bis disserui de antiquitate nostra Religionis Carmelitanæ, cum R. P. Godefrido Henschenio, Belga Societatis* IESU, *qui plurimùm in historia eruditus negabat Carmelitas esse antiquiores S. Alberto Legislatore nostro, qui à quingentis ferè annis vivebat: Sed cum præsentem ei discursum fecissem, per tot sæcula retrocedendo, tandem respondit, se non amplius dubitaturum de nostra successione hæreditaria ab Elia Propheta, absque interruptione, si vera essent, quæ modò scripsi de fundatione Conventus Florentini; & quod in reditu foret transiturus Florentia ad comprobandam hujus rei notitiam: intererant ejus socius junior item Belga, successor electus in scribendo, & ex nostris P. Cœlestinus à S. Ludovina Batavus, in nostro Conventu S. Mariæ de Victoria ad montem Quirinalem Romæ. Post modùm rescivi à R. P. Gabriele ab Annuntiatione Carmelita, ejus olim in lingua Græca discipulo, quod ipsi Florentiæ existens scripserat, se ibi vidisse monumenta antiquitatis nostra, de quibus iam non dubitabat; quod etiam confirmavit alteri* Patri *Carmelitæ in Belgio, ut litteris indè missis didici.*

Pisis Anno 743. 155. Addit Lezana *Tomo 3. Annalium ad An. 743.* sub istis temporibus etiam fundatum Pisis decem horis Florentia, Carmelitarum Monasterium. Vide Patrem Franciscum de Flores, Societatis IESU, infrà *n.* 119.

Leontiæ Anno. 828. 156. Probatur tertiò: Quià anno Christi 838. erectum fuit in Cicilia Leontinum Carmelitanum Monasterium, & anno 1220. restauratum. Dictæ autem Fundationis authenticum testimonium profert Lezana *Tom 3. Annal. ad Annum* 838.

Tonchelpieliæ Anno. 928. 157. Probatur quartò: Quià Carmelitanum Monasterium Tonchelspielense in Germania, esse fundatum anno 928. probat præcitatus R^mus. P. Philippus à SS^ma. Trinitate *ibidem* testimoniò R. Adm. P. Gabrielis ab Annunciatione, Assistentis Generalis, quod refert, ut sequitur: *Conventus Tonchelspiele, situs in civitate Imperiali ejusdem nominis in Suevia, est Provincia Germaniæ superioris. Habent monumenta ejusdem civitatis fundatum fuisse à quodam Rustico, qui Carmelitis suam dedit villam, circa annum Domini nongentesimum; & ex occasione Rusticorum, qui Conventui famulantes juxta illum domos construxerunt, dicitur Civitas paulatim accrevisse, quæ hodiè est una ex Imperialibus. In Chronico parvo Sueviæ, Germanico idiomate, per Martinum Zeillerum Vlmæ 1653. impresso, habetur civitatem Dimo Kelspilensem exordium suum sumpsisse à villa quadam vulgò Dinckelhof; nam olim Rusticus inhabitans sæpiùs transmigrantes Religiosos Carmelitas hospitatus est, & illis demùm villam donavit. Hinc Carmelitæ antiquiores Civitate sunt. Anno 928. sub regimine Cæsaris Henrici primi hoc oppidum villicum simplici muro circumcinctum.*

Perusij Anno. 950. 158. Addit R. P. Daniel à Virgine Maria Historiographus Ord. *Vinea Carmeli* numero 471. & 472. *Perusij quoque, aut in vicina Eremo quadam, seu loco solitario, Carmelitas extitisse ante annos septingentos, habetur ex Ludovico Iacobello* in Annalibus Umbriæ circa annum 950. & 1032. *Qui etiam testatur Benedictum IX. sub annum 1034. die 2. Augusti, licentiam concessisse nostris Carmelitis transferendi suum Conventum de uno loco in alium. De istius Conventus Antiquitate plura videri poterunt in Annalibus Ordinis ad annum Christi* 1296. Insuper.

Antiquitas monasterij S. Martini in montibus Romæ. 159. *Antequam Italia egrediamur, opportunè hîc etiam referenda occurrit fundatio clarissimi Cœnobij nostri S. Martini in montibus Romæ, juxta Thermas Domitianas; estque hujusmodi: Circa annum Christi 844. Pontifex Sergius Secundus Basilicam Sanctorum Silvestri & Martini, vetustate marcescentem, & Divinâ antiquitate laceratam, à fundamentis restauravit, & pretiosissimis aureis, argenteis, ac hyacinthinis donis decoravit: atque ad ejus latus Monasterium construxit: quod ejus successor Leo IV. perfecit, prout ex Anastasio, in illorum vita: & confirmant hi versus, in vetusto ejusdem Ecclesiæ monumento reperti, & à Baronio commemorati, ad annum* 847.

Sergius hanc cœpit Præsul, quam cernitis Ædem,
Cui moriens nullum potuit conferre decorem.
Sed mox Papa Leo Quartus, dum culmina sumpsit
Romanæ Sedis, Divinô tactus amore,
Perfecit solers meliùs, quàm cœpta manebat,
Atque piâ totum picturâ ornavit honestè.
Cœnobiumque sacrum statuit, Monachosque locavit,
Qui Domino assiduas valeant persolvere laudes.

*Istos, ante Monachos fuisse Orientales, & Carmeli propaginem, seu Eliades, declaratur in Annalibus Ordinis ad dictum & sequentem annum, & in Appendice ad illum tomum, circa Basilicam SS. Silvestri & Martini in montibus. Et confirmatur ex eo, quod, cum anno 1652: die 19. Decemb. de mandato Reverendissimi P. Magistri Ioannis Antonij Philippini Romani, totius Ordinis Carmelitarum Generalis, effossa esset terra in spatio eminentiori, in quo est Altare majus Ecclesiæ SS. Silvestri & Martini in montibus, & erutâ postmodùm indè terrâ, locus subterraneus aperiretur perventumque esset ad radicem Altaris majoris post aliquam suffossionem retectus est paries quidam lateritius, crassitiei non mediocris, in cujus medio erat forulus*

*feralus vacuus, ad cujus latera utrimque conspiciebantur imagines duæ depictæ, duos Carmelitarum Sanctos repræsentantes.*

160. Probatur quintò: Quia Monasterium Carmelitarum posteà Burdegalæ in Gallia fundatum Anno Christi 1100. habetur ex hoc Authentico ex Archivijs dicti Monasterij extracto: *Conventus Burdegalensis Carmelitarum, tribus vicibus extructus est in tribus diversis locis civitatis Burdegalensis; intra tamen ambitum ejusdem Parochiæ, quæ dicitur S. Eulalia Virginis & Martyris. Primò fundatus fuit anno Domini 1100. ut veti facti in honorem B. Mariæ Virginis de monte Carmelo per Illustriss. D. de la Lande, eò fine, ut victoriam obtineret contra Gigantem, seu hominem proceræ staturæ, qui ex parte inimicorum Burdegalam obsidentium, ad singulare certamen cum aliquo Burdegalensi ineundum, quod destinatum erat, ut de summa belli disceptarent: obtentâ victoriâ, ope Deiparæ. Conventum Carmelitarum extruxit; quem deindè alius ejusdem familiæ, dictus Gagliardus de la Lande, reædificavit in alio loco, anno Domini 1217. Tandem tertiò extructus fuit dictus Conventus anno Domini 1497. liberalitate Dominæ Catharinæ de la Lande &c.* Burdegalæ anno. 1100

161. Probatur sextò: Quia Monasterium Carmelitarum Boppardiæ in Germania fuisse circa Annum 1100. habetur à R.P. Angelo Augusto Genuense Priore & agente Generali, qui in *Miscellaneis Ord. Carm.* sic scribit. *Conventus Buppardiensis, licèt in superiori Germania reperiatur, dicitur tamen pertinere ad Provinciam Germaniæ inferioris; Quô tempore, anno & die fundatus fuerit, usque modò non reperi; sed quod sit antiquissimus, & insignis fuerit, exprimit lapis tumuli primi Prioris dicti Conventus, qui est in ipso ingressu & ambitu chori, & in quo legitur, dictum Priorem, vocatum Henricum, obijsse anno Domini 1113. ut in sequenti Epitaphio legitur.* Boppardiæ eodem an.

*Dum sol mille suo cursu compleverit annos*
*Virgineo à partu, centum simul, & duo lustra,*
*Et tres exactos, fatalis terminus instat*
*Octobris nigro verè signanda lapillo;*
*Ultima lux; rapuit virtutum luce coruscum*
*Parca severa virum, quem sacri gurgitis unda*
*Abluit Henricum, rara virtute Priorem,*
*Ordinis agnoscit sacri sententia nomen.*
*Qui sibi Carmeli Divino munere poscit,*
*Atque urbs fausta colit sanctè* Boppardia: *saxum*
*Ossa tenet, iacet hic gelidâ tumulatus arenâ.*
*Virtutum exemplar; fulgens Henricus; at astra*
*Mens tenet, & superum felici sede moratur.*

162. Addit prælaudatus P. Daniel à Virgine Maria *Vinea Carmeli* n 477. *Fundatio Conventus nostri Coloniensis à nonnullis adscribitur annò* 1098. *de qua in libro* de Ortu & progressu Ordinis hujus, *ex Ioannis Trithemij, Auberti Miræi, & aliorum Authorum de Ordine Carmelitano scribentium, opusculis compilato, & Coloniæ Typis edito anno* 1643. *sub titulo isto*, Elogium Ordinis Carmelitani, *hæc referuntur:* Coloniensis Conventus primus Fundator (ut docet Erhardus Winheim Carthusianus in Sacrario Agrippinæ) extitit è nobili genere Bruno quidam, acerrimus contra Saracenos miles, Asiæ victor BERNHOFF cognominatus, qui anno salutis millesimo nonagesimo octavo hujus Ordinis Religiosos è monte Carmelo secum Coloniam deduxit. *Sed Lezana ad istum annum ex Segero Pauli, animadvertit, errorem in annorum numerum irrepsisse, nimirùm pro anno* 1198. *positum fuisse* 1098. *Quod* Coloniæ anno 1098.

*facilè & sat frequens est in historijs: hinc cum Ægidio Gelenio* in descriptione Coloniæ Agrippinæ, *primum nostrorum incolatum Coloniæ adscribit dicto anno* 1198.

De alijs monasterijs Carmelitarum.

163. Sed istis temporibus fuisse hinc inde per totam Europam dispersa Monasteria prudenter dubitari non potest; sed ista sufficiunt, ut efficaciter probemus Ordinem Carmelitarum, & quidem in Europa, sub hoc nomine, præcessisse tempora SS. Bertholdi & Alberti; alioqui in Palæstina diutissimè etiam præcessisse tempora Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani, sive Christi sæculum quartum, satis constat ex præmissis *Scuto VIII.* & *XIII.*

# SCUTUM XVI.

Successio Carm. in Eliæ monasterio montis Carmelo.

164. *Carmelitæ moderni Monasterium in S. Carmeli monte ab Elia Sanctissimo Dei Propheta fundatum & successivè restauratum, hucusque per hæreditariam successionem tenuerunt, & inhabitarunt.*

## NERVUS.

Illius probatio remissive.

165. Probatur: quià illud fuisse semper usque ad tempora Christi per hæreditariam successionem retentum, & inhabitatum à Filijs Prophetarum, Essenis &c. constat ex præmissis *Scuto XI.* Regulam autem S. Alberti, quam hodiè servamus, fuisse illam ipsam quam Filij Prophetarum, Esseni &c. juxta traditionem ab Elia sanctissimo Dei Propheta acceptam, servarunt, ac proindè, filios Prophetarum, Essenos & nos Carmelitas esse, & fuisse ejusdem Ordinis Prophetici, sive Carmelitani, patet ex præmissis *Scuto XIII.* licèt non fuisset istô tempore, usque ad Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosoymitani sæculum quartum post Christum, vocatus Ordo Carmelitarum, aut Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo, prout hodiè, & continuò in Bullis Pontificum, vocatur, uti probavimus *Scuto XIII.* Filios verò Prophetarum, sub nomine *Carmelitarum*, Monasterium illud montis Carmeli, à præfato Propheta sanctissimo fundatum, per hæreditariam successionem tenuisse, & inhabitasse, à sæculo quarto usque ad tempora SS. Bertholdi & Alberti, quorum hic Regulam prædictam, ab Elia per traditionem acceptam, suis successoribus scripsit, ac scriptam tradidit, videtur manifestum.

S. Cyrillus.

166. Primò: Testimoniô S. Cyrilli Constantinopolitani in *Epistola ad Eusebium*, Eremitam montis Neroi: *Illo itaque tempore, quamvis pauci verumtamen probatissimi Monachi nostræ Religionis, dimissis mansionibus, quas habebant in Vrbibus & Villis, hunc Carmeli montem non deserentes, jugiter in eo, & quibusdam alijs Eremis Terræ Sanctæ, permanserunt, sub disciplina Monasticæ vitæ Eremiticæ per Eliam Prophetam instituta.* Ita ille: Floruit an. 1190.

Idem.

167. Secundò: Testimoniô ejusdem S. Cyrilli Constantinopolitani Tract. *De processu, & varijs Regulis Ord. Carm.* cap. 1. *Fuit autem, tempore Arcadij & Honorij Imperatorum, in monte Carmeli Pater dictorum Religiosorum, quidam vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannis nomine, qui cæteros consortes suos, ejusdem montis Monachos, exemplô suô & magisteriô sollicitè inducebat ad perfectionem inquirendum, secundum propheticam disciplinam vitæ monasticæ, per Eliam Prophetam institutæ: quam Ioannes eis exponebat ex diversis dictis, tàm veteris, quàm novæ Legis, & ex nonnullis Tractatibus editis à Professoribus prædecessoribus suis. Qui tandem, propter ejus sanctitatem, in Pontificem Hierosoly-*

*Hierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatus, Apostolo Iacobo in Episcopatu ejusdem Ecclesiæ XLIV. successit. Hunc Ioannem charissimus ejus discipulus, nomine Caprasius, ejusdem* Montis *&* Religionis Monachus, *suppliciter flagitavit, ut quæ de Institutione hujus Religionis, & primis ejus Fundatoribus, & de perfectione ad exemplum eorum acquirendâ, frequenter disseruerat, dignaretur sibi, & suis consortibus, breviter redigere in unum volumen, in quo omnia per ordinem intuerentur, nè oporteret eos librorum numerositatem evolvere. Ioannes ergo cernens, quòd, propter occupationem suscepti officij, non posset ulteriùs jugem in monte* Carmeli *residentiam trahere, quod Caprasius ab eo flagitaverat, opere complevit.* Et infrà: *In cujus disciplina, usque ad tempora Heraclij Imperatoris, per annos circiter ducentos quinque; ad exemplum Fundatorum & Priscorum Patrum dictæ Religionis, pacificè in Terra Sancta conversati fuerunt.* Vide Ioannem XLIV. *Scuto XIII. n.147.* ubi expresse de Carmelitis loquitur. Persecutiones autem, comburia & martyria, quæ ab *Anno* 635. usque ad *Annum* 1099. incredibiliter in Monachos, & eorum bona sævierunt, refert R.P. Daniel à Virgine Maria in *Vinea* Carmeli *p.3. cap.25. 26.27. & 28.*

*Carmelitarum persecutiones.*

168. Quantumvis tamen, toto isto sævissimarum persecutionum tempore, Carmelitæ suum Carmeli montis primæ Institutionis Conventum non inhabitassent, non ideò illius possessionem & hæreditariam successionem amisissent, ut patet. *Primò*: quià legitima possessio non amittitur, nisi *alienatione*, aut *præscriptione*, ut unanimiter docent Juristæ; non solùm verò evidens est, ipsos Conventum illum non alienasse, sed nec bonæ fidei in illum ullam præscriptionem procedere potuisse, cùm sævissimæ persecutiones, omnibus notoriæ, invincibiliter impedirent, nè jus suum tuerentur. *Secundò*: quià nulla fuit omninò præscriptio, cum solâ Barbarorum sævissimâ in Christi fideles tyrannide incæperit, & terminata sit, quæ nullatenùs bonæ fidei esse potuit. *Tertiò*: quià statim ac cessavit barbaries illa Tyrannica, nos, non alij, sæculares Monachi, nostrum in monte Carmeli, palàm, nemine contradicente, resumpsimus habitaculum tanquam proprium, prout reverà, ante persecutiones illas, nobis notoriè proprium erat. *Quartò*: quià si hæc, licèt invincibilia, te protervum non convincant, dicam, hæreditariam successionem, quam prætendimus, non necessariò esse petendam à loco Carmeli montis; sed à norma vitæ Monasticæ, nobis à Sanctissimo Propheta Dei Elia in Carmeli monte tradita, quam hæreditariè tenemus, & à tempore Eliæ, etiam tempore dictarum persecutionum, in Europa semper ininterruptè in varijs Provincijs & Monasterijs servavimus. Nullus sanè, quantumvis exiguæ mentis, diceret cæteros Carthusianos, qui in Carthusia nunquam, aut cæteros Benedictinos, qui in monte Cassino nunquam, in Carthusia aut Cassino amittere hæreditariam successionem, si incolæ ab illis violenter expellerentur, & per nefas extra vivere cogerentur; cum *locus* non faciat *Ordinem*, licèt interdùm & det *nominis* appellationem, quæ non mutat Ordinem, ut satis probavimus suprà, & manifestum est in Ordine S. Benedicti, qui unus idemque cum hæreditaria in monte Cassino successione indivisus stat, propter normam, quam ubique servant à S. Benedicto in monte Cassino acceptam, licèt ipsorum, alij *Cassinenses*, alij *Camaldulenses*, alij *Cluniacenses*, & in Belgio nostro alij *Vedastini*, alij *Amandini*, alij *Affligemienses*, alij *Marchianenses*, alij *S. Petri*, alij *S.Bertini*, alij *S. Gerardi*, alij *S. Adriani* vocitentur: sed Ordinem facit servata vitæ Monasticæ norma ab uno Fundatore accepta, quamdiù S. Sedi eundem Ordinem in plures Ordines, prout nostrum in Nos & Discalceatos, & sic de alijs, divisit, dividere non placuerit: quô casu diversus non erit à diversitate primæ originis, primitivæ religiosè vivendi normæ, aut Fundatoris; sed à diversitate Capitis Generalis cujusque Membri, alioqui ejusdem Ordinis Vide *Scuto XVII. & XII.* de his plura. Intereà antedicta.

*Recessus è Carmelo ob persecutionem non interrumpit successionem.*

*Confortatur ab exemplis.*

169. Perpende bene, & videbis, Abbatem Ioachimum *an.*1119. prophetasse id, quod

Prophetia Abbatis Ioachimi.

quod Em. Baronio, & sectatoribus ejus, evenit dicentibus, *Ordo Carmelitarum sub Alexandro IV. sumpsit originem* (nisi loquantur de origine, sumpta, à collectione Carmelitarum ob persecutiones dispersorum, sensu dando n. 646. ad 650. aut cœpta in Occidente, sive Europa, aut sub Regula præceptiva scripto tradita) sic enim in *cap.14. Apocal.* scribit. *Surget Ordo in Occidente, qui videbitur novus, & non est* (quià, etiam ante Christum, multis sæculis præcessit in Oriente) *induti nigris vestibus, & accincti desuper zona. hi crescent, & fama eorum divulgabitur, & prædicabunt fidem, quam & defendent usque ad mundi consummationem in Spiritu Eliæ, qui erit Ordo Eremitarum æmulantium vitam Angelorum, quorum vita erit, quasi ignis ardens in amore & zelo Dei.* Quô explicat illud, quod præmiserat in *cap.1.* Ieremiæ. *Licèt novus* (in Occidente, ob Orientis persecutiones) *Ordo prædicantium Ecclesiæ oriatur: tamen Ordo ipse initiatus est à Prophetis, Apostolis & Doctoribus tertij temporis Ecclesiastici, charus, & cognitus, & electus, & acceptatus à Deo.* Quid clariùs & expressiùs adduci posset.

Quatuor Propheticæ revelationes.

170. Confirmatur quatuor Revelationibus. Prima: Isaiæ cap.32. *Et erit desertum in Carmelo, & Carmelus in saltum reputabitur, & habitabit in solitudine judicium, & justitia in Carmelo sedebit, & erit opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium & securitas* (putà in Carmelo) *usque in sempiternum.* Secunda: quæ primam confirmat, facta S. Petro Thomæ à Diva Virgine, de qua *Scuto XVI.* n.191. ad 198. *Confidito Petre Religio enim Carmelitarum in finem usque sæculi est perseveratura: Elias namque ejus Institutor iam olim etiam à Filio meo id impetravit.* Vide infrà *n.*191. ad *n.*198. Tertia: facta S. Cyrillo Constantinopolitano, quam Bostius (floruit An. Christi 1490.) refert, ut sequitur: *Cum cœlitùs didicisset, ob scelerum multiplicationem apud Orientis Christicolas, proh dolor! nimis abundantem, sacram Carmeli Religionem penitùs eradicandam à Terra Sancta (lacte & melle fluidâ terrâ, in qua steterunt pedes Domini, quam acquisivit sanguine suo, quam suâ natruitate, conversatione, prædicatione, morte, resurrectione, ascensione multipliciter illustravit) immensô dolore consternatus. Imperialem Virginem Mariam, ut Carmeli gregem, sibi dicatissimum, jure maternitatis, & Patronatus unicè sibi attinentem conservaret, sedulis precibus rogitavit. Et non defuit zeloso Dei Matris amatori Divina consolatio, quâ sublimiter edoctus fuit, Ordinem suum è Terra Sancta evulsum in aliis Christiani Orbis Provincijs affluentissimè dilatandum. Sicut fiendum à Superis audivit S. Cyrillus, ità factum vidit omnis Mundus. Religionem videlicet Carmelitanam multò latius in propagine ramorum germinare, quàm pridem in radice pullulaverat.* Quæ est conformis Scripturæ, quoad *eradicationem* &c. Ieremiæ cap.4. *Aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes Vrbes ejus destructæ sunt à facie Domini, à facie iræ furoris ejus.* Quod prædixerat Isaias cap.4. *Et auferetur lætitia & exultatio de monte Carmelo, & in vineis, non exultabit, neque jubilabit.* Et hæc quoad temporalia; quoad spiritualium verò in illo *sempiternitatem*, conformis est Isaiæ *cap.*32. suprà citato. Vide infrà *n.*210. Quarta: S. Ildegardis, *In c. filiorum Sion venient equi varij coloris, quorum progressio ab Oriente in Occidentem. Hi primi & novissimi.* Quæ confirmat tertiam. Nam, tempore persecutionum, Saraceni coëgerunt Carmelitas nostros ex pallio albo facere Barratum, sivè variegatum, usque ad tempora Honorij IV. eò quod ipsorum Satrapæ palliô uterentur albô.

Prophetiæ illæ de Carm. respiciunt tempora priora S. Alberto.

171. Subsumo: atqui omnes istæ Prophetiæ & Revelationes respiciunt tempora SS Bertholdum & Albertum antecedentia: & quidem *Prima* concernit antiquum Testamentum. *Secunda* Christi primum sæculum, in ejus Transfiguratione contigit. *Tertia* designat Terræ Sanctæ posteriores persecutiones, post à Bullonio recuperatam, & iterum perditam, Terram Sanctam; & idem est de *Quarta*: nec aliter commodè explicari possunt, quàm per hæreditariam Carmelitarum successionem in monte Carmelo usque in sempiternum, alterutrô paulò ante allatorum modorum modô, ut consideranti patebit: ergo &c. Probatur minor: quià alioqui iam illam successionem hæreditariam tempore persecutionum amisissemus, Ordo cessasset, ac proindè non perseveraret in sempiternum, contra dictas Prophetias & Revelationes: Ergo &c

SCUTUM

# SCUTUM XVII.

172. *Ratum & fixum videtur, Sacrum Carmelitarum Ordinem, quoad rem ipsam, quidquid de isto nomine sit, ab Eliæ Dei Prophetæ Sanctissimi in votis essentialibus institutione, annis circiter nongentis ante Christum, primam accepisse originem.* Ordo Carm. fuit 927. annis ante Christum.

## NERVUS.

## PROBATIO PRIMA

### *Ex sanctis Patribus.*

173. PRobatur: ex omnibus SS. Patribus, quibus probavimus *Scuto III. & V.* S Eliam & Filios Prophetarum servasse obedientiam, paupertatem & castitatem. *Scuto IV.* Ipsum fuisse horum Fundatorem, Patriarcham, & Principem. *Scuto VI. & VII.* Ipsum & illos tria essentialia Religionis vota emisisse. *Scuto VIII.* Ipsum in Carmeli monte nostrum Ordinem fundasse. *Scuto XI.* nostram Regulam esse ab ipso, Filijs Prophetarum, Essenis &c. traditam; ac proindè per Filios Prophetarum, Essenos &c. quoad rem intelligi debere Carmelitas, & illorum ac horum Fundatorem, Patriarcham, & Principem fuisse, & esse, S. Eliam. Sed de his plura infrà in *Diffidentium, Pharetra ultima* ac Expositione *Telorum* ex Em. Baronio, ubi authoritatum Classes aliquas dabimus, quibus adstipulantur, Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolym. S. Cyrillus & S. Petrus Thomas, infrà citati; uti & nostra Seraphica virgo Theresia in *libro fundationum cap.* 13. 26. & 27. ubi Eliam & Eliseum, Sanctos Dei Prophetas, vocat *Patres suos, Fundatores suos, sui & suarum stirpem, & propaginem earum.* Et cap. 28. his verbis suas sorores exhortatur: *vestros in stirpem & propaginem, è qua descendimus, Sanctorum, inquam, illorum Prophetarum, oculos conijcite.* De Ordinis Carm. ELIA fundatore, remissivè.

## PROBATIO II.

### *Ex Bullis Pontificum.*

174. PRobatur primò: ex Bullis Summorum Pontificum 1. Ioannis XXII. quæ est SABATINA, & incipit: *Sacratissimo*, in qua refertur revelatio B. Virginis ei dicentis: *Amplam meo sancto ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes piè concedere* (sive uti in Romano, *habeas præconcedere*) *per Eliam & Eliseum in monte Carmeli inchoato.* Bullam illam confirmarunt Alexander V. Clemens VII. Paulus III Pius V. Gregorius XIII. & Sacræ Em. Card. Congregationes. De quibus noster Historiographus Daniel à Virg. Maria *Vinea Carmeli P.* 3. *cap.* 33. 35. 36. & *P.* 5. *cap.* 6. ubi de ista Relatione hæc Bullæ Pontificum.

 scribit

ſcribit *cap* 33. citato n.516. & 517. *Ità tradunt Hiſtorici Ordinis noſtri vetuſtiores, & recentiores: referunt & recipiunt exteri non pauci. Ex noſtris quidem Balduinus Leerſius in Collectaneo Exemplorum cap.6. Percelebris quoque Arnoldus Boſtius in ſuo Speculo Hiſtor. lib.7. & Ioannes Paleonydorus lib.3. Hiſtor. Carmelitanæ cap.11. ubi ſic rem breviter perſtringit:* Glorioſiſſima Dei Genitrix Virgo perpetua, Carmelitarum Patrona, & Mater ſingulariſſima, addens adhuc glorificare Jonathan, id eſt columbam, Ordinem ſcilicet Carmeli, candore, & prudenti ſimplicitate inſignem, memor dierum antiquorum Eliæ & ſuorum devotorum fidelium, apparens Domino Ioanni XXII. ante Papatum, dixit: vidi tuam ad me devotionem; veluti igitur ego te ab Adverſario tuo liberabo, ad altiſſimum te promovens ſtatum, ſic videas ſimilem Fratribus meis vicem Eliæ Filijs refundas. Regulam ab Elia & Eliſeo in monte Carmeli in eorundem vita inchoatam, & per Servum Albertum, ſcriptam & confirmatam, ſolidè approbabis. Inſuper, me, & Filio meo jubente, Privilegium dabis, ut quicumque Ordinem meum intraverit, à culpa, & pœna liberatus, in æternum ſalvus fiat. Iſta apparitio ſub Bulla plumbea, cum Indulgentijs fertur eſſe in Anglia. Inſtrumentum verò ejuſdem in Conventu Ianuenſi. *Ità ille.*

*Viſionem illam referunt Duvalius.*

175. *Eandem viſionis hiſtoriam ſic paucis attingit Andreas Duvalius Doctor Parienſis*, de infallibilitate Summi Pontificis quæſtione 5. *(ubi exemplo Ioannis Vigeſimi-ſecundi oſtendit, Summos Pontifices privatis revelationibus uti minimè ſolitos in definiendis rebus Fidei)* Fertur, *inquit*, Ioannem Vigeſimum-ſecundum, cum nondum eſſet ad apicem Apoſtolatus evectus, nonnullis revelationibus à B. Vigine dignatum eſſe, quatenùs ſcilicet, cùm ſederet Pontifex, cultum ejus, ſatis hoc tempore neglectum, promoveret. *Expreſſius verò illam tradit Benedictus Gononus* in Chronico SS. Virginis Mariæ ad annum Chriſti 1321. *in hunc modum*: Huic ſanè Ioanni Papæ B. Virgo juſſit, ut non ſolùm Ordinem Carmelitarum confirmaret, verùm etiam devotionem S. Scapularis adaugeret. Proptereà in utriuſque favorem, ſequentem Bullam, quam *Sabbatinam* vocant, conceſſit. Eſt autem hujuſmodi. *Ibi conſequenter Bullam ipſam Sabbatinam inſerit, in quibuſdam tamen verbis nonnihil alteratam. Gabriel Patreolus* tom.2. Hiſtoriæ de ſtatu Eccleſiæ ad an.1324. *Honophrius Meneſcal.* in concione B. Mariæ de monte Carmelo, *Ioannes Carthagena* lib.17. Homil.2. *agunt de eadem & luculentiſſimè percelebris Societatis* IESU *Scriptor Theophilus Raynaudus* libro de Scapulari Partheno-Carmelitico. *Alios Scriptores plurimos domeſticos & externos, qui hiſtoriam prædictam, apparitionis, & Sponſionis SS. Virginis Mariæ commemorant, & recipiunt, referunt Lezana in libro, de Maria Patrona, & Ireneus à S.Iacobo* in Tractatu Theologico de protectione SS. Virg. Mariæ. P*orrò iſte Ioannes XXII. electus fuit in Sabbato, die ſeptimâ Auguſti, noſtri S. Alberti obitu & feſtivitate decorata: prout* in Rationario temporum *Dionyſius* Petavius *lib.9. disertè aſſerit*: Ioannes, *inquit*, XXII. poſt Clementis V. obitum bienniô interjectô, Pontificatum inierat anno 1316. ſeptimo Idus Auguſti Sabbatho. *Ità ille: in ſeptimum Idus Auguſti incidit feſtum dicti S Alberti: & veriſimiliter eâ ipſâ die apparitio illa Deiparæ ipſi contigerat.*

*Gononus*

*Meneſcalcus.*

*Raynaudus & alij.*

*Duplex Diploma Sixti IV.*

176. Secundò: ex duplici Diplomata Sixti IV. quorum unum eſt Mare Magnum Privilegiorum, alterum Mare Magnum Indulgentiarum, & utrumque incipit *Dum attenta* ſub his verbis in utroque repetitis. *Dumque ſublimium dicti Ordinis utriuſque ſexus perſonarum virtutum merita Deo quidem grata, & in conſpectu Apoſtolicæ Sedis accepta, digna memoria recenſemus, ac Ordinem ipſum, & illius perſonas, ſub Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ protectione immediatè exiſtentes, & inter cæteros Regularium Ordinum Profeſſores in firmamento Catholicæ fidei militantes, tanquam Religionis ſpeculum & exemplar ſpeciali charitate fulgentes, Sanctorumque Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Patrum, qui montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes.* Additur inquit Lezana *Annal. tom.1. cap.6. n.9.* in poſteriori Bulla poſt *Eliam, & Eliſæum*, Henoch, *qui, ut obiter id dicamus, fuit*

quidam

*quidam ex Christi Discipulis, de quo secundo Tomo latius dicetur. Nunc autem ad intentum id solum adijcimus, vel hoc dumtaxat Pontificis testimonium sufficienter probare nostrum assertum. Etsi enim ut fide Divina rem credendam non tradat, intra limites tamen humani testimonij maximum robur habere nullus refragabitur.*

177. Tertiò: ex Bulla Iulij II quæ incipit, *Ad Sacrum Ordinem.* & omnia ac singula in Bulla Sixti IV. contenta, pro potiori cautela, de novo concedit. Undè noster Lezana loco citato nu. 10. *Quà hæreditariam successionem Ordinis nostri ab Elia, Eliseo, & relato Henoch, etiam ab hoc Pontifice approbatam habemus. Hic verò interpellandus pius Lector, ut animadvertat verba illa Sixti IV. pro Carmelitis dicta & à Iulio confirmata,* Eliæ & Elisei successionem hæreditariam tenentes (*idem dicito de alijs similibus in Gregorio XIII. & alijs Pontificibus reperta) prolata à Pontifice fuisse, ut ex ipsismet numero præcedenti relatis constat, non ad nostrorum instantiam, precesve ipsi porrectas, non ut ab illis prætensa, nec prout ab ipsis, alijsve Pontifici proposita, sed veluti ex proprio motu, certa scientia & notitia, imò pro causa, fine, ac motivo concessionis privilegiorum, quæ in illis Bullis Ordini concessit. Quò quantum roboris Instituto nostro accrescat, Doctis omnibus compertum erit.* Bulla Iulij. II.

178. Quartò: ex Bulla Gregorij XIII. *Vt Laudes.* anno 1577. edita, in qua Sixtum IV. & Iulium II. sequens, de Ordine nostro dixit, his verbis: *Nos igitur Ordinem ipsum, illiusque personas inter cæteros Regularium Ordinum Professores in Catholica Ecclesia militantes, tanquam Religionis exemplar speciali charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum Eliæ, & Elisei, & Henoch, nec non & aliorum Sanctorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli iuxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes,* &c. Anno etiam 1584. in Bulla, *Vt Breviarij.* approbavit Ordinis Breviarium, in quo habentur Officia Sanctorum Eliæ & Elisei, veluti Ducum & Fundatorum Religionis. In officio porrò S. Eliæ, in hymno pro primis Vesperis, dicitur: *Hic sacri est ductor, columen, decusque Ordinis nostri.* Deindè: *O Pater salve, placidus tuosque excipe alumnos* Et in hymno ad laudes: *Hilares nam decet hoc die nostri nos memores Ducis* Et infrà: *Nos nunquam auxilium destituat Pater.* Et in hymno ad secundas Vesperas: *Ordinis nostri columen.* In officio autem S. Elisei, quem, veluti primarium Eliæ discipulum, semper in Patrem venerata est Religio; dicitur: *Namque Carmeli resonat cacumen, ò Elisee.* Ità Lezana *ibidem nu.* 18. Bulla Gregorij XIII.

179. Quintò: ex Bulla Sixti V quæ incipit. *Eximium, quod in vobis,* sub Datis Romæ 27. Iunij 1589 in 2. *tom. Bullar. n.* 96. revisa per dominos Cardinales Antonium Garrafam, & Vincentium S. Mariæ in Via, ut constat ex eadem Bulla, quâ approbavit Officia SS. Prophetarum Eliæ & Elisei veluti Ordinis nostri Patronorum. Ità Lezana *ibidem n.* 19. Ex quo, *inquit*, etiam firmitatem Apostolici testimonij Patronatus Eliæ in Ordinem nostrum accepit. Bulla Sixti V.

180. Sextò: ex Bullis Clementis VIII. *In Apostolicæ dignitatis,* & alia, *Dominici gregis,* ac alijs *Litteris ad Sciababam, potentissimum Persarum Regem.* datis anno 1604. quas refert Franciscus à S. Maria *Historia Prophet. lib.* 1. *cap.* 10. in hæc verba: *habuerunt olim Religionis huius Professores, sicut à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris memoriæ proditum est, sui Instituti Authores, sanctos Prophetas Eliam & Eliseum, omnibus nationibus & gentibus notos* &c. Quibus in favorem RR. PP. Discalceatorum etiam approbat Ordinis nostri ab Elia Parente successionem, & confirmat intentum. Ità Lezana *ibid. n.* 20. Bulla Clementis VIII.

181. Septimò: non solùm officia *Sanctorum Prophetarum Ordinis Patronorum Eliæ & Elisei*, approbata sunt à Sacra Congregatione Rituum sub anno 1609. subscribente eminentissimo Cardinali Bellarmino; sed etiam in officio *Commemorationis solemnis Beatissimæ Virginis*, quam 16. Iulij totus Ordo concelebrat, *lect.* 4. de nostris dicitur: *Viri plurimi, qui vestigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ ac Elisei insisterant.* Et in officio *Sancti Angeli Martyris* pro 5. May., *lect.* 5. vocatur ipse Angelus, *Patribus suis Eliæ ac Eliseo persimilis.* Officia approbata à S. Cong. subscribente Em. Bellarmino.

Quibus

Quibus satis clarè denotatur, S. Congregatione approbante, Eliam & Eliseum primos Ordinis Patriarchas iure, meritoque appellari posse. Ita Lezana *ibid. nu.* 22.

182. Octavò: Currenti tempore, sub Vrbani Octavi Summi Pontificis auspicijs, non solùm à Sacra Congregatione Rituum approbata fuerunt supradicta officia *Eliæ Elisei, Commemorationis solemnis, & Sancti Angeli Martyris*, ubi id, quod intendimus, de Eliæ Patronatu crebriùs, ut diximus, habetur; sed etiam officium *B. Petri Thomæ Patriarchæ*, ubi *lect.* 5. & officium *S. Spiridionis Episcopi*, ubi in oratione clarè exprimitur, Eliam Ordinis Institutorem extitisse: & ut semel pro semper id dicamus, quantæ auctoritatis sint argumenta ex Breviarijs ab Ecclesia approbatis desumpta, ut proptereà magni quoque ponderis sint ea, quæ in præsenti afferimus, omnibus pro comperto est. Eò præsertim, quod ut S. Rota in una Cæsaraugustana *Cathedralitatis* coram Coccino anno 1630. decidit, historiæ in præfatis Breviarijs contentæ, veluti canonizatæ ab Ecclesia censeantur, cap. *licet causam de probat. cap. in nostra de testib.* Mariana *in Tract. advent. S Iacob. in Hisp.* Ambrosius de Morales *in Chronic. l.* 9. *c.* 14. & *l.* 8 *fol.* 213. Ità Lezana *ibidem n.* 24.

De officio S. Petri Thomæ.

# PROBATIO III.

## *Ex Martyrologijs.*

Martyrologia.

183. PRobatur tertiò: ex Martyrologio Ioannis Molani, Martyrologiographi clarissimi, qui in suo Martyrologio ad 17. Iunij, raptum S. Prophetæ Eliæ sic refert: *In Arabia raptus B. Elias Ordinis Carmelitarum Patriarcha, qui tantam gratiam inuenit coram Domino, ut verbis clauderet, & aperiret cælum.* Quæ quanti ponderis sint, expendet satis, qui animadvertet, virum hunc doctissimum fuisse de Ecclesia optimè meritum, & qui in Martyrologium res incertas, & dubias, nullatenus inserendas curaret. Ità Lezana *Annal. Tom.* 1. *Apparatus cap.* 6. *n.* 16. Item ex Martyrologio Gillemanni Can. Reg. Ord. S. Augustini. ad diem 29. Aug. *Hic Ioannes Baptista vitam Eremiticam ab Elia institutam adhuc puer assumpsit.*

# PROBATIO IV.

## *Ex Sanctorum officijs Breviarij à S. Rituum Congregatione approbati.*

184. PRobatur quartò: ex Sanctorum officijs Breviarij à S. Rituum Congregatione approbati.

185. *Primò:* Sanctissimi Prophetæ Eliæ, cuius titulus est, in *Festo S. Eliæ Ducis, & Patris nostri*, & in cuius hymno, qui ad primas Vesperas canitur, & saphicis metris excurrit, habentur ista.

De S. ELIA

*Hic sacri est ductor, columen, decusque*
*Ordinis, cuius soboles ab ortu.*
*Vsque ad Occasum benè prosperata*
*Crevit in Orbe.*

Quæ

Quæ non de alio, quàm de Ordine Carmelitano esse accipienda, nemo refragari potest; in hymno verò, qui ad laudes canitur, & metris Asclepiadæis constat cum suo Glyconico, ista

*Pergamus socij tollere canticis*
*Tesbitæ eximij vatis in æthera*
*Res gestas, hilares nam decet hodie,*
*Nostri nos memores ducis*

Inque fine ejusdem hymni, hæc.

*Nos nunquam auxilium destituat Pater*
*Optatusque tuus perpetuò favor* &c.

De S. Angelo.

186. *Secundò*: S. Angeli, ejusdem Ordinis Martyris gloriosissimi, quod officium *ibidem* approbatum est, hæcque habentur in lectione secunda, secundi nocturni, *Insignem sanctitate virum. Patribusque suis Eliæ. ac Eliseo persimilem miraculis Deus similibus illustravit.*

De S. Spiridione.

187. *Tertiò*: S. Spiridionis, cujus officij hæc est oratio. *S. Spiridionis Confessoris tui atque Pontificis nos Domine Festa tueantur, & sicut ille Religionis à Propheta Elia instituta, orationibus & operibus fuit fidelis imitator, ità nos ejus sequentes vestigia, cum eo te perfrui valeamus. Per Dominum &c.* Super istis autem.

Additio ex P. Thoma Aquinate à S. Iosepho.

188. Adde ex eruditissimo P. Thoma Aquinate à S. Iosepho *Dissert.* suæ *de Eliæ Patronatu Ordinis Carmelitarum* p. 2. sect. 6. *Quibus omnibus satis, ut ego quidem opinor, notum est Eliam Ordinis Carmelitani Patrem, Ducem, columen. & decus ab omnibus ejus alumnis publicè in Ecclesia cani. & promulgari; cum, inquam, inter illa omnia officia illud extaret, eàque omnia semel, & iterum Congregationi oblata, adprobata fuerint, ut ex adprobatione mox proferenda, & exscribenda apparebit: planum est officium illud examinatum ab illa, approbatum etiam fuisse; ac proindè adsertionem nostram officio illo adeò expressè contentam plurimum ponderis & firmitatis ex illa adprobatione trahere, ut patebit clariùs ratione format â proponendâ, postquam ultimam Congregationis adprobationem, quæ sufficiet. quoniam prima in illa expressa est, exscripsero, Porrò illa sic se habet, sub finem libelli, quo officia propria Ordinis Carmelitarum ad usum Fratrum Discalceatorum ejusdem Ordinis continentur, juxta recentem impressionem factam Romæ anno* 1629.

Officia revisa ab Em. Card. de Torres & Bellarmino.

189. Officia suprà scripta Sanctorum Ordinis Carmelitarum, ad instantiam Generalis ejusdem Ordinis, & Fratrum reformatorum, quos Discalceatos vocant, qui Breviarium Romanum acceptarunt, ad usum dicti Breviarij Romani reformata, ab Illustrissimo, & Reverendissimo Cardinali de Torres recognita, & subscripta; & quorum aliqua aliàs sub die 20. Junij 1609. ab Illustrissimo, & Reverendissimo Cardinali Bellarmino, de mandato Sacræ Rituum Congregationis revisa, & approbata fuerunt, eadem Sacra Congregatio, ut ab universo Carmelitarum Ordine liberè, & licitè recitari, ac etiam pro majori commoditate imprimi possint, licentiam & facultatem dedit, & concessit: die 12. Junij an. 1628.

Quanti ponderis sit approbatio 1. Cong.

190. *Hactenùs Sacræ Congregationis adprobatio, quæ gemina fuit, ut patet, ex qua prinsquam concludam sectionem, hoc non leve argumentum connecto.* Illa adsertio, quæ continetur in officio Ecclesiastico, à Sacra Rituum Congregatione, post examen diligens, adprobato, quodque illa liberè, & licitè in Ecclesia cani, imò & pro majori commoditate prælo mandari permisit, non potest prudenter reijci ut falsa, & fabulosa: atqui adsertio, quam in hujus *secundæ partis Dissertationis nostræ prima sectione* proposuimus, quæ nempè est

*de Patriarchatu Eliano*, continetur ejusmodi officio; igitur illa non potest prudenter reijci, & despici ut falsa, & fabulosa. Ratio tota clara est. Major propositio probatur; tùm primò ex ijs, quæ initio *hujus sectionis* fusè satis dicta sunt; tùm secundò, quià hæc rejectio Congregationi illi toti, imò & Summo Pontifici, à quo illa instituta est, non parum injuriosa esset, cum fatendum esset, illos in rebus gravissimis oscitare & dormitare graviter, & res falsas, fabulosasque in Ecclesiam sua oscitantia intrudere, nullô cogente; tùm tertiò, quià fatendum esset falsa, & fabulosa in Ecclesia licitè & liberè cani, quod illius splendori non parum derogaret. Minor verò probatione non indiget, cum ex ijs, quæ dicta sunt, manifesta sit. *Ita ille.* Vide n. 182.

De S. Petro Thoma

191. Quartò: S. Petri Thomæ in 4. Lectione. *In Londoniensi Cœnobio habitum sacræ & antiquæ Religionis* (nota, id contigit circa annum 1325. quo tempore non poterat dici *antiqua*, si ipsa primam, sub Alexandro tertio: circa annum 1181. originem sumpserit, ut nonnulli ex Baronio, malè intellecto, volunt) *Deiparæ Virginis Mariæ de monte Carmelo suscepit.* Et Lect. 5. *Pro sui Ordinis perpetua conservatione & augmento frequenter ad Deum & Beatissimam Virginem orationes fundens, intimaque inter orandum edens suspiria, ipsâ nocte Pentecostes, cum id instantiùs postularet, à Beatissima Virgine mirabili hoc responso dignatus est.* CONFIDITO PETRE, RELIGIO ENIM CARMELITARUM IN FINEM USQUE SECULI EST PERSEVERATURA ELIAS NAMQUE EIUS INSTITUTOR (undè suprà *antiqua* dicitur) IAM OLIM ETIAM A FILIO MEO ID IMPETRAVIT. Pro qua Revelatione videre potes *Vineam Carmeli n.* 145. & 147. ubi agitur de Ioanne Hildesheim, qui immediatè à S. Petro Thoma factam accepit.

Revelatio.

Firmatur 1. dicta revelatio à P. Philippo à SS. Trinit.

192. Subde primo ex Reverendissimo P. Philippo à sanctissima Trinitate, moderno nostrorum Patrum Discalceatorum Generali, virtute & doctrina perillustri, suæ *Historiæ Carmelitani Ordinis* lib. 1. cap 8. *Potest prædictæ revelationi authoritas Sacræ Scripturæ adjungi: nam ex sacra Scriptura habetur promissum Dei factum Rechabitis, Ordinis prophetici alumnis, & sic eis à Hieremia* cap 35. *intimatum.* Domui autem Rechabitarum dixit Hieremias; Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata ejus, & fecistis universa quæ præcepit vobis; Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. *Hæc prophetia non videtur implenda, nisi dicatur, quod Ordo propheticus Carmelitarum ab Elia institutus, cujus fuit alumnus Ionadab, sit perseveraturus usque in finem mundi; & quod Carmelitæ Filij hujus Ordinis, qui sunt successores Ionadab, sint permansuri in conspectu & servitio Dei cunctis diebus, seu usque ad consummationem sæculi.*

Confirmatur alijs prophetijs.

193. Potest hæc veritas alijs confirmari prophetijs. Prima est Abbatis Ioachim *Apocalyps. cap.* 14. ubi sic ait: *Surget Ordo, qui videtur novus, & non est* (quià scilicet post tempora Abbatis Ioachim de novo apparuit in Occidente, cum tamen ab Elia descendens continuata successione perseverasset in Oriente:) *Hic defendet fidem usque ad mundi finem, in spiritu & virtute Eliæ. hic erit Ordo Eremitarum imitantium vitam Angelicam*: certum est, quod hîc indicetur evidenter Ordo propheticus Carmelitarum ab Elia institutus; per hæc verba, *in spiritu & virtute Eliæ*; sicut & per sequentia, *hic erit Ordo Eremitarum*, ut habetur in principio Regulæ ipsius datæ paulò ante tempora Abbatis Ioachim. Secunda est prophetia Sanctæ Ildegardis Ordinis S. Benedicti *in cap. Filiæ Sion*, ubi sic ait: *Venient equi varij coloris, quorum egressio ab Oriente in Occidentem; sed mutato vellere paulatim incedunt, horum progressio ab Occidente in Orientem; hi primi & novissimi.* Ad hujus prophetiæ intelligentiam, sciendum est: quòd postquam Saraceni montem Carmeli invaserunt; coëgerunt Carmelitas amictum album deponere, eorum Sacerdotibus proprium, & assumere variegatum usque ad tempora Honorij IV. tunc enim egressi ab Oriente venerunt ad Occidentem, ubi beneficio dicti Pontificis pristinam vestem

stem albam receperunt; & sic, mutatô vellere, iterum ab Occidente in Orientem ad suum Carmelum progressi sunt. Hi sunt primi omnium Religiosorum, utpotè ab Elia directè procedentes; & erunt novissimi; quià perseverabunt usque in finem mundi. Duæ supersunt aliæ Prophetiæ, quamvis non ità directè probent: Una quidem S. M N. Theresiæ, quæ refert se aliquandò vidisse S. Albertum Ordinis nostri, qui ipsam alloquens de nova reformatione tunc incæpta, sic prædixit; *Florebit hæc Religio temporibus futuris, & erunt quamplurimi Martyres in ea*, quæ videntur indicare tempora futura consummationis sæculi; tempora quippè futura connotant transitum plurium sæculorum, & non tantum plurium annorum: in fine autem mundi tempore Antechristi erit frequens occasio Martyrij, maximè Carmelitis tunc cum suo Patriarcha S. Elia contra impios bellantibus: Unde Onuphrius Manescal agens de B. Maria de monte Carmelo ait; *Omnium Ordinum Religiosi pro Christo pugnabunt tempore Antechristi, sed potiores Carmelitæ Filij Eliæ.* Altera verò revelatio est V. M. Catharinæ de Cardona, quæ sic suam visionem & prophetiam profert apud N. Thomam à Iesu *in stimulo missionum; Vidi suprà montem maximam multitudinem Carmelitarum occumbentium pro Christo* Iesu. Hæc prophetia non aptiùs potest referri, quàm ad tempora Antechristi. Tunc enim credibile est, quod Carmelitæ suum iterum Carmelum incolentes, contra persecutionem Antechristi fideles animabunt, varijs huc illuc institutis missionibus, & quod impijssimus hostis Christi, iam occisô Elia ipsorum Patriarchâ, quæret omnes ad necem, & reclusos etiam in intimis Carmeli solitudinibus crudeliter enecabit.

194. Nec desunt valdè probabiles congruentiæ durationem hujusmodi suadentes: duas affert Carthagena *lib. 17. homil. 2.* postquam hanc veritatem authoritate sacræ Scriptuæ confirmavit, ex illo scilicet Isaiæ 32. *Et erit desertum in Carmelo, & Carmelus in salutem reputabitur, & habitabit in solitudine judicium, & justitia in Carmelo sedebit, & opus erit justitiæ pax, & cultus justitiæ, silentium & securitas usque in sempiternum*: Quæ manifestè denotant continuatam in monte Carmelo perseverantiam Carmelitarum usque in finem mundi. Deindè subjungit. *Congruentem autem hujus durationis eam crederem esse rationem, quòd hujus antiquissimæ Religionis author Elias adhuc vivat, ut multa sacra Scriptura testimonia comprobant, Malachiæ 4. Ecclesiastici 44. & 48. Apocalyps. 11. & Matthæi 17. venturusque sit in fine mundi, ut Christi Ecclesiam defendat, & publicè contra Antichristum, à quo est interficiendus, prædicationis vocem exaltet. Rationi ergo consonum est, ut hujus Religionis alumni, tanquam legitimi Eliæ Filij, in adventum ejus conserventur, ut pariter cum illo, sub tanti Ducis vexillo, contra Antichristum acriter dimicent, fideles doceant, debiles confirment, ac tandem Christi gloriam & honorem tueantur. Deindè, nonne ratione consonum est, ut Religio alicujus tandiu saltem duret, quandiu durat patronus & institutor illius? Si ergo hujus Religionis parens Elias adhuc vivit, vivetque usque in finem mundi, ut sacra testantur eloquia, congruit sanè sacrum hunc Ordinem usque in mundi finem durare.* Hæc Carthagena. Congruentiæ pro dicta revelatione.

195. Duplex alia potest adjungi congruentia. *Prima* est: quià Ordo propheticus Carmelitarum fuit ab Elia institutus, expressô, publicô, & authenticô Dei mandatô, & sic ejus primitiva fundatio fuit de Jure Divino: undè conveniens est, quod semper perseveret usque in finem mundi; licèt concederetur, quòd alij Ordines Religiosi, qui non habuerunt similem fundationem, non essent perseveraturi: ex vi enim talis suæ fundationis debet majorem habere stabilitatem; cum aliàs congruum sit, ut saltem aliquis Ordo religiosus pro miserrimo illo tempore ad solatium & salutem fidelium conservetur. *Secunda* congruentia est; quià Ordo propheticus Carmelitarum ab Elia institutus est, ordine temporis, primus omnium Religiosorum Ordinum, ut dictum est; imò est truncus, & origo, cæteri verò rami sunt & rivi, ut etiam dictum est. Congruit igitur, quod sit etiam novissimus & ultimus, ordine temporis. Aliæ congruentiæ.

temporis. Et quamvis concederetur, alios Ordines religiosos aliquandò cessaturos, ipse tamen, ut truncus & origo aliorum, remanere deberet, ac usque in finem mundi perseverare. *Ita ille.*

Firmatur à P. Thoma Aquinate à S. Iosepho.

196. Subde secundò: ex præcitato nostro eruditissimo P. Thoma Aquinate *ibid. p.* 2. *sect.* 10. Quatuor propositiones in ea revelatione invenio: *Prima* est: Sancto Petro Thomæ oranti pro perpetua Ordinis sui duratione, ejusque augmento, sed oranti enixè, & beatissimam Deiparam Ordinis parentem, & patronam, quam ipse imò & tenerrimô amore deperibat, invocanti, ipsam B. Virginem adparuisse, eique esse locutam. *Secunda* est: Ordinem Carmelitarum in finem usque sæculi duraturum. *Tertia*: Eliam Prophetam ejus Ordinis Institutorem esse, & parentem. *Quarta* denique: eundem Eliam pro perpetua illa duratione olim oravisse, & oratione suâ id impetrasse. Hæc quatuor propositiones in illa revelatione continentur, quarum nullam esse, quæ aut dogmatibus Ecclesiasticis repugnans, aut pietati parum consentaneum aliquid contineat, contendo, & ostendo: & quidem sufficeret haud dubiè, universim dicere revelationem illam in officio illo Sancti Petri Thomæ, quod à S. Rituum Congregatione, & recitari publicè in Ecclesia, & edi etiam permissum est, contineri & legi, ut nihil in illa hujusmodi contineri constaret; sed tamen singulas propositiones placet attingere breviter, & peraccuratè. *Primam* sanè nemo Catholicus, nemo pius tantillum, dixerit aut Ecclesiastico dogmati aut pietati repugnare, cum in Ecclesia novum non sit, B. Virginem amantissimos suos servos præsentiâ suâ recreare, & alloquio dignari, dum ij illam invocant, idque fovendæ pietati maximè sit consentaneum, qui Historias, & Annales Ecclesiasticos, Sanctorumque vitas, evolverit, id quod dicimus in dubium non poterit vocare. *Secunda* verò, quâ Deipara perpetuam Ordinis Carmelitarum durationem spondet, nullum Ecclesiasticum dogma adversatur; nullum est enim, quod illum Ordinem non adeò duraturum, aut aliquandò exterminandum esse doceat, neque etiam aliquid parùm pium illa propositio continet; quinimò cum videamus illum Ordinem tot sæculorum decursibus durasse, & novissimis his temporibus, quibus in interitum suum ruere videbatur, Divinâ providentiâ duplici in eo facta reformatione, altera quæ primitivam Regulam, ejusque perfectum rigorem resumens, primitivum etiam Carmeli splendorem in orbem reduxit; altera, quæ primam mitigationem in Ordinem reducere adlaboravit, quasi revixisse, & refloruisse; & Divinis Ecclesiasticisque dogmatibus consentaneum, & pijssimum quoque est credere, Carmelum, Divinô conservante Numine, perpetuò duraturum. *Tertia* autem propositio, cum omnibus hactenùs allatis testimonijs, & reliquis hujus *Dissertationis sectionibus* adferendis (à nobis autem hucusque allatis) innixa, & suffulta sit, à nemine, qui judicij, & pietatis scintillam habuerit, Ecclesiasticis dogmatibus, aut pietati repugnans judicari potest: sed nec etiam potest idem judicium ferri de *Quarta*, & ultima. Quodnam enim est dogma Ecclesiasticum, quod Eliam pro perpetua, & in finem mundi Carmelitarum duratione, quorum ille Pater & Institutor est, oravisse, & eandem durationem suâ oratione impetrasse neget, aut credi prohibeat? aut quæ impietas esse potest in eo asserendo? An fortè, quod dicatur Elias id rogasse? sed Sanctos pro ijs, qui adhuc in mundo agunt, & Ordinum Patriarchas pro eorundem duratione & augmento orare, quis ambigat Catholicorum? An verò, quod dicatur idem Propheta, non solùm id orasse, sed & impetrasse? Sed quis ambigat virum ignitum, qui cum oratione orasset, ut non plueret super terram annos tres & menses sex, id impetravit, adeò, ut toto illo tempore non pluerit; si oraverit pro Ordinis sui duratione & augmento, id non impetrasse? Cùm illud sit supplicium, hoc beneficium,

Deique

Deique bonitas in misericordias, quàm in supplicia propensior & proclivior sit, utpotè CUIUS NATURA BONITAS EST, CUIUS OPUS MISERICORDIA. Sanè si Moyses, juxta quorundam Authorum sententiam, pro Judæis, quorum ille à Deo dux & princeps constitutus fuit, dum in Transfiguratione Christo assisteret, oravit, & quod orabat, impetravit; quid prohibet asseri eodem tempore Moysis comitem Eliam, pro Carmelitis, quorum ille parens, & Patriarcha à Deo positus est, & pro Ordine à se instituto, Christum Dominum rogasse, & ab eo id, quod rogabat, obtinuisse? Nihil prorsus. Cùm non minus Carmelitarum Eliæ, quàm Moysi Judæorum, cura incumbat. Clarum itaque & perspicuum est, totâ illâ revelatione, nihil quod Ecclesiasticis dogmatibus adversetur, nihil quod parùm pium sit, contineri; quocirca, cum neque illa ex levi, aut frivola aliqua occasione facta sit (neque enim leve, aut frivolum est enixas preces, & intimo corde missa suspiria pro re pijssima, ut est Ordinis conservatio & augmentum, exaudiri, eumque qui precatur, & suspiria mittit recreari) relinquitur ut certum & indubitatum, revelationem illam non fallacem, non spuriam, non à mendacij parente profectam esse; sed legitimam prorsus, ac sinceram; ac proindè desumptum ex ea, & in nostræ assertionis patrocinium insumptum, Deiparæ Augustissimæ testimonium, gravissimum esse, & omni acceptione dignissimum. *Ità ille.*

197. Subde tertiò ex Quadripartito Manuscripto R.P. Danielis à Virgine Maria nostri Ordinis Historiographi Fundamento 1. §. 11. *Vlteriùs premendo peto, an quis prudenter, & sine temeritate, revelationem illam in dubium revocare possit? Si ità: inferre licebit, præfatas de Sanctis Francisco, Thoma Aquinate, Ignatio, imò ferè omnes aut plerasque de Actis Sanctorum, & revelationibus illis factis, eâdem, & majori ratione suspectas habendas. Id si quis fecerit, an non vel invidus, vel imprudens, ne dicam impudens meritò censebitur? Cur verò, quod in illis vim habet ad fidem, hîc carebit? Cur in narratione simili, dissimilis dabitur fides? Cur non ibi exceptio, si hîc? Aut sanè, si nulla ibi, nulla & hîc facienda, nisi stet pro ratione voluntas. Nolo hoc plus meis verbis premere, do antiqui Scriptoris verba, utpotè qui D. Hieronymo anterior fuit, Arnobij* lib. 1. contra Gentes, *multum post medium, ubi sic habet.* Vultis vera esse, quæ in vestris comprehensa sunt scriptis; & quæ in nostris consignata sunt litteris, confiteamini necesse est, esse vera. *Sed de his* vide plura apud eundem in ejus *Dissertatione apologetica* pro dicta revelatione.

Firmatur; à P. Daniele à V. Maria.

# PROBATIO V.

## *Ex Historicis, & Geographis.*

198. PRobatur quintò: ex Historicis & Geographis. Primò: ex Iosephi Antiocheni, vetustissimi Authoris (utpotè, qui teste Possevino in Apparatu, anno Christi 130. vixit) libro, *Speculum perfectæ Ecclesiæ primitivæ* appellato c. 12. & 72. cujus hæc sunt verba: *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores surrexerunt strenuissimi viri, solitarij, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei imitatores, qui de monte Carmelo descendentes per Galilæam, Samariam & Palæstinam, Fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honorem, in montis Carmeli declivio fabricantes oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt.* Hujus Iosephi opus inquit Lezana, tempus edax rerum, sicut alia plura vetusta monumenta assumpsit, vel sub Bibliothecarum latebris abscondit; illud verò quandoque extitisse constat, non solùm ex eo, quod Emmanuel Romanus *in Elucidationib. Carmelitar. Elucidat.* 27. referat illud in Universitatis Salmanticensis Bibliotheca

Iosephus Antioch. & alij.

temporis. Et quamvis concederetur, alios Ordines religiosos aliquandò cessaturos, ipse tamen, ut truncus & origo aliorum, remanere deberet, ac usque in finem mundi perseverare. *Ita ille.*

Firmatur à P. Thoma Aquinate à S. Ioseph o.

196. Subde secundò: ex præcitato nostro eruditissimo P. Thoma Aquinate *ibid. p. 2. sect. 10.* Quatuor propositiones in ea revelatione invenio: *Prima* est: Sancto Petro Thomæ oranti pro perpetua Ordinis sui duratione, ejusque augmento, sed oranti enixè, & beatissimam Deiparam Ordinis parentem, & patronam, quam ipse imò & tenerrimô amore deperibat, invocanti, ipsam B. Virginem adparuisse, eique esse locutam. *Secunda* est: Ordinem Carmelitarum in finem usque sæculi duraturum. *Tertia*: Eliam Prophetam ejus Ordinis Institutorem esse, & parentem. *Quarta* denique: eundem Eliam pro perpetua illa duratione olim oravisse, & oratione suâ id impetrasse. Hæc quatuor propositiones in illa revelatione continentur, quarum nullam esse, quæ aut dogmatibus Ecclesiasticis repugnans, aut pietati parum consentaneum aliquid contineat, contendo, & ostendo: & quidem sufficeret haud dubiè, universim dicere revelationem illam in officio illo Sancti Petri Thomæ, quod à S. Rituum Congregatione, & recitari publicè in Ecclesia, & edi etiam permissum est, contineri & legi, ut nihil in illa hujusmodi contineri constaret; sed tamen singulas propositiones placet attingere breviter, & peraccuratè. *Primam* sanè nemo Catholicus, nemo pius tantillum, dixerit aut Ecclesiastico dogmati aut pietati repugnare, cum in Ecclesia novum non sit, B. Virginem amantissimos suos servos præsentiâ suâ recreare, & alloquio dignari, dum ij illam invocant, idque fovendæ pietati maximè sit consentaneum, qui Historias, & Annales Ecclesiasticos, Sanctorumque vitas, evolverit, id quod dicimus in dubium non poterit vocare. *Secunda* verò, quâ Deipara perpetuam Ordinis Carmelitarum durationem spondet, nullum Ecclesiasticum dogma adversatur; nullum est enim, quod illum Ordinem non adeò duraturum, aut aliquandò exterminandum esse doceat, neque etiam aliquid parùm pium illa propositio continet; quinimò cum videamus illum Ordinem tot sæculorum decursibus durasse, & novissimis his temporibus, quibus in interitum suum ruere videbatur, Divinâ providentiâ duplici in eo facta reformatione, altera quæ primitivam Regulam, ejusque perfectum rigorem resumens, primitivum etiam Carmeli splendorem in orbem reduxit; altera, quæ primam mitigationem in Ordinem reducere adlaboravit, quasi revixisse, & refloruisse; & Divinis Ecclesiasticisque dogmatibus consentaneum, & pijssimum quoque est credere, Carmelum, Divinô conservante Numine, perpetuò duraturum. *Tertia* autem propositio, cum omnibus hactenùs allatis testimonijs, & reliquis hujus *Dissertationis sectionibus* adferendis (à nobis autem hucusque allatis) innixa, & suffulta sit, à nemine, qui judicij, & pietatis scintillam habuerit, Ecclesiasticis dogmatibus, aut pietati repugnans judicari potest: sed nec etiam potest idem judicium ferri de *Quarta*, & ultima. Quodnam enim est dogma Ecclesiasticum, quod Eliam pro perpetua, & in finem mundi Carmelitarum duratione, quorum ille Pater & Institutor est, oravisse, & eandem durationem suâ oratione impetrasse neget, aut credi prohibeat? aut quæ impietas esse potest in eo asserendo? An fortè, quod dicatur Elias id rogasse? sed Sanctos pro ijs, qui adhuc in mundo agunt, & Ordinum Patriarchas pro eorundem duratione & augmento orare, quis ambigat Catholicorum? An verò, quod dicatur idem Propheta, non solùm id orasse, sed & impetrasse? Sed quis ambigat virum ignitum, qui cum oratione orasset, ut non plueret super terram annos tres & menses sex, id impetravit, adeò, ut toto illo tempore non pluerit; si oraverit pro Ordinis sui duratione & augmento, id non impetrasse? Cùm illud sit supplicium, hoc beneficium,

Deique

Deique bonitas in misericordias, quàm in supplicia propensior & proclivior sit, utpotè CUIUS NATURA BONITAS EST, CUIUS OPUS MISERICORDIA. Sanè si Moyses, juxta quorundam Authorum sententiam, pro Judæis, quorum ille à Deo dux & princeps constitutus fuit, dum in Transfiguratione Christo assisteret, oravit, & quod orabat, impetravit; quid prohibet asseri eodem tempore Moysis comitem Eliam, pro Carmelitis, quorum ille parens, & Patriarcha à Deo positus est, & pro Ordine à se instituto, Christum Dominum rogasse, & ab eo id, quod rogabat, obtinuisse? Nihil prorsùs. Cùm non minus Carmelitarum Eliæ, quàm Moysi Judæorum, cura incumbat. Clarum itaque & perspicuum est, totâ illâ revelatione, nihil quod Ecclesiasticis dogmatibus adversetur, nihil quod parùm pium sit, contineri; quocirca, cum neque illa ex levi, aut frivola aliqua occasione facta sit (neque enim leve, aut frivolum est enixas preces, & intimo corde missa suspiria pro re pijssima, ut est Ordinis conservatio & augmentum, exaudiri, eumque qui precatur, & suspiria mittit recreari) relinquitur ut certum & indubitatum, revelationem illam non fallacem, non spuriam, non à mendacij parente profectam esse; sed legitimam prorsus, ac sinceram; ac proindè desumptum ex ea, & in nostræ assertionis patrocinium insumptum, Deiparæ Augustissimæ testimonium, gravissimum esse, & omni acceptione dignissimum. *Ità ille.*

197. Subde tertiò ex Quadripartito Manuscripto R.P. Danielis à Virgine Maria nostri Ordinis Historiographi Fundamento 1. §. 11. *Vlteriùs premendo peto, an quis prudenter, & sine temeritate, revelationem illam in dubium revocare possit? Si ità: inferre licebit, præfatas de Sanctis Francisco, Thoma Aquinate, Ignatio, imò ferè omnes aut plerasque de Actis Sanctorum, & revelationibus illis factis, eâdem, & majori ratione suspectas habendas. Id si quis fecerit, an non vel invidus, vel imprudens, ne dicam impudens meritò censebitur? Cur verò, quod in illis vim habet ad fidem, hìc carebit? Cur in narratione simili, dissimilis dabitur fides? Cur non ibi exceptio, si hìc? Aut sanè, si nulla ibi, nulla & hìc facienda, nisi stet pro ratione voluntas. Nolo hoc plus meis verbis premere, do antiqui Scriptoris verba, utpotè qui D. Hieronymo anterior fuit, Arnobij* lib. 1. contra Gentes, *multum post medium, ubi sic habet.* Vultis vera esse, quæ in vestris comprehensa sunt scriptis, & quæ in nostris consignata sunt litteris, confiteamini necesse est, esse vera. *Sed de his* vide plura apud eundem in ejus *Dissertatione apologetica* pro dicta revelatione.

Firmatur; à P. Daniele à V. Maria.

# P R O B A T I O V.

## *Ex Historicis, & Geographis.*

198. PRobatur quintò: ex Historicis & Geographis. Primò: ex Iosephi Antiocheni, vetustissimi Authoris (utpotè, qui teste Possevino in Apparatu, anno Christi 130. vixit) libro, *Speculum perfectæ Ecclesiæ primitivæ* appellato c. 12. & 72. cujus hæc sunt verba: *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores surrexerunt strenuissimi viri, solitarij, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei imitatores, qui de monte Carmelo descendentes per Galilæam, Samariam & Palæstinam, Fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honorem, in montis Carmeli declivio fabricantes oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt.* Hujus Iosephi opus inquit Lezana, tempus edax rerum, sicut alia plura vetusta monumenta assumpsit, vel sub Bibliothecarum latebris abscondit; illud verò quandoque extitisse constat, non solùm ex eo, quod Emmanuel Romanus *in Elucidationib. Carmelitar. Elucidat.* 27. referat illud in Universitatis Salmanticensis Bibliotheca

Iosephus Antioch. & alij.

theca vidisse, & legisse, sed etiam ex Philippo Ribboti, qui ante 250. annos in vivis erat, qui & illud commemorat, ac refert in *Speculo Ordinis lib. 5. c. 8.* Doctissimo Waldensi *in Tom. 1. Doctrinal. fidei l. 4. ar. 2. c. 27.* Ioanne Palæonydoro *lib. 2. de Orig. & processu Ordin. Carmelit. c. 1.* Nicolao Lebuen in *Itinerario sacro*, & alijs Ordinis Historicis, qui ipsum etiam referunt. Quibus de exteris consonant Ascensius Badius *in l. 3. Parthenic. Marian. Baptista Mantuani.* Laurentius de Zamora *in Concion. pro Carmelit.* Petrus Oxeda *de Concepit. Virgin. fundament. 1. cap. 1.* Ioannes Bonifacius *de histor. Virgin. l. 2. c. 1. in margine.* Rodericus Carus *in Notis ad Flavium Dextrum*, loquens de S. Leocadia: Ioannes Carthagena *Tom. 4 Homil. Homilia de Ord. Carmelit.* Sylvester Marulus Cistertiensis in Mar. Ocean. Relig. l. 4. Laurentius Beyerlinck *in Theatro vit. hum. to 6. litter. R. verbo Religiosus Religio*, dum de Carmelitis loquitur, & alij. Deindè Luitprandus, seu Eutrandus, nobilis & pervetustus auctor, qui circa annum Domini 960. claruit, de quo alia *cap. 2. n. 23.* diximus in opere *Fragmenta* nuncupato fragmento 263. pro nostro intento hæc scripsit: *Magna pars eorum, qui ex Iudæa traiecerant in Hispaniam tempore Nabuchodonosoris, erat ex discipulis SS. Eliæ, Elisei, & Enoch, & successores illorum.* Quæ nostris favere nullus refragabitur, cum eadem fermè in Bullis Summorum Pontificum Sixti IV. Julij II. Gregorij XIII. inveniantur pro Carmelitis, ut inferiùs videbitur. Traiecisse autem Nabuchodonosor in Hispaniam, & cum eo Judæos aliquos, Hispani Historici fatentur, de quo Mariana *lib. 1. c. 17.* & alij. De quo, & isto Luitprando, & opere illo ipsi attributo, aliàs dicetur. Ità Lezana *Annal. Tom. 1. Apparatus cap. 6. n. 2.* Vide de eodem Iosepho Franciscum de Flores, Societatis Iesu, *infrà n. 216. Tantum ille* &c.

Armacanus.

199. Secundò: ex Armacano, Hiberniæ Primate, in *Serm. de Concep. Virg.* qui incipit *Ave* (quem habuit Avinione coram Cardinalibus, Anno Domini 1342. prout refert Waldensis Tom. 3. de Sacramental. tit 9. c. 89) & dixit: *An non meritò dicimus illi Ave, quæ sic erat illustrata virtutibus in origine? utique hanc illustrationem in suo ortu hic sanctus, ac peculiaris, & antiquus Ordo suus Carmelitarum prætendit in habitu, qui hoc festum singulariter in eo solemnizat, candorem habitus sui, ut existimo prudenter & devotè referens ad hoc factum. Miramini forsan, quià dixi, Ordo suus peculiaris, & antiquus, cum veritate attenta nullatenus sit mirandum, quoniam, ut dicunt fide digna historia.* (Romano Chronico antiquissimo, de quo etiam Palæonydorus *lib. 6. cap. 6.* ubi sequentia etiam verba leguntur) *à tempore Eliæ & Elisei, qui sæpius morabantur in monte Carmelo, juxta Nazareth Civitatem Dominæ nostræ ad tria millaria solebant homines devoti secretiùs habitare, usque ad tempora Salvatoris: & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apostolis, inter cæteros sunt conversi, & in uno latere montis ipsius primò Ecclesiam, sive Oratorium, in honorem B. Virginis construxerunt, in loco illo scilicet, in quo didicerant, ipsam in vita sua cum sodalibus Virginibus cohabitasse. Et ob hoc nimirum, inter omnes Religiosos Dominæ nostræ primitùs sunt adscripti, ut vocarentur Fratres B. Mariæ de monte Carmelo.* Hujus Armacani auctoritatem non levis ponderis esse, ex eo facilè convincitur, quod illa utatur gravissimus Author Waldensis contra impium & obstinatum Wiclephum, qui *lib. de Ecclesiâ, & membris ejus c. 6.* figmentum appellaverat, Eliam in Carmelo Carmelitarum Religionem stabiliisse.

P. Ildephonsus de Flores.

200. Undè P. Ildephonsus de Flores, Societatis Iesu, egregius S. Scripturæ Interpres, Antuerpiæ 1. *Impres.* anno 1661. in cap. 24 Eccli. n. 1671. *Adde illud non minus illustre Carmelitarum pro Deiparæ gloria, Marianaque immunitate testimonium, quod gravis Auctor Richardus Radulphus Archiepsc. Armacani, totius Hyberniæ Primas, profert in Serm. de Immacul. Virginis Conceptione; cujus hæc verba recitat Ioannes Baconthius libro contra Æmulos Ordinis Carmelitarum, Palæonydorus lib. 1. Trimerici cap. 1. & Waldensis de Sacramentalibus Titulo 9. cap. 89.* An non meritò dicemus illi, Ave, quæ sic erat illustrata virtutibus in sua origine? Utique hanc illustrationem in suo ortu hic sanctus, ac peculiaris, & antiquus Ordo suus Carmelitarum prætendit in habitu, qui hoc festum ipsius Conceptionis singulariter solemnizat,

solemnizat, candorem habitus sui, ut existimo, prudenter, & devotè referens ad hoc Festum. *Sic ille existimat; neque vana quidem existimatio; cum enim ab antiquissimis Gentis incunabulis cum Eliana simul Familia gloria Mariana, & immunitatis illius Traditio concreverit, eaque fuerit prima Carmelitarum gloria; prudentis certè judicij est, existimare, candidum Carmelitarum Pallium purissimæ & candidissimæ Virginis immunitati significandæ fuisse institutum. Nec longè abest Tritheemius Abbas, acerrimus Carmeliticæ antiquitatis vindex, qui libro 1. de Ordine Carmelitarum cap. 7. scribit, candorem hujus Pallij exprimere munditiam ac puritatem Deiparæ, quam amantissimam Patronam clientes Carmelitæ & moribus & habitu, referre gestiunt.*

201. Tertiò: ex Philippo Abbate Ieropolitano in *cap.* 1. *Ioannis* apud Palæonydorum *lib.* 2. *cap.* 1. ubi sic exclamat. *O Carmelitarum Religio, quàm magna facta es in domo Domini. Numquid olim à modico fonte Eliæ Dei Prophetæ principium habuisti? & ecce nunc in magnum flumium crevisti. Tu olim plantata in Eremo; nunc facta es civitas plena populo. Tu fundatorem habes adhuc in Paradiso viventem, & gloriosam Virginem Mariam Reginam Cæli, Dominam mundi, in Patronam singularem. Sicut enim olim de te processerunt Patriarchæ & Prophetæ, sic nunc de te procedunt Sacerdotes & Levitæ, Doctores & Evangelistæ, qui patres & patroni omnium Religiosorum facti sunt.* Ità Lezana *ibid. n.* 5. Philippus Abbas Ieropolitanus.

202. Quartò: ex Wernero Rouvelinck Carthusiano, qui in *Chronico*, cui titulus, *Fasciculus temporum*, non semel, sed sæpiùs in nostræ causæ favorem egregia protulit testimonia. Nam primò: circa ann. 1294 ità loquitur: *Nobilissima Civitas Acconis à Saracenis destruitur, ac demum Deiferæ Mariæ in Carmelo Monasterium ad quatuor millaria Civitati vicinum ab eis igne crematur, Fratribus in eo degentibus, perfidorum gladijs trucidatis. & tunc (proh dolor!) Ordo Carmelitarum mellifluum locum ex toto perdidit, in quo ab Elia & Elisei Prophetarum tempore, duobus millibus, ducentis, & viginti uno annis persliterant.* Similiter idem Auctor, dum ageret de anno 4300. à creatione mundi, ante Christi ortum ann. 923. sic ait: *Elias Propheta, auriga Israël, & origo Carmelitanæ Religionis, Eliseo vivente, rapitur.* Item *circa annum Domini* 450. Ità loquutus est: *Elisei Prophetæ Carmelitanæ Religionis primi post Eliam Patris & Patroni, Sigibertho Gemblacensi teste, ossa transferuntur de Samaria in Palæstinam.* Hæc celebris Auctor. Ità Lezana *ibid. nu.* 11. Wernerus Rouvelinck.

203. Quintò: ex Reverendissimo ac doctissimo Ioanne Trithemio Abbate, qui prope idem tempus in investigandis historiarum antiquitatibus diligentissimus extitit indagator; ut propterea ejus opera magnam eruditis hominibus veritatis agnoscendæ ianuam aperiant. Is etenim ægrè ferens nostri Ordinis antiquissimam originem, vulgi opinionibus, quasi tenebris obductam, atque oppressam iacere, præter librum *de illustribus viris Ordinis Carmelitarum*, quem edidit, integrum etiam alium de Carmelitarum laudibus composuit, quem inter Opera ipsius referunt Ioannes Duraclusius, Arnaldus Vio, & excusus est primùm Moguntiæ, deindè Florentiæ apud Georgium Marescottum ann. 1593. ac novissimè Coloniæ apud Ioannem Wulffrath anno 1624. editus à Ioanne Bulæo Societatis Iesu in opere, cui titulus: *Paralipomena Opusculorum*, &c. Adhuc nuperiùs etiam Coloniæ ann. 1643. sumptibus Iudoci Kalchoven. In hoc ergo *libro c.* 2. sic habet: *Elias Propheta Domini eximius rectè & Catholicè Fundator Carmelitanæ Religionis dicitur, si ejus facta ex voluminibus Regum absque invidia discutiantur: enimverò ipse montem Carmeli primus habitasse legitur, à quo Fratres Carmelitæ nominantur. Triplici autem ratione ostenditur, quod istius observantiæ Princeps Elias habeatur, à loco videlicet, ab habitu, & conversatione. Cum ergo nomen Ordinis à loco sumitur, meritò Carmelitarum Princeps Elias memoratur; quià mons Carmelus, cujus ille habitator extitit, huic Ordini vocabulum dedit. Non loquor vana, sed testimonijs Scripturarum comprobata profero, cum Eliam Prophetam eundem locum, longè ante Christi nativitatem, habitasse dico, qui Fratribus Carmelitis Religionis suæ nomen dedit, & exordium.* Et infrà ait: *Consentit ergo nomen loci, ut Elias sit Fundator Ordinis Carmelitici. Undè non sunt vituperandi* Abbas Tritemius.

*Fratres*

*Fratres hujus Sacratæ Religionis, quod Eliam & Filios Prophetarum sui Ordinis Fundatores & Principes asseverant. Quantum verò ad rationem habitus pertinet, in Eliam Ordo Carmelitarum pulchrâ transfiguratione consensit. Legimus ipsum amictum fuisse pallio, quò tangente, Iordanis obstupuit, & se pedibus transeuntis calcabilem dedit; sic Eliseus; sic Filij Prophetarum, imitatores Eliæ facti sunt, qui non solùm ei loco, sed & habitu similes permanserunt. Quod si nobis de colore putas inferre calumniam, quamquam sit vile argumentum, quod de invisis coloribus disputat, ad veterum historias te vocamus, quibus en primitiva Ecclesia Fratres Carmelitæ instar Eliæ virgulatis pallijs leguntur fuisse induti.* Et paucis interjectis ait: *Ratione autem conversationis Elias Fundator Ordinis Carmelitarum extitit, qui eos in monte Carmeli sanctis moribus præcessit. Quid fecit Elias, quod Fratres Carmelitæ pro posse non imitentur? Incoluit ille eremum, vasta solitudinis dilexit, soli Deo, & sibi vacavit. At Fratres Carmelitæ ab exordio suæ Institutionis vitam solitariam in monte Carmelo duxerunt, soli Deo vacare per contemplationis secretum eligentes, donec tandem novissimis penè temporibus, Sarracenorum persecutione de eremo expulsi, jubente Sede Apostolicâ, in Vrbibus sunt locati.* Hæc ille. Alia ad intentum scribit *c. 1. 3. & sequentibus*, quæ in eo curiosus Lector, si placet, aspiciet. Ità Lezana *ibid. n. 12.* Vide dicta *Scuto XI.* de Regula Carmelitis ab Elia tradita.

Iudocus Clictovæus.

204. Sextò: ex Judoco Clictovæo, insigni è Sorbonæ gremio & Schola Theologo, in *Sermone quodam* habito in Comitijs Provincialibus Carmelitarum, qui habetur inter *Conciones Sanctorum* ipsius, & novissimè Coloniæ editus à Judoco Kalckoven anno 1643. hæc habet paulò post initium: *Animadvertere non est indignum, Carmelitani Ordinis exordium, ob duo præcipuè excellentiam quandam habere. Primò: quià ante Institutionem præcognitum est Divinô nutu, & revelatum: memoria enim proditum est, ut Scholastica refert historia, quod Sabacha pater Eliæ, nondum nati, vidit in somnis viros candidatos se salutantes,* &c. quæ omittimus; quia aliàs de hoc. Et intrà: *Secundò: quià hi, qui primam Carmelitano Ordini præstiterunt originem, ut Elias & Eliseus, ex Iudeis nati sunt; qui verò cæteris Religionibus jecerunt fundamenta, ex gentibus progeniti sunt. Constat itaque antiquiorem Carmelitanæ Religionis, quàm aliorum Ordinum, esse originem, & ratione exordij cæteris præstare.* Alia, nec indigna Auctore, in ista concione cernet Lector. Ità Lezana *ibid. n. 13.*

Guillelmus Eisengrenius.

205. Septimò: ex Guilielmo Eisengrenio, nobili etiam Auctore, & contra Centuriatores Antagonista, qui in *sua historia, centuria prima, titulo de Religiosis, & Monasticæ vitæ cultoribus*, ubi specialiter agit de Monachis Carmelitanis tempore Prophetarum, inter alia hæc dicit: *Elias Propheta primus, Carmelita.* Et infrà: *En hæretice, Eliæ posteritatem dici Monachos Carmelitas.* Itidem sic ait: *Sanctus Eliseus Carmelita, Princepsque Eliadum*, id est, Carmelitarum; & postquam aliqua attulit testimonia, ut probet Ordinem Carmemelitarum tempore Prophetarum floruisse, infert contra Centuriatores: *En quàm antiquus sit Ordo Beatæ Virginis.* Ità noster Lezana *ibid. n. 14.*

Genebrardus.

206. Octavò: ex Gilberto Genebrardo, omnium ore laudatissimo Auctore, qui in *sua Chronologia lib. 4.* cum ex Polydoro *lib. 7. de inventor. rerum c. 3.* Ordinem nostrum Aymerici Antiocheni Antistitis opera cœpisse retulisset, Polydorum tamen corrigens, sic subdit: *Sed eorum* (scilicet Carmelitarum) *origo altiùs repetitur*, nempè à *Prophetis Elia & Eliseo, qui Carmelum montem Terræ Sanctæ primitùs consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* Ità Lezana *ibid. n. 15.*

Saligniacus.

207. Nonò: ex Bartholomæo Saligniaco, Protonotario Apostolico, qui in *suo Itinerario Ierosolym. tom. 10. c. 6.* sic habet ad intentum: *Prodigium visitur in monte Carmeli, qui est in inferiori Galilæa situs ad Occidentem. Montem enim hunc olim Prophetæ Sancti Elias & Eliseus incolere soliti erant cum filijs Prophetarum, quorum successores sunt Fratres, qui Carmelitæ vocantur.* Refert posteà, quod *prodigium* vocavit, sic: *Horum Cœnobium est in monte Carmelo, ubi fons scaturit; non quidem perpetuis temporibus, sed temporaneis; nulla enim ibi est aquarum copia, nisi transeuntibus fratribus peregrinis Christianis, ità ut nunquam infideles bibant ex eo, ut verificetur illud Prophetæ*: DE-

RIVENTUR

RIVENTUR FORIS IN PLATEIS AQUÆ EIUS, SED NON BIBAT ALIENUS EX EIS. Ità Lezana *ibid. n.* 17

208. Decimò: ex Iacobo Saliano, Societatis IESU Annalistarum *veteris Testamenti*, judicij acrimoniâ, rerum copiâ, & sermonis elegantiâ, celeberrimo, qui *Tom.*4. *suorum Annalium* Eliam Carmelitarum Antesignanum fuisse sæpiùs inculcat, & ad annum mundi 3139. ante Christum 914. ubi sic de illo & Carmelitis scribit. *Hic est, qui medios inter sonora tempestatis fragores, & concussos flagrantesque in Horebo montes, suavissima aura sibilum, opertô vultu, palliô excepit, qui Reges ungit, ac Prophetas vindices injuriarum Dei, qui corda filiorum convertit ad Patres, imò ad omnium parentem Deum, & per medios iniquitatis torrentes lectos Prophetarum & Religiosorum in Carmelo, totaque* Chananitide *manipulos, sui æmulos, atque imitatores instituti, ad cœlestem vitam mundo ignotam, ac contemptam, traducendam adduxit, tot sæculis suarum precum quasi facularum ardore calefecit, & ad hunc diem tot inter rerum, locorum temporumque varietates, constantes reddidit, magni sui Patriarchæ sectatores.* Et ibid. n.45. *Ac ne quis nostrum hoc, benevolentia potiùs erga religiosissimum* Carmelitarum *Ordinem, quàm veritatis, testimonium putet, quod eos Eliæ sanctissimi Discipulos, ac imitatores agnoscamus. Audiat is Sixti IV. Romani Pontificis constitutionem, anno à Sacrosancto* Christi *Natali* 1477. *editam, ubi inter alia Ordinem, inquit ipsum, &c.* P. Salianus.

209. Undecimò: ex Iacobo Tirino, ejusdem Societatis IESU, Sacrarum Interpretationum compendiatore accuratissimo, qui in 3. *Regum* 19. Ex Summis Pontificibus Sixto IV. Julio II. Gregorij XIII. & Clemente VIII. adstipulatur Saliano præcitato. P. Tirinus

210. Duodecimò: ex Reverendissimo Ægidio Camarto, Ordinis Minimorum Generali, qui in eruditissimo Opere, cui Titulus est: *Elias Thesbytes, seu de rebus Eliæ Prophetæ c.*5. *sect.*10. loquens de Elia dicit: *Si tot & tam celebres discipulorum scholas, reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho, Galgalis, cur non in Galaad? credibile certè est, Eliæ discipulos diu in illa viguisse, nec defuisse, donec ad Christi discipulos, Evangelicamque Doctrinam, confluerent, ut ubi abundavit delictum, superabundaret & gratia: quanquam enim Galaaitidæ, & quidem primi, ut auctor est Hieronymus, in captivitatem abierint sub Rege Salmanasar, sicut & Bethelitæ, Ierichuntini, Galgalitæ; Eliæ tamen Discipulos ijs in locis numquam defecisse, sed usque ad Christi tempora perseverasse, auctor est Ioannes Ierosolymitanus. Ex eorum verò reliquijs tanquam ex equo Troiano prodijt celeberrimus in Ecclesia Ordo Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo.* P. Ægidius Camartus.

211. Decimo-tertiò ex Petro Bertio Geographo, & Professore Regio in Gallijs, teste Thoma Aquinate à Sancto Iosepho in sua *Dissertat. de Patriarchatu Eliæ p.*2. *sect* 1. qui vir doctissimus, abjuratô Calvinismô, Catholicam fidem amplexatus, maximam pietatem cum eximia doctrina conjunxit. Is porrò *secunda Epistola*, quam ad filium suum Abrahamum Bertium religiosissimam Carmelitarum Discalceatorum familiam ingressum, iamque in ea (in qua Petri à Matre Dei gestat nomen) vota sua emissurum scripsit, quæ unà cum altera ad eundem scripta, sub ingressum illius in eandem familiam, Parisijs impressa est ann. 1628. postquam multa de Eliæ Monachismo, de Carmelo monte, de ortu, progressu, restaurationibus, Regularum traditionibus, non minùs eruditè, quàm eleganter prosecutus est, ista resumit aliquantò ante finem: *Atque hæc quidem sunt* Carmelitarum *origines, omnium aliorum Monachorum, si verum fateri volumus, originibus antiquiores; quid enim vetustius in Ecclesia, aut sanctius, Elia, Eliseo, Ioanne Baptista? quid monte Carmelo amœniùs, aut ad Divinas meditationes opportunius?* Ità Lezana *ibid. n.*27. Quibus accedit, inquit Lezana *ibidem*, Author etiam Gallus libri, cui titulus: *Les Estats, Empires, Royaumes, &* Principautez *du monde*, in *Tractatu de Origine Religionum*, Carmelitanam ab Elia exordium sumpsisse fatetur, & quod in Carmelo tria puncta Religionis observaverit, ac quatuor discipulos Eliseum, Ionam, Michæam, & Abdiam habuerit. *Ait etiam*, quod Eliseus, & filij Prophetarum vitam communem Petrus Bertius. Alius.

sectati fuerint. *Quæ, tùm pro dictis, tùm pro dicendis valdè conducunt.* Et quoad aliorum authoritates.

212. Addit primò. *ibid.* n.21. *Hinc plures graves Doctores, Scriptoresque hujus temporis, suis scriptis nostri thematis assumptum dilucidè comprobarunt, quorum testimonia, ne prolixiores simus, prætermittenda duximus, etsi loca, in quibus aliqui ipsorum ea de re agunt, saltem notare operæ pretium sit. Hi sunt Suarez* tom.4. de Relig. lib.2. cap.10. *verbis relatis in principio hujus capitis. Paulus Morigia Iesuatus* in Histor. *Religionum* lib 1. cap 30. *Baptista Confettius* in Summar. materiar. tit.1. cap.7. *Prosper Stellartius* in Opere *de tonsuris & coronis* lib.2. cap.13. *Renatus Chopinus* in *Tract.* Religionum. *Carolus de Tapia* in *authent.* ingressi *verbo* Monaster. cap.17. *Petrus Calvus* Dominicanus in *defens.* Religion. *& alij.*

P. Suarez & alij.

213. Addit secundò *ibid.* n.23. *Fuerunt etiam plures, circa hoc tempus, nostri Thematis Propugnatores clari, videlicet Ioannes de Carthagena Minorita 4. Tom. Homil. lib.17.* Homil.1. *Sylvester Marulus Cisterciensis* in *Mari Ocean. Religion* lib.4. *Onuphrius Marescal.* Tom.1. *Concion.* in Concion: B. Mariæ de monte Carmel. *Laurentius Beyerlinck* in *Theatr. Vit. hum. tom.6. litt. R. verbo* Religiosus, Religio, *dum de Ordine nostro agit. Petrus Valderama Augustinianus* in *Theatro Religionum*, in *concione* S. Eliæ, *Petrus Oxeda Iesuita* in *Informatione* pro Immaculatæ Virginis Mariæ Conceptione. *Leander de Granata Benedictinus* in *lib.* S. Gertrudis, *cum alijs, quos omittimus.*

P. Carthagena & alij.

214. Addo ego etiam P. Ildefonsum de Flores, præclarum S. Paginæ è Societate Iesu Interpretem loco præcitato n.1659. ubi de Carmelitarum familia sic scribit: *Etenim cum videam hanc nobilissimam familiam à temporibus* Prophetarum, *& signatim à sanctissimi Eliæ institutione, suam trahere originem, & quasi hæreditariam successionem, idque septem* Pontificum *Sixti IV. Ioannis XXII. Iulij III. Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. & Clementis VIII. authoritate roboratum animadvertam, cum videam à Sixto V. huic sacro Ordini jure meritò datum, ut Eliam & Eliæ discipulum Elisæum, tanquam suæ Institutionis, Patriarchas festivè colant: cum videam tot, eosque nobilissimos Scriptores, & è nostra Iesuitarum familia quamplures, vetustissimam hanc traditionem suscipere, nefas duxi, nonnihil huic sacræ Carmelitarum familiæ de sua vetustate detrahere. Idcircò sub montis* Galaaditani *typo, eam esse prædictam ab Ecclesiastico, affirmo; præsertim cum noverim à Ieremia cap.22. vers.6. Galaad caput Libani appellatum:* Galaad tu mihi caput Libani. *Rectè ergo in eo monte, qui caput, & principium Libani extat, ea debet Religiosorum familia adumbrari, quæ vetustatis ordine, caput est, ac veluti principium cæterarum. Nec desunt huic nostræ existimationi fulcimenta alia. Nonnulla attingo.*

Iterum P. Ildephonsus de Flores.

215. Hanc autem suam assertionem *n.*1660. & 1661. solidè probat; & *n.*1662. confirmat, ut sequitur: *Ex quibus etiam verbis claret, quò pacto, sacer* Carmelitarum *Ordo caput sit, ac principium Libani, id est cæterorum Monachorum.* Ipse enim Elias Monachorum Princeps primus extitit (*ut idem loquitur Auctor*) à quo sancta eorum primæva institutio sumpsit exordium. *Consonat S. Hieronymus Epist.13. ad Paulinum, à quo Elias appellatur Religiosorum Princeps:* Noster Princeps Elias. *Et à Cassiano lib.1. de Institut. rerum cap.2.* Monachorum exemplum. *Et à S. Isidoro lib.2. de offic. cap.*16. Hujus propositi Princeps Elias. *Atque ità passim à disertissimis Scriptoribus vocitatur. Quò revoco illa Cant.7. verba, ubi specialiter de religiosa Ecclesia dicitur.* Caput tuum ut Carmelus. *Hæc vox non pro cocco seu coccineo colore accipio, ut nonnulli sapiunt; sed rectius cum vulgato, LXX Hieronymo, alijsque antiquis* Patribus, *& Græcis, & Latinis, pro* CARMELO MONTE, *cujus incola extitere Elias, Elisæus, & Monachi alij Eliæ discipuli, atque imitatores. Noster Alcazar, tum de Ecclesia Religiosa sermonem hic esse putet,* CARMELUM *figuratè capit pro Religiosorum Patriarchis, cum intuitu ad Eliam ejusque zelum, cum Deo familiaritatem, & orationis efficaciam. Haud dubiè nostræ favet intelligentiæ, quæ de Elia est, Elianisque Monachis, quibus* CARMELO *præcipuam suæ habitationis sedem constituêre; indèque nomen Carmelitarum sortiti, qui successionem hæreditariam ab Elia habent. Elias igitur, & in Elia, ejus Religiosa familia caput appellatur, post Christum, Religiosæ Ecclesiæ, ideò hæc Carmelo monti simile caput habere dicitur. Hinc opportunè inferas cum Ierosolymitano Præsule Ioanne,* Omnium Monachorum conversationem sanctam ab Elia, & ab

Eiusdem confirmatio.

S. Hieronymus, Cassianus, Isidorus.

Cantic.7.

& ab ejus discipulis Filijs Prophetarum, esse derivatam. *Subdit de Monachorum Principibus, seu Patriarchis,* Sana doctrina: vitæ Monasticæ fuerunt veluti quidam particulares rivuli ab Elia, tanquam à primordiali, & universali omnium rivulorum fonte derivati.

216. Item *ibidem n.* 1680. *& sequentibus*, cujus verba tanquam veritatis studiosissimi, & de Ordine nostro benè meriti, ad longum damus *Sixtus IV. Pontifex Maximus in Bulla, quæ incipit*, Cum attentâ meditatione pensamus, *quæ est* 37. *inter Bullas ejusdem Pontificis, quas retulit Emanuel Rodericus in collectione Privilegiorum Regularium*: *& in Bulla* 38. *quæ incipit*, Dum attentâ meditatione pensamus. *Et in confirmatione Indulgentiarum Carmelitici Ordinis, sic de illius edixit antiquitate*: Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei, & aliorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes. *Refert Palaeonydorus lib.* 2. *cap.* 2. *Eademque tribuunt Carmelitarum Annales Summis Pontificibus Ioanni XXII. & Alexandro V.* Item *Iulio III. Gregorio XIII. & Sixto V. & quidem vel unum ità scripsisse Pontificem sufficisset, nè dum tot, tamque doctissimos, ut nemo de veritate prorsus ambigeret. Sed quantò id meritò affirmarint, operæ pretium erit judicare.* Idem P. de Flores Bullæ Pontificum.

217. *Iosephus Antiochenus lib. de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ cap.* 12. *sic scribit*: perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de monte Carmeli descendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæstinam, fidem Christi constantissimè sparserunt; quique in Virginis Mariæ honorem, in Carmeli montis declivio, fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt. *Tantum ille, quem floruisse anno Domini* 130. *scribit noster Possevinus in Apparatu ex Philippo Riboto de Institutionibus & peculiaribus gestis Religiosorum Carmelitarum. Eorundem meminit S. Cyrillus Alexandrinus lib. de ortu B. Virginis Mariæ, quem Cælestino Pontifici dicavit: asserit enim* Emerentianam, *Deiparæ aviam, Eremitas Carmeli Religionis ergo invisere consuevisse, ex eorumque consilio Stollano nupsisse. Quæ Cyrillus ex ipsius Carmeli monumentis excerpsit. De libro autem Cyrilli videndus Palaeonydorus in Trimerico l.* 2. *c.* 7. *& Trithemius in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis.* Idem P. de Flores, ex Iosepho. Vide Lezanam Annal. tom. 1.

218. *Addo Hermiam Sozomenum, Cyrillo etiam coævum: scripsit enim sub Theodosio Iuniore, circa annum Domini* 438 *Is ergo lib.* 3. *Historiæ cap.* 13. *Tabinisiotas Monachos Eliæ institutum, habitúmque fuisse imitatos, his verbis describit*: Isti ad exemplum Eliæ Thesbitis pellibus se induebant, ut singulis ex pelle corpori circumiecta, ut mihi quidem videtur, virtutem Prophetæ semper in memoriam revocantes, &c. *Quæ observata velim ab ijs, qui vel habitum, vel Elianorum Monachorum nomen recentia putant. Nauclerus volum.* 2. *Gener* 41. *anno* 1215. *sic loquitur*: Honorius IV. restitutô albô Habitu, eos in Europa excepit B. Mariæ sacros; quô titulô, post Honorij IV. reformationem, Carmelitæ usi sunt *Ioannes Trithemius lib.* 1. *de laudibus Carmelitarum cap.* 6. ait: *Carmelitas olim Eliam Patrem imitatos, albo usos fuisse habitu; Sarracenis verò Palæstinam occupantibus, eo uti fuisse prohibitos à Satrapis ejus gentis, quibus solis alba uti veste inter Sarracenos licebat. Itaque, rejectô priori Habitu, cappas virgulatas sumpsêre, donec Terra Sancta exacti, Europam ingressi, veterem habitum album induerunt, munditiei & puritatis Carmelitica indicem. Sic ille è priscis Carmelitarum Tabularijs.* Idem. Sozomenus. Tritemius.

219. *Adnectam alia per ordinem diversi generis testimonia ex quibus constet singulis fermè seculis Carmelitarum memoriam extitisse.* Luitprandus, *qui floruit anno Domini* 970. *asserit in Chronico, Monasterium Agaliense ad Toletum, Regiam Hispaniæ urbem, Carmelitarum fuisse, antequam Benedictinis adjudicaretur, ut ex eo refert noster Franciscus Protocarrerus, librô de descensu Deiparæ ad Templum Toletanum c.* 8. *Constat verò ante mille annos id Monasterium Benedictinis cessisse. Igitur antiquitatem millenaria vetustiorem retinent in Hispania Monachi Carmelitæ. Item Hispalis, postquam ea Urbs, exactis Arabibus, ad Christianos redijt; dum novo substruendo ædificio, altæ effoderentur fundamenta, inter egerenda rudera, & extrahendasque parietinas* Marmoream inventam fuisse statuam Monachi Carmelitæ, Idem P. de Flores ex Luitprando, & alio.

melitæ, *eò locô à Gothorum imperio occlusam, testis est Morgadus lib. 5. de Historia Hispalensi cap. 13.*

Idem. 220. *Pisis Tusciæ in veteri Epitaphio* nomen Carmelitarum Monachorum *legitur. Auctore Coriâ in suo Elucidario lib. 1. c. 25. Rursus ibidem refert, Senæ, apud hæredes Alexandri Vannocei, antiquissimum asservari librum, compendium nempè ejus Vrbis Annalium, in quo ab anno Domini* 797. *extat Carmelitarum memoria. Deindè, tempore Gregorij VII. circa annum* 1100. *edidit Sigisbertus Gemblacensis Historiam Ierosolymitanam, in qua sic scribit*: Cum Carmelitæ in sancta pœnitentia perseverassent à tempore SS. Eliæ & Elisei Prophetarum, tandem Christum prædicantem audierunt. Qui Religiosi, fidem Catholicam confitentes, in Christo baptizati sunt. Deindè, perseverantes in doctrina Apostolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, veritatis Evangelicæ, nuntij fideles, & Religionis Christianæ legitimi Confessores effecti sunt. *Paulò post ann. Domini* 1188. *claruit Cyrillus Constantinopolitanus, qui integrum librum conscripsit ad Eusebium Confratrem, in quo antiquissimam hanc ab Elia successionem asserit; cujus verba refert Palæonydorus lib. 3. Trimerici An.* 1272. *&* 1287. *Duo Templariorum & S. Ioannis in Ierusalem Generales Pontifici scripserunt, Ordinem Carmelitarum, ante omnem hominum memoriam, apud Palæstinos fuisse, teste VValdense de Sacramentalibus Titulo* 9. *cap.* 89. *Neque omittendum Academiæ Cantabrigiensis testimonium, quæ post longam disputationem decrevit*, Carmelitanorum nomen, Ordinemque antiquissimum fuisse. *Id verò decretum à Gregorio XI. confirmatum fuisse, Auctor est Thomas à* IESU, *vir in Eliana familia doctrinâ ac pietate clarus. In Regul. Carmel. parte* 1. *cap.* 1.

Idem & alij. 221. *Itaque, singulis ferè sæculis, satis locupletes hujus antiquitatis Testes protulimus; ut liquidò constaret, quàm meritò Summus Pontifex dixerit, Carmelitas hæreditariam successionem ab Elia ipso possidere. Sed juvat ejusdem successionis plerosque Testes, qui eam scriptis confirmarunt, confertim aggerere. Ac primum quidem ordinem jure sibi vendicant illi, qui rem seriò explorandam, atque ex instituto probandam, susceperunt. Nempè, Cyrillus Constantinopolitanus, Guilielmus Samucus, Sybertus Becha, Philippus Ribotus, Ioannes Grossus, Ioannes Baccenus, Ioannes Ciminetus, Ioannes Vineta, Ioannes Hildeshemus, Thomas Bradleyus, Petrus Brunus, Arnoldus Bostius, Martinus* Italus, Ioannes *Gruelus*, Ioannes *Malinis*, Ioan*nes Gouda, qui hac de re singulares Tractatus condiderunt, & recensentur à* Paleonydoro *Epistolâ ad Rumoldum, quam Trimerico præfixit.*

Idem & alij. 222. *Adde his, haud plebeiæ notæ, non paucos, qui per occasionem eandem Carmelitarum antiquitatem asseruerunt*; Burellum *libro in laudem Eliæ*, Onuphrium *in Chronico Ecclesiastico ann.* 1141. Nauclerum *Tom. 2. Chronici. Generatione* 41. Genebrardum *l. 4. Chronograph. ann. Domini* 1283. Erardum *in Fasciculo temporum an. mundi* 4300. *& an. Christi* 450. *&* 1294. Eysengrenium *Centuria 1. Historia Ecclesiastica*. Molanum *in Martyrologio* Iunij 17. Galesinum 12. *Ianuarij*. Ioannem Alemanum *in Chronico lib. 2. c. 67.* Alvarum *Pelagium l. 2. de planctu Ecclesiæ cap. 23.* Renatum Chopinum *lib. 2. Monasticon Titulo 1. n. 29.* Severinum Binium *in vita Honorij* III. *Tom. 3. Conciliorum p. 2.* Illescum *l. 5. c. 46.* Sanderum *16. de visibili Monarchia ann. Domini 1265. n. 980.* Marquez *de origine Eremitarum S. Augustini c. 14.* §. 9. Arnoldum Wionem *ligni vitæ p. 2.* Navarrum *de horis Canonicis c. 1. n. 27.* Trithemium *lib. 2. de miraculis B. Virginis de Vrticeto cap. 13. Præter eos, quos pro libro* Ioannis *Patriarchæ suprà nominavimus, Richardum, VValdensem, Paleonydorum, Beuxamis, Manuelem, Morigiam, Tapiam, Bertrandum, Thomam, Valentiam, Possevinum,* Platum, *Bonifacium, Salianum locô citatô. & anno mundi* 3127. *n* 26. *& de habitu Carmelitarum anno mundi* 3138. *n.* 48. *&* 3139. *n.* 20. *&* 44. *Adde & Suarium Tom. 3 de Religione lib. 2. c. 10. & Gasparem Sanctium in librum 3. Rgum cap. 17. n. 12.* Quibus meritò addi potest Ludovicus Tenas Episcopus Dertusanus in Serm. de S. Theresia. *Sacra Religio Carmelitana suum habet principium in Elia Propheta, qui in carne humana se Deo sponte ac voluntariè consecravit in perpetua virginitate.*

PRO-

# PROBATIO VI.

## *Ex Traditione tàm Exterorum, quàm ipsius Carmelitarum Ordinis.*

223. PRobatur sextò à Traditione. Primò ex Ioanne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano sub ann.400. *de Institut. Monachorum* sæpè citato cap.1. *Sicut hæc omnia antiqui huius nostræ conversationis sectatores ante nos intellexerunt, & nobis tam in veteri, quàm nova Lege doctrinis & exemplis philosophati sunt*. Sed de huius & aliorum Seniorum Ordinis nostri traditione infrà fusiùs. Traditio ex Ioanne XLIV.

224. Secundò ex Societatis IESU S. Theol. Doctorum, Suare huius sæculi verè doctissimo Tom.4. de Relig. t.9. lib.2. cap. 10. *Est autem valdè recepta, & satis antiqua traditio, Religionem Carmelitanam à temporibus Prophetarum, & signatim ab Elia institutione, suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam traditionem ut veram; suscipimus, præcipuè, quià Summi Pontifices, Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. in Bullis huic Ordini concessis, de professoribus huius sacri Instituti ità loquuntur*, tanquam Religionis speculum & exemplar, charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum Eliæ & Elisei, & aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli, iuxta Elia fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes, &c. *Undè Sixtus V. huic Religioni concessit, ut Eliam & Eliseum, tanquam suæ institutionis Patronos coleret, dies festos in eorum honorem celebrando, propriaque officia in eorum memoriam recitando, quod ipsa Religio studiosè servat, & in ipso officio nomen & solemnitatem Patroni, Eliæ tribuunt.* Ita ille profundissimus Societatis Iesu Theologus. Ex P.Suare.

225. Tertiò ex Gaspare Sanchez, etiam Societatis IESU, Sacræ Paginæ Expositore clarissimo in 3. Regum capite 17. numero 12. *Hinc* (putà *à Carmeli Monte, ipso Eliæ nomine & sacrificijs illustri*, ut præmittit, pro quibus plura dedimus supra numero....) *opinor ortum habuerunt antiquum & nobilem qui nostro ævo Carmelitæ dicuntur, viri Religionis gloriâ, & vitæ Sanctitate conspicui. Quod, ut credam, facit non solùm illius Ordinis, sed & omnium penè gentium constans & perpetua traditio. Et quidem si ab hac mea cogitatione nihil staret præter traditionem omni memoria superiorem, satis putaretur habere præsidij; quià communis, conspiransque consensio, nullo interrupta tempore, eam habet auctoritatem, quam nulla, nisi magna fides convellere, aut infirmare posset. Qua de re nos pluribus in nostro libello de adventu S. Iacobi in Hispaniam tract.2. sed præter traditionem, quæ (ut diximus) constans existimatur, atque perpetua, sunt alia multa, quæ ad hanc cogitationem plurimum afferunt momenti. Doctorum nimirum, non tantùm ex illa Religiosa familia, quorum ingens numerus; sed externorum, quos longum esset numerare, gravis auctoritas, & tàm veteres, quàm recentes historiæ, & sacri Ordinis antiqua monumenta. Accedit adhuc Pontificum judicio gravissimum pondus, qui sacrum hunc Ordinem ab Elia disciplina, atque Instituto exordium habuisse testantur. Ità sanè apertè in suis Bullis Sixtus IV. Iulius II. Gregorius XIII. Clemens VIII. qui dicunt Carmelitanæ familiæ viros, ab Elia atque Eliseo hæreditariam successionem tenere. Hæc mihi gravissima sunt, neque pauca, neque levia, quæ, si Carmelitanæ causæ vindicem agerem, libens adducerem, à quibus in præsentia abstineo, nè ab Interpretis munere (quod longas digressiones non admittit) defecisse videar. Plura nobis dicenda sunt de Elia, quæ in commodiorem locum reservamus.* Ità ille magnus vir. Insuper vide præclarissimum P. Salianum suprà n.208. citatum. Ex P. Gaspare Sanchez.

226. Quartò: ex sæpè laudato, ejusdem Societatis IESU, P. Ildephonso de Flores in *cap.* Ex P. de Flores.

in *cap. n.24. Ecclesiastici n.68.* ubi sic prosequitur: *Hæc omnia tàm illustria Carmelitica antiquitatis testimonia, cum præ ocu'is haberemus, nempè Summorum Pontificum oracula, magnorum Scriptorum responsa, sepulchra, Epitaphia, lapides, fumosas imagines, Episcopos, Academias ac denique densissimam gravissimorum testium nubem; haud consultum nobis videbatur, tantæ auctoritati refragari; illamve ejusdem Carmelitici Ordinis venerabi'em abjicere Traditionem, cum eâdem licentiâ aliàs ejusdem notæ liceret aliorum Ordinum antiquare Traditiones. Ergo, non valdè mediatò scriptum censemus à Cæsare Baronio Tom.6. Annal. ad an 444. cum S. Cyrilli Alexandrini Monachatum Carmelitanum rejiceret:* Flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare. *Non, inquam, consultò scriptum: neque enim tot Pontifices Summi, neque tot Summates Viri, omni eruditione cultissimi, præter unum Baronium, delirasse caut dicendi, aut credendi fuerunt; tot præsertim, ac tantis argumentis prudenter persuasi. Quod verò Cyrilli Carmelismum eousque Baronius projecit, injuriâ id factum, neque firmò ullò argumentò ab Ecclesiastico Historico abnegatum. Fert quidem Carmelitarum antiquitas, & Cyrilli, & Ioannis Patriarchæ, & aliorum Superiorum etiam, tunc Monachismum. Nominatim verò Cyrillo Alexandrino illum adscribunt Arnoldus Villanova, Ioannes Cassiodorus, Ioannes Hisdunus, Thomas Novicensis, VValdensis, Ivo & alij, quos sequitur Palæonydorus lib. 3. Trimerices cap. 7. Quibus adde Speculum Carmeli, Tractatu trium articulorum art. 1. Trithemium lib. 2. de viris Illustribus Ordin. Carm. Mantuanum in Apologia, & alios; neque enim libet aliorum hic scripta corrivare: adeat Lector Thomam à* IESU*, Paleonydorum, cæterosque Carmelitas Scriptores, à quibus aliqua mutuati, non paucà ultrò donamus.* Ità ille.

Ex P. Carthagena. 227. Quintò ex Carthagena *Tom. 4. Homiliarum Homil. 2.* ad 5. Object. *Cùm de hac antiquitate sit immemorabilis Traditio, in tota Carmelitarum Religione, prudenter standum est tali Traditioni, ut ratio ipsa præscribit; nam si, cum quis possidet rem aliquam, bonâ dumtaxat fide per triennium, perpetuò gaudet præsidiò, ut habetur quæstio 16 cap. 6. præscriptionum; multò rationabilius Religio habens traditionem à prædecessoribus suis per multos annos de antiquitate fundationis illius, præsidiò talis antiquitatis debet gaudere.*

Ex P. Bertrando Lot. 228. Sextò ex R. P. Bertrando Lot, Ordinis S. Dominici, *Casuum Belgij q. 7. de Carmelitis* ubi licèt, neget Eliam & Eliseum fuisse verè Religiosos, tamen præcitatis testimonijs victus, sic scribit: *Quæstio movetur propter sanctissimos Prophetas Eliam & Eliseum, an verè fuerint Monachi & Religiosi: si enim tales fuerunt, consequens videtur, Ordinem Carmelitarum fuisse in veteri Lege, & Carmelitas ex tunc fuisse verè Religiosos; quià valdè recepta & satis antiqua traditio est, Religionem hanc à temporibus horum Prophetarum, & signatim ab Eliæ institutione, suam originem ducere, & quasi hæreditariam successionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit: quam traditionem ut veram suscipimus, præcipuè quià septem Summi Pontifices Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. in Bullis huic Ordini concessis, de Professoribus hujus sacri Instituti ità loquuntur:* tanquam Religionis speculum & exemplar, charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum Eliæ & Elisei, & aliorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem habitarunt, successionem hæreditariam tenentes &c. *Vndè Sixtus V. huic Religioni concessit, ut Eliam & Eliseum, tanquam suæ Institutionis Patronos coleret, dies festos in eorum honorem celebrando, propriàque officia in eorum memoriam recitando; quod ipsa Religio studiosè servat, & in ipso officio nomen & solemnitatem Patroni Eliæ tribuit.* Quæ sunt verba doctissimi P. Suaris n 223. citata.

Ex P. Thoma à IESV. 229. Septimò: ex Thoma à IESU In *Regul. Carm. p. 1. cap. 1. Quis non plurimi æstimet, veneretur, suspiciatque antiquissimam, & nunquam obliteratam Traditionem, quæ non solùm in Ordine nostro, verum apud multos invaluit, Eliam Carmelitis authorem esse, cùm in Missæ sacrificio, in Divino Officio, in omnibus denique precationibus nostris, hujus rei veritas commemoretur, ac repetatur. Nec solùm Christianis Religiosis,ve hæc Traditio, nota est, verum & Sarracenis ipsis Syriam incolentibus, quod majus est, olim fuit etiam comperta, præcipuè verò inter Sultanos observata: cum enim hi Terrâ Sanctâ potirentur, studiosiùs quàm de barbara gente credi possit, Carmeli incolas valdè sibi gratos, benignitate, beneficijsque*

*beneficiisque prosequebantur, & quod silentiô prætereundum non est, ut Eliæ progeniem, & successores admirabantur, colebant & venerabantur. Quodque dictu incredibilius apparet, suis eleemosynis copiosam illam familiam alebant.*

230. Octavò: ex Thoma Aquinate à S. Iosepho suæ Dissertationis *de Ordin. Carmelit. Patriarchatu* p. 2. sect. 5. *Deventum est modò ad quintum locum, undè nobis quinta probatio, ad Elianum Patriarchatum adstruendum, eruenda est, quæ non est alia, quam Traditio constans, & à tempore immemoriali recepta, quo nomine nolim intelligas Ecclesiasticam aliquam Traditionem, à Christo Domino, Apostolisve emanatam, quam Verbum ἄγραφον nominant Controversistæ, quæque paris est cum verbo scripto authoritatis, parisque ponderis; neque enim ij sumus, qui propositam à nobis assertionem, hactenusque variè probatam fidei certitudine gaudere arbitremur, Absit, sed intellige communem, constantem, perpetuamque in toto celeberrimo Carmelitarum Ordine Traditionem, unanimemque in assertionem nostram de Eliano Patriarchatu omnium eius alumnorum quanti, quanti illi fuerunt, suntque, imò & exterorum penè omnium consensum: ex qua Traditione hanc efformo rationem, meo iudicio firmam, & robustam. Illa assertio, quæ communi, unanimi, & nunquam interrupto consensu, & Traditione constanti in toto aliquo religioso Ordine, ab Ecclesia approbato, & per universas penè orbis plagas diffuso, recepta est, semperque fuit, plurimum veritatis habere censenda est; neque potest prudenter falsitatis, aut mendacij insimulari: at assertio suprà à nobis statuta, quâ nimirum, Patriarchatum, & principatum Familiæ Carmelitanæ, Sanctissimo Eliæ asserimus, & vindicamus unanimi, communi, & nunquam interrupto consensu, constantique Traditione in eadem familia sanè amplissima, & celeberrima, quatuor aut quinque Congregationibus constanti, per universas penè terræ plagas diffusa, atque ab Ecclesia, Summisque Pontificibus adprobata, recepta est, fuitque semper; ergo illa assertio plurimum veritatis habere iudicanda est; nec potest prudenter & piè falsitatis, aut mendacij insimulari. Ratio clarissima est, & efficax, dummodò in ea assumptæ propositiones probentur, quod facillimum est. Minor enim à nullo vel tantillum in rebus Familiæ illius versato, negari potest; etenim plurimi Carmelitarum, assertionem illam scriptis consignarunt, plurimi in concionibus deprædicarunt, plurimi in familiaribus colloquijs evulgarunt, omnes verò illam tuentur, adeò, ut nullus sit inter Carmelitas, qui Eliam sui Ordinis Patriarcham non agnoscat; nullus, qui se illius Filium non censeat, & profiteatur, nullus, qui quotannis recurrente eius festo eum, ut Patrem, ut Parentem, specialissimis affectus & devotionis exemplis, non colat; nullus denique qui ab eo, qui id negaret, iniuriam sibi fieri non existimet, neque assignari posset tempus illum, quo ille sensus, & consensus, illaque existimatio, aut inceperit in Ordine, aut in eo non fuerit, quod traditionis signum necessarium est,* quod enim traditum est semper fuit, *inquit Augustinus. Vera est itaque minor propositio.* &c. *Maior adeò clara est* &c.

231. Nonò: ex Reverendissimo P. Philippo à Sanctissima Trinitate præcitato *Hist. Carm. lib. 4. cap.* 11. ubi sic. *Tandem est communis ac continuata traditio nostri Ordinis, quam receperunt, & sanctissimi & doctissimi viri, tam Carmelitæ, quàm externi: Traditio autem communis Doctorum, & prudentum, benè fundata sicut præsens, tanti est ponderis & authoritatis, ut S.* Ioannes *Chrysostomus* hom. 4. in Epistolam ad Thessalon. *dixerit*, traditio est, nihil aliud quæras. *Et ipsemet Suárez, qui in hac materia vult omnia confundere, & reddere incerta, fatetur hanc traditionem esse valdè receptam & satis antiquam, undè ait* 4. *Tom. de Religione lib.* 2. *cap.* 10. Est autem valdè recepta & satis antiqua traditio, Religionem hanc à temporibus Prophetarum, & signatim ab Eliæ institutione, suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo, à qua nomen etiam accepit, quam traditionem ut veram suscipimus, præsertim, &c. *Alibi etiam docuerat, se nihil habere ad illam improbandam; & tamen illam non sequitur ob aliquas leves suspiciones; non enim adducit contrariam traditionem, nec authoritates Sanctorum Patrum in contrarium, nec habet rationes efficaces, ut ipsemet fatetur; sed solùs illam traditionem ex se venerabilem relinquit, quià nescit, quià non vidit, quià non ei constat, passim enim repetit pro ratione sui dicti,* nescio, non vidi, non mihi constat. Pro cujus hallucinationis refutatione vide infrà Raynaudum & Tiersium *numero* 247. *ad n.* 256.

Ex P. Thoma Aquinate à S. Iosepho.

Ex P. Philippo à SS. Trinit.

Ex P. Lezana.

232. Decimo : ex sapientissimo P. Lezana Annalium Ordinis *Tom. 1. Apparatus cap. 6. n. 28.* ,,Hoc unicum animadvertere operæ pretium duximus, hanc scilicet communem nostrorum sententiam de successione hæreditaria ab Elia repetenda, antiquam semper Ordinis traditionem fuisse, adeòque firmam & constantem, ut nunquam alius, præter ipsum, titulô Fundatoris, aut Institutoris creditus vel nominatus reperiatur. Quod magni argumenti locô apud prudentes haberi oportet. Nec enim vel leviter suspicari licet, tot viros sanctitate, & doctrina conspicuos, qui in Ordine nostro, Dei gratiâ, omni sæculô claruerunt, in hac re, vel inscitiâ seductos, vel ambitione seductores extitisse.,,

Illam esse Ordinis traditionem testatur Ioannes XLIV. an. 400.

233. ,,Hujus porrò traditionis primus edfit testimonium veritati perhibens, Ioannes ille Ierosolymitanus Antistes sæpiùs relatus, qui in eo libro à se edito circa anno Christi 400. cujus scopus is est probare ab Elia, Eliseo, & filijs Prophetarum Carmelitarum Ordinem hæreditariam originem traxisse *c. 1.* dicit. *Sicut hæc omnia antiqui hujus nostræ conversationis sectatores ante nos intellexerunt, & nobis, tàm in veteri, quàm in nova Lege, doctrinis & exemplis, philosophati sunt.* Quô sanè per traditionem accepisse ea, quæ scribebat, ostendit.,,

Ab eo crevit ad Aymericum.

234. ,,Crevit deindè à fonte Eliæ fluentis rivi continuata traditio, cum ejusdem Ioannis libro Græcè exarato, usque ad tempora Aymerici de Malefaida Antiocheni Patriarchæ; qui cernens aliquos Ordinis Professores (qui ex Europæ partibus, recuperatâ Terrâ Sanctâ, Carmelitis Syris & Græcis adjuncti erant) ob Græci idiomatis ignorantiam librum non intelligere, illum Latinum fecit circa ann. Christi 1141. Cœpit proindè inter Latinos Carmelitas eadem conservari traditio, ut propterea cùm sub B. Brocardo Generali post annum 1200. habitum Ordinis suscepissent SS. Angelus & Ioannes Germani Eliam, & Eliseum ut parentes agnovissent (ut ex eorum historia per Nicodemum Patriarcham descripta c. 6. & 9. elicitur) ab eodem etiam B. Brocardo editas credit Wastelius in *Vindic. lib. Ioannis Ierosolymit. ar. 14.* antiquas Ordinis Constitutiones, quas commemorant Ioannes Metensis, Ioannes Vineta, Bacconus, & Olerius, in quibus hæc eadem traditio exarata conspicitur. Paulò post, cum Beatus Cyrillus, tertius Ordinis inter Latinos Generalis, ad Eusebium Eremitam, librum, seu epistolam, scripsisset, prout patet ex Speculo Ordinis *lib. 8. c. 1.* in ea Eliam hujus Ordinis primum Institutorem vocat. Claruit post hæc in Ordine Guilielmus de Sanvico, illustris Pater, qui in *libro*, seu *Chronic. de multiplicat. Ordin.* ut videre est in *Speculo Ordinis lib. 9. c. 1.* hanc successionem à Filij Prophetarum posteritati commendavit.,,

Patres ab an. 1300. de illa scripserunt.

235. ,,Deindè post annum Christi 1300. plures, & insignes Patres, qui in eo sæculo claruerunt, eandem ab Elia successionem ad ipsos, per manus antiquorum delatam, litteris & scriptis amplexati sunt. Hi sunt celebris Doctor Ioannes Bacco in *Compend. Historiarum* 3. *particula*, Ioannes de Cimineto in *Parvo Tractatu* Speculum Ordinis *nuncupato c. 1.* Ioannes de Vineta in *tract. cum quidam Fratres nostri.* Philippus Ribboti, Cataloniæ Provincialis in celebri illo Opere *Speculum Ordinis* vocato *lib. 1. & 2.* Ioannes Grossi Generalis in *tractatulo de SS. Ordinis.* Nec omittendus B. Petrus Thomas Episcopus, Patriarcha, Sedis Apostolicæ sæpiùs eo tempore pro causis gravissimis Legatus, & demum sanctitate, & miraculorum gloriâ coruscus, ut propterea officium Canonicum ab Ecclesia meruerit, cui facta est revelatio Beatissimæ Virginis, de qua supra.,,

Deinde plures alij ab anno. 1400. Waldensis.

236. ,,Sequenti etiam sæculo post Christi annum 1400. plures & illustrissimi hanc eandem traditionem conservarunt. Inter eos primum locum tenet, clarissimus Doctor Thomas Waldensis, Angliæ decor, hæreticorum malleus, & inter Theo-

,,logos

„gos venerabilis *Tom. 3. de Sacramentalibus tit. 9. c. 89.* contra Wiclephum disputans, cum „quo, nec nænijs, fabulis aut minus probatis documentis agere oporteret. Et paulò „post ipsum, alius sanctitatis vitæ & miraculorum opinione egregius, Ioannes Soreth, inter Ordinis Beatos à multis relatus, qui veritatem, quam tuemur, gra„vissimis verbis in *Præfatione ad expositionem parænetic am Regulæ nostræ* pro suis subditis (erat „enim Generalis Ordinis Præsul) doctissimè exaravit. Sequitur magnus alius Ordi„nis Pater, toti mundo celebris, Baptista Mantuanus, varijs in locis suorum Ope„rum, præsertim *Eclogis, Parthenicibus,* & *Fastis* idem intentum prosequens. Item „Ioannes Palæonydorus Batavus in toto *Opere de Antiquitate & Sanctimonia Eremitarum* „*montis Carmeli.* Quo etiam tempore Ioannes Balæus Anglus Virginis Ordini nomen „dedit (utinam posteà veluti adulterinus non apostatasset, Religiosumque habi„tum ad hæreticos tranfuga non reliquisset) Is ergo in *Tractatu de suo Ordine* hæc poste„ris circa præsens negotium versibus exarata transmisit.„

Mantuanus. Paleonydorus. Balæus.

*Tanta est Carmeli Fratrum de monte vetustas,*
*Quam mentem superet cunctorum penè virorum,*
*Namque per Eliam datur Ordo fuisse Prophetam*
*Hic primò incœptus, &c.*

237. „Post Christi annum 1500. inter plures Ordinis Historicos, per quos eadem „continuabatur traditio, celebriores sunt Petrus Lucius Belga in *Compendio historiali.* „Didacus Coria in *Chronic. Carmelitarum.* Michaël Munioz in *Propugnaculo Eliæ.* Ità Le„zana *ibid. n. 28.*„ Item eximius P. Petrus *VVastelius in vindicijs Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani.* Egregius in Evangelia Commentator Ioannes de Sylveira *in suis Commentarijs,* & R. P. Daniel à Virgine Maria in *Vinea Carmeli.*

Ab an. 1500. Lucius. Coria. Munioz. Lezana. Wastelius. Sylveira.

238. Ex Illustrissima autem PP. nostrorum Discalceatorum Familia, R. P. Antonius à S. Spiritu, nostris laboribus parcens nostræ utriusque familiæ Authores, præter citatos *n. 231.* diligenter refert in *Directorio Regularium Tract. 3. Disp. 1. sect. 1.* ubi probat: *constantem esse & ab immemoriali tempore receptam traditionem Ordinis Carmelitarum, sanctissimum Vatem Eliam ejus esse Fundatorem: ac proindè eundem sanctissimum Dei Prophetam in Lege scripta instituisse verum statum religiosum* (exceptis infrà in *Hostimenti* Præambulo ad *Pharetram I.* excipiendis,) *qualis est Religio Carmelitarum: imò non solùm hujus Ordinis, sed omnium penè gentium esse constantem & perpetuam traditionem, ut testatur inter alios, clarissimus ille Societatis* IESU *Gaspar Sanchez* à nobis suprà *n. 224.* relatus. Ac tandem quibusdam probationibus præmissis *n. 32.* addit: „Ut nunc satisfaciam factæ superiùs promissioni, nonnullos, ex in„numeris fermè, insinuabo Doctores, qui nostram in principio positam tenent, „tuenturque assertionem. E sanctis Patribus referuntur S. Athanasius, S. Grego„rius Nazianzenus, S. Basilius, S. Ioannes Chrysostomus, S. Gregorius Nysse„nus, S. Ephrem, S. Ambrosius, S. Hieronymus, S. Augustinus, S. Paulinus No„lanus, S. Isidorus, Ioannes Cassianus, Sidonius Appollinaris, Theodoretus, S. „Petrus Damianus, Dorotheus, Macarius, S. Thomas Aquinas, S. Bernardus, Ru„pertus Abbas, S. Odilo Abbas, S. Antoninus, Bernardus Cassinensis, &c.„

Antonius à S. Spiritu. SS. PP. pro illa traditione.

239. „Ex Romanis Pontificibus Sixtus IV. Ioannes XXII. Julius II. & III. Pius „V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. item Sacra Rituum Congregatio „in officijs Ecclesiasticis, ac proprijs Ord. Carmelit.„

Pontifices pro eadem.

240. „Ex exteris Authoribus, Ioseph Antiochenus, qui vixit anno 130. Philippus „Abbas Hierapolitanus, Richardus Armachanus Archiepiscopus Hibern. Erardus,

Exteri authores pro eadem.

,,quem alij Wernerum nuncupant, Carthusianus, Guilielmus Eisengrenius, Ioan-,,nes Molanus, Paulus Morigia, Gilbertus Genebrardus, Sigebertus Gemblacen-,,sis, Ioseph de Seguenza, Nuphrius Halt, Ægidius Camartus Generalis Mini-,,morum, Dominicus Gravina, Didacus de Iepez Episc. Ludovicus de Tenas, Bar-,,tholomæus Cassanæus, Nicolaus Cæffeteaus, Raymundus Fagier, Nicolaus Bo-,,herius, Iodocus Ascensius Badius, Marianus Victor, Michaël Mauclerus Doctor ,,Sorbonicus, Alardus Gazæus, Stephanus Paschasius, Petrus Bertius, Lauren-,,tius Landmeter, Michaël Gislerius, Alphonsus de Villegas, Prosper Stellartius, ,,Petrus Valderama, Petrus Calvus, Ferdinandus de Castriglio, Chrysostomus ,,Henriquez, Historiographus Ord. Cister. Leander Granatensis, Natalis Taille-,,pied; Tres verò qui sequuntur, speciali memoriâ digni sunt, qui de Ordinis no-,,stri sacra antiquitate, ortu & progressu ex professo scripserunt, librosque edide-,,runt, scilicet Ioannes Trithemius, Abbas Ordinis S. Benedicti, Ioannes de Car-,,thagena, Ord. Minorum, & Aubertus Miræus, quorum Tractatus cum Iodoci ,,Clicthovei de hoc argumento sermone, & Laurentij Beyerlinck ex *Theatr. Vit. Hum. lib.* ,,*XVI.* hujus Ord. Elogio, noster Paulus ab omnibus Sanctis, in uno volumine si-,,mul anno 1643. Coloniæ recudi fecit, adjunctis quibusdam annotationibus, & à se ,,conscriptis Opusculis, in quibus pro nostra sententia alios quoque citat Authores.

Domestici pro eadem

241. ,,E Domesticis, quotquot de hoc argumento scripsêre, hanc sententiam te-,,nuêre: inter hos præcipui Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus, qui vixit anno 412. in ,,libro *de Institutione primorum Monachorum*. S. Brocardus, Generalis Ordinis Carmelita-,,rum, S. Cyrillus Constantinopolitanus & ipse Generalis, & Doctor, S. Petrus ,,Thomas Patriarcha Constantinopolitanus, Thomas Waldensis, dictus à Martino ,,Quinto *Validus Ecclesiæ Ensis*, B. Ioannes Soreth, Baptista Mantuanus, Arnoldus Bo-,,stius, Ioannes Palæonydorus, Didacus Coria, Petrus Coneio, Petrus Lucius, ,,Thomas Sarracenus, Ioannes Pintus de Victoria, Philocalus Caputus, Valerius ,,Ximenez, Emmanuel Romanus, Marcus de Guadalaxara, Marcus Antonius de ,,Casanate, Michaël de Fonte, Georgius Durangus, Didacus Maldonat. Michaël ,,Munozius Romæ edidit *Propugnaculum Eliæ, & propaginis Carmeliticæ*. Petrus Walte-,,lius *libro 1. Vindiciarum Operum Ioannis Ierosolymitani*, Mathias à Corona, S. T. D. Pari-,,siensis in suo Opere, cui titulus: *Sanctitas Ecclesiæ Romanæ in S. Elia Propheta, Carmeli-,,tarum Protoparente figurata*: excuso Leodij. *Tract. 2. de signis Ecclesiæ, &c. Charactere B. & Tract.* ,,*4. cap. 6* §. 4. Mathias à S. Ioanne in *Historia Panegyrica Ord. Carm. part. 1.* Dorothæus à S. ,,Renato in *Commentarijs super lib. Regum & Apocalypseos*. Ioannes Baptista de Lezana *in Ap-,,paratu ad Tom. 1. Annal. Ord. Carm.* Daniel à Virg. Maria in *Vinea Carmeli*, maximè *part. 2.* ,,*&* 8. & apud hos, quorum libros hîc apponimus, reperientur plures ex prædi-,,ctis Authoribus cum suis Operibus citati, & plures aliquos hîc insinuare inter-,,misimus.,,

Carm discalceati pro eadem

242 ,,Nec defuêre è nostris Discalceatis, qui hanc sententiam Calamo egregiè ,,propalarunt, ac propugnarunt. Agmen ducit Venerab. P. Thomas à Iesu, quem ,,*sapientissimum. Religiosissimum*, atque *ingenuum Doctorem* plures nuncupant, alij *pari sancti-,,monia ac eruditione Carmelum illustrasse* affirmant, *lib. de antiquitate. & Sanctis Ord. Carm.* Sal-,,manticæ excus. 1599. & in *Opere de varijs Regulis Carm part. 1.* Ioannes à Iesu Maria in ,,*vita S. M. Theresiæ lib. 1. cap. 2.* Ferdinandus à S. Maria in *Prologo ad Privilegia Apost. Romæ* ,,*edit.* Thomas Aquinas à S. Ioseph in sua *Dissertatione Historico-Theologica. in qua Patriarcha-,,tus Ordinis Carmelitarum SS. Prophetæ Eliæ vindicatur: & principatus totius Monastices eidem SS.* ,,*Vati asseritur: utrumque ex SS. PP.* prodijt primùm Parisijs an. 1631. Deindè auctior Co-,,loniæ an. 1643. Philippus à SS. Trinitate in *Hist. Ord. Carm. lib. 1. & Tom. 3. Curs. sui*

,,*Theol.*

,,*Theol. Tract.* 3. *de Religione Disp.* 6. ubi fusiùs de hac disserit, disputatque. Gabriel à S. ,,Vincentio *Tom.* 4. *de Sacrament. disp* 6. *quæst* 6. Ludovicus à S. Theresia in suo *Opere de* ,,*successione Eliana* Franciscus à S. Maria *Tom.* 1. *Historia Generalis Prophetica Ord. B. Mariæ de* ,,*monte Carmelo*, & *in Apologetico ejusdem suæ Historia.* Martinus à IESU Maria in *Apologia iam* ,,*dicta Historia Prophetica*; & hi duo omnes fermè suprà citatos SS. PP. & alios Autho- ,,res referunt, propriaque ipsorum verba adducunt. Ioseph à IESU Maria celebris ,,Author, ob plura præclara edita volumina. Simon à Spiritu Sancto, Petrus à Con- ,,ceptione, Ioseph ab Incarnatione, uterque in suis *Apologijs Historia Prophetica, &c.* Sacræ ,,& Generali Inquisitioni Hispaniæ oblatis ac dicatis. Thomas à S. Vincentio in *do-* ,,*ctissimo suo Apologemate*, in quo ex puris & solis Doctoribus, Scriptoribusque Socie- ,,tatis IESU docet, vindicatque probabilitatem nostræ in principio sectionis positæ ,,conclusionis ac sententiæ. Deinde pro traditione illa citat Suarem, Sanchez, Salia- ,,num & de Flores, quos suprà citavimus, ac subdit.,,

Doctores Societatis pro eadem.

243. ,,Et quià hi omnes Societatis IESU Doctores multum tribuunt testimonijs ,,Pontificum, quos citant, lubet hîc vel unius saltem producere, & quidem no- ,,vissimi ex omnibus citatis, nempe Clementis VIII. qui in litteris ad Regem Per- ,,sarum anno 1604. datis commendans illi Carmelitas Discalceatos; sic loquitur de ,,hujus Ordinis origine: *Habuerunt olim Religionis hujus Professores, sicut à Romanis Pontifici-* ,,*bus Prædecessoribus nostris memoria proditum est, sui instituti Auctores sanctos Prophetas Eliam &* ,,*Eliseum, omnibus nationibus gentibus notos*, &c. Similia habet in Bulla incipiente: *In Aposto-* ,,*lica dignitatis.* & in alia, cujus initium: *Dominici gregis* pro Discalc. data.,,

Clemens VIII.

244. ,,Paulus Schentner Soc. IESU Germanus, in *Promontorio malæ spei lib.* 3. §. 13. ,,de Carmelitarum institutione sic disserit: *Carmelitana Relgio ex Elia SS. Vate, ejusque As-* ,,*seclis, hæreditaria quasi successione originem suam trahit.* ibidem etiam refert posteros ac suc- ,,cessores SS. P. Eliæ, *tenaces arepti semel instituti, eodem in loco semper præstitisse usque ad Christi* ,,*Salvatoris tempora.* Et aliquantò infrà ait: *quod voluntaria paupertate, castimonia, obedientiaque* ,,*sese Deo astrinxerint in arctius ejusdem obsequium, auspicaturi simul & religiosa vita exemplar, & da-* ,,*turi alijs pulchræ imitationis occasionem.*,,

Additur à Societate Schentner.

245. Quià autem tot & tanta omnium Carmelitarum unanimiter constantium te- stimonia ad *Scuti* nostri *Nervum* sufficere debent, utriusque familiæ agmen claudo exi- mij P. nostri Lezanæ, qui, cum fuerit sapientiâ & pietate celeberrimus, S. Ordinis nostri Historiam sapientissimè ac pijssimè, quantum anteà nullus, illustravit ac so- lidavit, verbis, ex *cap.* 6. supra citato. *En iam, piè Lector, qualiter Carmelitanam familiam Eliæ propaginem esse, scripta traditione habetur.* Si autem est traditio, nihil aliud quæras, *inquit*, *Chrysost.* Homil. 4. super cap. 2. ad Thessalonic. 2. *Nec mireris traditionem (humanam videli- cet) appellasse; hòc enim modò loquendi utuntur de exteris Sanchez, Suarez, & Carthagena relati. Lon- gi ergo temporis traditio, cum sit Pontificiâ authoritate firmata, & virorum gravissimorum testimonijs fulcita, displicere tibi non poterit, quem sine livore, aut zelo, sed piâ benignitate, præsens opus legere au- tumamus.*

Conclusio ex Lezana.

# CONFIRMATIONES.

246. CONfirmatur primò: ex testimonio Universitatis Cantabrigiensis, de quo Lezana Annal. Tom. 1. Appar. cap. 6. n. 8. *Temporis etiam Ordo postulat, ut Can- tabrigiensis Academia in Anglia celeberrima, & Doctorum ipsius egregium testimonium, decisio ac senten- tia pro parte, quam tuemur, in medium producatur. Accidit enim circa annum Domini* 1374. *ut nonnulli Vniversitatis prædicta Scholastici, juvenili forsan levitate ducti, & ab aliquibus ex majoribus excitati, in- stitutionem*

Testimonium Vniversitatis Cantabrigiensis.

*ſtitutionem, intitulationem, & Confirmationem Ordinis, adeò præſumptuosè cavillarentur, ut tum quidam alij veritatis propugnatores in medium proſilirent, rixæ & diſcordia inter ipſos ſuſcitarentur. Erat eò tempore quidam Ordinis noſtri Profeſſor ac Regens in ea Vniverſitate, Ioannes Hornebius, vir doctus ac pius, qui pro Religionis honore ſugillantium ora obtrudere cupiens, rem ad Vniverſitatis Cancellarium juridicè diſcutiendam detulit. Hic convocatis Aſſiſtentibus, & alijs Academiæ Collegis ſub die vigeſima tertia Februarij; anni prædicti, ſequens promulgavit Decretum, prout in Speculo Ordinis Folio 81. & alijs Ordinis monumentis apparet.*

,,Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ Filijs, præſentes litteras inſpecturis, Ioannes de
,,Donelhico, Cancellarius Univerſitatis Cantabrigiæ, ſalutem in Domino ſempi-
,,ternam. Cum nuper à nonnullis Univerſitatis prædictæ ſtudentibus, Inſtitutio,
,,intitulatio, & confirmatio Ordinis Fratrum B. Mariæ de monte Carmeli nimis
,,præſumptuosè revocabantur in dubium, undè diſcordiæ ac rixæ quamplurimæ in-
,,ter Scholares ejuſdem Univerſitatis fuerant ſuſcitatæ, nec non magna perturbatio
,,invaleſcebat in eadem: ea propter religioſus vir Frater Ioannes de Hornebij, Sa-
,,cræ Paginæ Profeſſor dicti Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, confrater in
,,ipſa Univerſitate Regens, nobis in plena Congregatione Regentium, & non Re-
,,gentium, humiliter & devotè, pro remedio opportuno per nos ordinando in præ-
,,miſſis, inſtanter ſupplicavit. Nos verò Ioannes Cancellarius antedictus, cupientes
,,materias diſſenſionum, ac jurgiorum amputare, & veritatem præmiſſorum inda-
,,gare, ac prout ad nos attinet, quietem ipſius Univerſitatis Scholaribus reparare,
,,præfiximus certum diem dicto Religioſo viro Fratri Ioanni de Hornebij, ad com-
,,parendum coram Nobis, ac alijs Venerabilibus per Univerſitatem Regentium, &
,,non Regentium, unanimi aſſenſu eorundem nominatis electis, & ad aſſiſtendum
,,Nobis deputatis, & omnibus, quorum intereſt, in hac parte legitimè præmunitis,
,,exhibituro, ac propoſituro evidentias, & monimenta quæcumque dictas Inſtitu-
,,tionem, intitulationem, & confirmationem ipſorum Fratrum B. Mariæ de monte
,,Carmeli concernentia. Quò quidem die idem Frater Ioannes comparuit, & quæ-
,,dam privilegia Sedis Apoſtolicæ, ac Regulam eorum per eandem Sedem appro-
,,batam, ac etiam alia monimenta, antiquas Scripturas, coram nobis Cancellario &
,,deputatis antedictis exhibuit, conſenſu, & aſſenſu dicti Ordinis Confratrum præ-
,,habitis, & cum inſtantia nos requiſivit, ac rogavit nomine ſuo ac Ordinis ſui, & con-
,,fratrum ſuorum prædictorum, ut auditis rationibus & allegationibus viſiſq; privile-
,,gijs eorum Regula & alijs huiuſmodi monimentis, & antiquis ſcripturis, ac diligen-
,,ter rimatis, & diſcuſſis, ſuper præmiſſis veritatem decideremus, & declararemus. Nos
,,verò Cancellarius memoratus, attendentes præmiſſa conſona eſſe iuri, & rationi,
,,auditis rationibus, & allegationibus, viſiſque privilegijs, lectis, & examinatis unà
,,cum nonnullis alijs monimentis, & ſcripturis antiquis, de conſilio, & conſenſu
,,Diſcretorum, & Juriſperitorum dictæ Univerſitatis, Nobis aſſiſtentium in ea par-
,,te, & per eandem deputatorum, dictum Ordinem Fratrum B. Mariæ de Monte
,,Carmeli in iure communi, ac ſpeciali confirmatum, & titulo B. Mariæ Dei Ge-
,,nitricis forè ſpecialiter inſignitum, ac etiam Fratres dicti Ordinis, prout ſuffici-
,,enter apparuit per præmiſſa exhibita, producta, & allegata, Eliæ & Eliſei San-
,,ctorum Prophetarum fore imitatores & ſucceſſores, cauſæ cognitione, & Juris or-
,,dine, in ea parte de jure requiſitis ad plenum obſervatis, reputamus, decidimus, &
,,decidendo declaramus in his ſcriptis. Inhibentes quibuſcumque noſtris, & dictæ
,,Univerſitatis ſubditis, ne contra has, deciſionem & declarationem noſtras in ipſo-
,,rum Fratrum præjudicium, & dictæ Univerſitatis vituperium, & ſtudentium in
,,eadem inquietationem, venire temerè præſumant, ſub pœnis & cenſuris, noſtro
,,& ſucceſſorum noſtrorum arbitriô, debitè in contravenientes ferendis. In quo-

,,rum

,,rum omnium, & singulorum testimonium præmissorum, præsentes litteras, de-,,cretum nostrum continentes, sigilli officij nostri appensione fecimus communiri ,,Data Cantabrigiæ vigesimo tertio die mensis Februarij anno Domini 1374.,, *Hæc verò aliquantulum prolixiora, exscribenda curavimus, ut, & harum litterarum memoria non decidat, & maius robur id, quod intendimus, acquirat. Vt enim ex* cap. Ad abolendum extra de hæreticis *infert Valentia* Tom. 1. disp. 4. q. 1. punct. 3. §. Minor autem *suspecta haberi potest de hæresi ea proposito, quæ in aliqua Academia Catholica condemnata fuerit. Quod dixerimus, non ut vel levem aliquam notam adversarijs nostris inuramus; sed ut maiorem firmitatem assertioni nostræ præstemus. Hæc porrò monumenta & antiqua scripta, ex quibus visisis & cognitis, talem Cantabrigiensis Academia protulit sententiam, procul dubio sunt aliqua ex ijs, quæ retulimus, & forsan antiquissima Ordinis statuta, quæ Paleonydorus* l. 1. c. 6. *refert, in quibus* l. 1. c 1. *sic legebatur:* A tempore Eliæ & Elisei Prophetarum, montem Carmeli inhabitare solitorum, Sancti Patres, tam veteris, quàm novi Testamenti. In eiusdem montis solitudine, pro contemplatione cælestium, iuxta fontem Eliæ, in Sancta pœnitentia sunt laudabiliter conversati, &c. *Addit Palæonydorus*: Et hoc testimonium est de iure validum 14. q. 2. *super prudentia*, nam in testes sunt assumendi, qui eadem negotia tractaverunt. *Sed de hoc nos plura inferius cap.* 10. Vbi refert Testes domesticos, & benè probat in hac traditione audiendos, è quibus præcipuos recensuimus supra *numero* 229. *ad n.* 239. P. Valentia.

247. Unde P. Ildephonsus de Flores *loco suprà citato numero* 1685. ait, *Neque omittendum Academiæ Cantabrigiensis testimonium, quæ post longam disputationem decernit*, Carmelitarum nomen, Ordinemque antiquissimum fuisse. *Id verò Decretum à Gregorio XI. confirmatum fuisse, Author est Thomas à Iesu, vir in Eliana familia, doctrinâ ac pietate clarus, in Regul. Carmelit. part.* 1. *cap* 1. P. de Flores.

248. Confirmatur secundò: gravi ad intentum nostrum testimonio, quod Comes Antonius Montecatinus Consistorialis Aulæ Advocatus coram Vrbano VIII. in publico Consistorio anno 1629 pro Sancti Andreæ Corsini canonizatione postulanda protulit his verbis: *Carmelitana familia dat nomen Andreas aut potius flos hic iam delibatus è spinis in amœnissimo Carmeli vertice collocatur. Et sapienter ille quidem hanc sibi præ cæteris Religiosam familiam elegit, quæ tum Originis antiquitate, quàm vel ab ipsis Prophetis Elia, atque Eliseo repetit, tum Instituti integerrimi sanctitate, tum illustrium vitâ, doctrinâque virorum copiâ in Christiana Republica floruit semper, ac magis, magisque floret in dies.* Hæc verò magni ponderis esse refragabitur nemo, si coram sublimissimo Summi Christi Vicarij & eminentissimorum Ecclesiæ Cardinalium Cœtu, dicta esse, animadvertat. Ità Lezana *ibid. n.* 17. Aliud Grave testimonium.

249. Confirmatur tertiò: ex Revelatione à Beatissima Virgine facta B. Petro Thomæ Ordinis nostri clarissimo Alumno, & Patriarchæ Constantinopolitano, cum ab illa contrà Æmulos Religionis suæ patrocinium & conservationem postularet, facta sub an. Christi 1351. ut sequitur: *Petre non timeas, quià durabit in finem Carmeli Religio vestra; nam & pro ea supplicavit etiam Filio meo primus Ordinis Patronus Elias, in Transfiguratione, & impetravit.* De hac autem Visione satis *Probat.* 4. *n.* 191. *ad* 198. Item aliud gravius.

# SCUTUM XVIII.

250. *Traditio de S. Carmelitarum Ordinis ab Eliæ Dei Prophetæ Sanctissimi in votis essentialibus institutione annis circiter nongentis ante Christum, videtur omninò irrefragabilis infra fidei & ab Ecclesia universali receptas traditiones.*

Allata traditio est argument. efficax.

## NERVUS.

Duplex ratio.

251. PRobatur primò: Duabus rationibus desumptis ex *dissertatione* eruditissimi Patris Thomæ Aquinatis à S. Iosepho sæpè citatâ *suprà n.* 230.

Prima ab ELIA solo pro. 1. fundatore agnito.

252: Prima: sumitur ex *parte 2. sect. 2.* ubi sic. *Nullum est vita alicuius singularis institutum, nullum vita & professionis Religiosa speciale propositum, quod suum Principem, Parentem & Institutorem non habeat, & agnoscat, ad quem unusquisque in tali instituto, propositovè adspicere, eumque ut instituti & propositi illius perfectionem indipiscatur, imitari debeat: atqui Sacer Carmelitarum Ordo est vita singularis institutum aliquod, & Religiosa professionis speciale in Ecclesia propositum.* Nec potest cum aliqua veritate assignari alius Ordinis illius Princeps, Parens & Institutor. *Quamobrem concludendum est, eum Ordinem habere debere aliquem Principem, Parentem & Institutorem. Totum argumentum clarum est: maiorem probo primò: egregijs D. Hieronymi, Doctoris sanè maximi, verbis, qua habentur lib. 2. Epistolarum illius Epistola 14. qua est ad Paulinum de Institutione Monachi.* Habet (*inquit Hieronymus*) unumquodque propositum Principes suos. Romani, duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem. Poëtæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium. Historici, Thucydidem, Salustium, Herodotum, Livium. Oratores, Lysiam, Grachos, Demosthenem, Tullium; & vt ad nostra veniamus, Episcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apostolos, & Apostolicos viros, quorum honorem possidentes, habere nitantur & meritum: Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios, & ut ad Scripturarum authoritatem redeam, noster Princeps Elias, *&c.* Minor pro prima parte à nemine negatur: pro secunda autem patet ex hucusque præmissis, & à nobis confirmabitur infrà *Enervatione* solidâ *Telorum dissidentium amicorum*: Ergo &c.

Secunda ab eo, quod sit probatissima.

253. Secunda: ex sect. 13. ibidem: *Illa assertio ut verissima censenda, & suscipienda est ab omnibus, qua nulli Religioso Ordini quicquam detrahit splendoris, aut honoris, & qua totam Monasticam vitam plurimum illustrat, quaque & Scriptorum gravissimorum, probissimorumque, tum sacularium, tum Religiosorum assertionibus, & universitatis Catholica decisione, & constanti, perpetuâque totius Ordinis celeberrimi traditione, & Sacra Rituum Congregationis approbatione, & Summorum Pontificum, Deipara Augustissima, Deique ipsius testimonijs solidis confirmata est: atqui assertio nostra Ordinis Carmelitarum Patriarchatum Elia vindicamus, tota est hujusmodi: illa igitur ut verissima censenda, & suscipienda est ab omnibus. Major procul dubio à nemine sensato negari potest, & si hujusmodi assertio sic stabilita possit sine temeritate falsa censeri, & ut talis reijci: contendo ego nullam futuram veritatem (revelatis exceptis) qua falsa censeri, & ut falsa reijci non possit, immò nec debeat. Siquidem, ijs exceptis, nulla est meô quidem judiciô tot testimonijs vallata, nulla tot probationum efficacium ponderibus*

*ribus munita. Sed videor mihi Soli meridiano faces apponere, dum propositionem illam probare nitor. Minor itaque, quæ tres habet partes, probanda est singillatim: & quidem quoad primam, quâ dicitur hæc adsertio nostra nulli Ordini Religioso officere, nulli quicquam sui splendoris detrahere, facilè evincitur, nam illa assertio nulli suam legitimam antiquitatem, nulli suum Patriarcham, nulli suam sanctitatem, nulli denique sua privilegia, aufert, ut apparet clarè; nulli ergo officit, nullique splendoris quicquam detrahit. Nam quod illa adsertio Carmelitanam Religionem cæteris antiquiorem faciat, ut tertia parte dicendum est, id sanè, cum cæteris suam germanam antiquitatem relinquat intactam, illis non magis officit, quàm assertio, qua D. Benedicti Ordo, Divorum Francisci, & Dominici Ordinibus antiquior defenditur. Quam assertionem, qui illis Ordinibus vel hilum splendoris detrahere diceret, is sanè helleboro sibi opus esse satis monstraret, sed de hoc plura infrà. Quoad secundam item partem, quâ dicitur eadem assertio nostra Monasticem plurimum illustrare, clarissima est etiam, vindicat enim illi maximam antiquitatem, quam pretiosam illius geminam, hæretici quasi manufacta, sæpissimè harpagare nisi sunt; sed de hoc etiam infrà. Denique quoad tertiam partem, eadem minor manet probata, ijs omnibus, quæ per duodecim præcedentes sectiones disputata sunt. Hæc sanè ratio adeò clara, adeò conspicua est, ut si cui fortè illa adsertionis nostræ veritatem persuadere non possit*, nec si Solem in manibus gestemus (*ut loquitur Lactantius Firmianus) nec si Sol eam suis exscripserit radijs, quibus nihil clariùs eam illi persuadere possimus. Hæc inquam ratio tantæ veritatis, tantæque certitudinis adsertionem nostram esse evincit, ut si quis inveniatur, cui ratione illâ expensâ, ejusque efficaciâ pensitatâ, adsertio illa aut dubia, aut falsa videatur, is mehercule Scepticus, & Pyrrhonicus censendus sit, aut (ut cum Firmiano eodem loquar)* Anaxagoræ discipulus, cui nives atramentum fuere.

254. Probatur secundò: ratione desumptâ ex *Historia Carmelitana* Reverendissimi P. Philippi à Sanctissima Trinitate lib. 4. cap. 11. *Traditio communis doctorum ac prudentum benè fundata, sicut præsens, tanti est ponderis & authoritatis, ut S. Ioannes Chrysostomus* hom. 4. in epistolam ad Thessalon. *dixerit*, traditio est, nihil aliud quæras. *Et ipsemet Suarez, qui in hac materia vult omnia confundere, & reddere incerta, fatetur hanc traditionem esse valdè receptam, & satis antiquam.* Vide dicta *suprà n.* 130. Ista ratio unô dilemmate sic corroboratur: vel traditio communis Doctorum & prudentum benè fundata simpliciter & absolutè admitti debet; vel nullæ traditiones historiales consultò, præterquàm ex S. Sedis decreto, admittuntur; quià, si immemoriales, uti supponuntur, præter se communem Doctorum & prudentum traditionem, aut S. Sedis decretum, nihil adferri potest, quô consultò admittantur. Non Testes coævi; tùm quià, utpotè immemoriales, viventium non admittunt testimonium; tùm quià, nisi tot sint, ut Doctorum & prudentum faciant commune testimonium, non erunt æqualis, cum ista traditione, fidei, ut patet. Non etiam coævorum libri: quià referunt, nec plus ferunt, quàm coævorum testimonium: qui si tot esse debeant, ut antiquæ historiæ simpliciter & absolutè admittantur, quot ad commune Doctorum & prudentum requiruntur testimonium, penè de tota Ecclesiasticæ Historiæ, citra S. Sedis decretum, actum est fide, satisque experientur Æmuli se illam contra suos obtrectatores, occasione accepta ex tali ab eis negata traditione, tueri non posse, nisi dicant, *quæ noluit gustare anima mea; nunc cibi mei sunt*; & ad traditionem communem Doctorum & prudentum, quam sine pudore reijciunt, cum pudore confugere, & confirmare debeant, ut probabit eventus. Alia ratio efficax.

255. Subsumo: atqui traditio, pro qua nunc contendimus, est communis Doctorum & prudentum, benè fundata in S. Scriptura, authoritatibus SS. Patrum ac Bullis Summorum Pontificum, receptis Sanctorum revelationibus varijs ac Universitatis Cantabrigiensis, in judicio contradictorio, diffinitiva sententia, uti hucusque comprobatum est: major videtur evidens: minor constat ex præmissis, consequentia, illis præsuppositis, est legitima. Subsumptum.

256. Pro-

Item alia moralis efficax.

256. Probatur tertiò: hâc Quæstione, quam R. P. Daniel à Virgine Maria in præcitato Manuscripto format, ut sequitur. *Quæro nunc, an Scriptores superiùs relati, & inter eos Sancti Cyrillus, Brocardus, Angelus, Theresia, cæterique Ordinis hujus Alumni, existimari possint tàm ignari suarum rerum, ut suam originem perspectam non habuerint? An prudenter censeri possunt in quæstione illa, de processu Ordinis à S. Elia, seductores, aut seducti? Id dici posset, si verum non sit, quod (ut concorditer tradunt) S. Elias non fuerit Institutor, successionemque non habeat ab eo hic Ordo. Hinc ad propositum Lezana Tomo 1. Annalium Carmelitarum in Apparatu cap.6.* Animadvertere operæ pretium duximus, hanc scilicet, communem nostrorum sententiam de successione hæreditaria ab Elia repetenda, antiquam semper Ordinis traditionem fuisse, adeòque firmam, & constantem, ut nunquam alius, præter ipsum, titulô Fundatoris ac Institutoris creditus vel nominatus reperiatur. Quod magni argumenti locô apud prudentes haberi oportet. Nec enim vel leviter suspicari licet, tot Viros, sanctitate, & doctrinâ conspicuos, qui in Ordine nostro, Dei gratiâ, claruerunt omni sæculo, in hac re, vel inscitiâ seductos, vel ambitione seductores extitisse. *Quæ ultima benè notanda.*

Distinguuntur duæ traditiones recipiendæ.

257. Probatur quartò. Traditiones duplicis generis sunt agnoscendæ: aliæ in materia fidei de verbo Dei non scripto, quæ ab omnibus Orthodoxis, tam non scriptæ, quàm scriptæ recipi debent: aliæ in materia historiæ Ecclesiasticæ de his, quæ ad Ecclesiam spectant: atqui sicut illæ, tàm non scriptæ, quàm scriptæ, tanquam veræ & fidei, recipi debent; ità & hæ tanquam veræ & historiæ Ecclesiasticæ. Major, quoad primam partem, est de fide, & à solis libertinis Hæreticis sine ulla ratione repudiatur, cum illis constare non possit, Verbum Dei, & non alterius, esse scriptum, quàm ex traditione non scripta: siquidem, si dicant de illo sibi constare ex traditione scripta, ad hanc reducitur difficultas; quià illis aliunde constare non potest, quod hæc traditio scripta sit verbum Dei scriptum, quàm ex traditione non scripta; nisi fortè priusquam nati essent, Deum scribentem aut dictantem viderint. Secunda pars probatur: quià alioqui receptissimæ corruent plurimæ Historiæ Ecclesiasticæ de Petro sedente Romæ, Piscina probatica, & S. Æde Lauretana, in qua *verbum caro factum est & habitavit in nobis*, miraculis & prodigijs in ea factis, de BB. Lazari, Maximini, Marthæ, Magdalenæ & Annæ apud Salyos, de illorum Reliquijs & S. Balma, de S. Dionysij Areopagitæ apud Lutetiam Martyrio, de impulsu S. Brunonis ad solitudinem, occasione Doctoris Pariensis, post mortem profitentis, se *accusatum, judicatum, atque damnatum*. S. Justini historiæ, à creatione mundi ad Christi Adventum, Ecclesiasticæ, & sic de quamplurimis alijs, in Historijs & Legendis Sanctorum sparsis, & passim, sine ulla piorum Christifidelium contradictione, receptis; minus tamen, quàm nostra fundatis, ut patet ex præmissis totô *Scutô XVII.*

Verbum Dei scriptum etiam à traditione probari debet.

Gravissimum absurdum.

258. Probatur minor, quod primam partem: quià, ut iam probatum est, nequidem de verbo Dei aliter nobis constare potest, quod sit scriptum, quàm ex traditione non scripta; imò neque, etiam suppositô verbô Dei scriptô, de forma, materia & numero Sacramentorum, Scriptura vera, aut Apochripha, Scripturæ veræ sensu genuino aut erroneo, ante S. Sedis definitionem. Unde, rejectâ traditione, pars infidelium fiet optima.

Quoad secundam partem vèrò: sequitur à pari; nam, cum in re tanti momenti necessariò sit admittenda traditio non scripta, tanquam vera & indubitata; etiam in re minoris momenti admitti debet; quandoquidem traditio à materia non accipiat certitudinem; sed sibi ex omnium prudentum judicio innatam circumferat: alioqui certè locum habent litteræ Calviniani hominis, quas doctissimus ac celeberrimus P. Theophilus Raynaudus *Tom. 18. in Hercule Commodiano Quæsito 5.* refert ut sequitur. *Vidimus nuper*

*mus nuper Gebennæ, libellum hâc inscriptione*, Disquisitio disquisitionis de Magdalena, Massiliensi advena, Authore Ioanne de Launoy, *Parisijs anno* 1643. *suppressô Typographi nomine, excusum. Eum, tametsi ab Ecclesiæ Romanæ Doctoribus, falsitatis & inscitiæ vehementer insimulatum, mirum in modum probaverunt nostrates Gebennenses Ministri. Primò enim insistit nostro solemni in Traditione argumento; quô ijs tantùm, quæ vel in sacris Biblijs, vel Patribus primorum seculorum, extant, nitendum esse asserimus. Ac proindè, cum à Christo suprà nullesimum circiter annum de Magdalenæ reliquijs altum ubique silentium sit, nugas censemus & commenta mera, quidquid hac de re Papæ Romani, & Reges, ac Comites Provinciæ, traditione innixi constituerunt. Præterea apertissimè & plenissimè Launoyus explicat revelationes, miracula, & cætera antiquitatis monumenta, quæ adstruendæ istarum, aliarumque ejusmodi Reliquiarum, veritati afferuntur, fraudulenter à Monachis Dominicanis, & Regis Ludovici noni superstitionibus, excogitata fuisse omnia. Tertiò Pontificum diplomata nullius in hoc negotio fuisse ponderis demonstrat, quoniam à privatis quibusdam & nugivendis hominibus, non autem ab ipso Papa (ut censet idem Author de Bulla Benedicti noni) & scribantur, & fabulis quibus visum fuerit, infarciantur. Quartò evincit nullo cultu afficiendas esse Reliquias Sanctorum; quandoquidem, quorum illæ sint, non satis constat: & in quotidianis de ijs inter varios contentionibus, alterutri contendentium, falsò ut imponatur, necesse est: Quod in Benedicti, Antonij, Magdalenæ corporibus, tanta varijs in locis veneratione asservatis, vitari non potest.* Pergit Raynaudus: *subdit Sectarius prolixum locum ex Calvini admonitione de reliquijs, quò nefandus ille Stigmatias, in SS. Lazari ac Magdalenæ reliquias, apud Salyes asservatas, fœdam cacochymiam vomit, illam ipsam, planè inquam, & non aliam, quàm Launoyus profudit. Eô Calvini locô recitatô.* Pergit iterum: *addit Sectarius. Vides ut omnia omnibus, & paria paribus, Calvinum inter ac Launoyum respondeant: ut proindè non ovum ovo similiùs videri possit, quàm nova disquisitio in Disquisitionem de Magdalena Massiliensi advena, cum admonitione Calviniana de reliquijs. Quarè satiùs utrique Magistro* Calvino & Launoyo, *visum est hunc ritum abrogare, quàm manifestum discrimen incurri, ne latronum aut animalium ossibus cultus impendatur. Audivisti unum de Nostris Arausij degentem, (cujus in Mariam Christi Matrem lucubratio Aquis Sextijs igni addicta esse dicitur,) confutanda suscepisse, quæcumque de Magdalena & alijs apud Salyes reliquijs jactantur. Hic istius Authoris libellus, eum in augendo suo contra Papistas volumine, non mediocriter juvabit. Nec dubito, quin idem Ioannes Launoyus, quò cum hac in parte nobis tàm bellè convenit, in cæteris non ità multò post sit assensurus. Omninò vir acri ingenio, Criticus prudens, apud suos Papistas in honore non habetur: præceps è contra, ignarus, ingeniosè nequam, temerarius, & præfidentiæ nimiæ existimatur. Sed perperàm, si, quemadmodum persuasum habeo, ad nos accesserit, brevi super Ministerij candelabrum imponetur* sic finit Raynaudus. *Hæc Sectarius ad Sectarium, niger ad nigrum, de Launoyo.* Quæ altam attentionem merentur, nè in idipsum diffidentes amici præcipites ruant, si nostram traditionem è probatissimis Ecclesiasticis historijs unam concernentem, ut vidimus à *num.* 173. *ad* 250. pertinaciter negent.

Mirabiles litteræ ex P. Raynaudo.

Advertendum bene.

259 Probatur quintò. Quatuor alijs rationibus ex doctissimo viro Ioanne Baptista Thiersio *cap.* 9 *suæ defensionis adversus Launoyum* desumptis, quarum sit.

Aliæ 4. rationes valde efficaces.

260. ,,*Prima*: Si enim solis Auctoribus æqualibus aut subparibus credendum sit, ,,oleum utique lusit & operam omnem Iosephus Hebræus in describendis priorum ,,mundi ætatum, Historijs; nec non in gestis quibusdam enarrandis, quæ fuerant ,,à Moyse prætermissa: quoniam ipsi tàm antiqua, atque à suis temporibus adeò re- ,,mota, in *Antiquitatum Iudaicarum* libris referenti, auctoritas omnis hôc ipsô dero- ,,ganda erit, quod sub Imperatore Vespasiano floruerit. Iosepho tamen inter *Eccle-* ,,*siasticos Scriptores* locum dare, nullatenùs dubitavit S. Hieronymus in *Catalogo Virorum* ,,*illustrium*, ideoque ipsius de *rebus gestis* monimenta inter *Ecclesiasticas Historias* recensere: ,,& Egesippus (sive aliquis alius in *Proœmio librorum de excidio Ierosolymitano*, Iosephi *Histo-* ,,*riam* laudat egregiè; eamque Eusebius, Zozomenus & Nicephorus (ut omittam ,,cæteros) miris encomijs extollunt, tantum abest, ut contemnant tanquam inuti- ,,lem.

Alioqui luserunt operam Iosephus.

„lem. Si uni, rebus gestis æquales, aut tempore proximi, Scriptores audiantur, „nonnè asinum totondit Julius Africanus qui *quinque de temporibus ab origine mundi volu-* „*mina* conscripsit, quorum multa fragmenta referunt Eusebius & S. Hieronymus? „Nonnè idem fecit Paulus Orosius, ac ij qui ad sepulchrum mortuo iocum dicunt, „quandò *septem historiarum ab Orbe condito libros* posteritati reliquit? An non Æthiopem „conati sunt dealbare. & Eusebius Cæsareensis, & Marcellinus Comes, & Cassio- „dorus Senator, & sanctus Nicèphorus Constantinopolitanorum Episcopus, & „Ado Viennensis Archiepiscopus, & Marianus Scotus, Fuldensis Monachus, & „Otho Frisingensis, & Gothefridus Viterbiensis, qui sua *Chronica* à mundi exordijs „ad plurima retrò sæcula perduxerunt? Nonnè diverberarunt nebulas Freculphus, „ad Juditham Ludovici Imperatoris uxorem scribens, Gregorius Cedrenus, Ioan- „nes Zonaras, Helinandus Monachus, Marcus Antonius Coccius, Sabellicus, & „alij nonnulli, dum *historiam*, seu *historiæ compendium à mundi exortu* contexerunt? Quis „in aqua scripsisse non fateatur Lambertum Schafnaburgensem, *historiæ Germanicæ à* „*mundi initio ad annum Christi M. LXXVII.* Scriptorem, si in solis æqualium subpariumvè „scriptorum libris sita si authoritas? Quis innumeras ex Eusebij ac Nicephori Calli- „sti *Ecclesiasticis Annalibus, à Christi Domini Nativitate inchoatis*, eradendas esse paginas, infi- „cias eat, si solis Scriptoribus *ἴσοις* vel *παρίσοις* danda sit fides? Quantumvis multa com- „memorent facta, quorum ætati, neque æquales fuerunt, neque subpares: indigni „tamen non sunt, quibus nostrum præbeamus assensum, Anastasius Bibliotheca- „rius, in *Romanorum Pontificum Vitis*, Aimoïnus Monachus Gallus, in *historia de rebus ge-* „*stis Francorum*, Ingulfus Abbas, in *Monasterij Augiæ historia*) Leo Marsicanus, Ostien- „sis Episcopus, in *Chronico Monasterij Cassinensis*, Willelmus Malmesburiensis in *libris* „*de rebus gestis Regum & Pontificum Anglorum*. Henricus Huntindoniensis in *historia Anglica-* „*na.* Hermoldus Canonicus Buzoniensis in *historia Henetorum*, seu *Sclavorum*: Sustridus „Presbyter Misnensis, in *Epitome Historiarum*: Flavius Blondus in *Romana historia*: Mat- „thæus Palmerius *in Prosperiani Chronici continuatione*: ac denique Baptista Platina, in „*Pontificum Urbis Romæ Vitis*.„

Julius Africanus. Paulus Orosius. Eusebius & alij plurimi.

261.„Quis ergo sanæ mentis, omnibus enumeratis hucusque Scriptoribus, fi- „dem omnem & authoritatem detrahendam putet, quod multa, tùm in Chronolo- „gijs, tùm in historijs suis, facta memoratu dignissima recenseant, quorum tem- „poribus, neque æquales fuerunt, neque compares, de quibus etiam nihil apud Au- „thores æquales aut ætate proximos, in ijs monumentis, quæ ad nostram memo- „riam pervenerunt, reperitur, & quæ proindè ab ijs accepisse, demonstrare nemo „nunc potest.„ Hîc profectò habent, quod meditentur Æmuli, præsertim ij, qui in Antiquorum testimonijs suas fundant Historias, & tamen audent, communem, pro qua contendimus, reijcere traditionem.

Advertendum benè.

262.„*Secunda*: Si apud istos Auctores *rerum gestarum* æquales vel compares, quæren- „da sit earum veritas, maxima eorum pars, quæ à S. Epiphanio, in *historia brevi de Pro-* „*phetarum vita*, & à S. Isidoro Hispalensi, in *libro de ortu vel obitu Patrum*, memoriæ pro- „dita sunt, rejectaneis erunt accensenda; cum novi Testamenti Scriptores fuerint „SS. Epiphanius & Isidorus, qui veteris Testamenti Prophetarum & aliorum quo- „rundam hominum vitas, vel obitus descripsêre, plurima de illis asserendo, quo- „rum nè verbum quidem, nè GRY aut MY legitur in antiquis, quæ Christi Domini „adventum præcessêre, monimentis. Si nullis, nisi solis æqualibus aut subparibus „Scriptoribus asserenda sit auctoritas, plurima contemnantur necesse erit, quæ à „sancto Hieronymo, sancto Isidoro, Sigeberto Gemblacensi, & Henrico Ganda- „vensio, in *libris de Scriptoribus Ecclesiasticis* tradita sunt, tùm quoad peculiares quasdam „circum-

Alioqui etiam in varijs SS. Patres lusissent operam.

,,circumstantias, ad Authorum vitas, qui eos duobus & amplius sæculis antecesse-,,runt, pertinentes; tùm maximè in recensendis illorum operibus, quorum pleraque, quoniam nunc non extant, dici potuerunt falsò ac perperam ijs adscripta, ,,quibus & à S. Hieronymo, & à S. Isidoro, & à Sigeberto, & ab Henrico Gan-,,davensi adscribuntur: quià nimirum eorum Auctorum æquales aut compares non ,,fuêre, cum sanctus Hieronymus à sancto Petro, Apostolorum Principe incœpe-,,rit, & ad sua usque tempora, Theodosio imperante, perrexerit: sanctus Isidorus ,,initium fecerit, vel à Xisto Romanæ Urbis Episcopo (juxta editionem ejus *Operum* ,,à Iacobo Brolio factam) vel ab Hosio Cordubensi (secundum editionem ipsius *libri* ,,*de Viris illustribus* ab Auberto Miræo adornatam) in Maximo Cæsaraugustano Episco-,,po finiens: Sigebertus verò *Ecclesiasticos Scriptores* à Marcello Marci Præfecti Urbis ,,Romæ, ad Theodoricum Monachum & Abbatem sancti Trudonis recensuerit: ac ,,denique Henricus de Gandavo à Sancto Fulberto Carnotensi, ad Ebrardum seu ,,Everardum Betuniensem, *Catalogum* suum perduxerit. O morosam nimis Ioannis ,,Launoij,, (idem dicendum consequenter de nostris Æmulis dictam traditionem reijcientibus.) ,,Dialecticam, quæ ità præstantium Virorum auctoritatem infirmare ,,docet, quorum vigilijs & laboribus summoperè juvatur Ecclesia Dei, literariaque ,,Respublica mirum in modum decoratur. Qui tetricæ illius Dialecticæ regulas se-,,qui voluerit, descriptas multâ cum curâ à Simeone Metaphraste plurimorum San-,,ctorum vitas, nullô labore dispunget, quià Symeon Metaphrastes multorum San-,,ctorum, de quibus disserit, æqualis non fuit, vel tempore proximus. Dicam am-,,pliùs: quisquis in hujus Dialecticæ verba juraverit, innumeros ex Sanctorum albo ,,beatos viros ἀθλητὰς τοῖς ἱερὸν οὐδὲν ἔχοντας, levi brachio eradet, qui in veteribus ,,Martyrologijs S. Hieronymi (ut vulgò creditur) Bedæ, Usuardi, Adonis, ac Ros-,,weydiani percensentur: proptereà, quod eorum Auctores, à ferendo de illis beatis ,,hominibus, illorumque depositionis die, testimonio, per ætatem impediuntur. O ,,incommodam Dialecticam: quæ publica Ecclesiæ instrumenta (Martyrologia & ,,approbatas Sanctorum vitas intelligo) maximam partem reijciendi methodum ,,præscribit: quæ in multis rebus scrupulosos fidelium animos efficit: quæ timo-,,ratas conscientias austeritate suâ offendit. De ea sanè licet nobis hæc sancti Hiero-,,nymi in *libro* 1. *adversus Pelagianos* verba usurpare: *hac argumentatio tortuosa est*. *Ecclesiasti-*,,*cam simplicitatem inter Philosophorum spineta concludens*.

Attendant bene nostræ traditionis Æmuli ista & sequentia.

263. ,,*Tertia*: Vir clarissimus & doctissimus Hadrianus Valesius in *cap* 6. *Disceptatio-*,,*nis*, quam inscripsit, *de Basilicis, quas primi Francorum Reges condiderunt, an ab origine Monachos* ,,*habuerint*, solis Auctoribus æqualibus vel subparibus assentiendum non esse, lucu-,,lentissimis & elegantissimis verbis probat; quæ, licèt brevitatis causa prætermit-,,tamus, ad citatum tamen *Disceptationis* illius locum lectores remittimus, ne uberri-,,mo doctrinæ fructu destituantur. Admonentes intereà Valesianam rationem eâ-,,dem methodô procedere, quâ duas nostras priores, cum hæ ad illius instar con-,,scriptæ fuerint.

Dicta firmat Valesius.

264. ,,*Quarta*: Denique idem, qui suprà, vir clarissimus Hadrianus Valesius, ul-,,timam nobis rationem subministrat validissimam, quâ solis Auctoribus æqualibus ,,vel subparibus fidem tribuendam non esse, persuadeamus. Nam in Defensione *Dis-*,,*ceptationis* suæ de Basilicis, *prioris partis cap.* 10. probat: Scriptores æquales & subpares ,,nonnumquam in rebus ætatis suæ enarrandis graviter errare, & à recentioribus ,,emendari. Quô fit, ut haud dubiè solis Scriptoribus ἴσων aut παρίσων verbis semper ,,standum non sit; sed Auctorum pro suo cujusque merito habenda ratio. Quod quo-,,modò fieri debeat exponemus *sequenti capite*.,, Ità ille, quæ, attentis præmissis hîc,

Eadem confirmat Valesius.



*Scuto*

*Scuto XVII. & Scutis* sedecim alijs, de Ordine Carmelitarum ab Elia fundato, fortissimè concludunt illam traditionem, pro qua contendimus, esse fundatissimam; ut diximus suprà.

Hæc notent bene illi, qui religiosum ELIÆ Institutum negant ob S. Scripturæ de illo silentium.

265. Probatur quintò: quià sequeretur, fabulas esse, receptas traditiones. Prima: de plurium hominum, de quibus Scriptura tacet, quàm Adami, Evæ, Caini, Abelis, uxoris Caïni & Filij ejus Enoch, in mundo existentia, eô tempore, pro quo scripsit Moyses *cap.4.* Geneseos, *& ædificavit Caïn civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filij sui Enoch?* Traditio tamen illa fundamentum sumpsit ex verbis *ædificavit civitatem*: Undè sic argutum est, *nec duo, nec quinque dumtaxat, videntur civitatem ædificasse; ergo plures erant* &c. Secunda: de Christi Transfiguratione *in monte Thabor*, de qua Scriptura tacet, & refertur in Martyrologio Romano, à S. Hieronymo in *Epitaphio Paulæ ad Eustochium virginem* & Cardinali Baronio *ad 33. an. Christi* Tertia: de apparitione Christi suæ dilectissimæ Matri, antequam alijs post suam Resurrectionem appareret, de qua nihil in libris Evangeliorum, & tamen refertur à Cælio Sedulio *in lib.4. Carm. de mirabilibus Divinis*, Simeone Metaphraste *in Orat. de ortu, educatione, & decessu Sanctissimæ D. N. Deiparæ.* Authore Opusculi *de excellentia gloriosissimæ Virginis Mariæ cap.6.* Rupperto Abbate *lib.7. de Divinis officijs cap. ultimo.* Nicephoro Callisto *lib.1. Historiæ Eccles. cap.32.* Baronio ad *an. Christi 34. n 188.* & alijs. Quarta: de impressione Oliveto monti vestigiorum Christi in cœlum ascendentis, de qua nihil in Codicibus sacris, & tamen refertur à SS. Patribus, Optato Milevitano Episcopo *lib.6. adversus Parmenianum.* Pauliniano Nolano Episcopo *Epist. 11. ad Severum*, Sulpitio Severo *lib 11. Historiæ sacræ.* Authore *Expositionis Locorum, vel Civitatum*, quæ leguntur in Actis Apostolorum, *litt. O.* Beda venerabili *cap.7. libelli de locis Sanctis* Quas traditiones Launoyo benè opponit Ioannes Baptista Thiersius *in sua defensione adversus eundem cap.15.* & qui istas traditiones exploderet, non immeritò Ecclesiæ traditionum impugnator, & de perversa similium impugnatorum fide suspectus haberetur, ut omnes fateri debent, præsertim cum Ioannes Evangelij *cap ult.* dicat: *sunt autem, & alia multa, quæ fecit* IESUS, *quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum, capere posse eos, qui scripti sunt, libros.* Et Augustinus lib.7. de Baptismo contra Donatistas cap.7. *Multa, quæ non inveniuntur in litteris Apostolorum, neque in Concilijs posteriorum: & tamen quià, per universam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur, quanquam scripta non inveniantur.* Vide doctissimum, acutissimumque P. Theophilum Raynaudum *n 258.* citatum.

# COROLLARIUM

266. COlliges ex hucusque Dictis & probatis, Meritò Venerandum Abbatem Ieropolitanum *in cap 1. Ioannis* exclamasse: *O Carmelitarum Religio, quàm magna es in Domo Domini. Numquid olim à modico & tenui fonte Propheta Dei Elia principium habuisti? Et ecce nunc in magnum fluvium crevisti. Tu olim plantata es in Eremo, nunc autem facta es Civitas magna in populo. Tu autem habes fundatorem in paradiso adhuc viventem, & gloriosam virginem Mariam, Reginam Cœli, Dominam mundi, & Imperatricem Infernorum, in Patronam singularem.*

PHARE-

# PHARETRÆ ET TELA

## *Amicorum dissidentium.*

267. MIraberis fortè, quod à me & toto Ordine nostro *Dissidentes* vocem *Amicos*: sed immeritò; nam à Nominalibus Reales, à Thomistis Scotistæ, & ab utrisque Patres Societatis IESU, in plerisque dissident, verumtamen sunt amici: *Amicus etenim est alter ego*; Ego autem pro veritate argumentis, sive SCUTIS totô ARMAMENTARIO nostrô contentis, pugno, pro illa quoque pugnant ipsi objectionibus, sive TELIS totâ cujusque suorum Pharetrâ comprehensis. Veritas quidem sibi adversa esse non potest, nec proindè adversas coronare pugnas: sed cum Judex simul & Actor justus esse non possim, de illa judicium iis, quorum interest, justè relinquo, contentus dicere cum Apostolo 1. ad Corinth. 13. *Charitas non æmulatur* &c. *non quærit, quæ sua sunt* &c. *non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati*: pro qua indubiè stat Supremi S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus decretum, anno 1639. latum, cujus translatum testimonij authentici refert Reverendissimus P. Philippus à SS. Trinitate, modernus RR. PP. nostrorum Discalceatorum Generalis, post *Præfationem* ad *Historiam Carmelitanam*, ut sequitur.

268 *Translatum testimonij authentici, quod dat Secretarius Sanctæ Inquisitionis Supremæ de Decreto, quod Sanctum Tribunal fecit in favorem Historiæ Propheticæ Carmelitarum Discalceatorum.* Decretum Sup. Inq. Hisp.

*In Vrbe Matrito, die nonâ præsentis mensis Decembris anni 1639. Assistente Illustrissimo Domino Archiepiscopo Inquisitore Generali, unà cum Dominis Regij Consilij sanctæ Generalis Inquisitionis: visô & examinatô memoriali, quod præsentavit Religio Carmelitarum Discalceatorum in defensionem quarundam propositionum contentarum in primo tomo Historiæ Propheticæ, composita per Fratrem Franciscum à Sancta Maria, ejusdem Ordinis alumnum: ac simul visis & examinatis qualificationibus suprà dictum memoriale ex ejus mandato factis.* Iudices causæ.

*Dixerunt: quòd primæ quinque propositiones, & octava primæ partis dicti Defensorij scilicet.*

*Quod in Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis perpetuæ.* Licitæ propositiones.
*Quod mulieres fecerunt votum virginitatis in Lege scripta.*
*Quod in Lege scripta fuit votum obedientiæ perpetuæ.*
*Quod in Lege scripta fuit votum Paupertatis voluntariæ.*
*Quod in Lege scripta fuit verus Monachatus & Religio.*
*Quod non est dignum Censura dicere, quod solus Sanctus Propheta Elias reliquit successorem in prophetia factum ab ipso.*

vaſſe, conſtat etiam ex communi Doctorum & ſanctorum Patrum *Scuto V* citatorum authoritate; ipsóque de his tria ſubſtantialia Religionis vota emiſiſſe, patet ex authoritatibus ſimilibus *Scuto VII.* citatis. Vide inſuper infrà *n* 342. 343. 344. *&* 682. *ad n* 689. Adſtipulantur autem alia Scripturæ loca *numero* 16. citata, quibus indifferenter, tàm vota obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, quàm alia approbantur, licèt non conſulantur; ac ſpecialiter votum caſtitatis *numero* 17. 18 *&* 19 juxta ſanctorum Patrum & Doctorum antiquorum *numero* 20. 21. *&* 22. allatas authoritates: imò quantumvis novi Teſtamenti Scriptura Sacra ſatis expreſsè paupertatem, caſtitatem & obedientiam propter Deum amplecti conſulat, quod ſine voto fieri poteſt; non expreſſiùs tamen de illarum votis, ſive tribus eſſentialibus votis Religionis, loquitur, quàm S. Scriptura antiqui, locis *ibidem* citatis: hanc proindè ad intentum noſtrum ſufficere putamus, juncto communi SS. Patrum ac Doctorum ſenſu *ibidem* allato; præſertim cum dicat D. Thomas 1. 2. *q.*107. *art.*7. *ad* 2. ex Auguſtino *contra Fauſtum capite* 28. in principio, & ſimul capite 23. *Vndè Auguſtinus dicit contra Fauſtum, quod penè omnia, quæ monuit, vel præcepit Dominus, ubi adjungebat*, ego autem dico vobis, *inveniuntur etiam in illis veteribus libris, ſaltem implicitè*, juxta illud, quod addit ad 3. *quod implicitè datum eſt, oportet explicari, & ideò poſt veterem Legem latam, oportuit etiam novam Legem dari.* Imò Supremus S. Inquiſitionis Hiſpanicæ Senatus ſuprà *nu.*268. hanc propoſitionem, *Solus S. Propheta Elias reliquit ſucceſſorem in prophetia*, ſive Religione prophetica, in judicio contradictorio approbavit, uti & perpetuæ caſtitatis, obedientiæ, & voluntariæ paupertatis vota in Lege ſcripta, *ibidem*.

S. Thomas.

Sequela vitanda

278. Reſpondeo ſecundò: P. Salinam indubiè non præſumpturum dicere, tot Doctores, ac SS. Patres, quot pro antiquæ Legis caſtitate religioſa & Monachatu toto *Armamentario* ſuprà citavimus, & ex parte collectos referemus *Telo XI.* ubi, quos opponit, expendemus, pluresque *Pharetra ultima, Telo ultimo* reponemus. De illis vanas & ridiculas ſui ſolius cerebri ſcripſiſſe ſententias, aut ipſos ſecundum illas de induſtria vanè & ridiculè Sacram Scripturam eſſe commentatos, quod alioqui fortè ſequeretur: neque ullatenùs id evincere poteſt, priuſquam pluribus & ſolidioribus authoritatibus ipſorum evellat authoritatem, aut ſaltem nos ab eorum mente aberrare demonſtret, quod poſſe non credimus. Vide infrà *nu.*281.

S. Propheta plura ſcripſerunt quam reperiantur.

279. Reſpondeo tertiò. Aut P. Salinæ conſtare, nihil plus à ſanctis Prophetis ſcriptum, quàm antiquum contineat, prout hodiè nobis prælegitur, Teſtamentum, aut id ei dubium eſſe. Quod conſtet, non credimus, niſi efficaciter probet: quia incredibile eſt, tot ſæculis ab Elia uſque ad Chriſtum, omnia omnium Prophetarum ſcripta omninò conſervata eſſe, ex ijs nihil perijſſe &c. Nam imprimis ſanctus Epiphanius in *Hiſtoria brevi de Prophetarum vita*, & S. Iſidorus Hiſpalenſis in *libro de ortu & interitu Patrum, etiam antiqui Teſtamenti*, multa de his & illis ſcribunt, quorum nè GRY aut MY legitur in veteris Teſtamenti ſcripturis; iſta tamen è ſolo digito ſuxiſſe, parum eſt veroſimile. Deindè: quià Euſebius *lib.*4. *Hiſtoriæ Eccleſ.* & S. Hieronymus *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis* varia S. Juſtini Martyris opera, S. Militonis libellum *de Chriſtiano dogmate*, Tatiani multa volumina, Egeſippi Hiſtoriam Eccleſ. in quinque libris, & ſic alia S. Irenæi, Clementis Alexandrini, Julij Africani, Origenis (qui referente & celebri fama Epiphanio hæreſi.64. ſena millia voluminum ſcripſit) S. Cornelij Papæ, S. Dionyſij Alexandrini, S. Victoris Pitabionenſis, S. Methodij Tyrenſis Epiſcopi, Lactantij Firmiani, & aliorum ſcripta recenſent, quæ modò non extant.

Bellarminus.

280. Numquid fortè, uti tot illorum opera & volumina perierunt, ſimiliter non perierunt aliqua tot dictorum Prophetarum ſacra ſcripta? Affirmat Bellarminus *Tomo*

*primo Contr. lib.4. cap,4.* aiens. *Nam multi libri verè sacri & Canonici perierunt* &c. *ex Testamento veteri multos libros perijsse, docet Chrysostomus Homil.9. in Matth. Multa ex Propheticis periere monumentis, quod de Historia Paralipomenon probare possibile est: desides enim cum essent Iudæi, nec desides modò, sed etiam impij, alia quidem perdiderunt negligenter; alia verò tùm incenderunt.* Ac verosimiliter illos potissimùm, qui de statu Religionis, ad Christum, quam hucusque agnoscere noluerunt, pertinentis, agebant. Si dubium sit, uti saltem est, ut statim vidimus, P. Salinæ constare non potest, de ista Eliæ & Filiorum ejus religione non esse in libris perditis actum; in dubijs autem melior est conditio illam, & quidem per communem SS. Patrum ac antiquorum Doctorum traditionem, possidentis, ut vidimus *Scuto XVII.* & *XVIII.* Denique: quià nihil in Ecclesia Dei solemnius libris antiqui Testamenti Canonicis; & tamen qui, & quales, à Christianis haberi debeant, constat nullam in antiqui, aut etiam novi Testamenti S. Scriptura, fieri mentionem, & quidquid pro hujus ratione adferet, nobis pro solutione serviet. Contra Salinam efficaciter.

281. Igitur dicendum: P Salinæ dubium esse, prout reverà est: an non plus à S. Prophetis scriptum, quàm antiqui contineat Scriptura Testamenti. Hôc autem datô. Quæro: undè ipsi constet, quod in deperditis Prophetarum scriptis expressior facta non sit voti religiosæ castitatis & Eliæ Monachatus mentio, quàm alijs locis præcitatis? Factam suadent tot de religiosa castitate & Monachatu antiqui Testamenti Doctorum testimonia à nobis allata; aut certè alioqui ea protulisse ex traditione, quâ positâ & receptâ, uti debet ex probatis *Scuto XVIII.* frustraneus est P. Salinæ ad S. Scripturam recursus; aut, ut id testarentur, ipsis suffecisse extantem antiqui Testamenti Scripturam, quæ si illis suffecerit, meritò etiam P. Salinæ sufficere debuisset, nè, uti in illis, ità in cæteris, defectu Scripturæ antiqui Testamenti, suspectam redderet tot Doctorum & SS. Patrum, ingenij gravitate, judicij maturitate, diligentiâ & eruditione commendatissimorum, authoritatem, donec per argumentum à fortiori, ut aiunt, eos nihil de antiqui Testamenti religiosa castitate & Monachatu solidè & cum fundamento scripsisse evinceret. Commodè, inquiet, in oppositum intelligi possunt. Sed contra: ubi clara littera nihil absurdum, contra mores, aut fidem continet, alia contra illam commentitia est interpretatio; neque hæc reverà unquam tanti ponderis esse poterit, quanta illorum clara littera, nisi ipsi, ut dixi, argumentô à fortiori, nec solidè, nec cum fundamento scripsisse evincantur. Questio Salinam convincens.

282. Respondeo quartò: Quòd si vim habeat P. Salinæ argumentum: sequitur benè Lutheranos, Calvinistas, & alios Acatholicos, seu Hæreticos, Ecclesiæ Sacramentorum numerum, formas præcisè essentiales, & talium effectus ex opere operato unà cum traditionibus explodentes, pro illis nos ad Sacram novi Testamenti Scripturam remittere; quod tamen Sancta Dei Ecclesia meritò explodit. *Primò*: quia de una eademque Scriptura, ac unius ejusdemque Scripturæ sensu, inter nos & ipsos est controversia, uti in plerisque manifestum est. Undè: vel sola S. Scriptura, ante omnem Ecclesiæ definitionem, de re, aut statu, ad Synagogam, aut Ecclesiam primitivam, pertinente, P. Salinæ fidem facit; vel illâ tacente, ipsi præcisâ Doctorum, & SS. Patrum, communior traditio sufficit? Si priùs: ex sententia P. Salinæ, ante Ecclesiæ Definitionem, Lutherani, Calvinistæ; & alij, æquè ac nos, sunt in sua prædictorum explosione securi: quia inter nos & ipsos quoad ista, de una eademque Scriptura, unius ejusdemque Scripturæ sensu, est controversia; nec aliter eos, quàm per dictam traditionem in illis convincere possumus; idque etiam concludet pro controversia altera de vera Christi Ecclesia, an ipsi, an nos in illa simus. Si posteriùs (quòad similes controversiæ manifestè evincunt dicendum) iam P. Salinæ pro re & statu ad Synagogam aut Ecclesiam pertinente, ad communiorem Docto- Sequela ab omnibus vitanda.

# SCUTUM XVIII.

250. Allata traditio est argument. efficax.

## *Traditio de S. Carmelitarum Ordinis ab Eliæ Dei Prophetæ Sanctissimi in votis essentialibus institutione annis circiter nongentis ante Christum, videtur omninò irrefragabilis infra fidei & ab Ecclesia universali receptas traditiones.*

### NERVUS.

Duplex ratio.

251. PRobatur primò: Duabus rationibus desumptis ex *dissertatione* eruditissimi Patris Thomæ Aquinatis à S. Iosepho sæpè citata *suprà n.* 230.

Prima ab ELIA solo pro. 1. fundatore agnito.

252: Prima: sumitur ex *parte 2. sect. 2.* ubi sic. *Nullum est vitæ alicuius singularis institutum, nullum vitæ & professionis Religiosæ speciale propositum, quod suum Principem. Parentem & Institutorem non habeat, & agnoscat, ad quem unusquisque in tali instituto, propositové adspicere, eumque ut instituti & propositi illius perfectionem indipiscatur, imitari debeat: atqui Sacer Carmelitarum Ordo est vitæ singularis institutum aliquod, & Religiosæ professionis speciale in Ecclesia propositum.* Nec potest cum aliqua veritate assignari alius Ordinis illius Princeps, Parens & Institutor. *Quamobrem concludendum est, eum Ordinem habere debere aliquem Principem, Parentem & Institutorem. Totum argumentum clarum est: maiorem probo primò: egregijs D. Hieronymi, Doctoris sanè maximi, verbis, quæ habentur lib. 2. Epistolarum illius Epistola 14. quæ est ad Paulinum de Institutione Monachi.* Habet (*inquit Hieronymus*) unumquodque propositum Principes suos. Romani, duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem. Poëtæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium. Historici, Thucydidem, Salustium, Herodotum, Livium. Oratores, Lysiam, Grachos, Demosthenem, Tullium; & vt ad nostra veniamus, Episcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apostolos, & Apostolicos viros, quorum honorem possidentes, habere nitantur & meritum: Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios, & ut ad Scripturarum authoritatem redeam, noster Princeps Elias, *&c.* Minor pro prima parte à nemine negatur: pro secunda autem patet ex huculque præmissis, & à nobis confirmabitur infrà *Enervatione* solidâ *Telorum dissidentium amicorum*: Ergo &c.

Secunda ab eo, quod sit probatissima.

253. Secunda: ex sect. 13 ibidem: *Illa assertio ut verissima censenda, & suscipienda est ab omnibus, quæ nulli Religioso Ordini quicquam detrahit splendoris, aut honoris, & quæ totam Monasticam vitam plurimum illustrat, quæque & Scriptorum gravissimorum, probissimorumque, tum sæcularium, tum Religiosorum adsertionibus, & universitatis Catholicæ decisione, & constanti, perpetuâque totius Ordinis celeberrimi traditione, & Sacræ Rituum Congregationis approbatione, & Summorum Pontificum, Deiparæ Augustissimæ, Deique ipsius testimonijs solidis confirmata est: atqui assertio nostra Ordinis Carmelitarum Patriarchatum Eliæ vindicamus, tota est hujusmodi: illa igitur ut verissima censenda, & suscipienda est ab omnibus. Major proculdubio à nemine sensato negari potest, & si hujusmodi assertio sic stabilita possit sine temeritate falsa censeri, & ut talis reijci: contendo ego nullam futuram veritatem (revelatis exceptis) quæ falsa censeri, & ut falsa reijci non possit, immò nec debeat. Siquidem, ijs exceptis, nulla est meô quidem judiciô tot testimonijs vallata, nulla tot probationum efficacium ponderibus*

*vibus munita. Sed videtur mihi Soli meridiano faces apponere, dum propositionem illam probare nitor. Minor itaque, quæ tres habet partes, probanda est singillatim: & quidem quoad primam, quâ dicitur hac adsertio nostra nulli Ordini Religioso officere, nulli quicquam sui splendoris detrahere, facilè evincitur, nam illa assertio nulli suam legitimam antiquitatem, nulli suum Patriarcham, nulli suam sanctitatem, nulli denique sua privilegia, aufert, ut apparet clarè; nulli ergo officit, nullique splendoris quicquam detrahit. Nam quod illa adsertio Carmelitanam Religionem cæteris antiquiorem faciat, ut tertia parte dicendum est, id sanè, cum cæteris suam germanam antiquitatem relinquat intactam, illis non magis officit, quàm assertio, qua D. Benedicti Ordo, Divorum Francisci, & Dominici Ordinibus antiquior defenditur. Quam assertionem, qui illis Ordinibus vel hilum splendoris detrahere diceret, is sanè helleboro sibi opus esse satis monstraret, sed de hoc plura infrà. Quoad secundam item partem, quâ dicitur eadem assertio nostra Monasticem plurimum illustrare, clarissima est etiam, vindicat enim illi maximam antiquitatem, quam pretiosam illius geminam, hæretici quasi manufacta, sæpissimè harpagare nisi sunt; sed de hoc etiam infrà. Denique quoad tertiam partem, eadem minor manet probata, ijs omnibus, quæ per duodecim præcedentes sectiones disputata sunt. Hæc sanè ratio adeò clara, adeò conspicua est, ut si cui fortè illa adsertionis nostræ veritatem persuadere non possit,* nec si Solem in manibus gestemus *(ut loquitur Lactantius Firmianus) nec si Sol eam suis exscripserit radijs, quibus nihil clariùs eam illi persuadere possimus. Hæc inquam ratio tantæ veritatis, tantæque certitudinis adsertionem nostram esse evincit, ut si quis inveniatur, cui ratione illâ expensâ, ejusque efficaciâ pensitatâ, adsertio illa aut dubia, aut falsa videatur, is mehercule Scepticus, & Pyrrhonicus censendus sit, aut (ut cum Firmiano eodem loquar)* Anaxagoræ discipulus, cui nives atramentum fuere.

254. Probatur secundò: ratione desumptâ ex *Historia Carmelitana* Reverendissimi P. Philippi à Sanctissima Trinitate lib. 4. cap. 11. *Traditio communis doctorum ac prudentum benè fundata, sicut præsens, tanti est ponderis & authoritatis, ut S. Ioannes Chrysostomus* hom. 4. in epistolam ad Thessalon. *dixerit,* traditio est, nihil aliud quæras. *Et ipsemet Suarez, qui in hac materia vult omnia confundere, & reddere incerta, fatetur hanc traditionem esse valdè receptam, & satis antiquam.* Vide dicta *suprà n.* 130. Ista ratio unô dilemmate sic corroboratur: vel traditio communis Doctorum & prudentum benè fundata simpliciter & absolutè admitti debet; vel nullæ traditiones historiales consultò, præterquàm ex S. Sedis decreto, admittuntur; quià, si immemoriales, uti supponuntur, præter se communem Doctorum & prudentum traditionem, aut S. Sedis decretum, nihil adferri potest, quô consultò admittantur. Non Testes coævi; tùm quià, utpotè immemoriales, viventium non admittunt testimonium; tùm quià, nisi tot sint, ut Doctorum & prudentum faciant commune testimonium, non erunt æqualis, cum ista traditione, fidei, ut patet. Non etiam coævorum libri: quià referunt, nec plus ferunt, quàm coævorum testimonium: qui si tot esse debeant, ut antiquæ historiæ simpliciter & absolutè admittantur, quot ad commune Doctorum & prudentum requiruntur testimonium, penè de tota Ecclesiasticæ Historiæ, citra S. Sedis decretum, actum est fide, satisque experientur Æmuli se illam contra suos obtrectatores, occasione accepta ex tali ab eis negata traditione, tueri non posse, nisi dicant, *quæ noluit gustare anima mea; nunc cibi mei sunt;* & ad traditionem communem Doctorum & prudentum, quam sine pudore reijciunt, cum pudore confugere, & confirmare debeant, ut probabit eventus. Alia ratio efficax.

255. Subsumo: atqui traditio, pro qua nunc contendimus, est communis Doctorum & prudentum, benè fundata in S. Scriptura, authoritatibus SS. Patrum ac Bullis Summorum Pontificum, receptis Sanctorum revelationibus varijs ac Universitatis Cantabrigiensis, in judicio contradictorio, diffinitiva sententia, uti hucusque comprobatum est: major videtur evidens: minor constat ex præmissis, consequentia, illis præsuppositis, est legitima. Subsumptum.

256. Pro-

Item alia moralis efficax.

256. Probatur tertiò : hâc Quæstione, quam R. P. Daniel à Virgine Maria in præcitato Manuscripto format, ut sequitur. *Quæro nunc, an Scriptores superius relati, & inter eos Sancti Cyrillus, Brocardus, Angelus, Theresia, cæterique Ordinis hujus Alumni, existimari possint tàm ignari suarum rerum, ut suam originem perspectam non habuerint? An prudenter censeri possunt in quæstione illa, de processu Ordinis à S. Elia, seductores, aut seducti? Id dici posset, si verum non sit, quod (ut concorditer tradunt) S. Elias non fuerit Institutor, successionemque non habeat ab eo hic Ordo. Hinc ad propositum Lezana Tomo 1. Annalium Carmelitarum in Apparatu cap.6.* Animadvertere operæ pretium duximus, hanc scilicet, communem nostrorum sententiam de successione hæreditaria ab Elia repetenda, antiquam semper Ordinis traditionem fuisse, adeòque firmam, & constantem, ut nunquam alius, præter ipsum, titulô Fundatoris ac Institutoris creditus vel nominatus reperiatur. Quod magni argumenti locô apud prudentes haberi oportet. Nec enim vel leviter suspicari licet, tot Viros, sanctitate, & doctrinâ conspicuos, qui in Ordine nostro, Dei gratiâ, claruerunt omni sæculo, in hac re, vel inscitiâ seductos, vel ambitione seductores extitisse. *Quæ ultima benè notanda.*

Distinguuntur duæ traditiones recipiendæ.

257. Probatur quartò Traditiones duplicis generis sunt agnoscendæ : aliæ in materia fidei de verbo Dei non scripto, quæ ab omnibus Orthodoxis, tam non scriptæ, quàm scriptæ recipi debent : aliæ in materia historiæ Ecclesiasticæ de his, quæ ad Ecclesiam spectant : atqui sicut illæ, tàm non scriptæ, quàm scriptæ, tanquam veræ & fidei, recipi debent; ità & hæ tanquam veræ & historiæ Ecclesiasticæ. Major, quoad primam partem, est de fide, & à solis libertinis Hæreticis sine ulla ratione repudiatur, cum illis constare non possit, Verbum Dei, & non alterius, esse scriptum, quàm ex traditione non scripta : siquidem, si dicant de illo sibi constare ex traditione scripta, ad hanc reducitur difficultas; quià illis aliunde constare non potest, quod hæc traditio scripta sit verbum Dei scriptum, quàm ex traditione non scripta; nisi fortè priusquam nati essent, Deum scribentem aut dictantem viderint. Secunda pars probatur : quià alioqui receptissimæ corruent plurimæ Historiæ Ecclesiasticæ de Petro sedente Romæ, Piscina probatica, & S. Æde Lauretana, in qua *verbum caro factum est & habitavit in nobis*, miraculis & prodigijs in ea factis, de BB. Lazari, Maximini, Marthæ, Magdalenæ & Annæ apud Salyos, de illorum Reliquijs & S. Balma, de S. Dionysij Areopagitæ apud Lutetiam Martyrio, de impulsu S. Brunonis ad solitudinem, occasione Doctoris Pariensis, post mortem profitentis, se *accusatum, judicatum, atque damnatum*. S. Justini historiæ, à creatione mundi ad Christi Adventum, Ecclesiasticæ, & sic de quamplurimis alijs, in Historijs & Legendis Sanctorum sparsis, & passim, sine ulla piorum Christifidelium contradictione, receptis; minus tamen, quàm nostra fundatis, ut patet ex præmissis totô *Scutô XVII.*

Verbum Dei scriptum etiam à traditione probari debet.

Gravissimum absurdum.

258. Probatur minor, quod primam partem : quià, ut iam probatum est, nequidem de verbo Dei aliter nobis constare potest, quod sit scriptum, quàm ex traditione non scripta; imò neque, etiam suppositô verbô Dei scriptô, de forma, materia & numero Sacramentorum, Scriptura vera, aut Apochripha, Scripturæ veræ sensu genuino aut erroneo, ante S. Sedis definitionem. Unde, rejectâ traditione, pars infidelium fiet optima.

Quoad secundam partem vèrò : sequitur à pari; nam, cum in re tanti momenti necessariò sit admittenda traditio non scripta, tanquam vera & indubitata; etiam in re minoris momenti admitti debet; quandoquidem traditio à materia non accipiat certitudinem; sed sibi ex omnium prudentum judicio innatam circumferat : alioqui certè locum habent litteræ Calviniani hominis, quas doctissimus ac celeberrimus P. Theophilus Raynaudus *Tom. 18. in Hercule Commodiano Quæsito 5.* refert ut sequitur. *Vidimus nuper*

uper Gebennæ, libellum hâc inscriptione, Disquisitio disquisitionis de Magdalena, Massiliensi advena, Authore Ioanne de Launoy, Parisijs anno 1643. suppressô Typographi nomine excusum. Eum, tametsi ab Ecclesiæ Romanæ Doctoribus, falsitatis & inscitiæ vehementer insimulatum, mirum in modum probaverunt nostrates Gebennenses Ministri. Primò enim insistit nostro solemni in [...]ione argumento; quô ijs tantùm, quæ vel in sacris Biblijs, vel Patribus primorum sæculorum, ex[...]itendum esse asserimus. Ac proindè, cum à Christo suprà millesimum circiter annum de Magdale[...]juijs altum ubique silentium sit, nugas censemus & commenta mera, quidquid hac de re Papæ Ro[...] & Reges, ac Comites Provinciæ, traditione innixi constituerunt. Prætereà apertissimè & plenissi[...]noyus explicat revelationes, miracula, & cætera antiquitatis monumenta, quæ adstruendæ ista[...]liarumque ejusmodi Reliquiarum, veritati afferuntur, fraudulenter à Monachis Dominitanis, & [L]udovici noni superstitionibus, excogitata fuisse omnia. Tertiò Pontificum diplomata nullius in hoc fuisse ponderis demonstrat, quoniam à privatis quibusdam & nugivendis hominibus, non autem ab [...]a (ut censet idem Author de Bulla Benedicti noni) & scribantur, & fabulis quibus visum fuerit, [...]ntur. Quartò evincit nullo cultu afficiendas esse Reliquias Sanctorum; quandoquidem, quorum [...], non satis constat: & in quotidianis de ijs inter varios contentionibus, alterutri contendentium, [...]imponatur, necesse est; Quod in Benedicti, Antonij, Magdalenæ corporibus, tanta varijs in locis [...]ione asservatis, vitari non potest. Pergit Raynaudus: subdit Sectarius prolixum locum ex admonitione de reliquijs, quô nefandus ille Stigmatias, in SS. Lazari ac Magdalenæ reliquias apud [...]servatas, fœdam cacochymiam vomit, illam ipsam, planè inquam, & non aliam, quàm Lau[...]fudit. Eô Calvini locô recitatô. Pergit iterum: addit Sectarius. Vides ut omnia omnibus, & [...]ribus, Calvinum inter ac Launoyum respondeant: ut proindè non ovum ovo similiùs videri possit, [...]ova disquisitio in Disquisitionem de Magdalena Massiliensi advena, cum admonitione Calviniana [...]ijs. Quarè satiùs utrique Magistro Calvino & Launoyo, visum est hunc ritum abrogare, [m]anifestum discrimen incurrere ne latronum aut animalium ossibus cultus impendatur. Audivisti unum [...]is Arausij degentem, (cujus in Mariam Christi Matrem lucubratio Aquis Sextijs igni addicta esse [...] confutanda suscepisse, quæcumque de Magdalena & alijs apud Salyes reliquijs jactantur Hic istius libellus; eum in augendo suo contra Papistas volumine, non mediocriter juvabit. Nec dubito, quin [...]nnes Launoyus, quô cum hac in parte nobis tàm bellè convenit, in cæteris non ità multò post sit as[...] Omninò vir acri ingenio, Criticus prudens, apud suos Papistas in honore non habetur: præceps è [...]marus, ingeniosè nequam, temerarius, & præsidentiæ nimiæ existimatur. Sed perperàm, si, quemadmodum persuasum habeo, ad nos accesserit, brevi super Ministerij candelabrum imponetur sic finit [Rayna]udus. Hæc Sectarius ad Sectarium, niger ad nigrum, de Launoyo. Quæ altam attentionem [...]ur, nè in idipsum dissidentes amici præcipites ruant, si nostram traditionem [...]tissimis Ecclesiasticis historijs unam concernentem, ut vidimus à num. 173. ad [pe]rtinaciter negent.

Mirabiles litteræ ex P. Raynaudo.

Advertendum bene.

Probatur quintò. Quatuor alijs rationibus ex doctissimo viro Ioanne Baptista [...]o cap. 9 suæ defensionis adversus Launoyum desumptis, quarum sit.

Aliæ 4. rationes valde efficaces.

,,Prima: Si enim solis Auctoribus æqualibus aut subparibus credendum sit, [...]n utique lusit & operam omnem Iosephus Hebræus in describendis priorum [sæcu]li ætatum, Historijs; nec non in gestis quibusdam enarrandis, quæ fuerant [...]yse prætermissa: quoniam ipsi tàm antiqua, atque à suis temporibus adeò re[mota], in Antiquitatum Iudaicarum libris referenti, auctoritas omnis hôc ipsô dero[gata fu]erit, quod sub Imperatore Vespasiano floruerit. Iosepho tamen inter Eccle[siasticos] Scriptores locum dare, nullatenùs dubitavit S. Hieronymus in Catalogo Virorum [illustri]um, ideoque ipsius de rebus gestis monimenta inter Ecclesiasticas Historias recensere: [Heg]esippus (sive aliquis alius in Præmio librorum de excidio Ierosolymitano, Iosephi Histo[riam la]udat egregiè; eamque Eusebius, Zozomenus & Nicephorus (ut omittam [ali]os) miris encomijs extollunt, tantum abest, ut contemnant tanquam inuti-

Alioqui luserunt operam Iosephus.

 ,,lem.

„lem. Si uni, rebus gestis æquales, aut tempore proximi, Scriptores audiantur,
Julius Africanus. „nonnè asinum totondit Julius Africanus qui *quinque de temporibus ab origine mundi volu-*
„*mina* conscripsit, quorum multa fragmenta referunt Eusebius & S. Hieronymus?
Paulus Orosius. „Nonnè idem fecit Paulus Orosius, ac ij qui ad sepulchrum mortuo iocum dicunt,
„quandò *septem historiarum ab Orbe condito libros* posteritati reliquit? An non Æthiopem
Eusebius& alij plurimi. „conati sunt dealbare. & Eusebius Cæsareensis, & Marcellinus Comes, & Cassio-
„dorus Senator, & sanctus Nicephorus Constantinopolitanorum Episcopus, &
„Ado Viennensis Archiepiscopus, & Marianus Scotus, Fuldensis Monachus, &
„Otho Frisingensis, & Gothefridus Viterbiensis, qui sua *Chronica* à mundi exordijs
„ad plurima retrò sæcula perduxerunt? Nonnè diverberarunt nebulas Freculphus,
„ad Juditham Ludovici Imperatoris uxorem scribens, Gregorius Cedrenus, Ioan-
„nes Zonaras, Helinandus Monachus, Marcus Antonius Coccius, Sabellicus, &
„alij nonnulli, dum *historiam*, seu *historiæ compendium à mundi exortu* contexerunt? Quis
„in aqua scripsisse non fateatur Lambertum Schafnaburgensem, *historiæ Germanicæ à*
„*mundi initio ad annum Christi M. LXXVII.* Scriptorem, si in solis æqualium subpariumvè
„scriptorum libris sita si authoritas? Quis innumeras ex Eusebij ac Nicephori Calli-
„sti *Ecclesiasticis Annalibus, à Christi Domini Nativitate inchoatis*, eradendas esse paginas, infi-
„cias eat, si solis Scriptoribus ἴσοις vel παρίσοις danda sit fides? Quantumvis multa com-
„memorent facta, quorum ætati, neque æquales fuerunt, neque subpares: indigni
„tamen non sunt, quibus nostrum præbeamus assensum, Anastasius Bibliotheca-
„rius, in *Romanorum Pontificum Vitis*, Aimoïnus Monachus Gallus, in *historia de rebus ge-*
„*stis Francorum*, Ingulfus Abbas, in *Monasterij Augiæ historia*) Leo Marsicanus, Ostien-
„sis Episcopus, in *Chronico Monasterij Cassinensis*, Willelmus Malmesburiensis in *libris*
„*de rebus gestis Regum & Pontificum Anglorum*. Henricus Huntindoniensis in *historia Anglica-*
„*na*. Hermoldus Canonicus Buzoniensis in *historia Henetorum*, seu *Sclavorum*: Suffridus
„Presbyter Misnensis, in *Epitome Historiarum*: Flavius Blondus in *Romana historia*: Mat-
„thæus Palmerius *in Prosperiani Chronici continuatione*; ac denique Baptista Platina, in
„*Pontificum Urbis Romæ Vitis*.„

Advertendum bene. 261. „Quis ergo sanæ mentis, omnibus enumeratis hucusque Scriptoribus, fi-
„dem omnem & authoritatem detrahendam putet, quod multa, tùm in Chronolo-
„gijs, tùm in historijs suis, facta memoratu dignissima recenseant, quorum tem-
„poribus, neque æquales fuerunt, neque compares, de quibus etiam nihil apud Au-
„thores æquales aut ætate proximos, in ijs monumentis, quæ ad nostram memo-
„riam pervenerunt, reperitur, & quæ proindè ab ijs accepisse, demonstrare nemo
„nunc potest.„ Hîc profectò habent, quod meditentur Æmuli, præsertim ij, qui
in Antiquorum testimonijs suas fundant Historias, & tamen audent, communem,
pro qua contendimus, reijcere traditionem.

Alioqui etiam in varijs SS. Patres iussissent operam. 262. „*Secunda*: Si apud istos Auctores *rerum gestarum* æquales vel compares, quæren-
„da sit earum veritas, maxima eorum pars, quæ à S. Epiphanio, in *historia brevi de Pro-*
„*phetarum vita*, & à S. Isidoro Hispalensi, in *libro de ortu vel obitu Patrum*, memoriæ pro-
„dita sunt, rejectaneis erunt accensenda; cum novi Testamenti Scriptores fuerint
„SS. Epiphanius & Isidorus, qui veteris Testamenti Prophetarum & aliorum quo-
„rundam hominum vitas, vel obitus descripsêre, plurima de illis asserendo, quo-
„rum nè verbum quidem, nè GRY aut MY legitur in antiquis, quæ Christi Domini
„adventum præcessêre, monimentis. Si nullis, nisi solis æqualibus aut subparibus
„Scriptoribus asserenda sit auctoritas, plurima contemnantur necesse erit, quæ à
„sancto Hieronymo, sancto Isidoro, Sigeberto Gemblacensi, & Henrico Ganda-
„vensio, in *libris de Scriptoribus Ecclesiasticis* tradita sunt, tùm quoad peculiares quasdam
„circum-

rcumstantias, ad Authorum vitas, qui eos duobus & amplius sæculis antecesse-nt, pertinentes; tùm maximè in recensendis illorum operibus, quorum plera-le, quoniam nunc non extant, dici potuerunt falsò ac perperam ijs adscripta, iibus & à S. Hieronymo, & à S. Isidoro, & à Sigeberto, & ab Henrico Gan-vensi adscribuntur: quià nimirum eorum Auctorum æquales aut compares non ère, cum sanctus Hieronymus à sancto Petro, Apostolorum Principe incœpe-, & ad sua usque tempora, Theodosio imperante, perrexerit: sanctus Isidorus tium fecerit, vel à Xisto Romanæ Urbis Episcopo (juxta editionem ejus *Operum* icobo Brolio factam) vel ab Hosio Cordubensi (secundum editionem ipsius *libri iris illustribus* ab Auberto Miræo adornatam) in Maximo Cæsaraugustano Episco-finiens: Sigebertus verò *Ecclesiasticos Scriptores* à Marcello Marci Præfecti Urbis mæ, ad Theodoricum Monachum & Abbatem sancti Trudonis recensuerit: ac iique Henricus de Gandavo à Sancto Fulberto Carnotensi, ad Ebrardum seu rardum Betuniensem, *Catalogum* suum perduxerit. O morosam nimis Ioannis inoij,, (idem dicendum consquenter de nostris Æmulis dictam traditionem entibus.),, Dialecticam, quæ ità præstantium Virorum auctoritatem infirmare et, quorum vigilijs & laboribus summoperè juvatur Ecclesia Dei, literariaque publica mirum in modum decoratur. Qui tetricæ illius Dialecticæ regulas se-voluerit, descriptas multâ cum curâ à Simeone Metaphraste plurimorum San-um vitas, nullò labore dispunget, quià Symeon Metaphrastes multorum San-um, de quibus disserit, æqualis non fuit, vel tempore proximus. Dicam am-s: quisquis in hujus Dialecticæ verba juraverit, innumeros ex Sanctorum albo os viros ἀθανάτως τοῖς ἱεροῖς εὐχὴν ἔχοντας, levi brachio eradet, qui in veteribus tyrologijs S. Hieronymi (ut vulgò creditur) Bedæ, Usuardi, Adonis, ac Ros-diani percensentur: propterea, quod eorum Auctores, à ferendo de illis beatis ninibus, illorumque depositionis die, testimonio, per ætatem impediuntur. O mmodam Dialecticam: quæ publica Ecclesiæ instrumenta (Martyrologia & obatas Sanctorum vitas intelligo) maximam partem rejiciendi methodum scribit: quæ in multis rebus scrupulosos fidelium animos efficit: quæ timo-conscientias austeritate suâ offendit. De ea sanè licet nobis hæc sancti Hiero-i in *libro* 1. *adversus Pelagianos* verba usurpare: *hæc argumentatio tortuosa est, Ecclesiasti-simplicitatem inter Philosophorum spineta concludens*.

Attendant bene nostræ traditionis Æmuli ista & sequentia.

.,,*Tertia*: Vir clarissimus & doctissimus Hadrianus Valesius in *cap* 6. *Disceptatio-*uam inscripsit, *de Basilicis, quas primi Francorum Reges condiderunt, an ab origine Monachos rint*, solis Auctoribus æqualibus vel subparibus assentiendum non esse, lucu-ssimis & elegantissimis verbis probat; quæ, licèt brevitatis causa prætermit-s, ad citatum tamen *Disceptationis* illius locum lectores remittimus, ne uberri-loctrinæ fructu destituantur. Admonentes intereà Valesianam rationem eâ-methodô procedere, quâ duas nostras priores, cum hæ ad illius instar con-æ fuerint.

Dicta firmat Valesius.

,, *Quarta*: Denique idem, qui suprà, vir clarissimus Hadrianus Valesius, ul-n nobis rationem subministrat validissimam, quâ solis Auctoribus æqualibus ibparibus fidem tribuendam non esse, persuadeamus. Nam in Defensione *Dis-onis* suæ de Basilicis, *prioris partis cap*. 10. probat: Scriptores æquales & subpares iumquam in rebus ætatis suæ enarrandis graviter errare, & à recentioribus idari. Quô fit, ut haud dubiè solis Scriptoribus ἴσων aut πλησίων verbis semper um non sit; sed Auctorum pro suo cujusque merito habenda ratio. Quod quo-fieri debeat exponemus *sequenti capite*.,, Ità ille, quæ, attentis præmissis hîc,

Eadem confirmat Valesius.

*Scuto XVII. & Scutis* sedecim alijs, de Ordine Carmelitarum ab Elia fundato, fortissimè concludunt illam traditionem, pro qua contendimus, esse fundatissimam, ut diximus suprà.

Hæc notent bene illi, qui religiosum ELIÆ Institutum negant ob S. Scripturæ de illo silentium.

265. Probatur quintò: quià sequeretur, fabulas esse, receptas traditiones. Prima: de plurium hominum, de quibus Scriptura tacet, quàm Adami, Evæ, Caini, Abelis, uxoris Caïni & Filij ejus Enoch, in mundo existentia, eô tempore, pro quo scripsit Moyses *cap.4.* Geneseos, *& ædificavit Caïn civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filij sui Enoch?* Traditio tamen illa fundamentum sumpsit ex verbis *ædificavit civitatem*: Undè sic argutum est, *nec duo, nec quinque dumtaxat, videntur civitatem ædificasse; ergo plures erant* &c. Secunda: de Christi Transfiguratione *in monte Thabor*, de qua Scriptura tacet, & refertur in Martyrologio Romano, à S. Hieronymo in *Epitaphio Paulæ ad Eustochium virginem* & Cardinali Baronio *ad 33. an. Christi* Tertia: de apparitione Christi suæ dilectissimæ Matri, antequam alijs post suam Resurrectionem appareret, de qua nihil in libris Evangeliorum, & tamen refertur à Cælio Sedulio *in lib.4. Carm. de mirabilibus Divinis*, Simeone Metaphraste *in Orat. de ortu, educatione, & decessu Sanctissimæ D. N. Deiparæ*, Authore Opusculi *de excellentia gloriosissimæ Virginis Mariæ cap.6.* Rupperto Abbate *lib.7. de Divinis officijs cap. ultimo.* Nicephoro Callisto *lib.1. Historiæ Eccles. cap.32.* Baronio ad *an. Christi 34. n 188.* & alijs. Quarta: de impressione Oliveto monti vestigiorum Christi in cœlum ascendentis, de qua nihil in Codicibus sacris, & tamen refertur à SS. Patribus, Optato Milevitano Episcopo *lib.6. adversus Parmenianum.* Pauliniano Nolano Episcopo *Epist. 11. ad Severum*, Sulpitio Severo *lib 11. Historiæ sacræ.* Authore *Expositionis Locorum, vel Civitatum*, quæ leguntur in Actis Apostolorum, *litt. O.* Beda venerabili *cap.7. libelli de locis Sanctis* Quas traditiones Launoyo benè opponit Ioannes Baptista Thiersius *in sua defensione adversus eundem cap.15.* & qui istas traditiones exploderet, non immeritò Ecclesiæ traditionum impugnator, & de perversa similium impugnatorum fide suspectus haberetur, ut omnes fateri debent, præsertim cum Ioannes Evangelij *cap ult.* dicat: *sunt autem, & alia multa, quæ fecit* IESUS, *quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum, capere posse eos, qui scripti sunt, libros.* Et Augustinus lib.7. de Baptismo contra Donatistas cap.7. *Multa, quæ non inveniuntur in litteris Apostolorum, neque in Concilijs posteriorum: & tamen quià, per universam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur, quanquam scripta non inveniantur.* Vide doctissimum, acutissimumque P. Theophilum Raynaudum *n 258.* citatum.

## COROLLARIUM

266. COlliges ex hucusque Dictis & probatis, Meritò Venerandum Abbatem Ieropolitanum *in cap 1. Ioannis* exclamasse: *O Carmelitarum Religio, quàm magna es in Domo Domini. Numquid olim à modico & tenui fonte Propheta Dei Elia principium habuisti? Et ecce nunc in magnum fluvium crevisti. Tu olim plantata es in Eremo, nunc autem facta es Civitas magna in populo. Tu autem habes fundatorem in paradiso adhuc viventem, & gloriosam virginem Mariam, Reginam Cœli, Dominam mundi, & Imperatricem Infernorum, in Patronam singularem.*

PHARE-

# PHARETRÆ ET TELA

## *Amicorum dissidentium.*

MIraberis fortè, quod à me & toto Ordine nostro *Dissidentes* vocem *Amicos*: sed immeritò; nam à Nominalibus Reales, à Thomistis Scotistæ, & ab utrisque Patres Societatis Iesu, in plerisque dissident, verumtamen sunt amici: *Amicus* etenim *est alter ego*; Ego autem pro veritate argumentis, sive Scutis totô Armamentario nostrô contentis, pugnô, pro illa quoque pugnant ipsi objectionibus, sive Telis totâ cujusque suorum Pharetrâ
rehensis. Veritas quidem sibi adversa esse non potest, nec proindè adversasco-
e pugnas: sed cum Judex simul & Actor justus esse non possim, de illa judi-
ijs, quorum interest, justè relinquo, contentus dicere cum Apostolo 1. ad
ith. 13. *Charitas non æmulatur* &c. *non quærit, quæ sua sunt* &c. *non gaudet super iniquitate,*
*let autem veritati*: pro qua indubiè stat Supremi S. Inquisitionis Hispanicæ Se-
decretum, anno 1639. latum, cujus translatum testimonij authentici refert
rendissimus P. Philippus à SS. Trinitate, modernus RR. PP. nostrorum Dis-
torum Generalis, post *Præfationem* ad *Historiam Carmelitanam*, ut sequitur.

*Translatum testimonij authentici. quod dat Secretarius Sanctæ Inquisitionis Supremæ de Decreto,* Decretum Sup. Inq. Hisp.
*nctum Tribunal fecit in favorem Historiæ Propheticæ Carmelitarum Discalceatorum.*

*be Matrito, die nonâ præsentis mensis Decembris anni 1639. Assistente Illustrissimo Domino Ar-*
*po Inquisitore Generali, unà cum Dominis Regij Consi'ij sanctæ Generalis Inquisitionis: visô &*
*itô memoriali, quod præsentavit Religio Carmelitarum Discalceatorum in defensionem quarundam* Iudices causæ.
*onum contentarum in primo tomo Historiæ Propheticæ, composita per Fratrem Franciscum à San-*
*ia, ejusdem Ordinis alumnum: ac simul visis & examinatis qualificationibus suprà dictum me-*
*ex ejus mandato factis.*
*unt: quòd primæ quinque propositiones, & octava primæ partis dicti Defensorij scilicet.*

*d in Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis perpetuæ.* Licitæ propositiones.
*d mulieres fecerunt votum virginitatis in Lege scripta.*
*d in Lege scripta fuit votum obedientiæ perpetuæ.*
*d in Lege scripta fuit votum Paupertatis voluntariæ.*
*d in Lege scripta fuit verus Monachatus & Religio.*
*d non est dignum Censura dicere, quod solus Sanctus Propheta Elias reliquit successorem*
*in prophetia factum ab ipso.*

Limitatio. *Currant impressa, ut iacent, & de novo possint imprimi: dummodò declaretur, non fuisse Monachatum in Lege scripta cum solemnitate, & perfectione, & cum potestate clavium, sicut in Lege gratia: Quia istius (in tota sua perfectione) author & institutor fuit Redemptor* IESUS *Christus; & illius in Lege scripta fuit causa exemplaris, & meritoria.*

Licitæ propositiones aliæ. 269. *Et quantum ad Propositiones secundæ partis dicti memorialis, seu disputationis, in qua tractatur de virtutibus, excellentijs, & prærogativis sancti Prophetæ Eliæ.*

Prima decurtata. 270. *Dixerunt: Quod prima Propositio, scilicet, quòd Sanctus Propheta Elias magis pertinet ad Legem gratiæ, quàm ad Legem scriptam, & quod in toto rigore est Sanctus novi Testamenti, & non veteris. Potest currere, sublatâ negativâ hâc, Et non veteris.*

Secunda cum addito. 271. *Et secunda Propositio: Quòd Elias & Enoch erunt veri Apostoli, quandò venient Præcursores adventus Christi Redemptoris nostri, cum potestate concessa per ipsummet Christum: ad gubernandum Ecclesiam tempore suæ prædicationis. Currat: addendo quòd ista potestas erit subordinata Summo Pontifici, inferior, & inæqualis ejus potestati Pontificiæ.*

Duæ absolutæ. 272. *Et tertia, & quinta: Quod Enoch & Elias prædicabunt Evangelium in toto mundo, & convertent illum ad Christum, & facient magna miracula in confirmationem illius. Et quòd Elias & Enoch viderunt Christum Redemptorem nostrum oculis corporeis, & ab ipso fuerunt instructi in mysterijs fidei. Possint sic & eodem tenore currere.*

Duæ aliæ absolutæ. 273. *Et quantum ad Propositiones defensas in tertia parte dicti Defensorij, sive Tractatus de sanctitate Prophetæ Eliæ. Dixerunt; quòd prima; Quòd Sanctus Propheta Elias adæquat in sanctitate magnum Baptistam. Et secunda: Quòd æqualis est in sanctitate Apostolis. Possint currere, & currant liberè.*

274. Verumtamen obstant PP. Franciscus Salinas & Christophorus de Vega, valdè celebres Societatis IESU in S. Scripturam Commentatores: & quidem P. Salinas, quem Vega sequitur, ità scribit in Expositione litterali in cap. 2. Ionæ q. 35. n. 307. *Ego quidem sententiam Supremi Inquisitionis Senatus non vidi, quia uti ipse asseruit in Archivio Religionis reservatur: Sed nec sanctum Inquisitionis Tribunal in sua sententia edixisse, quod ipse affirmat, certo certius est, ex dictis Supremi Senatus Censorum, qui mihi id affirmarunt. Etenim illud sacrum Tribunal nihil aliud fecisse asseverarunt, quàm absoluere ab instantia Domini Fiscalis sententiam Monachatus, aut voti. Premebatur enim prædicta sententia, quia semel damnata fuerat; postmodum ab igne libera constituitur. Non verò indè fit approbatam in sempiternum. Nam & iterum absoluta ab instantia, poterit in judicium vocari. Nimirum novâ probatione habitâ ejus mali, cujus accusabatur, & rea tenebatur. Quapropter mihi, & cujuslibet alij, licitum, & laudabile erit pro Virginis honore decertare, & damnandam opinionem asserere. Et si ostendero argumenta & rationes, damnatione prædicta sententia dignas, quis dubitat à Sancto Tribunali perpendendas, Quin aliquid faciat primæ absolutioni, nec indignum, nec contrarium. Qui namque ab instantia absolvitur, iterum potest instari, & teneri, quod frequentissimum est in sacro Supremæ Inquisitionis Tribunali. Et ideò nihil habet authoritatis illa absolutio ab instantia, quâ toties instat in suæ sententiæ favorem. Censores verò, quorum dictis ab instantia absoluta fuit hæc sententia, potuerunt: Primò, esse numero pauci. Secundò, potuerunt etiam moveri authoritate S. Hieronymi, Isidori, & Damiani, & illorum, quibus ipse utitur in suo apologetico & libro, quorum sententias expendimus, & vidimus nequaquam eos sua sententia favere, sed nostra: & credo eos si hæc vidissent sub eadem damnatione sententiam reliquissent. Audivi enim multos à quibus hæc accepi, quæ modò retuli.* Sed Supremum S. Inquisitionis Senatum, desuper sensum suum in favorem sui decreti aperuisse circumfertur, Igitur ut R. P. Salinæ argumenta & rationes enervemus. Sit

PP. Salinas & Vega declinant vim decreti.

PHARE-

# PHARETRA PRIMA.

## *R.P. Francisci Salinæ Societatis* Iesu.

NOn intendo hujus Pharetræ & aliarum sequentium Tela reijcere, quasi in me, aut scopum meum, immeritò projecta essent; quia scio R.P. Fran- m à S. Maria, ejusque Historiam Propheticam, illis directè impeti: sed quate- juxta nostram, nonnullis hinc indè mutatis verbis accommodationem, à viris n attentis in scopum meum proijci possent, & obesse justitiæ ac veritati. Quod ı pro deinceps hîc dicendis benè notatum. Itaque sit. Mens Authoris in seq. observanda.

# TELUM PRIMUM.

P. Salinas Tom 2. Exposit. litteralis in cap. 2. Ionæ q. 35. n. 40. *Ego vehementer admiratus sum, in Sacra Pagina nihil expressum reperiri, circa Religionem illam Eliæ, & filiorum rmelitarum, per tot sæcula, & inter tot Prophetas auctam & dilatatam, quam constituit Historia ica: ergo nè credibile est rem tantam, honorem scilicet præcipuum Synagogæ, imò & Ecclesiæ, vir- m Religiosam dico, & Monachatum, à nullo Prophetarum laudatam, nec leviter nominatam?* iiserat autem nu. 38. *Ex S. Pagina nullatenùs constat, nec leviter quidem, aliquem, vel ali- rginitatem, aut castitatem, in antiqua Lege vovisse.* Et nu. 6. *Quod argumentum, licèt ab au- e negativa, validissimum est in hoc genere probationis.* Argumentum à silentio S. Scrip. de Eliæ Religione.

## ENERVATIO.

REspondeo primò: Virginitatem religiosam Monachatum implicitè laudari ac nominari *Eccli.* 48. dum de *Elia* dicitur: *Qui Prophetas facis successores post te.* Monachos: nam Prophetas Eliæ successores sibi ædificasse monasteria Legi- Regum cap. 6. *Dixerunt autem filij Prophetarum ad Eliseum: ecce locus, in quo habitamus ., Angustus est nobis. Eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de sylva materias singu- dificemus nobis locum ibi ad habitandum. Qui dixit: ite. Et ait unus ex illis: veni ergo & tu cum is. Respondit: ego veniam, & abijt cum eis; cumque venissent ad Iordanem cadebant ligna* &c. quo Hieronymus Epist. 4. *Filij Prrophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legi- dificabant sibi casas prope fluenta Iordanis, turbis urbium derelictis.* Et Epist. 13. *Habitabant & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iordanis.* De votis autem illo- tis constat. Eliam imprimis in antiqua Lege obedientiam, paupertatem, & em Opere servasse probatum est ab authoritate communi sanctorum Patrum, quorum Doctorum *Scuto III.* De his verò tria essentialia Religionis vota emi- simili authoritate comprobatum est *Scuto VI.* Deindè per *Prophetas*, quos Elias *cessores post se*, intelligi *Filios Prophetarum*, non solùm evincit litteralis sensus istius on obscurè verificatus per illud Actorum 11. *In illis autem diebus supervenerunt Ie- Prophetæ Antiochiam*, juxta explicationem datam *numero* 77. quæ suam meretur ionem; sed & communis Doctorum ac SS. Patrum *Scuto IV.* ac *Telo ultimo Pha- ræ* citatorum authoritas. Denique *Filios Prophetarum* in antiqua Lege ad exem- i Magistri Ducis Eliæ obedientiam, paupertatem & castitatem opere ser- vasse ELIÆ successores Religiosi ex Eccli. 48.

Limitatio. *Currant impressa, ut iacent, & de novo possint imprimi: dummodò declaretur, non fuisse Monachatum in Lege scripta cum solemnitate, & perfectione, & cum potestate clavium, sicut in Lege gratia: Quia istius (in tota sua perfectione) author & institutor fuit Redemptor* IESUS *Christus; & illius in Lege scripta fuit causa exemplaris, & meritoria.*

Licitæ propositiones aliæ. 269. *Et quantum ad Propositiones secunda partis dicti memorialis, seu disputationis, in qua tractatur de virtutibus, excellentijs, & prarogativis sancti Propheta Elia.*

Prima decurtata. 270. *Dixerunt: Quod prima Propositio, scilicet, quòd Sanctus Propheta Elias magis pertinet ad Legem gratia, quàm ad Legem scriptam, & quod in toto rigore est Sanctus novi Testamenti, & non veteris. Potest currere, sublatâ negativâ hâc, Et non veteris.*

Secunda cum additio. 271. *Et secunda Propositio: Quòd Elias & Enoch erunt veri Apostoli, quandò venient Pracursores adventus Christi Redemptoris nostri, cum potestate concessa per ipsummet Christum: ad gubernandum Ecclesiam tempore sua pradicationis. Currat: addendo quod ista potestas erit subordinata Summo Pontifici, inferior, & inaequalis ejus potestati Pontificia.*

Duæ absolutæ. 272. *Et tertia, & quinta: Quod Enoch & Elias pradicabunt Evangelium in toto mundo, & convertent illum ad Christum, & facient magna miracula in confirmationem illius. Et quòd Elias & Enoch viderunt Christum Redemptorem nostrum oculis corporeis, & ab ipso fuerunt instructi in mysterijs fidei. Possint sic & eodem tenore currere.*

Duæ aliæ absolutæ. 273. *Et quantum ad Propositiones defensas in tertia parte dicti Defensorij, sive Tractatus de sanctitate Propheta Elia. Dixerunt; quòd prima; Quòd Sanctus Propheta Elias adaquat in sanctitate magnum Baptistam. Et secunda: Quòd aqualis est in sanctitate Apostolis. Possint currere, & currant liberè.*

PP. Salinas & Vega declinant vim decreti. 274. Verumtamen obstant PP. Franciscus Salinas & Christophorus de Vega, valdè celebres Societatis IESU in S. Scripturam Commentatores: & quidem P. Salinas, quem Vega sequitur, ità scribit in Expositione litterali in cap. 2. Ionæ q. 35. n. 307. *Ego quidem sententiam Supremi Inquisitionis Senatus non vidi, quia uti ipse asseruit in Archivio Religionis reservatur: Sed nec sanctum Inquisitionis Tribunal in sua sententia edixisse, quod ipse affirmat, certe certius est, ex dictis Supremi Senatus Censorum, qui mihi id affirmarunt. Etenim illud sacrum Tribunal nihil aliud fecisse asseverarunt, quàm absoluere ab instantia Domini Fiscalis sententiam Monachatus, aut voti. Premebatur enim pradicta sententia, quia semel damnata fuerat; postmodum ab igne libera constituitur. Non verò indè fit approbata in sempiternum. Nam & iterum absoluta ab instantia, poterit in judicium vocari. Nimirum novâ probatione habitâ ejus mali, cujus accusabatur, & rea tenebatur: Quapropter mihi, & cujuslibet alij, licitum, & laudabile erit pro Virginis honore decertare, & damnandam opinionem asserere. Et si ostendero argumenta & rationes, damnatione pradicta sententia dignas, quis dubitat à Sancto Tribunali perpendendas, Quin aliquid faciat prima absolutioni, nec indignum, nec contrarium. Qui namque ab instantia absolvitur, iterum potest instari, & teneri, quod frequentissimum est in sacro Suprema Inquisitionis Tribunali. Et ideò nihil habet authoritatis illa absolutio ab instantia, quâ toties instat in sua sententia favorem. Censores verò, quorum dictis ab instantia absoluta fuit hac sententia, potuerunt: Primò, esse numero pauci. Secundò, potuerunt etiam moveri authoritate S. Hieronymi, Isidori, & Damiani, & illorum, quibus ipse utitur in suo apologetico libro, quorum sententias expendimus, & vidimus nunquam eos sua sententia favere, sed nostra, & credo eos si hac vidissent sub eadem damnatione sententiam reliquissent. Audivi enim multos à quibus hac accepi, qua modò retuli.* Sed Supremum S. Inquisitionis Senatum, desuper sensum suum in favorem sui decreti aperuisse circumfertur. Igitur ut R. P. Salinæ argumenta & rationes enervemus. Sit

PHARE-

# PHARETRA PRIMA.

## *R.P. Francisci Salinæ Societatis* Iesu.

NOn intendo hujus Pharetræ & aliarum sequentium Tela reijcere, quasi in me, aut scopum meum, immeritò projecta essent; quia scio R.P. Fran- n à S. Maria, ejusque Historiam Propheticam, illis directè impeti: sed quate- juxta nostram, nonnullis hinc indè mutatis verbis accommodationem, à viris n attentis in scopum meum proijci possent, & obesse justitiæ ac veritati. Quod pro deinceps hîc dicendis benè notatum. Itaque sit.

Mens Authoris in seq. observanda.

# TELUM PRIMUM.

P. Salinas Tom 2. Exposit. litteralis in cap. 2. Ionæ q. 35. n. 40. *Ego vehementer admiratus sum, in Sacra Pagina nihil expressum reperiri, circa Religionem illam Eliæ, & filiorum rmelitarum, per tot sæcula, & inter tot Prophetas auctam & dilatatam, quam constituit Historia ica: ergo nè credibile est rem tantam, honorem scilicet præcipuum Synagogæ, imò & Ecclesiæ, vir- m Religiosam dico, & Monachatum, à nullo Prophetarum laudatam, nec leviter nominatam?* iserat autem nu. 38. *Ex S. Pagina nullatenùs constat, nec leviter quidem, aliquem, vel ali- rginitatem, aut castitatem, in antiqua Lege vovisse.* Et nu. 6. *Quod argumentum, licèt ab au- e negativa, validissimum est in hoc genere probationis.*

Argumentum à silentio S. Scrip. de Eliæ Religione.

## ENERVATIO.

REspondeo primò: Virginitatem religiosam Monachatum implicitè laudari ac nominari *Eccli. 48.* dum de *Elia* dicitur: *Qui Prophetas facis successores post te.* Monachos: nam Prophetas Eliæ successores sibi ædificasse monasteria Legi- Regum cap. 6. *Dixerunt autem filij Prophetarum ad Eliseum: ecce locus, in quo habitamus , Angustus est nobis. Eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de sylva materias singu- ædificemus nobis locum ibi ad habitandum. Qui dixit: ite. Et ait unus ex illis: veni ergo & tu cum is. Respondit: ego veniam, & abijt cum eis; cumque venissent ad Iordanem cædebant ligna* &c. quo Hieronymus Epist. 4. *Filij Prrophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legi- dificabant sibi casas prope fluenta Iordanis, turbis urbium derelictis.* Et Epist. 13. *Habitabant & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iordanis.* De votis autem illo- tis constat. Eliam imprimis in antiqua Lege obedientiam, paupertatem, & tem Opere servasse probatum est ab authoritate communi sanctorum Patrum, quorum Doctorum *Scuto III.* De his verò tria essentialia Religionis vota emi- similii authoritate comprobatum est *Scuto VI.* Deindè per *Prophetas*, quos Elias *ccessores post se*, intelligi *Filios Prophetarum*, non solùm evincit litteralis sensus istius on obscurè verificatus per illud Actorum 11. *In illis autem diebus supervenerunt Ie- Propheta Antiochiam*, juxta explicationem datam *numero* 77. quæ suam meretur ionem; sed & communis Doctorum ac SS. Patrum *Scuto IV.* ac *Telo ultimo Pha- ma* citatorum authoritas. Denique *Filios Prophetarum* in antiqua Lege ad exem- ii Magistri Ducis Eliæ obedientiam, paupertatem & castitatem opere ser- vasse

ELIÆ successores Religiosi ex Eccli. 48.

vaſſe, conſtat etiam ex communi Doctorum & ſanctorum Patrum *Scuto V* citatorum authoritate; ipsóque de his tria ſubſtantialia Religionis vota emiſiſſe, patet ex authoritatibus ſimilibus *Scuto VII.* citatis. Vide inſuper infrà *n.* 342. 343. 344. *&* 682. *ad n* 689. Adſtipulantur autem alia Scripturæ loca *numero* 16. citata, quibus indifferenter, tàm vota obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, quàm alia approbantur, licèt non conſulantur; ac ſpecialiter votum caſtitatis *numero* 17. 18 *&* 19 juxta ſanctorum Patrum & Doctorum antiquorum *numero* 20. 21. *&* 22. allatas authoritates: imò quantumvis novi Teſtamenti Scriptura Sacra ſatis expreſſè paupertatem, caſtitatem & obedientiam propter Deum amplecti conſulat, quod ſine voto fieri poteſt; non expreſſiùs tamen de illarum votis, ſive tribus eſſentialibus votis Religionis, loquitur, quàm S. Scriptura antiqui, locis *ibidem* citatis: hanc proindè ad intentum noſtrum ſufficere putamus, junctô communi SS. Patrum ac Doctorum ſenſu *ibidem* allato; præſertim cum dicat D. Thomas 1. 2. *q.* 107. *art.* 7. *ad* 2. ex Auguſtino *contra Fauſtum capite* 28. in principio, & ſimul capite 23. *Undè Auguſtinus dicit contra Fauſtum, quod penè omnia, quæ monuit, vel præcepit Dominus, ubi adjungebat, ego autem dico vobis, inveniuntur etiam in illis veteribus libris, ſaltem implicitè*, juxta illud, quod addit ad 3. *quod implicitè datum eſt, oportet explicari, & ideò poſt veterem Legem latam, oportuit etiam novam Legem dari.* Imò Supremus S. Inquiſitionis Hiſpanicæ Senatus ſuprà *nu.* 268. hanc propoſitionem, *Solus S. Propheta Elias reliquit ſucceſſorem in prophetia*, ſive Religione prophetica, in judicio contradictorio approbavit, uti & perpetuæ caſtitatis, obedientiæ, & voluntariæ paupertatis vota in Lege ſcripta, *ibidem*.

S. Thomas.

Sequela vitanda

278. Reſpondeo ſecundò: P. Salinam indubiè non præſumpturum dicere, tot Doctores, ac SS. Patres, quot pro antiquæ Legis caſtitate religioſa & Monachatu toto *Armamentario* ſuprà citavimus, & ex parte collectos referemus *Telo XI.* ubi, quos opponit, expendemus, plúreſque *Pharetra ultima, Telo ultimo* reponemus. De illis vanas & ridiculas ſui ſolius cerebri ſcripſiſſe ſententias, aut ipſos ſecundum illas de induſtria vanè & ridiculè Sacram Scripturam eſſe commentatos, quod alioqui fortè ſequeretur: neque ullatenùs id evincere poteſt, priuſquam pluribus & ſolidioribus authoritatibus ipſorum evellat authoritatem, aut ſaltem nos ab eorum mente aberrare demonſtret, quod poſſe non credimus. Vide infrà *nu.* 281.

S. Prophetæ plura ſcripſerunt quam reperiantur.

279. Reſpondeo tertiò. Aut P. Salinæ conſtare, nihil plus à ſanctis Prophetis ſcriptum, quàm antiquum contineat, prout hodiè nobis prælegitur, Teſtamentum, aut id ei dubium eſſe. Quod conſtet, non credimus, niſi efficaciter probet: quia incredibile eſt, tot ſæculis ab Elia uſque ad Chriſtum, omnia omnium Prophetarum ſcripta omninò conſervata eſſe, ex ijs nihil perijſſe &c. Nam imprimis ſanctus Epiphanius in *Hiſtoria brevi de Prophetarum vita*, & S. Iſidorus Hiſpalenſis in *libro de ortu & interitu Patrum*, etiam *antiqui Teſtamenti*, multa de his & illis ſcribunt, quorum nè GRY aut MY legitur in veteris Teſtamenti ſcripturis; iſta tamen è ſolo digito ſuxiſſe, parum eſt veroſimile. Deindè: quià Euſebius *lib.* 4. *Hiſtoriæ Eccleſ.* & S. Hieronymus *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis* varia S. Juſtini Martyris opera, S. Militonis libellum *de Chriſtiano dogmate*, Tatiani multa volumina, Egeſippi Hiſtoriam Eccleſ. in quinque libris, & ſic alia S. Irenæi, Clementis Alexandrini, Julij Africani, Origenis (qui referente & celebri fama Epiphanio hæreſi. 64. ſena millia voluminum ſcripſit) S. Cornelij Papæ, S. Dionyſij Alexandrini, S. Victoris Pitabionenſis, S. Methodij Tyrenſis Epiſcopi, Lactantij Firmiani, & aliorum ſcripta recenſent, quæ modò non extant.

Bellarminus.

280. Numquid fortè, uti tot illorum opera & volumina perierunt, ſimiliter non perierunt aliqua tot dictorum Prophetarum ſacra ſcripta? Affirmat Bellarminus *Tomo primo*

*Contr. lib.4. cap,4.* aiens. *Nam multi libri verè sacri & Canonici perierunt* &c. *ex Testamento multos libros perijsse, docet Chrysostomus Homil.9. in Matth. Multa ex Propheticis periere monu-t. quod de Historia Paralipomenon probare possibile est: desides enim cum essent Iudæi, nec desides sed etiam impij, alia quidem perdiderunt negligenter; alia verò tùm incenderunt.* Ac verosimi-llos potissimùm, qui de statu Religionis, ad Christum, quam hucusque agnos-ioluerunt, pertinentis, agebant. Si dubium sit, uti saltem est, ut statim vidi-, P. Salinæ constare non potest, de ista Eliæ & Filiorum ejus religione non esse ris perditis actum; in dubijs autem melior est conditio illam, & quidem per nunem SS. Patrum ac antiquorum Doctorum traditionem, possidentis, ut vi-s *Sexto XVII.* & *XVIII.* Denique: quià nihil in Ecclesia Dei solemnius libris anti-estamenti Canonicis; & tamen qui, & quales, à Christianis haberi debeant, ıt nullam in antiqui, aut etiam novi Testamenti S. Scriptura, fieri mentionem, idquid pro hujus ratione adferet, nobis pro solutione serviet. Contra Salinam efficaciter.

:. Igitur dicendum: P Salinæ dubium esse, prout reverà est: an non plus à S. ıetis scriptum, quàm antiqui contineat Scriptura Testamenti. Hôc autem datô. o: undè ipsi constet, quod in deperditis Prophetarum scriptis expressior facta it voti religiosæ castitatis & Eliæ Monachatus mentio, quàm alijs locis præci-Factam suadent tot de religiosa castitate & Monachatu antiqui Testamenti Do-m testimonia à nobis allata; aut certè alioqui ea protulisse ex traditione, quâ & receptâ, uti debet ex probatis *Sexto XVIII.* frustraneus est P. Salinæ ad S. uram recursus; aut, ut id testarentur, ipsis suffecisse extantem antiqui Testa-Scripturam, quæ si illis suffecerit, meritò etiam P. Salinæ sufficere debuisset, i in illis, ità in cæteris, defectu Scripturæ antiqui Testamenti, suspectam et tot Doctorum & SS. Patrum, ingenij gravitate, judicij maturitate, dili-& eruditione commendatissimorum, authoritatem, donec per argumentum ori, ut aiunt, eos nihil de antiqui Testamenti religiosa castitate & Monachatu & cum fundamento scripsisse evinceret. Commodè, inquiet, in oppositum in-possunt. Sed contra: ubi clara littera nihil absurdum, contra mores, aut fidem et, alia contra illam commentitia est interpretatio; neque hæc reverà unquam onderis esse poterit, quanta illorum clara littera, nisi ipsi, ut dixi, argumentô ori, nec solidè, nec cum fundamento scripsisse evincantur. Questio Salinam convincens.

Respondeo quartò: Quòd si vim habeat P. Salinæ argumentum: sequitur ,utheranos, Calvinistas, & alios Acatholicos, seu Hæreticos, Ecclesiæ Sa-ıtorum numerum, formas præcisè essentiales, & talium effectus ex opere ɔ unà cum traditionibus explodentes, pro illis nos ad Sacram novi Testamen-ɔturam remittere; quod tamen Sancta Dei Ecclesia meritò explodit. *Primò*: : una eademque Scriptura, ac unius ejusdemque Scripturæ sensu, inter nos & st controversia, uti in plerisque manifestum est. Undè: vel sola S. Scriptura, nnem Ecclesiæ definitionem, de re, aut statu, ad Synagogam, aut Ecclesiam ivam, pertinente, P. Salinæ fidem facit; vel illâ tacente, ipsi præcisâ Docto-& SS. Patrum, communior traditio sufficit? Si priùs: ex sententia P. Salinæ, :clesiæ Definitionem, Lutherani, Calvinistæ; & alij, æquè ac nos, sunt in :dictorum explosione securi: quia inter nos & ipsos quoad ista, de una eadem-riptura, unius ejusdemque Scripturæ sensu, est controversia; nec aliter eos, ɔer dictam traditionem in illis convincere possumus; idque etiam concludet ıtroversia altera de vera Christi Ecclesia, an ipsi, an nos in illa simus. Si po-(quòad similes controversiæ manifestè evincunt dicendum) iam P. Salinæ x statu ad Synagogam aut Ecclesiam pertinente, ad communiorem Docto Sequela ab omnibus vitanda.

rum & SS. Patrum, extra S. Scripturam, recurrit traditionem: nos autem talem esse de castitate religiosa & Monachatu antiquæ Legis *Scuto XVII.* efficaciter probavimus: igitur P. Salinas sibi suum applicet Catholicum, quò adversus Acatholicos uteretur, recursum.

Argumentum efficax.

283. *Secundò*. Quià Ecclesia Catholica & Apostolica, priùs novi Testamenti Scripturam, illiusque verum sensum à Christo & Apostolis verbali traditione, quam scripturâ, accepit: traditiones autem omnes, à Christo & Apostolis acceptas, non esse in novi Testamenti Scriptura contentas, patet ex ipso Evangelio Ioannis cap. ultimo. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit* IESUS, *quæ, si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Indubiè ea, quæ fecit IESUS, ejus verbo equivalent, & à nobis plura esse facienda, aut fieri posse, docuit, quàm *fecit*: nec ipse, aut Apostoli, usquam docuerunt ea sola, etiam ad animæ salutem pertinentia, esse credenda, *quæ ab eis scripta sunt*; imò è contra 2. ad Thessalon. 2. Apostolus dicit: *Itaque Fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram* 2. ad Timoth. 2. *Quæ audivisti à me per multos Testes, hæc commendo fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere* 1. ad Corinth 11. *Laudo vos Fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Nec mirum: quià Christus nihil scripsit, quià Petrus totis annis triginta septem, quibus Ecclesiam rexit, nihil, præter *duas Epistolas*, scripsisse constat; Iacobus *unicam*, Judas *unicam*; Cæteri autem, præter Evangelistas, nihil scripserunt: illos verò docuisse quàm plurima, quæ non scripserunt, & si ad sibi obtinendum fidem scribi debuissent, certissimè scripsissent, solus mentis expers negabit: imò alioqui Ioannes *Epist.* 3. non benè dixisset: *multa habui tibi scribere, sed nolui per attramentum & calamum scribere tibi; spero autem protinùs te videre, & os ad os loquemur.* Quamobrem Augustinus lib. 11. de Baptismo contra Donatistas cap. 7. *Multa, quæ non inveniuntur in litteris Apostolorum, neque in Concilijs posteriorum, & tamen quia per universam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata traduntur.* Et ibid. lib. 5. cap. 23. *Sunt multa, quæ universa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta benè creduntur, quanquam scripta non inveniantur.* Quidni igitur S. Propheta Dei Elias, & Prophetæ, quos fecit successores post se, ad ipsius imitationem, prout Apostoli illi ad Christi exemplum, doctrinæ suæ, ac Monachatus traditione, verbo non scripto, etiam contenti fuissent? (fuisse autem non obscurè insinuat S. Basilius *Epist.* 146. *ad Libanium Sophistam* scribens: *Nos quidem, ò præclare vir, cum Moyse aut Elia, similibusque beatis Viris, versamur, qui nobis barbaricâ voce doctrinam suam tradunt, & nos, quæ ab illis audivimus, loquimur, sensu quidem vera, verbis autem rudia.* Nisi malis dicere, Eliæ scripta iam perijsse, quòd etiam contra P. Salinam militaret, & confirmaret Doctorum, ac SS. Patrum traditionem, de qua nos *Scuto XVII.* fusè egimus.

Ioan. cap. ult.

2. ad Thess. 2.

1. ad Chor. 11

Qui Apost. nil scripserint.

Augustinus.

S. Basilius.

Frustrà Salinas nos de S. Scrip. remittit.

284. Respondeo quintò: P. Salinam frustrà nos ad antiqui Testamenti Scripturam remittere, pro religiosa castitate & Monachatu antiquæ Legis, attentâ communiori antiquorum Doctorum, ac SS. Patrum *Scuto XVII.* & penè tot *Carmeli Armamentario* citatorum, traditione: quià etiam, ut statim vidimus, pro fide Divina credendis sufficit à Christo, aut Apostolis, communior Doctorum & SS. Patrum accepta traditio; sufficiebatque in antiquo Testamento à SS. Prophetis accepta, haud secùs quàm à Christo & Apostolis in novo, ut patet ex Scriptura Exodi 14. *Narrabis filio tuo in illa die, dicens, hoc est, quod fecit Dominus.* Deut. 32. *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; majores tuos, & dicent tibi.* Iob 8. *Interroga generationem pristinam, & diligenter investiga Patrum memoriam.* Psal. 43. *Deus auribus nostris audivimus, Patres nostri annunciaverunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.* Psal. 47. *Quanta mandavit Patribus nostris, nota facere ea filijs suis, ut cognoscat generatio altera* &c. Ac Eccli. 8. *Non te prætereat narratio seniorum;*

Exodi. 14.

*ipsi enim didicerunt à Patribus suis*. Cur autem, etiam in antiquo Testamento, tantoperè Patrum traditio commendetur, est; quòd, cum Scriptura Sacra indubiè non statim in formam voluminis redacta, sed hinc indè per chartas dispersa, à paucis videri, & facilè una ex chartis sacris deperdi poterat. Neque aliundè de traditione, Prophetica aut Apostolica, non scripta, ac de S. Scripturæ legitimitate omni remotâ traditione, tantum controversiæ suberat periculum: undè S. Epiphanius in opere, quod adversus hæreses conscripsit, per recursum ad traditiones Hæreticos vicit: *Oportet*, inquit Tom.1. lib.2. hæresi 61. *Traditione uti; non enim omnia è Scriptura accipi possunt; quià aliqua Sacris Scripturis, aliqua traditione, nobis S. Apostoli commendarunt.* Quibus subdo ex Theophilacto in 2. ad Thess.2. *Non enim secus illa, atque hæc fide sunt digna.* Hæc autem & præmissa satis innuunt, quantum Acatholicis possit favere, & Ecclesiæ Catholicæ obsit, rejectâ traditione, nostra ad S. Scripturam à R. P. Salina remissio. Reverà, si semel consentiret Sancta Dei Ecclesia, ut, cum P. Salina & similibus, nostra, communi SS. Patrum, ac Doctorum antiquorum authoritate nixa, reijceretur traditio, eò quòd de illa taceat S.Scriptura (cujus tamen oppositum suprà probavimus,) facilè in alijs victoriam conclamarent Acatholici; cum pleræque traditiones, hodiè ab Ecclesia approbatæ, & receptæ priusquam ab ea positivè approbarentur, & reciperentur, vix tot & tantis, vel saltem non multò pluribus & majoribus, niterentur testimonijs, uti sparsim in *Armamentario* specialiter *Scuto XVII.* citata perpendenti, & cum alijs, quæ de istis habebantur conferenti, patebit. Vide suprà *n.*265. traditiones Ecclesiæ, de quibus nulla fit mentio in S.Scriptura; ipsas tamen obinde reijcere nefas.

S. Epiphanius.

Theophilactus.

Absurdæ sequelæ.

285. Respondeo sextò: P. Salinam *locò citatò n.*32. hæc quidem scribere: *Virgo autem sanctissima altiorum omnibus, tùm hominibus, tùm Angelis, rerum & virtutum, à conceptionis instanti, habuit cognitionem, & ideò in ea, illa Divina virtutis castitatis & voti cognitio convincebat ab ipsa præstitum Deo tale votum, uti notat Suarez Tom.2. Disp.6. sect.3.* Sed hoc ipsum P. Salinas debuisset priùs ex S. Pagina probare, quàm *Telum* suum in nos vibraret. Vel enim probare debet, & potest, ex S. Pagina, Virginem sanctissimam à conceptionis instanti habuisse divinam virtutis castitatis & voti cognitionem, ac castitatem vovisse: vel non debet, nec potest, eò quòd id nos docere communiorem SS. Patrum ac Doctorum antiquorum traditionem sufficiat? Si priùs: cur, ut id probet, ne vel unicum citat S. Paginæ locum? Numquid fortè videt nos hinc efficaciter suum in ipsum retorquere *Telum?*

Refellitur ab eo, quod admittit.

286. Si posteriùs: frustrà ad S. Paginam pro Eliæ & Filiorum Prophetarum antiqui Testamenti voto castitatis nos remittit: neque indè solùm argumentô *à pari* sumptô, confirmatur, Eliam sanctissimum Dei Prophetam voti castitatis ac consiliorum Evangelicorum similem habuisse cognitionem, uti probavimus *Scuto I.* sed & castitatem vovisse, imò & obedientiam ac paupertatem, uti *Scuto VI.* comprobavimus, & ex eo benè confirmatur, quod, per ipsum, id probari non debeat ex S. Pagina, quod tamen non obscurè paulò ante fecimus; sed sufficit, quod id communior Patrum ac Doctorum antiquorum traditio nos doceat: hanc autem id nos docere probavimus *ibidem*. & specialiter *Scuto XVII.* Conferat, obsecro, ipse P. Salinas, sectatores ejus, SS. Patrum ac Doctorum antiquorum authoritates, quas congerere potest pro illa cognitione D. Virginis ab ejus primo conceptionis instanti, & eorundem voto virginitatis, prout contra firmum illam servandi propositum aut decretum distinguitur, cum illis, quas *Scuto I.* pro simili Eliæ congnitione, & *Scuto VI.* *XVII* pro Eliæ in antiqua Lege voto castitatis, obedientiæ & paupertatis, prout contra firmum hæc servandi propositum aut decretum distinguitur; & mirabitur has illas fe, & fortè non esse, in pondere & numero pauciores, præsertim, cum Elias in illis

Iterum frustrà nos ad S.Script. remittit.

Notatur Scriptum Salinæ.

in illis passim Monachorum Princeps vocitetur, non ità B. Virgo Monialium Principissa; dolebitque, ni fallor, se *nu.* 33. *ibidem* scripsisse *specialem* illam *revelationem* Eliæ factam, esse *super omnes Patres, Theologos & Scripturæ Interpretes*, uti & *nu.* 2. præmisisse, *omnes bonæ notæ Authores votum hoc*, id est castitatis, *Evangelio, non Synagogæ, proprium existimare*: etenim hîc malè confundit votum castitatis ex motivo omnibus passim proposito consilij Evangelici cum voto castitatis præcisè, quod *Scuto II.* efficaciter probavimus, non fuisse in Synagoga prohibitum, sed approbatum: licèt tamen confundi deberet, nihil obstaret, nè in Elia, & suis per Eliæ instructionem, sub tali motivo propheticè ab eo cognito fuerit, uti evidenter sequitur ex probatis *Scuto I.* Undè.

Ex gratia additur. D. Thomas.

287. Respondeo septimò: Quod si P. Salinæ, aut cuipiam Amico, præmissa non sufficiant: dici posse, Eliam & Filios Prophetarum, eorumque Monachatum, pertinuisse ad Legem novam, juxta dicta *Scuto I.* & illud S. Thomæ 1. 2. q. 107. ad 2. *Fuerunt tamen aliqui in statu veteris Testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas, & secundum hoc pertinebant ad Legem novam*. Et ad 3. *Illi autem, qui in veteri Testamento Deo fuerunt accepti per fidem, secundum hoc ad novum Testamentum pertinebant* Non fuisse autem curæ sacris antiqui Testamenti Scribis, referre statum & religionem illorum, qui ad Legem novam, aut novum Testamentum, pertinebant, nè ante tempus Legem antiquam abrogare viderentur: undè etiam in veteri Lege nulla fit mentio voti virginitatis D. Virginis; quia ad novam Legem pertinebat, uti infrà *Telo IV.* & *IX.* dicemus. Imò dici etiam potest, quod status Religionis Eliæ erat secundum consilia Evangelica, revelatione propheticâ ei notificata, secundum probata *Scuto I.* Lex autem antiqua ad consilia non attendit, cum

D. Thomas.

esset servitutis, secùs Lex nova, cum sit libertatis, juxta illud D. Thomæ 1. 2. q. 108. art 4 in corp. *Præceptum importat necessitatem; consilium autem in opinione ponitur ejus, cui datur: & ideò convenienter in Lege nova, quæ est Lex libertatis, suprà præcepta sunt addita consilia; non autem in veteri Lege, quæ erat Lex servitutis*. Vide *suprà* nu. 54 *Adstipulantur* &c. Item *infrà nu* 421. *ad* 428.

Arg. in Auth. retorquetur.

288. Respondeo octavò: retorquendo Telum istud in suum Authorem, cujus principale argumentum, quò nos impetit est hoc, quod ex ipso *Telo IX* nobis objicimus: *D. Virgo prima omnium vovit castitatem: ergo Elias illam non vovit.* Ubi assumptum quoad ly *Prima* sumptum sensu ab Authore intento, sive de primitate executionis nullum prorsus habet fundamentum in S. Scriptura, nec solum SS. Patres *Scuto VI.* citati & *Pharetra ult. Telo ult.* citandi contrarium docent; sed & Supremus S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus *nu.* 268. *propositione* 1. 2. & 5. relatus, saltem implicitè: & tamen P. Salinas *primam* dicit respectum omnium virorum & mulierum ab initio mundi usque ad Christum, quod in Synagoga etiam esse debebat notabilissimum. Undè sic meam retortionem formo: *Admiratus sum in S. Pagina nihil expressum reperiri circa voti castitatis D. Virginis omnium primitatem executionis, cum respectum dicat ad omnes viros & fœminas sanctissimos, qui per tot sæcula ab Orbe condito illam præcesserunt; ergone credibile est rem tantam, honorem scilicet præcipuum Synagogæ, imò & Ecclesiæ, Matris Dei dico, à nullo Prophetarum laudatum, nec leviter nominatum.* Quidquid ad hoc responderit, nobis favebit. Vide infrà n. 305.

# TELUM II.

289. P. Salinas ibidem numero 30. *Lex nova propinquiùs ordinat ad finem, quàm vetus, patet ex D. Thoma* 1. 2. *q.* 107. *art.* 1. *in corp.* Lex nova est alia à veteri; quia Lex vetus est, quasi pedagogus puerorum, vt Apostolus dicit ad Galatas 3. *Lex autem nova, est lex per-*

*perfectionis*; quia est lex charitatis, de qua Apostolus dicit ad Coloss. 3. *Quod est vinculum perfectionis* Addit autem *numero* 33. ex S Hieronymo Epistola 27. ad Eustochium. *...ia novus homo venerat è cœlo, novam sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adorabatur in cœlis, ...ret Angelos & in terris.*

Argum. à perfectione Legis novæ præ antiqua.

## ENERVATIO.

1. RΕspondeo primò: S. Thomam loqui de Lege nova & veteri, secundum totum corpus suum, juxta illud, quod dicit ibidem articulo 2. in corp. *nova comparatur ad veterem, sicut perfectum ad imperfectum: omne autem perfectum adimplet id ... imperfecto deest* &c. *Lex nova implet veterem Legem justificando per virtutem Passionis Christi.* ...misit autem: *Iustificationem quidem lex efficere non poterat; sed figurabat quibusdam ceremonialibus ...actis, & promittebat verbis.* Non verò secundum quamlibet istius corporis partem, uti ...è sequitur ex S. Leone Papa Serm. 6. de jejunio decimi Mensis; *Evangelicis sanctionibus, ...issimi, multum authoritatis* (in marg. *utilitatis*) *prabet doctrina legalis, cum quadam de mandato ...i ad novam observantiam transferantur; & ex ipsa Ecclesiastica devotione demonstratur, quod Domi... ...ESUS Christus non venit solvere Legem, sed adimplere. Cessantibus enim significationibus, quibus Sal... ...is nostri prænunciabatur adventus. & peractis figuris, quas abstulit ipsa præsentia veritatis, ea, quæ ad ...s morum, vel ad simplicem Dei cultum, ratio pietatis instituit, in eadem apud nos forma, in qua ...a sunt, perseverant, & quæ utrique Testamento congrua erant, nullâ sunt commutatione variata.* S. ...ronymo, explicante illud ad Galat. 5. Fructus autem spiritus est charitas. *Siquidem ...e & in Evangelio ipsa obtinet principatum: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex ...nima tua, & ex tota virtute tua, & diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Undè evidenter patet, ...ieronymum *Epist.* 27. à P. Salina objecta, per *novam familiam* non intellexisse *novam* ...d singulas Leges, aut præcepta: nam per ipsum lex, aut præceptum charitatis in ...;, aut Evangelio, obtinet principatum &c. Imò totum Decalogum esse ipsâ Lege ...i confirmatum, communis est Ecclesiæ sensus contra Lutherum, perversè expli...em illud ad Galat. 2. *Legi mortuus sum*, &c. *lib. de libertate Christiana*, ac etiam contra ...inum *lib.* 3. *instit. cap.* 19.

Exponitur D. Thomas & in quo illa perfectio.

Leo Papa.

Hieronymus.

...r. Respondeo secundo: S. Thomam in his: *Lex vetus est quasi pedagogus puerorum.* Lo... ...d sensum Apostoli ad Galat. 3. *Priusquam veniret fides*, utique de Christo & doctrina *...sub Lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ revelanda erat; itaque lex pedagogus noster fuit ...isto*, id est lex vetus in Ceremonialibus adumbravit Christum venturum, re...ptionem per Christum futuram, & justitiam ac salutem per eundem præstan... cum pedagogi sit pueris perfectiora adumbrare futura. Non verò velle, Legem ...atis, de qua paulò ante, & Decalogum totum, esse pedagogum puerorum: præterquamquod hæc ex S. Leone Papa statim citato, *in eadem apud nos forma, in qua ... sunt, perseverent.* Et (quod præmiserat) *serm.* 17. de jejunio septimi mensis. *Tantaque ...bujus gemina charitatis edicto, utriusque copula testamenti, ut sine istarum connexione virtutum, ...quemquam inveniatur justificasse, nec gratia.* Item S. Hieronymo, locô citatô: *Cha... Lege & Evangelio obtinet principatum*] Oppositum evincunt verba D. Thomæ, in ...ege veteri, quatenùs de illa ibi loquitur, novam opponentis, quod hæc sit *Lex ...is* (quæ, ut statim diximus, in utraque Lege *tenet principatum*) *de qua Apostolus dicit ...ss.* 3. *quod est vinculum perfectionis.*

Qui lex vetus pedagogus puerorum.

Leo Papa.

Hieronymus.

. Respondeo tertiò: S. Thomam loqui de Lege veteri cum hac exceptione ...rt. 1. ad 2. *Fuerunt tamen aliqui in statu veteris Testamenti, habentes charitatem & gratiam Sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas, & secundum hoc specta... Legem novam.* Cujus rationem & confirmationem dat præcitatus S. Leo Papa ... de jejunio septimi mensis, *Apostolica institutio, dilectissimi, quæ Dominum* IESUM

D. Thomas cum exceptione intelligendus.



*Christum*

*Christum ad hoc venisse in hunc mundum noverat, ut Legem non solveret, sed impleret, ità veteris Testamenti decreta distinxit, ut quædam ex eis, sicut erant condita, Evangelicæ eruditioni profutura decerperet, & quæ dudum fuerant consuetudinis Iudaicæ, fierent observantia Christianæ.* Quarè meritò P. Suarez *lib.* 10. de legibus cap. 2. ad 2. difficult. & Tom. 2. in 3. p. Disp. 6. sect. 3. *Adde hoc* (putà *votum* castitatis, ac per consequens *Monachatum*) *non repugnare cum imperfectione veteris Legis.* Imò in hac D. Thomam agnovisse Monachatum, non obscurè colligitur ex ly *in statu.* & ly *spectabant ad novam Legem* (sed de hoc commodiùs *Pharetra* 2. *Resp* 2. *ad Telum* 2) præsertim si spectentur præcitata S. Leonis verba: *quæ fuerant consuetudinis Iudaicæ, facta sunt observantiæ Christianæ.* Nam apud D. Thomam per istos *aliquos in statu veteris Testamenti* (id est, ut docet 2. 2. q. 188. art. 4. in corp. *obligatos perpetuò cum aliqua solemnitate ad ea, quæ sunt perfectionis.* Quam *solemnitatem* in *voto* constituit *ibidem art.* 5.) debere intelligi Monachos, & apud S. Leonem per *facta observantiæ Christianæ, quæ erant consuetudinis Iudaicæ*, intelligi Monachales observantias veteris Testamenti, suadent de Eliæ Monachatu sanctorum Patrum ac Doctorum authoritates, & traditio, allatæ *Scuto XVII.* & adferendæ *Pharetra ult. Telo ult.* Ipsaque id ipsum persuadet ratio: nam si *qui in statu veteris Testamenti habuerint charitatem & gratiam Spiritus Sancti, & principaliter expectarint promissiones spirituales & æternas, secundum hoc spectantes ad Legem novam*, maximè tunc, uti nunc, Monachi & si *quæ consuetudinis erant Iudaicæ, facta sint observantiæ Christianæ*, maximè istius temporis observantiæ Monachales, ut consideranti patebit. Vide dicta *Scuto I.*

## TELUM III.

Argument. ab obscuritate verborum. *num.* 6.

293. P. Salinas ibidem n. 35. *Nemo prudens dubitare potest, quin verba illa* (putà *num.* 6. vir, sive mulier, cum fecerit votum, ut sanctificetur, & se voluerit Domino consecrare &c.) *sint obscurissima in seipsis.* Rationem dat; quià, *si legas Leges, quæ præscribuntur in eo capite Nazaræorum professionis, nullam invenies, in qua eis abstinentia à mulieribus præcipiatur, multò minus, quod eam in perpetuum voverint.*

### ENERVATIO

Retortio.

294. Respondeo primo: P. Salinam attendere debuisse, suam rationem esse longè scriptura ista obscuriorem: quià imprimis, ipsum Nazareorum castitatis votum; aut erat quædam lex, quâ stante, ipsis abstinentia à mulieribus præcipiebatur; aut non erat lex, sed consilium, quò datô votum castitatis emissum, non plus illos obligabat, quàm eam servandi consilium; quod non solùm est obscurissimum, sed & contra omnium SS. Patrum ac Doctorum mentem, si verò solùm velit, quod non satis exprimit, votum castitatis, sive Legem istiusmodi voti, fuisse dispensabilem, aut solius temporis ab ipso vovente determinati. In posteriore parte nobis favet: quod posteriorem verò, potestatem clavium in veteri Lege agnoscere debet, fortè contra Supremi Sanctæ Inquisitionis Hispanicæ Senatus declarationem suprà *n.* 268. allatam: & probare, nullum tale votum fuisse perpetui temporis postmodùm isti Scripturæ consonanter emissum, quod probaturum diffidimus, uti deinceps ex aliorum ejus *Telorum Enervatione* satis patebit. Accedit: quod aliqua perpetuitas spectet ad solemnitatem postmodùm ab Ecclesia adjectam, uti infrà *n.* 401. probabimus, quæ proinde in antiquo Testamento esse non debuit: intereà nobis sufficit, quod votum castitatis, tàm potuerit esse temporis à Nazaræis determinati usque ad mortem, quàm determinati infrà mortem; imò sive hoc, sive illud, determinarint, nobis,

nobis, nè istius temporis Monachatum, emissis alijs paupertatis & obedientiæ votis asseramus, non multum officit, cum sola Ecclesia ad illum perpetuitatem requirat, & per Scholasticorum Societatis IESU, verorum Religiosorum, à professione sibi congrua dimissionem, fiat, ut licitè nubant, si velint. Optarem, dixisset P. Salinas. Primò: quod votum, & quanti temporis importetur verbis ex *num 6. cap.* præcitatis. Secundò: probasset excludi votum castitatis perpetuum juxta determinationem voventis, quod, *per votum se Domino consecrare*, ibi omnino importari videtur. Tertiò: determinasset, quid obligationis votum castitatis absolutum secundum se præcisè importabat, & an compateretur copulæ usum? Potiùs quàm verborum eludendo claritatem, dixisset verba illa esse obscurissima, cum aliter de illis senserint SS. Patres *Scuto II.* citati.

295. Respondeo secundò: Ipsum quidem P. Salinam *ibidem* addere: *sed demus in eo votum castitatem contineri: quid indè ad castitatem status religiosi perpetuam? nam cum votum illud castitatis temporale sit, uti expressissimè constat ex toto illo capite, non potest in eo castitas æterna Religiosorum contineri, & ideò perperam ex eo sumitur argumentum pro voto castitatis religioso Legis scriptæ.* Sed è contra, quid ibi prohibet castitatem status religiosi perpetuam? Nihil sanè, ut statim vidimus; tamen in rigore ad intentum nostrum sufficit temporalem contineri, ut *ibidem* diximus: ipse enim supponit castitatem religiosi status in Synagoga debuisse esse perpetuam, uti in Ecclesia post S. Sedis decretum, quod non probat; idque tàm absonum est, quàm status religiosi castitatem in Synagoga debuisse conformari Ecclesiæ decretis diutissimè post, etiam Christum ac Christi fundatam Ecclesiam, futuris, de cujus absonitate *nemo prudens dubitare potest*: nam idem est, ac si diceretur, antiquum Testamentum debere conformari novo, alioqui non esse verum & strictè Testamentum; item Leges, status & consuetudines Synagogæ debere conformari legibus, statibus & consuetudinibus Ecclesiæ, & sic de alijs, quibus nihil absurdiùs. Refellitur id, quod Salinas addit.

# TELUM IV.

296. P. Salinas ibidem n. 38. *Isaiæ* cap. 56. vers. 3. *& non dicat Eunuchus* &c. Sap 3. *Quoniam felix est sterilis* &c. *Et Spado* &c. *Nulla specialis mentio fit voti castitatis, aut virginitatis, pertinentis potiùs ad Eliæ & subsequentia tempora, quàm ad anteriora: undè non video, quò pactò ex illis solummodò Eliæ religio, aut ejus virginitatis votum, debeat comprobari: si autem non probatur, consequens est, ut neque loci ejus Interpretes, qui de virginitate perpetua interpretantur, ullò modò, etsi faveant voto, faveant Religioni Carmelitarum* &c. Argum. à cap. 56. Isaiæ & 3. Sap. non probante ELIÆ castit. votum.

## ENERVATIO

297. RESpondeo primò: P. Salinam falsum supponere; quia loca illa *Scuto II.* non citavi ad probandum castitatis, aut virginitatis, votum pertinuisse potiùs ad Eliæ & subsequentia tempora, quàm ad anteriora; sed ad probandum illud non fuisse in antiqua Lege prohibitum, ut patet ex *ibidem* dictis: non fuisse autem in illa prohibitum, favet Religioni Carmelitarum per modum removentis prohibens, quod nobis sufficit, ut amplectamur communem SS. Patrum ac Doctorum antiquorum, de eo, quod Carmelitarum Religio in antiqua Lege fuerit, traditionem, quam efficaciter probavimus *Scuto XVII* uti & *Scuto XVIII.* Imò suprà *Telo I.* eam esse talem, quæ absque temeritate & gravissimis absurdis rejici non possit. Argum. supponit falsum.

298. Respondeo secundò: Ipsum quidem *ibidem* subdere, *ut ex utroque textu constat, ibi non fit* Glossa P. Salinæ rejicitur.

*non fit mentio de Spadone aut Eunucho ex voto castitatis aut virginitatis; sed ex natura, aut arte, propter infirmitatem, aut alios fines; & ratio manifesta est ex contextu Prophetæ.* Non dicat Eunuchus, ecce lignum aridum, hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodiunt Sabatha mea &c. Sed reverà, nè verbum ibi, & in tot contextu, est, quod insinuet, mentionem fieri potiùs de Spadone & Eunucho, ex natura, aut arte &c. quàm ex castitatis aut virginitatis voto, cum hoc non minus reddat lignum corporis nostri, per fas, aut nefas alioqui, aridum, quàm natura, aut ars; tamque, imò magis, Spadonibus & Eunuchis, exsurgentibus concupiscentiæ carnalis motibus & tentationibus, necessaria est ista Prophetæ consolatio, quàm Spadonibus & Eunuchis ex natura & arte, cum in his motus isti pares non sint. Neque P. Salinas verè dicere potuit, *ratio manifesta est ex contextu Prophetæ*; nisi verum sit, SS. Patres, Hieronymum, Athanasium, Damascenum & alios à nobis *Scuto II.* citatos: item & P. Suarem, ac Tertullianum, Chrysostomum, Anselmum, Ambrosium, Fulgentium, & D. Thomam, quos *Tom.3. de Religione lib.9.cap.1.n.16.* citat, & sequitur, per *Eunuchos* intelligens *illos, qui seipsos castraverunt propter Regnum Cœlorum, mediô castitatis votô*, juxta illud Matth.19. *Sunt Eunuchi, qui seipsos castraverunt propter Regnum Cœlorum.* Errasse contra rationem manifestam ex textu Prophetæ. Quod ipse dixerit, ego nolim; sed probet, & non dicat tantum: quanquàm enim posset etiam contextus, ut dicit, intelligi; aliter tamen illum intelligunt sancti Patres, quos Patri Salinæ & similibus præferendos putamus.

Est contra SS. Patres & Suarez.

Audiat, si veneretur, Em. suæ Societatis Cardinalem Bellarminum *lib.2. de Monachis cap.9* ad illud Isaiæ 56. *Non dicat Eunuchus*, subdentem: *Quod hîc agatur de continentibus voluntarijs, non de abscissis, vel sic natis, qui necessariò continent, docent Hieronymus & Cyrillus in hunc locum, Augustinus libro de sancta virginitate, Ambrosius in exhortatione ad virgines, & Gregorius 3. parte pastoralis, cap.29. & patet ex præmio, quod Eunuchis promittitur; nec enim ulla ratio est; cur abscissis vel natis Eunuchis promittatur major gloria, quàm sit filiorum & filiarum Dei. Addit autem subtiliter Augustinus; si quis contendat, Isaiam loqui de veris Eunuchis, adhuc juvari causam nostram; nam si Eunuchis, qui continent se, quià non possunt aliud facere, promittitur major gloria, quàm justis conjugatis certè majori ratione promittitur ijs, qui se continebunt; etiamsi possent non continere.*

Etiam contra Bellarminum.

Solvitur Salinæ Objectio ex S. Bernardo.

299. Objicit quidem n 41. S. Bernardum Homil.3. de B. Virgine dicentem: *Quæ lex, quæ justitia, quæ pagina veteris Testamenti, vel præcipit, vel consulit, vel hortatur in carne non carnaliter vivere, & in terris Angelicam ducere vitam.* Sed S. Bernardo abundè satisfit, dicendo. *Primò:* nos ex locis istis voti nullum inferre præceptum, consilium, aut monitionem, sed meram permissionem & licentiam. *Secundò:* S. Bernardum id ità sentire, ut aliorum SS. Patrum sententiam non dicat esse falsam, aut communem aliorum SS. Patrum, ac Doctorum antiquorum, traditionem neget esse recipiendam. *Tertiò:* S. Bernardum præcisè in Scriptura sistere, quæ ista litteraliter non exprimit, ob rationes *Telo 1 Resp.7.* datas. Addit *ibidem* ex P. Suare Tom.3. de Relig. lib.3. cap.1. n 6 *Licet vota de singularibus actionibus, & præsertim de sacrificijs, & oblationibus, essent tunc in usu; tamen vota de rebus perpetuis, & quæ varios ac difficiles poterant habere eventus, non fiebant eô tempore; quià superabant perfectionem illius status; & ideò fieri poterit, ut etiam viri sancti talia non emitterent, nec ex locis illis Isaiæ & Sapientiæ aliquid sufficienter probatur* &c. Sed P. Suarez ibi nihil contra nos, ut vidimus *Resp.2. ad Telum III.* Deindè: solum negat, quod eô tempore fiebant *vota de rebus perpetuis* &c. sistendo in littera Legis antiquæ, ut patet in ratione, quam subdit, *quià superabant perfectionem illius status*; non verò negat, quod fiebant eô tempore, transeundo ad statum novæ Legis per acceptionem charitatis & gratiæ Spiritus Sancti pertinentium ad novam Legem, juxta præmissa ex D. Thoma *Resp.7. ad Telum I.* quià per has satis superabant, è contra, imperfectionem Status Legis antiquæ, ut patet ex eo, quod illæ in antiqua & nova Lege paris essent virtutis. undè loco *Resp.2. ad Telum 2.* citato,

Item alia ex Suare.

2. citato, ait: *Adde hoc votum non repugnare cum imperfectione Legis veteris.* Et *Tom.1. in 3. p. q. 28. art.4. Disp.6. sect.1.* sine limitatione temporis subdit: *multi viri Sanctissimi in illa Lege virginitatem, ut meliorem coluerunt:* ergo usque ad mortem, cum hôc modô eam coluisse, quàm ad tempus dumtaxat, melius sit, & per charitatem & gratiam Spiritus Sancti proportionaliter necessariam, æquè utrumque potuerit. Ideò *locô objectô*, dicit *fieri poterit*, non verò *factum esse*, quô non negat à viris sanctis factum, *ut emitterent* &c. nam potentia ad alterum oppositorum non tollit actum huic oppositum: quod magis attendere debuisset P. Salinas, nè alioqui argumentaretur à potentia ad actum, in quo *nu.19. ibidem* Historiam Propheticam redarguit. Quod verò loca ista sufficienter intentum nostrum probent, præsertim attentâ communi SS. Patrum ac Doctorum antiquorum interpretatione de istorum virorum sanctorum statu ad Legem novam pertinente, constat, tùm ex iam dictis, tùm ex præmissis *Resp.3. ad Telum 2.* & *Scuto I. à nu.4. ad 8.*

# TELUM V.

300. P. Salinas ibidem nu.44. *Recole, si placet, tùm Bellarminum, tùm Valentiam, tùm Serarium, Becanum, Bresserum & alios, & nostra Societatis, & aliarum Religionum, contra Hæreticos pro veritate decertantes, & nullam invenies hæresim, evidentioribus, ut ità dicam, in specie & cortice litteræ, Scripturæ testimonijs non roboratam, quàm hæc sit de votis & Monachatu Synagogæ opinio. Nullus enim locus Scripturæ est, nullum, tùm in veteri, tùm in novo Testamento testimonium, in quo reperiantur vota, pro quibus decertat Historia Prophetica: & quidem cum littera occidat; tamen nec secundum litteræ Occidentis sonum invenitur hæc Synagogica nuper excogitata Religio, pro qua nec ullus apex militat, nec iota unum.* Argum. à nulla hæresi minus in Script. fundata.

## ENERVATIO.

301. RESpondeo primò: exaggerationis excessum ad oculum patere, totumque istud Telum meritò retorqueri in receptas traditiones, de quibus *nu.265.* Et quid dii ectiùs ad illud responderi possit patere ex dictis *n.278. ad 285.* Retortio & remiss. Solutio.

302. Respondeo secundò: vel R. P. Salinam velle, ad defendendum Eliæ vota & Monachatum, debere illa in S. Scriptura exprimi, vel non? Si posteriùs: frustrà Telum istud in nos vibrat, & omninò corruit. Si posteriùs: ut id probet, sollicitamus, oppositumque evincunt ad *Telum I. Responsa* SS. Pontifices, sancti Patres, celeberrimi Doctores, Universitas Cantabrigiensis, & totus Ordo Carmelitarum *Scuto XVII.* citati, ac Supremus S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus in Decreto ad *Telum I.* præcitato. Etenim aut Eliæ vota & Monachatum probant, ex S. Scriptura; aut alijs extra illam principijs? Si ex S. Scriptura: quomodò dicit, *nullam invenies hæresim evidentioribus ut ità dicam, in specie & cortice litteræ, Scripturæ testimonijs, non roboratam, quàm hæc sit de votis & Monachatu Synagogæ opinio.* Et infrà: *& quidem cum littera occidat, tamen nec secundum litteræ occidentis sonum invenitur hæc Synagogica nuper excogitata religio, pro qua nec ullus apex, nec iota unum militat?* Numquid videt se Ecclesiæ Primatum impetere authoritatem? Si ex alijs extra Scripturam principijs: cur hæc & illos non sectatur? Profectò cavere debet, nè inter suam & piam præcitatorum opinionem dijudicent illi; quorum interest, præsertim cum P. Theophilus Raynaudus è Societate sua Doctor perillustris *lib. de Scapulari Parthen. Carmelit part.2. q.1.* scribat. *Putas quantis lætitijs incedendum sit Genevæ, Leydæ, Charentonij, & per omnes mandras Gregis pugilli; ubi inaudierint à Doctore Theologo, in matre* Alia unô dilem. Solutio.



*Academiarum,*

*Academiarum, talem colapsum impactum esse.* Monachatui tot Pontificum, SS. Patrum, celeberrimorum Authorum, Universitatis Cantabrigiensis, Supremi S. Inquisitionis in Hispania Senatus, & integri Ordinis Religiosi authoritate confirmato. Scribit quidem P. Salinas ibid. nu. 45. *Omnis hæc traditio, qualis qualis illa sit, à Ioanne Ierosolymitano sumpsit originem.* Et infrà: *diligentissimi Scriptores fabulas appellant eas, quas ipsi vocant traditiones. Lege Baronium, & Bellarminum.* Iterum ibidem. *Hæc autem traditio commentum videtur merè imaginarium.* Sed certè: si fabulatus esset Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus, istam traditionem tanquam veram ventilando, ejusdem fabulæ Rei essent Summi Pontifices, sancti Patres, ac omnes isti, qui illam suâ authoritate confirmarunt, quos fusè citavimus *Scuto XVII.* & alios *Pharetra ultima Telo II.* ubi hallucinationem P. Salinæ super mente Em. Baronij aperiemus. Dicere autem illos confirmasse figmentum, & deceptos impegisse turpiter, reverà non auderem; quia præfatus Theophilus ibidem *quæst. 2.* subdit: *eam verborum illuviem, stomachus in Magistros Fidei & capita Religionis bene affectus non effunderet.* Deindè argumentum illud omninò corruit per solutionem Launoyo datam ab eodem Consocio suo Raynaudo, locô statim citatô q. 8. *Hoc argumentum (ut sæpè dixi) & falsitate sordet, ut mox patebit: & stramineum est, ac indignum Philosopho; cui in Dialecticis rudimentis insonat vulgare effatum, de inanitate argumenti ducti ab autoritate negativâ. Est etiam indignum Theologo; quia nihil proferri potest opportuniùs ad convellendas omnes traditiones scriptô non comprehensas; quàm si dicatur, nihil esse admittendum, nisi quod ab aliquo ejusdem ævi Scriptore sit proditum; quod est huic magno Antiquario (id enim maximè affectat audire) primum principium.* Deniquè vide *n.* 258. mirabiles litteras, quas idem P. Raynaudus in simili refert: & *Telo VI.* prætacta de Ioanne Ierololymitano ex professio magis discussa.

Quæstio 1. ad P. Salinam efficax.

303. Quæro primò: Undè P. Salinas probet, quod veteris Testamenti Monachatus verificari debeat ex S. Scriptura, & non sufficienter verificetur à traditione integri è quatuor Mendicantium celeberrimis Ordinibus, recepta à sanctis Patribus non paucis, Scholasticis Doctoribus celeberrimis, ac alijs, & à Summis Pontificibus suprà citatis confirmata: videat præmissa Responsa ad *Telum I.* & audiat, obsecro, Theophylactum Comment. in 1. ad Cor. capite 11. vers. 2. *Liquet ex his, tùm Paulum, tùm Apostolos reliquos haudquaquàm omnia litteris mandasse præcepta.* Ab Apostolis autem ad S. Scribas veteris Testamenti, ab his præceptis ad Monachatum Eliæ, à fortiori concludit argumentum. Audiat insuper Irenæum adversus hæreses libro 3. capite 4. *Si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesias, cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum* &c. Certè: Traditio Apostolica ab ijs solis notificata, quibus Apostoli committebant particulares Ecclesias, certiores tunc non habuisset notificatores, quàm sint in proposito omnes præcitati, ac integer Carmelitarum Ordo; & tamen oportuisset ordinem sequi Traditionis: nec immeritò; nam ut rectè Chrysostomus Tomo 4. Comment. in 2. Thessal. c. 2. homil. 4. *Itàque traditionem quoque Ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quæras amplius*, si contraria non sit S. Scripturæ, Pontificum decretis, SS. Patribus, aut rationi evidenti, prout illam, de qua agimus, non esse demonstravimus, sed omninò consonam: contra quam nihil quæsita omnium Amicorum dissidia faciunt, magis quàm contra aliam de scriptis à Dionysio Areopagita, Justino, Irenæo, Cypriano, Eusebio Alexandrino, Lactantio, Athanasio, Hilario, Gregorio Nazianzeno, Cyrillo Ierosolymitano, Basilio, Hieronymo, Chrysostomo, Augustino, & alijs antiquissimis, traditione, ultra quam de illis nihil amplius quærendum: undè dum illam suspectant, hanc consequenter cum summo Ecclesiæ præjudicio suspectam reddunt. Et cum R. P. Salinas tot sanctos Patres & alios Doctores istis SS. Patribus coævos proferre non possit, qui scripta ipsis attribuant, quæ sub nomine ipsorum circumferun-

Theophilactus.

Irenæus.

Chrysostomus.

cum-feruntur, ac de Eliæ Monachorum Patriarchatu, votis essentialibus, & Carmelitarum Instituto, protulimus *Scuto XVII.* ac proferemus *Telo XI. à nu.* 339. *ad* 344. & *Pharetra ult. Telo ultimo.* eâdem inconsideratione, quâ *ibidem nu.* 45. Nobis objicit illud Em. Baronij: *flagrans enim cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare*, alijs omnibus, qui Sanctis istis, tanquam suis, illa scripta vindicant, consequenter objicere debet, quod indubiè non auderet. Si tamen P. Salinas, his non obstantibus, similes traditiones nimis pertinaciter reijciat, & ex Sacra Scriptura probationem urgeat.

304. Quæro secundò: Quid P. Salinas, attentis Authoribus *ibi* citatis in dubio S. Scripturæ sensu, istorum authoritate certiùs, præter expressam Summi Pontificis è Cathedra definitionem, pro vel contra adferre possit? Nihil sanè adferet certiùs, cùm indubiè privatum Lutheri & Calvini respuat spiritum, & SS. Patrum communi adhærere velit, qui ipsis istam in dubio S. Scripturæ sensu inspirasse videtur interpretationem, quam nobis tradiderunt, & Theologi, imò etiam Pontifices, passim sequuntur; ipseque in illam non obscurè consentit, dum *ibidem nu.* 36. & 37. fatetur, SS. Patres in expositione S. Scripturæ agnovisse in Nazaræis & alijs temporariæ castitatis votum. Perpetuæ quidem castitatis votum ad verum, etiam Synagogæ, Monachatum requirit: sed absque ulla ratione convincenti, aut fundamento solido, ut vidimus in *Responsis* ad *Telum* 3. Neque id solum requirit, sed insuper, ut Synagogæ Monachatus in veteris Testamenti S. Scriptura exprimatur: verum in eo fallitur, uti evincunt præmissa *Scuto XVIII.* & Responsa *ad Telum* 1. non enim omnia, quæ ex traditione aut S. Scriptura collegerunt, & collecta scripserunt SS. Patres, in S. Scriptura invenire debuerunt expressa, uti per se manifestum est. Verumtamen respondeo mentionem expressam veræ & perfectæ Religionis Monasticæ, aut veri & perfecti Eliæ Monachatus, in veteri Testamento non fieri, ob rationes datas *Resp.* 7. *ad Telum* 1. Imò etiam eâ ratione, quâ in illo mentio non fit voti perpetuæ virginitatis à Deipara Virgine facti: siquidem cum Eliæ, & successorum ejus, votum virginitatis, aut castitatis, esset ad exemplum voti ejusdem Deiparæ Virginis ut causæ exemplaris, primæ primitate intentionis, uti infrà *n.* 328. contra ipsumet P. Salinam videbimus; non magis istius voti Eliæ & successorum ejus mentio expressa erat in Scriptura, facienda, quàm hujusmodi voti Deiparæ Virginis: sufficitque ad illud verificandum totius Ordinis Carmelitarum traditio ab Eliæ facta revelatione, de qua ex *Regum* 3. *cap.* 18. & alijs, *Scuto I.* satis actum est. Undè Summi Pontifices, SS. Patres &c. in sua de Eliæ Monachatu opinione, non ità debuerunt aliâ Scripturâ muniri, uti istâ revelatione Eliæ, & ab eo traditione, agnitâ à toto Ordine Carmelitarum, varijs Patribus & celeberrimis Authoribus, uti patet ex Deiparæ Immaculata Conceptione, sancta Nativitate, & secundum corpus assumptione in Cœlum, nomenclatura Reginæ Cœli & terræ, alijsque *nu.* 265. relatis, de quibus non est major in S. Scriptura expressio; si à Summorum Pontificum, SS. Patrum & celeberrimorum Doctorum, S. Scripturæ interpretatione & traditione præscindas, pro illis tamen meritò tota, cum tota Ecclesiæ, Societas Iesu conspirat, & acriter nobiscum pugnat. Undè? Non ab expressione S. Scripturæ: sed à traditione SS. Patrum, S. Scripturæ interpretatione, sanctis de illis in Ecclesia officijs, & similibus, quæ etiam pro nobis pugnant evidenter contra nostros dissidentes amicos: imò illa immaculatæ conceptionis Deiparæ traditio hucusque fortiores habuit contradictores, quam nostra traditio, uti omnibus notorium est.

Quæstio 2. ad P. Salinam.

Cur expressa mentio ELIÆ Monachatus in vet. Test. non fiat.

Receptæ traditiones sine maiori in S. Scriptura fundamento.

305. Audiat igitur R. P. Salinas, quid in Historia, longè minus fundata, dicat celeberrimus è sua Societate Author, Theophilus Raynaudus *lib. de Scapulari Parthen. Carmelit. p.* 2. *q.* 1. *Hâc argumentandi futilitate, narratio de vita S. Alexij argueretur fabulositatis. Quo-*

P. Raynaudus efficaciter.

*modò enim in tàm clara luce Christianitatis, viventibus, eò tempore, Sancto Augustino, & Sancto Hieronymo, Paulino, Severo, alijsque innumeris, nemo inventus esset, qui tantum Dei opus, tam insigne exemplar calcati sæculi, vel syllaba exaratâ attigisset, ante Metaphrastem, tot sæculis posteriorem? Deindè concludit: qui vitam S. Alexij esse figmentum effutiret, non sibilô sanè, sed fuste esset excipiendus: nimirum in ijs, quæ antiqua traditione, per manus acceptâ, nulli unquam perito ac probo in dubium sunt vocata, absurdè ad fidem faciendam exposcitur Scriptor Synchronus* (& à fortiori S. Scriptura) Ità ille: Præmiserat autem *ibidem* in ferè simili: *Mihi universa hæc ratiocinatio planè straminea videtur, & digna, quæ sibilis explodatur. Usi sanè hâc argumentandi inanitate Anabaptistæ asseruerunt, narrationem de homine ad piscinam probaticam sanato, fabulosam esse, & à falsario quopiam intrusam in Ioannis Evangelium; cum nulla unquam fuerit Hierosolymis Piscina probatica, quod probarunt ductô argumentô ex Iosephi de ea Piscina silentio* (P. Salinas de Monachatu Eliæ ex S. Scripturæ silentio similia contra nos hîc ex Baronio & Asseclis objicit.) *ridet eam argumentandi ruditatem Toletus in c.4. Ioann. annot. 3. Simili modô, homo parum sobrius Vlricus Velenus, indè probabat, falsum esse Romanum S. Petri Pontificatum; quod S. Lucas, tàm minuta de Paulo recensens in libro Actorum, siluerit tamen de S. Petri Romam appulsu, & collocutione cum Paulo; cum quo tamen non potuisset Petrus non agere, si ambo simul Romæ vixissent. Hujus tamen argumentandi insulsitatem. Ioannes Fisherus, fusô pro Christo sanguine, quàm purpura clarior, manifestè revicit. Et ipse Baronius in Martyrologio ad 23 Sept. qui apud Adversarium profertur velut crepido hujus argumenti; rectè observavit S. Lucam in Actis pleraque reticuisse, quæ ex ejus silentio insimulare falsitatis, ridiculum sit ac puerile.* Quid ad hæc, mi Pater? Ille tantus est è IESU Venerabili Societate, qui à sua Reverentia suspici mereatur, utpotè qui octodecim Tomos in folio edidit, omni scientia & sapientia conspicuos.

306. Respondeo tertiò: retorquendo Telum istud in suum Authorem: Recole, si placet, omnia P. Salinæ scripta contra nos decertantis, & nullum invenies argumentum efficacius hoc, quod ex ipso nobis est infrà Telum IX *D. Virgo prima omnium vovit castitatem: ergo Elias illam non vovit* Non addo, uti ipse, *& nullam invenies hæresim, evidentioribus, ut ità dicam, in specie & cortice literæ, Scripturæ testimonijs roboratam, quam* hoc argumentum sit, sed modestius: *& nullum invenies S. Scripturæ locum, quô vel solum obscurè id probare possit*, attentis dictis in *Enervatione Teli IV.* & dicendis in *Enervatione Teli VIII.* Multi quidem Patres isto discursu utuntur, sed aliô prorsus sensu ly *prima*, quàm ipse, accipiunt, uti efficaciter *Teli IX. Enervatione* probabimus: ad quid igitur tàm exaggeranter S. Scripturam contra nos urget, quam tamen sufficientem pro nobis *Scuto II. & IV.* adduximus, dum pro suo principali fundamento nullam omninò adducere potest; deficiente autem Scriptura pro ejus principali fundamento, non est, quod illam contra nos urgeat, ut patet.

# TELUM VI.

Argum. à defectu conditionum ad legitimam traditionem.

P. Salinas ibidem nu.45. *Cum autem suffragia ex Sacra Pagina huic sententiæ omninò defuisse viderimus, nec Author ignoret ea ipsa testimonia, quæ ipse citat (præterquam quod patiantur varias interpretationes litterales, & non nisi per allegoricas, aut mysticas, aptari possint suæ sententiæ) recurrit tanquam ad inexpugnabilem arcem ad traditionem. Tùm in Historia sæpè, tùm specialiter, & ex professo in Apolog. Proposit. 5. §. 12. quæ sanè traditio, si ea requisita haberet, quibus traditiones veræ formantur, multum haberet roboris; sed nec traditio illa de statu religioso est, neque eas conditiones habet, quas ipsi volunt, ut traditionis robur obtineat; & imprimis omnis hæc traditio, qualis qualis illa sit, à Ioanne Ierosolymitano sumpsit originem. Hoc est ab illo libello, qui adscribitur ipsi; falsô tamen uti vidimus Tomo I. q. 5. lit. Deindè etiamsi illius esset, cum Author ille hæresis suspectus vehementissimè fuerit, & Hæreticum,*

*reticum, cum publicè vocauerit S. Epiphanius apud S. Hieron Epist.61. ad Pamach. contra errores Ioannis Ierosolymitani, nullius fidei censendum erit, quidquid à tàm impuro fonte manavit.*

ENERVATIO.

307. Respondeo primò: satis ostensum *Responso 1. ad Telum 1. Responso 1. ad Telum 3. Responso 1. & 2. ad Telum 4.* non deesse ex Sacra Pagina sufficientia huic sententiæ testimonia, attentâ horum communi SS. Patrum ac Doctorum antiquorum interpretatione, & traditione probatis *Scuto 2. & 17.* Quibus potissimum esse insistendum, efficaciter probatum est *Scuto XVIII. & Responsis ad 1. & 5.* Solvitur remissivè.

308. Respondeo secundò: uti aliàs in *Opere* de Visione Eliæ *Disp. 3. n. 62. 63. & 64.* respondi: insolentiæ reverà nimiæ esse, dicere, *omnem hanc traditionem à Ioanne Ierosolytano sumpsisse originem.* Cum, non solum manifestum sit ex testimonijs Pontificum, SS. Patrum, Doctorum & integri Ordinis, in quo fuere Sanctissimi viri non pauci, *Scuto XVII.* citatis, & alijs *Pharet. ult.* citandis, traditionem illam, uti hæreditariam ab Elia successionem, certissimè, ante Ioannem Ierosolymitanum, præcessisse: sed & hoc ipsum evidenter ab ipsomet Ioanne doceri *cap. 39. lib. de Institut. Monachorum* per hæc verba; *Postquam autem Professores huius Religionis fuerunt per Apostolos Baptizati, & in Sacri Evangelij eloquijs eruditi, intellexerunt plenè illud mysterium esse impletum, quod per Deum fuerat Prophetæ Eliæ in monte Carmeli revelatum &c. à quibus traditum tenemus, Deum sub figurata visione revelasse Eliæ quatuor magna mysteria* &c. Quis credat, obsecro, huius traditionem fuisse à Professoribus Carmelitanæ Religionis, Ioannem antecedentibus, & ab ijs non fuisse traditionem de suæ Religionis ab Elia Institutione, quam servabant in opere, & testabantur in veste? Recolat, iterum obsecro, P. Salinas allata ex P. Raynaudo *n. 305.* beneque perpendat *Scuto XVII.* citatos ac *Pharet. ult. Telo ult.* citandos, & statim, ni fallor, videbit, quam oscitanter istius traditiones originem Ioanni Ierosolymitano ascripserit. Vide dicta *n. 391.* Manifestum est illam traditionem à Ioanne Ierosol. originem non sumere.

309. Si verò istum celeberrimum suæ Societatis virum, Historias veras, de quibus *suprà*, Suarem, Sanchez, & alios *Scuto XVII.* &c. citatos, eâ irreverentiâ explodat, quâ Ordinis nostri traditionem, à tot Pontificibus, SS. Patribus, & Doctoribus confirmatum: audiat, quid *de signo crucis* Basilius *lib. de Spiritu Sancto* scribat: *Dogmata & instituta, quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus è doctrina scriptò prodita, quædam rursus ex Apostolorum traditione in mysterio, id est in occulto, tradita recipimus: quorum utraque parem vim habent ad pietatem; nec his quisquam contradicit, qui sanè vel tenuiter expertus est, quæ sint jura Ecclesiastica. Nam si consuetudines non scriptas tanquam haud multum habentes momenti, conemur reijcere, imprudentes gravissimum Evangelio detrimentum inferemus; imò potiùs ipsam Fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Quod genus est (ut id quod primum & vulgatissimum est, primo loco commemorem) ut signo crucis eos, qui spem collocarunt in Christo, signemus.* Item: quid de *Imaginibus Christi* &c. Adrianus Papa in Epist. ad Carolum Regem, relata ad calcem 2. Synodi Nicenæ, Tom. 6. Concil. *Olitanam traditionem sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ tenentes, priscam prædecessorum nostrorum sanctorum Pontificum sequimur doctrinam, rectæ Fidei traditionem modis omnibus vindicantes,* purà *quoad Imagines Christi &c. adorandas,* vt sequitur. Iterum Basilius Epist. ad Julianum Apostatam relata in Synodo VII. art. 4. *Characteres imaginum eorum honoro, & adoro, præcipuè cum hoc à sanctis Apostolis traditum, & non prohibitum sit, quin & in omnibus Ecclesijs nostris ostendatur depictum.* Auderet nè R. Pater Salinas in favorem Claudij Taurinensis, & modernorum Hæreticorum, contra *signum crucis in fronte faciendum, & Imaginem Christi ac Sanctorum pingendas,* hôc modô argumentari: *ego verò vehementer admiratus sum in Sacra Pagina nihil expressum reperiri circa signum crucis in fronte faciendum, & imagines* Solvitur ab exemplis. Retorsio efficax.

 Christi

*Christi ac aliorum Sanctorum pingendos, pro eorum traditione, quam instituit Historia Ecclesiastica. Recole, si placet, tùm Bellarminum, tùm Valentiam, tùm Serarium, Becanum, Bresserum & alios, & nostra Societatis, & aliarum Religionum, contra Hareticos pro veritate decertantes, & nullam invenies haresim, evidentioribus ut ità dicam, in specie & cortice littera Scriptura testimonijs non roboratam, quàm hac sit de signo crucis in fronte faciendo, & Imaginibus Christi & aliorum Sanctorum pingendis opinio?* Absit, ut credam.

Praeoccupatur P. Salinae Responsum.

310. Sed ad ista respondebit fortè: traditionem de his esse ab Ecclesia approbatam; secus traditionem de votis & Monachatu Synagogæ. *Quæro primò*: an quia plus de illa, quàm de hac, sit in Sacra Pagina expressum? Si affirmet: non probabit, & de opposito satis constat ex præmissis Scripturis pro hac traditione, dum pro illa nullæ citantur. Si neget: rationem dare debet, cur potius nostram traditionem, quàm istam, à Scriptura impugnet. *Quæro secundò*; an in priori, quam Ecclesia traditionem de signo Crucis in fronte faciendo, Imaginibus Christi & aliorum Sanctorum pingendis &c. positivè approbaret, plura habuerit, ut probaret, Summorum Pontificum, SS. Patrum, celeberrimorum Doctorum &c. testimonia, quam, ut nostram probemus, *Scuto XVII.* citaverimus, & *Pharetra ultima Telo ultimo* citabimus: vel non. Si asserat; rogo, ut illorum seriem faciat, & cum his conferat: ni fallor, prudenti collatione factâ, judicabit nostram quoque, ut ab Ecclesia positivè approbetur, solitis & sufficientibus niti fundamentis: imò reperiet traditionem istam à primis Ecclesiæ sæculis usque ad hæc tempora plurimorum impugnationibus fuisse agitatam, nostram verò demum post Em. Baronium malè intellectum, uti *Pharetra ultima* ex professo ostendemus, à paucis incœpisse agitari, qui in comparatione eorum, quos locis citatis producimus, sunt quasi aquæ gutta respectu fontis, & scintilla respectu ignis luculenti. Si verò neget, & plura non habuisse fateatur, non satis prudenter, & parum cautè, illam approbat, & nostram reijcit, licet nondum ab Ecclesia positivè approbata sit, cum Ecclesiæ approbatio in similibus veritatem non ponat, sed supponat ex testimonijs, quibus, præterquam ex speciali Sancti spiritus inspiratione, ad approbandum movetur; quodque unam approbet, non alteram, non est defectu veritatis, ubi paria testimonia concurrunt, vel saltem sufficientia occurrunt, sed moralis plerumque necessitatis, quam apprehendit nuper Universitas Cantabrigiensis citata *Scuto XVII.* Et nuperrimè Supremus S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus, de quo in *Praambul. ad Telum* 1. quæ suis in judicio contradictorio decretis traditionem nostram omninò confirmarunt, & speramus tandem fore, ut speciali decreto à S. Sede confirmetur. Intereà, mi Pater, attendas, obsecro, quantum contra traditiones Ecclesiasticas ab Ecclesia positivè approbatas, & receptas nondum positivè ab ea approbatas, fulciant hæreses, qui traditionem tot & tantis SS. Pontificum, S. Patrum, Doctorum celeberrimorum, ac Religiosi Ordinis integri, in quo fuerunt plurimi sanctissimi viri, testimonijs nixam & fundatam reijciunt, uti fabulosam, commentitiam & fictam, prout illam reijcis. Vide dicta *nu.* 302. Hæc & similia prudenter expendens ejusdem Societatis sapientissimus P. Gaspar Sanctius in *lib.* 3 *Regum cap.* 17. *nu.* 12. dicere coactus fuit: *Laudamus, & meritò, vera traditionis venerationem*, ipsômet P. Salina *locô citatô nu.* 53. referente; sed ità impatienter ferente, ut ipse audeat scribere, ab eo dictum *propter Carmelitarum importunitatem & improbitatem.* Certè durus est hic sermo, nec satis consonus testimonio quasi jurato de sua syncera Carmelitarum Religionis dilectione, verbis, quæ subdit *ibidem* nu. 242. *Deus autem, cui omne cor patet, quique scrutatur renes & corda, scit me ex corde Carmelitarum Religionem diligere* &c. Sed de isto sermone latiùs *nu.* 379. Certè, attentis authoritatibus toto *Armamentario*, ac specialiter *Scuto XVII.* pro nostra Thesi allatis, & plurimis alijs pro expositione Em. Card. Baronij sensus obscuri

Notatur P. Salinas.

*Pharetra*

*Pharetra ultima Telo ult.* adferendis, non erat, quod Patres nostri de veritate nostræ Thesis ità diffiderent, ut importunè & improbè sapientissimi P. Sanctij patrocinium implorarent; etenim cum illum nossent sapientissimum, satis conijcere poterant, quod propter alicujus importunitatem à veritate non deflecteret, nec ullius improbitate vinceretur: fieri tamen potuisse, ut aliquis è nostris ipsi familiaris, fundamenta nostræ traditionis explicuerit, ne, informationis defectu, se cum P. Salina præcipitaret, non diffiteor. Sed ad rem redeamus.

311. Si tamen R. P. Salinas solùm vellet nostrum Ioannem Patriarcham Ierosolymitanum fuisse primum, qui id ipsum, quod in traditione erat, scripto *traditionem* vocarit, non multum contendemus: sed nos de re, non de voce sola disputamus; & si obindè, quod reipsa tradiderunt penè innumeri sancti Patres & Doctores *Scuto XVII.* citati, & *Pharetra ultima Telo ultimo* citandi, neget, idipsum opponam, quô appositè, celeberrimus suæ Societatis Doctor Theophilus Raynaudus loco suprà *nu.* 205. citato Launoyum explodit: *Ille bellum se argumentatorem ostendit, qui hâc unâ securi magnam partem lucubrationum de vita Sanctorum exciderit, & nominatim, quæ ex S. Hieronymo habemus, alijs intacta, ut vitam S. Pauli Thebæi, & S. Hilarionis, ac narrationem de Malcho, & de muliere septies icta. Concidet item vita S. Antonij à S. Athanasio descripta, & inter figmenta reputabitur, quod nemo sanus aut sobrius dixerit.* Undè hîc iterum recurrit argumentum: vel ea, quæ S. Hieronymus de *S. Paulo Thebæo, Malcho, & muliere septies icta,* primùm scripsit (& idem est de illis, quæ de *S. Antonio* primùm scripsit S. Athanasius, quorum utraque ab Ecclesia per modum traditionis recipiuntur) ex traditione recipiuntur fabulosa, commentitia, & ficta, quæ à S. Hieronymo pro illis, à S. Athanasio pro his, originem accepit; vel non, sed ex vera & legitima? Illud prius indubiè non asseret R. P. Salinas, cùm sit contra communem totius Ecclesiæ sensum. Si verò posterius: ut ipse id, quod nos omnes de *Ordinis Carmelitarum ab Elia sanctissimo Dei Propheta institutione* pro traditione habemus, meritò scribat fabulosum, commentitium & fictum, uti *loco citato n.* 205. scripsit, efficaciter probare debet. *Primò*: authoritatem SS. Hieronymi & Athanasij pro istis antè dictis valere, non verò pro hoc nostræ traditionis objecto, pro quo etiam evidenter scribunt locis *Pharet. ult. Telo ult.* citatis. *Secundò*: scripturam istorum singularem prævalere suæ & aliorum magnæ authoritatis prædecessorum: nam de istis nulli ante ipsos scripserunt; de hoc verò objecto, ipsi locis *nu* 684. citandis, & prædecessores ipsorum Philo Judæus, Iosephus & alij *nu.* 685. citandi. *Tertiò*: duos illos Sanctos Doctores expressè scribere illa, quæ de istis scripserunt, à professoribus alicujus integræ Religionis tradita tenere, sicut anno 412. scripsit Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus loco *n.* 308. citato, in quo fallere non potuit, nisi à tota sua Religione haberi vellet fabularum, commentorum, & figmentorum scriptor ac venditor; quòd certè inde usque ad nos, aut Em. Baronium, si malis, absque refutatione & correctione dissimulatum non fuisset, prout fuit. *Quartò*: quod SS. Hieronymi & Athanasij scriptura, de istis respectivè prima, sufficiat ad traditionem de istis fundandam, & tot Authorum ante ipsos, imò ac ipsorum etiam, omniumque penè coævorum & innumerabilium ferè posterorum, *Scuto XVII.* & infrà *Telo ult. Pharet. ult.* relatorum, scriptura non sufficiat ad aliam de prædicto objecto traditionem fundandam. Ista certè difficulter probabit. Igitur, aut traditio nostra est vera & legitima, vel istæ ac similes plurimæ à fortiori corruunt. Nec dicendum, quod istas admittat Em. Baronius; nostram autem reijciat: nam pro ultima parte falsum supponitur, sensuque alio Em. Baronius loquitur, uti *Pharetra ultima Scuto ult.* ex professo probabimus, quàm demum post ipsum volunt ipse & pauci alij diffidentes amici: licèt tamen nostram reiecisset, cum ante ipsum vix ullum contradictorem habuerit, & penè tota Ecclesia in illam

Adducitur ad concord. sub sequela alioqui &c.

n illam consenserit, & admiserit, uti *ibidem* videbimus, ipsius authoritas prævalere non potest: det, obsecro, P. Salinas ante Baronium, non dico tot Authores contra, ac pro illa citavimus, sed aliquos dumtaxat solidioris doctrinæ viros, & facilè acquiescemus; alioqui attendat, quod si traditio nostra dici debeat fabulosa, commentitia & ficta; quia anno 412. sub Ioanne XLIV. originem accepit, à fortiori suam & Em. Baronij, ut malè putat, contradictionem dici debere fabulosam, commentitiam & fictam; quia nuper seu altero sæculo incœpit.

Deindè: quàm malè P. Salinas scribat, Ioanni Ierosolymitano librum *de Institutione Monachorum* &c. falsò adscribi, imò & ipsum Authorem illius esse de hæresi suspectum, satis nuper evicimus in Apologia contra Eximium P. Magistrum Lupum Doctorem Lovaniensem: licèt tamen id gratis concederetur; quoad objectum nostræ traditionis nihil scripsit, quod non sit, ut statim vidimus, aliundè sufficientissimâ authoritate munitum, à Summis Pontificibus affirmatum, à sanctis Patribus probatum, & ab alijs suprà mentionatis pro vero agnitum: ac proindè hoc nullatenùs potest, aut debet, potiusquam omnium istorum authoritates, quàm Sancta Dei Ecclesia multùm attendit, & veneratur, haberi de veritate suspectum; nam uti sapientissimè Reverend. P. Raynaudus *loco citato cap.* 2. ad Launoyum, contendentem quædam à se citata Ioannis XXII. & Alexandri V. diplomata esse supposita, & hinc de veritate suspecta, respondens, telum istud retundit aiens: *etiam si gratis donemus, ea diplomata esse supposita Ioanni XXII. & Alexandro V. tamen eo ipso, quod à Clemente VII. rata habita, & verbatim inserta sunt diplomati suo indubitato (id quod etiam alij Pontifices post Clementem fecerunt) essent habenda ejusdem authoritatis, cujus essent, si manassent à Ioanne, & Alexandro. Sicut, quamvis lis sit sub Iudice, an liber Enoch, à S. Iuda Thadæo allegatus, fuerit canonicus; tamen ea libri illius plagula, quæ inserta habetur Epistolæ Canonicæ S. Iudæ, eo ipso certa est, & fidei indubitata. Similiter omninò multi Patres summâ consensione adducunt loca ex libro Pastoris, vel ex quarto Esdræ, aut ex tertio Machabæorum; putantes eos libros esse canonicos. Præ qua unanimi Patrum consensione, loca illa, tametsi è libris Apocriphis petita, multò plus ponderis habent ad aliquid confirmandum, quàm haberent, prout nudè contenta in libro Apocripho. Cum ergo Clemens VII. & alij post eum Pontifices, diplomata, de quibus agimus, adducant tanquam Ioannis & Alexandri, eaque rata habeant, nec in eis subodorati sint aliquid putens aut reprobum, propter quod habenda sint commentitia: inferre licet, quæ talia Launoyus in illis subolfecit, ejus potiùs in sugillando pruriginem, & in tricando ac cavillando dexteritatem redolere, quàm Diplomatum vitium, aut suppositionem.* Infero: Cum igitur Pontifices traditionem, de qua agimus, tanquam veram admittant, & ratam habeant (quod sine discussione factum, rectè non dixeris) nec in ea subodorati sint aliquid putens aut reprobum, propter quod habenda sit fabulosa, commentitia & ficta, nisi P. Salinas illam fixam & ratam habere debet, omnes traditiones Ecclesiasticas, nondum ab Ecclesia positivè approbatas, velit esse tales, & pro talibus habendas; quò casu, potissima pars Annalium Em. Baronij, R. P. Saliani, Actorum RR. PP. Bollandi & Henschenij in vitas Sanctorum, & multorum aliorum, de quibus satis *Scuto XVIII.* corruat, cum notabili Ecclesiæ præjudicio, necesse est, quod, utinam, melius fuisset à R. P. Salina meditatum.

Item Raynaudus.

Illatio convincens

TELUM

# TELUM VII.

312. P. Salinas ibidem nu.46. *Plures sunt traditiones Carmelitarum antiquorum, quas ipsi Carmelitæ moderni cum quibus agimus, non recipiunt; & sanè sine eo, quòd hæreant in traditionis authoritate, ipse etenim Frater Franciscus à S Maria, lib.3. cap.28. nu.10. asserit unam esse ex traditionibus veterum Carmelitarum, quas Ioannes Ierosolymitanus refert, Virginem Mariam ad imitationem Eliæ votum castitatis emisisse, quod falsissimum est in ejus sententia, qui voluit Virginem non ad exemplum Eliæ, sed Eliam, & alios ad exemplum Virginis emisisse vota. Deindè asserit Ioannes Ierosolymitanus certam, & constantem etiam traditionem veterum Carmelitarum fuisse, Mariam primam fuisse fœminarum, quæ virginitatis votum Deo obtulit cap.34. 35. & 36. ibi:* propter, quod sicut Religiosi Carmelitæ sunt primicerij virorum virginum, ità Virgo Maria est fœminarum Virginum voto primiceria. *Argum. à traditionibus Carmelitarum à Carmelitis non receptis.*

## ENERVATIO

313. RESpondeo primò, nos Historiæ Propheticæ R.P. Francisci à S Maria patrocinium non suscipere, nec modò intendere; sed solam Ordinis Carmelitarum ab Elia Sanctissimo Dei Propheta Institutionem defendere ac protegere: nam si vel hoc solum nobis concedant diffidentes Amici, de cæteris faciliùs conveniemus. Telum extra scopum.

314. Respondeo secundò: Sit, vel non sit, Ordinis Carmelitarum traditio, S. Deiparam Virginem ad exemplum Eliæ, vel è contra, Eliam ad exemplum S. Deiparæ Virginis, castitatem vovisse, aut in voto castitatis Eliam esse Primicerium virorum, B. Virginem Mariam verò primiceriam fœminarum, nihil ad Thesim nostram præsentem: undè in toto *Armamentario* nostro nullum pro, vel contra, *Scutum* attuli; sed alia, quæ ad eam tuendum requiri videbantur. Attamen nobis difficile non est, ista inter se conciliare, dicendo *ad primum*: Eliam Sanctissimum Dei Prophetam ad B Deiparæ Virginis Mariæ exemplum secundùm intentionem vovisse castitatem; B. verò Deiparam Virginem Mariam ad Eliæ Dei Prophetæ exemplum secundùm executionem vovisse castitatem, prout infrà *Telo VIII. Resp.4. in Quæstiuncula*, incidenter probabimus: etenim datô, quòd Elias spiritu Prophetico B. Virginem futuram, ejusque votum castitatis futurum, noverit, nihil obstat, nè castitatem ad B. Virginis exemplum secundum intentionem voverit; & è contra datô, quòd Dei Propheta Elias ità castitatem ante B. Virginis conceptionem voverit, etiam nihil obstat, nè B. Virgo castitatem ad Eliæ exemplum secundum executionem voverit, sic ut in diverso genere intentionis & executionis sibi invicem fuerint causæ exemplares: Eliam autem castitatem ad B. Virginis exemplum secundum intentionem vovisse, quoad ly *secundum intentionem* manifestè sequitur ex authoritatibus *Scuto I.* allatis, & alijs innumeris, quibus P. Salinas *ibidem à nu.* 121. *ad nu.* 242. probat B. Virginem esse voti castitatis Primiceriam; quoad ly verò *castitatem vovisse*, constat ex authoritatibus *Scuto II. VI. XVII.* & *Pharetra ultima* accumulatis: undè rectè concluditur, B. Virginem vovere potuisse castitatem ad Eliæ exemplum secundum executionem, cum iam in Elia voti castitatis executio præcessisse supponatur: an tamen ipsa actu castitatem ad Eliæ exemplum secundum executionem voverit, nec nè, nihil ad prædictam Thesim nostram facit, & quidquid de eo sit, vel non sit, communis SS. Patrum ac Doctorum antiquorum de nostræ Thesis veritate traditio subsistit: qui verò Id magis declaratur.

 voluerit

voluerit omnia Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani, Waldensis & sequacium, dicta sustinere, accuratiùs istud eorumdem dictum, juxta scopum sibi præfixum, discutere poterit; egoautem id in hoc *Opere* non intendo.

*Allata declaratio, extenditur.*

315. Idem proportionaliter respondeo *ad secundum*: quia hîc non intendo probare Eliam fuisse, aut non fuisse, in voto castitatis præcisè primicerium virorum secundum executionem istius voti, sed in voto castitatis religiosæ unà cum duobus alijs Religionis essentialibus votis (quò sensu P. Salinas *ibid. n.*4. contra nos agit, dicens: *Præterea Suarius, si asserat de voto castitatis nullam fieri mentionem in Scriptura, verum dicit, præcipuè castitatis religiosæ conjunctim cum voto paupertatis & obedientiæ*) ut subsistat, quod tota Religio nostra unanimiter sustinet, Eliam primum esse Ordinis Carmelitarum Institutorem & Patriarcham, à quo hæreditariam in monte Carmelo successionem tenemus, quod est punctum pro quo hîc pugno. Idem dico *ad tertium*, de B. Virginis in voto castitatis præcisè respectu fœminarum primitia secundum executionem, cum ad Thesis nostræ veritatem parum aut nihil faciat. Ut igitur ad illam redeamus.

*Illatio P. Salinæ, etiam ad scopum nil facit.*

316. Respondeo tertiò: Inferre quidem P. Salinam *ibidem nu.*13. ex dictis in Historia Prophetica: *ergo eôdem modô omnes illi viri, omnesque fœminæ antiquæ Synagogæ, quæ innumerabiles erant, dum Deo virginitatem vovebant, habebant sibi propositum, ante oculos mentis, in exemplum virginitatis, votum à Virgine Maria emittendum.* Sed hæc illatio iterum nihil ad nos: quia hîc & nunc solùm contendimus, Eliam & Filios Prophetarum, quos ipse de revelatione sibi facta, juxta præmissa *Scuto I.* instruxit, id habuisse sibi propositum in Elia & Eliæ instructione, juxta dicta *Scuto IV.* quæ nisi efficaciter improbet, aërem verberat. Non enim obstat D. Thomas in 4. dist.30. art.1. ad 1. *Dicendum, quod B. Virgo fuit confinium veteris & novæ Legis; sicut aurora Diei & Noctis; & ideò votum ejus sapuit novam Legem, in quantum virginitatem vovit, & veterem in quantum conditionem apposuit.* Neque ad 2. dicens. *Ad secundum dicendum, quod perfectio consiliorum, quantum ad consummationem incipere debuit à Christo, sed quantum ad aliquam inchoationem, convenienter à Matre ejus incæpit.*

*Objicitur D. Thomas.*

*Resp. ad 1.*

Quæ P. Salinas objicit *nu.*184. Quia hæc etiam nihil ad nos, cum ibi primô locô affirmet quidem, *Beatam Virginem fuisse confinium veteris & novæ Legis, & ideo votum ejus sapuisse novam Legem, in quantum virginitatem vovit.* Sed prout ibi non negat, quod 1.2.q.107. *art.* 1. *ad* 2. dicit: *Igitur fuerunt aliqui in statu veteris Testamenti, habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales, & æternas, & secundum hoc pertinebant ad Legem novam*: quia, ut subdit, *Lex vetus, etiamsi præcepta charitatis daret, non tamen per eam dabatur Spiritus Sanctus, per quem offunditur charitas in cordibus nostris, ut dicitur ad Rom.*5. Ità ibi non negat, hos habuisse charitatem & gratiam Spiritus Sancti, aut votum castitatis illorum sapuisse novam Legem, in quantum per charitatem & gratiam Spiritus Sancti pertinebant ad novam Legem, uti etiam affirmat D. Bonaventura *in* 4. *art.* 1. *q.* 2. *dist.*30. ubi hôc modô excusat votum D. Virginis *Cum esset plena Spiritu Sancto, non pertinebat ad Legem, sed ad Evangelium; quod ab ipsa infantia in corde ipsius scripserat Dei digitus.* Idem ferè habet Gerson lib 4. de Sacram. Matrim. *Quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub Lege; & B. Virgo erat plena Spiritu Sancto, & non pertinebat ad eam, sed ad Evangelium, quod ab infantia scriptum erat in corde suo digitô Dei secundum Bonaventuram.* Quod contendimus, ut patet ex dictis *Resp* 7. *ad Telum* 1. & *Resp.* 2. *ad Telum IV.* Nam utriusque causalis veritas in doctrina D. Thomæ subsistit. Vide dicta *Scuto* I.

*Bonaventura.*

*Gerson.*

*Resp. ad 2.*

*Ad Gal. 3.*

317 In secundo autem loco: indubiè non intendit D. Thomas loqui aliter de inchoatione voti virginitatis D. Virginis, in Christo consummati, quàm de inchoatione Ecclesiæ in Christo consummatæ: & sicut nihil fuit contra D. Virginis aut Christi dignitatem, Ecclesiæ inhoationem illos quoad executionem præcessisse, juxta illud Apostoli ad Galatas 3. *Lex pedagogus noster fuit in Christo*: ità nec est aliquid

contra

contra utriusque dignitatem inchoationem voti virginitatis, illos quoad executionem præcessisse, nisi velit, hujus in D. Virgine inchoationem quoad executionem præcessisse Christum, esse contra Christi dignitatem, uti & Ecclesiam Christi esse in Synagoga quoad executionem inchoatam, quæ asserere non auderem.

D. Thomas exponitur.

318. Deindè: D. Thomas non aliter loquitur de inchoatione perfectionis consiliorum per castitatis votum, quàm per gratiam, ut patet ex eo, quod habet 3. p. q. 28. art. 4 ad 2. *Dicendum, quod sicut gratiæ plenitudo, perfectè quidem fuit in Christo, & tamen aliqua ejus inchoatio præcessit in Matre; ità etiam observatio consiliorum, quæ per gratiam Dei fuit, perfectè quidem incœpit in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in Virgine Matre ejus.* Quomodò inchoata? Uti plenitudo gratiæ, quam per Christum habuit, & ante illam varij sanctissimi viri habuerunt, ut docet locô statim citatô.

Magis exponitur.

319. Deniquè dicit: *Aliquam inchoationem incœpit*, non verò inchoationem absolutè & simpliciter; illa autem satis verificatur per inchoationem in esse causæ exemplaris, & secundum intentionem, sensu *nu.* 314. datô; nam consiliorum perfectio maximè in charitate, & Spiritus Sancti gratia, per Christum accipienda, consistit, juxta Apostolum ad Rom. 11. *Plenitudo ergo Legis est dilectio*; & cum dicat locô *nu.* 316. citatô viros illos sanctissimos, ob illam pertinuisse ad novam Legem, consequenter velle debet consiliorum perfectionem ab illis potuisse similiter incipere, quantum ad aliquam inchoationem executionis, ut patet ex dictis *Scuto I. & II.* Ab illis sic incœpisse, videtur manifestum ex dictis *Scuto IV. VI. & VII* ac ipsa traditione, de qua *Scuto XVII. XVIII.* & Responsis ad *Telum I. ac VI.* quibus P. Salinas prius efficaciter satisfacere debuisset, quàm nostram D. Thomæ interpretationem *ibid. n.* 188. vocaret *evasionem ineptissimam*: quia, uti fateri debet; verba D. Thomæ habent indifferentiam ad suam & nostram interpretationem, & veritas nostræ prælucebit ex dicendis *nu.* 328. 329. *&* 338. *ad* 353. ex quibus patebit communem SS. Patrum nobis favere; melius autem est sic D. Thomæ mentem interpretari, quàm ipsum obtrudere communis SS. Patrum ac Doctorum antiquorum doctrinæ & traditionis contradictorem, difficulter alioqui excusabilem, ut locis citatis præmissa consideranti patebit; præsertim, cum Thesim nostram non obscure approbet, & confirmet, locis *Pharetra 2. Telo 2. Resp. 3.* adferendis, ac præmissis *nu.* 54.

Solvitur efficaciter P. Salinæ additum.

320. Addit P. Salinas ibidem nu. 17. *Quis non videt, obscurissima, & tenebrosissima illa secula nihil lucis accepisse de virginali voto Mariæ.* Sed quis hoc præter ipsum videt, cum obscuritates & tenebræ ista secula non impedierint, nè aliquid lucis de Christo venturo, qui utpotè Deus homo, luce indigebat longè sublimiori, quàm virginale votum Mariæ? Quid in luce ista excellentius ijs, quæ de pertinentibus ad novum Testamentum Prophetæ in istis obscuritatibus & tenebris præviderint? Sua in ipsum retorqueo verba ibidem n. 17. *Huic argumento nescio, quid possit respondere.* Subdit ibidem. *Pontifices, & Sacerdotes stupuerunt ad Mariæ Deo præstitum virginitatis votum, tanquam nunquam auditum.*

Stupor Sacerdotum ad Mariæ votum explanatur.

In Lege concedo; in re nego: hoc probet, nos absolutè negamus: ipsius verbis *ibidem n.* 41. utor. *Probatio autem ejus penes eum relinquenda est, qui affirmat.* Stupuerunt enim Pontifices, & Sacerdotes; non ad Deo præstitum virginitatis votum; sed ad Deo præstitum à Maria, *quæ erat desponsanda Ioseph*: non enim videbant, quomodò poterat illa desponsari in voto, eò quòd nullæ cum voto usque ad illud tempus viro desponsatæ haberentur, quod non obscurè docet S. Hieronymus *locô*, quem *ibid. n.* 40 post Chrystophorum de Castro *hist. Deiparæ cap. 4. nu* 5. citat. *Pontifex verò in angustia constitutus animi, cum nec contra Scripturam, quæ dicit vovete & reddite, votum infringendum putaret* (ergo sciebat Pontifex etiam sub illa Scriptura comprehendi votum castitatis, ac proinde illud non fuisse prohibitum, postquam David *Psal.* 75. id pronuntiavit,) *nec morem genti insuetum*



*de despon-*

*de desponsatione voto ligata introducere auderet* (quod, votum non respicit, cum esset introductum; sed desponsationem cum voto, quæ erat introducenda) *præcipit, ut ad festivitatem, quæ imminebat, omnes ex Ierosolymis & vicinis locis primores adessent, quorum consilio scire posset, quid de re tàm dubia* (non quidem de voto, cum certò factum esset; sed de illius irritatione ante desponsationem, aut cum voto desponsatione, ut dictum; de quarum utraque meritò dubitabat, an posset, defectu potestatis Clavium ad dispensandum in tali voto, aut desponsandum Iosepho, cui desponsanda erat, ligatam virginitatis voto; quorum oppositum videbant in Virginibus Vestalibus observari, juxta illud Augustini lib. 20. contra Faustum, & Abulensis ad cap. 30. Num. q. 12. *Erant inter Gentiles Virgines, quæ vovebant virginitatem, & compellebantur eam servare, scilicet Virgines Vestales.*) *faciendum esset.* Adstipulatur B. Amadæus raptu 5. de B V. desponſ. *Princeps illorum Sacerdotum dixit ei cum magna reverentia, filia in Domino Deo nostro, nobis amantissima; tempus iam adest, in quo secundum Legem Dei nostri te oportet connubio alicui viro copulari, ut semen suscitetur in populo Dei, & ut numerus credentium Deo populorum, non solùm non diminuatur, sed etiam augeatur: cui humillima Virgo humillimè respondit, mi Pater Venerande, & Domine colende, tu diu nosti intentionem meam, & votum quidem emisi virginitatis perpetuæ; quia tamen sub potestate Dei sunt opera nostra, vide Pater, quid agendum sit*, sive, an cum tali connubio hoc votum stare possit. Ex quibus cessare debet omnis stupor & admiratio P. Salinæ de hæsitantia Pontificum & Sacerdotum, licèt votum castitatis aliorum ab ipsis fuisset auditum, & fuerit huic loco Psal. 75. *vovete & reddite*, ab ijsdem subintellectum, attentis his propositionibus; *In Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis perpetuæ; mulieres in Lege scripta fecerunt votum virginitatis* &c. à Supremo S. Inquisitionis Senatu relato *nu.* 268. approbatis. Vide dicta *Sensu II.*

# TELUM VIII.

Argum. à præcepto nuptiarum.

321. P. Salinas ibidem n. 104. *Igitur pro præcepto nuptiarum in Lege veteri militant magni sanè Theologi apud Serlogum suprà: hi sunt Richardus de Media-Villa in 4. dist. 3. quæst. 2. Argentina art. 4. conclus. 2. Paludanus q. 2. ad art. 6. conclus. 2. Durandus 4. q. n 7. Gabriel in supplem. q. 3. ad art. 2. conclus 7. Gandavo quodlibeto 6. q. 13. Sanctus Antoninus 4. part. Summa tit. 4. cap. 8. §. 1.* Et infrà: *Præceptum etiam indicat sanctus Augustinus, qui cap. 27. nupt. q. 1. ait*, matrimonium fuit veteris Legis obsequium, in nova autem infirmitatis subsidium; *& Tom. 6. lib. de S. Virgine dum de Virginis voto ageret, hæc appositè dixit*, Quomodò fiet istud quoniam virum non cognosco? quod profectò non diceret, nisi Deo Virginem se anteà vovisset; sed quia hoc Israëlitarum mores adhuc recusabant desponsata est viro. *S. Bonaventura in 4. distinct. 33. quæst. 2 art. 2. manifestissimè tuetur nubendi præceptum in Lege veteri*, secundum tempus Legis, *ait*, status continentiæ conjugalis omninò præfertur, & status virginitatis prohibetur, & sterilis maledicitur, & in contumelia habetur, secundum statum gratiæ ubi non requiritur fœcunditas ventris, sed sanctitas, & incorruptio, & puritas mentis, virginitas præfertur continentiæ conjugali. Item *infrà* n. 105. *Sed S. Thomas hujus præcepti videtur præcipuus assertor, ejus mens optimè patet in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. in corp.* Virginitas quamvis in se optima, tamen pro tempore illo ei matrimonium præferebatur, propter expectationem benedicti feminis per viam generationis venturi. *Et dist. 33. q. 1. art. 2. ad 4.* Ante Christi Adventum cultus Dei propagatione carnali multiplicabatur, & conservabatur. *Præmiserat autem in 3. dist. 33. q. 3. art 2. ad 1.* Superfluum esset, si aliquis servare vellet virginitatem, quandò non debet, sicut tempore Legis Moysi. *Item 3. p. q. 28. art. 4 in corp.* Quia tempore Legis oportebat generationi insistere, tàm mulieres, quàm viros; quia secundum carnis originem

Bonaventura.

D. Thomas

nem

nem cultus Dei propagabatur; antequam in illo populo Christus nasceretur. *Et ad* 1. quia videbatur Lege prohibitum, non dare operam ad relinquendum semen super terram; ideò non simpliciter virginitatem vovit Dei Genitrix, sed sub conditione, si Deo placeret.

## ENERVATIO.

322. Respondeo primò: præterquam quod expresſè Abulensis q. 22. sub illud Num. 30. *Mulier si quidpiam voverit.* Dicat: *non enim erat aliquid illicitum virginitas in veteri Testamento, cum aliqui viri & fœminæ eam observarint.* Nos longè plures SS. Patres, & Doctores, pro non præcepto & libertate nuptiarum in Lege veteri, saltem pro tempore sufficientis hominum multiplicationis, citavisse *Scuto II. VI. & XVII.* quàm pro se citet P. Salinas; hosque repugnaturos non fuisse expositioni infrà dandæ, in ipsa Lege veteri sistendo, sive præscindendo à moribus populi ex Lege malè intellecta inductis, omninò confidimus: sed quod præceptum, à P. Salina assertum, non repugnet *decreto S. Inquisit.* allato *n.* 268. non clarè videmus. Præceptum Nuptiarum non est satis fundatum.

323. Respondeo secundò: S. Augustinum ibi primò locô, per *veteris Legis obsequium*, non intelligere, aut supponere, veteris Legis *obsequium præceptum*; sed *liberum*, attentis restrictionibus infrà *Resp* 3. dandis, & ratione, quâ *ibidem* de *subsidio* libero loquitur: undè secundò locô ad præceptum veteris Legis non recurrit; sed ad *Israëlitarum mores*, qui, ob errorem populi circa legem à se malè intellectam, virginibus nubilibus non desponsatis obloquia causabant: alioqui habes ex Augustino lib. 20. contra Faustum, & Abulensi ad cap. 30. Num. q. 12. *Erant inter Gentiles Virgines, quæ vovebant virginitatem, & compellebantur eam servare, scilicet virgines Vestales.* Hieronymo autem lib. 1. contra Iovinianum cap. 26. *Percurram breviter Græcas, & Latinas, barbarasque Historias, & docebo virginitatem semper tenuisse pudicitiæ principatum.* De Sibillinis verò subdit: *quarum insigne, virginitas est, & virginitatis præmium, divinatio.* Et Epist. 22. ad Eustochium: *Vacuus erat Orbis, & sola erat benedictio liberorum: paulatim verò increscente segete, messor missus est, virgo Elias, virgo Eliseus, virgines multi Filij Prophetarum, Ieremiæ dicitur, & tu nè accipias uxorem.* Undè Parvus ad illa verba *Quæ est ista* Cantic. 3. vers. 6. *Hieremias de servanda virginitate præceptum Domini habuit dicentis, non accipies tibi uxorem* &c. Satisfit 1. Augustino.

324. Respondeo tertiò: S. Bonaventuram ibi solùm velle tempore Legis, statum continentiæ conjugalis ab hominibus omninò præferri, eâ ratione, quâ in statu gratiæ virginitas præfertur continentiæ conjugali: ac proindè sicut virginitas in statu absolutè non supponit præceptum, ità nec continentia conjugalis, sive honestus usus matrimonij, in Lege veteri. Dicit quidem, *tempore Legis status virginitatis prohibetur, & sterilis maledicitur*: sed id proportionaliter intelligendum est, eâ ratione, quâ *virginitas* in statu gratiæ *præcipitur* & *benedicitur*. Ità ut, sicut hoc idem est ac, ab *hominibus commendatur*; sic illud idem sit ac, ab *hominibus vituperatur, opprobrio habetur*: undè patet ad id, quod *ibid. q.* 6. docet, ante Mariam, nullum fuisse ausum vovere virginitatem; subaudiendum enim est, nè vituperium istud, aut opprobrium incurreret; non verò nè prævaricaret contra præceptum. Vide dicta *Scuto II.* & *nu.* 445. & 446. infrà. Satisfit 2. Bonaventuræ.

325. Respondeo quartò: S. Thomam ad tria mentem suam restrinxisse. *Primò* ad tempus, in quo Deus ad multiplicationem generis humani, vel cultus Divini, insistere volebat operi conjugali. *Secundò*: ad proprium castitatem vovendi motum, absque Divino instinctu. *Tertiò*: ad mores illius temporis: itaut velit extra tempus illud, imò & tempore illo, ex Divino instinctu, votum virginitatis fuisse liberum; nec intra tempus illud, aliter quàm secundum populi mores fuisse generationi insistendum, Satisfit. 3. S. Thomæ.

 dum,

dum, juxta illud Augustini *lib.* de virginit. sancta cap. 4. n. 6. *Quomodo fiet istud; quoniam virum non cognosco; quod profectò non diceret, nisi Deo Virginem se ante vovisset, sed quia hoc Israëlitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro justo.* Quæ omnia patent ex D. Thoma in 4. dist. 33. q. 3. art. 7. ad 2. *Si in tempore, in quo Deus ad multiplicationem generis humani, vel cultus Divini, insistere volebat operi conjugali, aliquis ex proprio motu* (nota) *incorruptionem servasset, à crimine non excusaretur; sed posteà, factâ multiplicatione generis humani, & locupletatô satis cultu Divino* (nota) *certè non peccasset virginitatem servans, vel in Lege Moysi, vel in statu naturæ integræ; nec fecisset contra præceptum; quia multiplicatio poterat fieri per alios.* Et ibidem dist. 49. q 5. art. 3. ad 3. *Etiam in tempore Moysis, quando cultus Dei, etiam per carnalem actum, propagandus erat, non erat omninò laudabile à commixtione carnis abstinere; undè nec in tali proposito specia'e præmium redderetur, nisi ex Divino præstitisset instinctu* (nota benè, propterea dicit *ad 1. ibidem* videbatur Lege prohibitum, non dare operam ad relinquendum semen super terram) *ut creditur de Ieremia, & Elia* (quem S. Thomas 2. 2. q. 184. art. 8. arg. 1. ex Chrysost. vocat *Monachum*, neque improbat ad 1. respondendo) *quorum conjugia non leguntur.* Et ex 3. p. q. 28. art. 4. in corp. *Verum quia tempore Legis oportebat generationi insistere, tàm mulieres, quàm viros (quia secundum carnis originem cultus Dei propagabatur, antequam ex illo populo Christus nasceretur) Mater Dei non creditur, antequam desponsaretur Ioseph, absolutè virginitatem vovisse; sed licèt eam in desiderio habuerit, super hoc tamen virginitatem suam Divino commisit arbitrio: postmodùm verò, acceptô sponsô, secundum quod mores* (nota) *illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginitatis emisit.* id est absolutum fecit, quod ante erat conditionatum, nisi Deus aliter disponeret.

Prædicta pro Authore contra Salinam militant.

326 Hæc omnia nobis dicentibus, Eliam & Filios Prophetarum ex Divino instinctu castitatem vovisse, tuncque satis in viris multiplicatum fuisse genus humanum, ac locupletatum Dei cultum, cum instinctus ille ad majorem hujus cultus locupletationem plurimum conferret, omninò favent: meritò autem dicit D. Thomas locô objectô: *secundum quod mores illius temporis exigebant, videbatur prohibitum*; non verò, *secundum Legem, vel secundum illius Legis præceptum, erat prohibitum.* Quià alioqui dicens: *virginitatem vovere in desiderio habuit:* culpasset D. Virginem desiderij contra Legis præceptum; ac proindè peccati. Item dicens: *virginitatem vovisse sub conditione, si Deo placeret:* Dixisset, peccasse sub conditione, si Deo placeret. Deindè: si tale præceptum fuisset, mores illi non fuissent præcisè de accipiendo sponso; sed de suscitando cum illo semine: ac sic per D. Thomam, D. Virgo sponsum accipiendo, isti præcepto non satisfecisset, cum hoc ad suscitandum semen non sufficeret; ac ideò iterum peccasset, non suscitando semen, æquè ac non accipiendo sponsum: quæ indubiè noluit D. Thomas.

Nuptiarum præceptum in lege scripta non legitur.

Deniquè, neque in toto D. Thoma, neque in tota S. Scriptura, saltem pro tempore Legis scriptæ, tale præceptum reperiet P. Salinas: nam quod *n.* 103. adfert ex cap. 23. Exodi. *Non erit sterilis & infœcunda in terra tua.* Et ex cap. 7. Deuter. *Benedictus eris inter omnes populos, non erit apud te sterilis utriusque sexus, tàm in hominibus, quàm in gregibus.* Item cap. 27. *sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui.* Nihil tale probat: siquidem verba Exodi non sunt *præcepti*, sed *benedictionis* observantium alia ibi allata præcepta: uti & *Deuter. cap.* 7. nisi velit illud præceptum etiam datum brutis. *Cap.* 25. nihil etiam tale; sed solùm pœna præscribitur viro nolenti accipere uxorem fratris sine liberis defuncti: quæ omnia manifesta sunt ex contextu citando *Tela IX. Resp. 1.* Undè, dum Augustinus & Damascenus verba illa hôc modô vertunt, *maledictus omnis, qui non suscitaverit semen in Israël*, de omni fratre, nolente &c. intelligenda sunt. Pro majori istorum elucidatione sit.

QUÆ-

# QUÆSTIUNCULA

327. QUæres fortè: quomodò cum his, & præmissis, concilietur dictum Ioannis XLIV. de Instit. Monach. cap. 36. *Sicut Religiosi Carmelitæ sunt primicerij virginum Virorum, ità B. Maria est fæminarum virginum voto primiceria.* Si, ut dictum est n. 320. hanc Virgines Sibillæ, Vestales & aliæ, in voto virginitatis quoad executionem præcesserint. Difficultas concilianda.

328. Respondeo: posse conciliari: dicendo, nullos viros in voto virginitatis, aut castitatis, unà cum duobus alijs votis substantialibus Religionis, quoad executionem Eliam & Filios Prophetarum præcessisse. Item nullas fœminas in voto virginitatis, aut castitatis, unà cum duobus alijs votis substantialibus Religionis, quoad executionem B. M. præcessisse. Nam Eliam imprimis, vitam religiosissimam in castitate, paupertate & obedientia egisse, probavimus *Scuto IV.* etiam cum tribus votis essentialibus *Scuto VI. & XVII.* De B. Virgine autem eandem egisse, probat, ipsemet P. Salinas locò citatô *nu.* 61. ex Cornelio à Lapide cap. 4. in Cantica vers. 3. *Rursum B. Virgo vitam egit religiosissimam, in summa castitate, paupertate & obedientia.* Et *ibidem nu.* 62. ex eodem *cap.* 8. *Proverb. vers* 8. dicente. *Vide nostrum Hieronymum Platum lib. 1. de bono status religiosi cap. 24. ubi ostendit B. Virginem primam omnium, vitam religiosam in paupertate, castitate & obedientia egisse, ejusque exemplar posteris dedisse, atque adeò illam Ordines omnes excitasse, idque nominatim de Carthusiensi. Carmelitano. Dominicano. Franciscano, Olivetano, Hieronyminiano, ac Societatis* IESU, *ex ipsorum Chronicis demonstrat.* Quæ ità intelliges, ut posteris exemplar executionis dederit, anteris verò Carmelitis, sive Ordini Eliano ac Prophetico, intentionis dumtaxat, cum executionis dare non potuerit, ut patet: etenim hoc modo etiam ipsemet P. Salinas ibidem *nu.* 56. in his verbis Em. Bellarmini, quæ ex *lib.* ejusdem *de Monachis cap* 5. pro se citat: *Sextò probatur ex Apostolorum exemplo, qui verè primi fuerunt Monachi Christiani: nam quòd vitam cœnobiticam instituerint &c. quod deniquè ab Apostolorum tempore cœperint Religionis, testantur plurimi Patres, ut Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Possidius, Isidorus, denique Cassianus collat. 18. cap. 5. Itàque*, inquit, *Cœnobitarum disciplina à tempore prædicationis Apostolicæ sumpsit exordium.* Exponere debet ly *cœperunt Religiones*. Item ly *sumpsit exordium*; quia, cum velit ex P. Cornelio à Lapide D. Virginem istis posteris Religionibus exemplar dedisse, & ipsa prior fuerit Apostolis, ista sic intelligi debent, ut *Religio & Cœnobitica* vita respectu D. Virginis, ab Apostolis *secundum esse intentionis* Evangelicorum Consiliorum, spiritu Prophetico ab ea præcognitorum, dumtaxat *cœperit*, & *exordium sumpserit*; respectu posterorum verò *secundum esse executionis* eorundem Consiliorum per Evangelicam prædicationem promulgatorum. Conciliatur. Corn. à Lapide. Platus. Coincidere debet Salinas.

329. Adde ad majorem istorum intelligentiam: nihil esse notiùs, quàm posse artificem formare idæam domus sibi faciendæ, formatam communicare alteri, ut suam secundum illam sibi fabricet, quam fabricatam ipse artifex postmodum imitetur, suam sibi fabricando: ubi domus alterius commendatio, primariò & principaliter, sive in *esse exemplaris intentionis*, debetur artifici; secundariò verò & minus principaliter, sive quoad *esse executionis*, alteri: sic enim D. Virgo, Christus, & Apostoli in Dei præscientia formarunt idæam Consiliorum Evangelicorum à se servandorum, & promulgandorum; Deus autem hanc sic formatam idæam spiritu Prophetico ac speciali revelatione communicavit Eliæ, ut suam & suorum Discipulorum vitam, secundum illam institueret, ac instrueret, quam B. Virgo, Christus & Apostoli postmodùm imitati sunt: vel potius (ut absit invidia verbo, & qualemcumque verbi indignitatem fugiamus,) quam posteriori tempore sunt secuti; eô sensu, quò Christus Magis explicatur allata conciliatio.

ſtus tempore ſecutus eſt Legem Decalogi, dicens in Evangelio: *Non veni ſolvere Legem, ſed adimplere* vitam Decalogi obſervantiſſimam peragendo, imò per religioſiſſimam Conſiliorum, à me additorum executionem perficiendo.

# TELUM IX.

*Argum: ab omnium approbatione maledicti ſterilitatis.*

330. P. Salinas ibidem nu. 119. *Mihi concors Patrum & Interpretum S. Scripturæ ſententia diſplicere nullatenùs poteſt: Lege ſi places Expoſitores ſacros, & penè nullum invenies, qui maledictum ſterilitatis non approbet, præſertim ad illa loca Iſa. & Levit.* 7. Non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus, & *Exodi* 23. Non erit infœcunda, & ſterilis in terra tua: *Et Iſa* 56. Maledictus ſterilis, qui non facit ſemen in Iſraël. *Oſeæ* 9. *verſ.* Da eis Domine vulvam ſine liberis, & ubera arentia, & *Geneſ.* 30. *cum Rachel poſt partum Ioſeph dixit*, Abſtulit Deus opprobrium meum, & *Luc.* 1. *cum Elizabeth. mater Baptiſtæ*, quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium inter homines, & *quia moleſtiſſimum eſſet omnes recenſere, aliquos tamen referam melioris notæ reliquos conſultò ſilentiô premo, & in primis Gloſſa interlin. ad illa verba Tobiæ* 3. 18. Virum autem cum timore tuo, *ait*, timens maledictionem ſterilitatis, &c. *Serarius cap.* 11. *Iudicum de filia Iephtæ, mortem minus moleſtam*, quàm ſobolis orbitatem, tunc enim habebatur maledicta ſterilis. *Et alij.*

Exodi 23. Oſeæ 9. Geneſis 30. Lucæ 1. Serarius.

## ENERVATIO.

*S. Scriptura malè citatur, nec iſta maledicta in ea reperiuntur.*

331. Reſpondeo primò: P. Salinam S. Paginæ loca malè citare & intelligere, eumque ex illis proferre maledicta, quæ in tota S Scriptura non reperiuntur: nam primus locus, nec Iſaiæ, nec Levitici eſt, ſed Deuteronomij 7. neque maledictum important, ſed benedictionem, ut patet ex Textu: *Si poſtquam audieris hæc judicia, cuſtodieris ea, & feceris* &c. *diliget te, ac multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui* &c. *benedictus eris inter omnes populos; non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus, tàm in hominibus, quàm in gregibus tuis.* Idem eſt de *Exodi* 23. uti etiam patet ex Textu: *ſervietiſque Domino Deo veſtro, & benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui: non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo.* Locus autem ex *Iſaia* 56. citatus, ibi non reperitur, nec credo in tota S. Scriptura reperiri. Et è contra Iſaiæ 54. dicitur: *lauda ſterilis, quæ non paris* &c. Quod confirmat Apoſtolus ad Galat. 4. *Scriptum eſt enim lætare ſterilis, quæ non paris.* Et *Iſaia cap.* 56 (malè à P. Salina objecto;) *Non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint Sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus; nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.* Geneſis autem 30. agitur de deſponſatæ ſterilis opprobrio inter homines, uti Lucæ 1. *Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.* Non verò inter ſterilem & Deum, niſi ſterilitas à Deo in pœnam delicti data eſſet, quomodò *Oſeæ* 9. dicitur; *Da eis Domine vulvam ſine liberis; & ubera arentia.* Alioqui certè, in varijs ſterilitas ſine culpa perſonali contingit, quæ apud Deum opprobrio perſonali eſſe non poteſt; juxta illud Hugonis de S. Victore *lib.* de M Virginit. Tomo 2. cap 1. *Nec fœcunditatem carnis meritum, nec ſterilitatem dicimus eſſe culpam; nec per multitudinem filiorum, ſed per merita virtutum, antiqui vel moderni Deo placuerunt: nec ideò ſterilitatem carnis maledictam in Lege, ut eam damnabilem Lex oſtenderet apud Deum; ſed potius, ut eo tempore, quandò ſucceſſio generis in multitudine filiorum quærebatur, eam apud homines, & ob hoc quodammodò inhonoratam demonſtraret.* Undè P. Salinas prudenter cavet ſe fatigare, recenſendo Expoſitores Sacros, qui in iſtis locis maledictum agnoſcunt, niſi fortè, ut loqui-

*Favet authori contra Salinam*

*Senſus, quò iſta maledicta intelligantur.*

ut loquitur Richardus de S. Laurentio lib. 12. de laudibus B.M. *Maria nec timuit maledictum illud, quod erat scriptum* Exodi 23. & Deuter. 7. *ubi pro benedictione dicitur obedienti*, non erit apud te sterilis utriusque sexus: *undè sterilitas à contrarijs pro maledictione reputabatur in Lege*, utique inter homines, ut statim vidimus ex Lucæ 1. Quô sensu subdit: *erat enim tempore Legis opprobrosa virginitas propter adjunctum, id est sterilitatem*. Quô etiam sensu loquitur Scotus in 4. dist. 30. q. 2. *Vel erat præceptum generale omnibus, qui erant in Lege illa de contrahendo matrimonium, quod videtur, quia pro benedictione erat fœcunditas, & pro maledictione sterilitas* &c. Sed indè nihil contra nos: quia præceptum illud *à contrario sensu* illatum, non est S. Scripturæ, sed inferentium; quod tàm ibi fallit, quàm præceptum positivum semper obligans, illatum *ex continua benedictione* illud semper, etiam dum non obligat, observantis, quæ illatio perabsurda est: attende ad verba Scoti *videtur*, quod dubitantis est; *quia pro benedictione erat fœcunditas*. pro benedictione operum supererogationis est gratiæ argumentum; illa tamen, neque hujus, neque illorum supponit præceptum. Ex Richardo. Ex Scoto.

332. Quarè: apud quoscumque SS Patres & Scripturæ Interpretes, sub *virginitatis, sterilitatis Legis scriptæ* &c. *maledicto, opprobrio* &c. intelligi debet *inter homines*; secùs inter Deum & Virginem, sterilem &c absque personali culpa: alioqui Richardus *ibidem* non addidisset: *sed maledictionem hanc, & sterilitatem hanc, hoc opprobrium, hunc contemptum Maria contempsit, ut Deo offerret gratissimum sacrificium virginitatis*. Uti nec Hugo de S. Victore Tomo 2. *de Mariæ virginit. perpet.* cap 1. *Elegit in terra, abjectio plebis fieri; & opprobrium hominum, ut per munditiam integritatis in cœlo fieret socia Angelorum*. Et multò minùs S. Bernardus hæc *Homil 3.* super missus est: *Quid eligis Virgo prudens? Angustia sunt mihi undiquè, melius autem est mihi maledictum incurrere, & castam manere: hinc etenim, & si videro maledictum, sed non peccatum; illinc verò* scilicet ex usu conjugali plerumque, *& peccatum, simul & cruciatum* partus. *Deniquè hæc maledictio, quid aliud est, quàm hominum exprobratio, neque ob aliud sanè dicitur sterilis maledicta, nisi quod opprobrio & contemptui sit habenda, tanquam inutilis & infructuosa, & hæc in Israël tantùm; mihi autem pro minimo est, quod hominibus displiceo, dum me possum virginem castam exhibere Christo*. Quod similiter dixisse sanctissimum Dei Prophetam Eliam, & Filios Prophetarum, *qui se castraverunt*, ex speciali Dei instinctu, *propter Regnum Cœlorum*, ut vidimus *Scuto II. n 17.* & *Scuto VI. n 50.* videtur indubitatum, attentis præmissis *Scuto I.* Vide *Telum XI* Imò prædictum maledictum apud SS. Patres ac Scripturæ Interpretes solum intelligi potest argumento à contrarijs, quod ex populari errore dumtaxat concludit; nam Deus D. Virgini, & alijs SS. Virginibus, S. Eliæ & alijs sanctissimis viris, varias benedictiones concessit, quas utriusque sexus alijs minus sanctis negavit: sed hos vel has fuisse obinde apud Deum de maledictione & opprobrio conscios, nullus orthodoxus unquam dixit, nec aliter, quàm ex solo errore populari dici potest. Quid ad hæc, mi Pater? Plura taceo, & ut tua in nos Tela contineas, istis benè perpensis, iterum atque iterùm rogo. Alius sensus istorum maledictorum. Richardus. Hugo de S. Victore. S. Bernardus. Verus maledict. istorum sensus.

333. Respondeo secundò: omnem dictam ab hominibus maledictionem, opprobrium, contemptum &c. si ex Lege esset, fore sub una ex restrictionibus suprà *Resp. 4. ad Telum VIII. nu 325.* intelligendum, ob rationes ibi, & statim datas: quas optarem pacatiori mente perpenderet P. Salinas, quàm S. Scripturæ loca, quæ nobis statim objecit. Responsum aliud ex gratia.

# TELUM X.

*Argum. à voti virginit. Mariæ primatu.*

334. P. Salinas ibidem nu. 121. *Resp. 1, ut Maria in voto virginitatis primatum ex alijs, ut ità dicam, positivis testimonijs Scripturæ commendemus. Primum est illud Psal. 44. vers. 15.* Adducentur Regi virgines post eam. Addit nu. 135. Secundum locum ex eodem Psal. vers. 11. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.* Tertium ex Cantic. 2. vers. 12. *Vox turturis audita est in terra nostra.* Nu. autem 127. sic infert. *Igitur ex S. Scripturæ testimonijs quibus vel conjugia Lege præscribi censentur, & sterilitas maledicta cognoscitur, de quibus egimus, & Apocalypsis, & Canticorum 2 vers. 12. & deniquè Lucæ 1. vers. 34.* quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco. *Duplex efformatur aperta conclusio. Prima: nullum hominum, fœminarum nullam, ex Sacra Pagina constare, emisisse votum virginitatis ante Virginem Beatam; sed illam ex Sacra Pagina meritò fuisse primam. Vti dixêre Suarez. & Vasquez suprà: secunda: nonnisi temerariè potuisse prædictum Fr. Franciscum de S. Maria asserere sententiam, asserentem alium, aut aliam, ante Virginem votum ejusmodi præstitisse, superare nostram de claritate sacrorum testimoniorum.*

Psal. 44.

Cantic. 2.

Lucæ 1.

Temeritatis arguitur P. Fran. à S. M.

## ENERVATIO.

Retortio argum. in suum Authorem.

335. Respondeo primò; In locis istis (præterquam *Lucæ 1.* licet etiam ex solo voti virginitatis, aut non nubendi, proposito subsistat,) ità manifestum esse secundum corticem litteræ, nullam esse mentionem voti virginitatis, ut nè vel unum ex SS. Patribus, aut S. Paginæ Interpretibus, adferre potuerit, qui loca ista ad litteram de voto virginitatis interpretetur, & multò minus de voto virginitatis primò tempore à B.V. Maria emisso; undè non capio, quomodò ille bonus vir ausus sit *nu. 44. Telo V. citato* dicere, *solam Mariam, constat ex S. Pagina, fuisse in virginitate vovenda tempore primam*: præsertim attentis *Responsis* datis ad *Telum* ipsius *III. & IV.* & his propositionibus: *In Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis perpetuæ: Mulieres fecerunt votum virginitatis in Lege scripta: in Lege scripta fuit verus Monachatus & Religio.* approbatis à Supremo S. Inquisit. Hispanicæ Senatu, *nu. 268.* citato. Hîc quidem, uti & *Telo IX.* fortius emungendi dedit occasionem; sed nè eliciam sanguinem, prudens abstineo, & solùm. *Quæro*: an per istorum locorum litteram constet de D. Virginis voto castitatis, vel non? Si constet: undè ex S. Pagina ipsi constat, quod ex istorum locorum littera nulli viri, aut mulieres, motivum pium acceperint, prius vovendi virginitatem ad D. Virginis imitationem, quæ obindè *adducentur Regi post eam*, secundum intentionem dumtaxat: hoc enim probare debet, priusquam dicat, *solam Mariam, constare ex S. Pagina, fuisse in vovenda castitate tempore primam*. Si non constet: ad rem impertinenter objecit *Telum I.* & impertinentius *Telum V.* uti hinc evidenter sequitur.

Expressior est S. Scriptura pro Authore, quam pro Aduersario.

336. Respondeo secundò: S. Paginæ loca ad litteram *Scuto II.* allata mentionem expressam voti continere, cujus nulla in locis istis: ergo clariora sunt ibi testimonia pro voto virginitatis in Lege, quàm in illis. Deindè: si ad litteræ sonum, aut sensum, attendamus, communis est ad mentem nostram SS. Patrum ac S. Scripturæ Interpretum expositio locorum *Eccli. 48.* de quo *Resp. 1.* ad Telum I. *Num. 6.* de quo *Telo III.* & *Isaia 56.* de quo *Telo IV.* loca autem, quæ ex antiquo Testamento pro se citat P. Salinas, vix ad ejus mentem ullius bonæ notæ Authoris habent expositionem, nisi fortè nimis contortam, ut patet ex Responsis ad *Telum VII. & VIII.*

TELUM

# TELUM XI.

P. Salinas ibidem nu. 128. *Et quidem imprimis S. agmina, Mariæ votô primò virginitatis in Orbe audito, patrocinantia, præibit meritò strenuus quidem S. Bartholomæus, apud Abdiam Sabylonicum lib. 8. de vita S. Bartholomæi de D. Virgine:* prima inter fœminas constituit in corde suo, ut diceret, Domine offero tibi virginitatem meam, cum hoc à nullo homine, nec verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet, imitata constituisset, ut Virgo pro amore Dei specialiter permaneret. Sive (quod ad Teli corroborationem addo) *uti Richardus à S. Laurentio* lib. 3. de laudibus B. M. *ut Deo offerret gratissimum sacrificium virginitatis absque omni humano præcepto, aut consilio, aut exemplo, solâ inspiratione Spiritus Sancti.* Unde Albertus Magnus q. 25. de privilegijs B. M. *Beatissima Virgo est Mater omnium in virginitate, quæ sine præcepto, consilio, & exemplo, & sola prima omnium gloriosum munus virginitatis Deo obtulit, per quod & omnes virgines in virginitate genuit.* Quod repetunt B. Antoninus *Sum. p. 4. titulo 15. §. 10* & Pelbartus *lib. 8. Pomerij de B. V. p. 1. art. 2.* Ibid. nu. 131. Pro eodem voto militat S. Mechtildis lib. 1. SS. insinuationum: *prima votum virginitatis emisit.* quod confirmant. *B. Angela de Fulgino* lib. 1. de salut. Mariæ, *S. Aldegundis Visionum* lib. 1. vis. 5. n. 9. *S. Elizabetha* lib. 3. Visionum cap 13. *Vita S. Catharinæ Senensis.* Denique nu. 132. *Vt verò propius ad sententias SS. Patrum accedamus, indubitatum est apud Authores pro hac sententia primi voti Virginis, referri ferè omnes Patres Ecclesiæ. Quapropter dixit Canisius lib. 2. de Deipara Virgine cap. 14* Tam consentienter, atque constanter, judicant Patres Ecclesiæ, adeòque ex ipsis Evangelij verbis demonstrant, Mariam ex voto virginem, adeòque voventium primam exstitisse: quæ res illi eximiam profectò prærogativam & immortalem laudem parit. *Ità ille.* Ubi tandem sanctissimos Patres fusissimè refert.

Argum. à S. Agminibus. Abdias Sab. Richardus. Albertus Magnus. Antoninus. Pelbartus. Omnes ferè Ecclesiæ Patres. Canisius.

## ENERVATIO.

337. RESpondeo primò: manifestum videri ex præcedentium *Telorum Enervatione* S. Scripturam R. P. Salinæ nullô modô favere; nostræ autem Thesi multum: undè meritò Telum istud dici potest eius principale, & cæterorum, quæ propter illud in nos vibrat, fortissimum: indirectum tamen est, & per illationem dumtaxat ex hoc antecedenti: *D. Virgo prima omnium vovit castitatem: ergo S. Propheta Dei Elias illam non vovit: ergo verè & propriè Religiosus non fuit: ergo S. Ordinem Carmelitarum non instituit.* Sed contra: imprimis hoc antecedens quoad ly *prima* in S. Scriptura non exprimitur, uti etiam *n. 285. & n. 335.* notavimus, & proindè Tela, de quibus ibi meritò in hoc & ipsum retorsimus, ut ostenderemus ipsum, nos in eo fortissimè urgere, in quo debilissimus est. Deindè omnes penè SS. Patres, quos pro isto antecedenti citat, oppositum consequentis docent, ut videre est ex illis, sparsim in toto *Armamentario* citatis, & collectim *Pharetra ultima, Telo ultimo* citandis: undè licet faverent P. Salinæ antecedenti, opponuntur tamen consequenti, & nobis favent, non ipsi. Denique non solum, attentis omnium SS. Patrum authoritatibus dicto *Telo ultimo* citandis; sed etiam his propositionibus: *In Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis perpetuæ: Mulieres fecerunt votum virginitatis in Lege scripta: In Lege scripta fuit verus Monachatus & Religio,* à supremo S. Inquisitionis Senatu, relato *suprà n. 168* approbatis, evidens est antecedens illud non posse intelligi ad sensum R. P. Salinæ, de voti virginitatis primitate reali temporis & quoad executionem: sed vel de sola primitate causæ exemplaris & quoad intentionem, ut vidimus *n. 328. & 329.* de qua fusius infrà: vel de primitate

Telum istud generali solutione enervatur.

mitate voti castitatis pro perfectiori gradu voti castitatis, quàm in ullo hominum ante ipsam Deiparam fuerit, ut potè quæ, ne vel minimâ contra castitatem imperfectione ab illo unquam defecerit: vel de primitate ab excellentia conditionis voto adiectæ, sic ut pro quocumque eventu, cuiusvis necessitatis, etiam conceptionis & partus manere vellet virgo, in qua indubiè videtur fuisse prima etiam primitate temporis & executionis, hocque abundè sufficit ad commendandum supra omnes D. Virginis voti castitatis excellentiam, quam, & nihil plus, SS. Patres, quos P. Salinas pro se citat, intendisse commendare videntur: quidquid sit, sic plausibilius sibi ipsis & supremi S. Inquisitionis Senatus decreto consonantius, ac S. Scripturæ *Scuto II Telo. III IV. & V. per totum.* citatæ conformius, intelligi posse videntur, quam sensu à R. P. Salina prætenso: quô datô evidens est eius consequentiam esse nullam, & oppositum consequentis esse incomparabiliter probabilius. Undè vel hoc solum Responsum ad R. P. Salinæ Telum enervandum omninò sufficiet: de superabundanti tamen.

Cardo difficultatis aperitur.

338. Respondeo secundò: vel R. P. Salinas Telo isto prætendit ferè omnes Patres Ecclesiæ docere: Deiparam Virginem ante omnes viros, non obstante quôcumque eis factô Spiritus Sancti instinctu, primam, tempore veteris Legis, servasse virginitatem perpetuam, præcisô votô: vel D. Virginem ante omnes viros, non obstante quôvis ijs factô Spiritus Sancti instinctu, primam, tempore veteris Legis, emisisse votum virginitatis perpetuæ. Hæc enim confundit P. Salina, quasi omnes ferè Ecclesiæ Patres docerent, D. Virginem antè omnes viros, non obstante quôcumque eis factô Spiritus Sancti instinctu, primam, tempore veteris Legis, servasse virginitatem perpetuam, etiam sine voto: aut saltem hôc dissimulatô, uti aliquoties dissimulat, nullos viros ex speciali eis facto Spiritu Sancti instinctu, priùs tempore virginitatis perpetuæ votum emisisse, quàm D. Virgo illud emiserit: pro istis tamen, nè unum quidem S. Patrem, apertè loquentem, citat, aut citare potest; licèt in eo sit totus inter nos & ipsum cardo difficultatis, cùm ultrò fateamur *n.* 328. D. Virginem aliquô valdè commendabili intentionis sensu esse virorum primam, quæ virginitatis votum emisit, etiam executionis respectu fœminarum, quorum alterutrô sensu omnes SS. Patres, quos citat, loquuntur, aut commodissimè intelligi possunt, ut statim videbimus. Igitur, ut confusionem illam auferamus, & per claram omnium authoritatem, quas non satis sincerè confundit, distinctionem appareat, vix ullam alicuius ponderis esse, quæ contra nos militet.

Fallit P. Salinas.

339. Respondeo tertiò: Absolutè falsum esse, quod omnes ferè Ecclesiæ SS. Patres doceant. Primò: D Virginem ante omnes viros, non obstante quôcumque eis factô Spiritus Sancti instinctu, primam, tempore veteris Legis, servasse virginitatem perpetuam: quià imprimis S. Bernardus *in serm. ad Fratres de Monte Dei*, sic de vera est stricta trium votorum essentialium Religione, quam à novitate defendit, loquitur: *sed hac novitas non est novella vanitas; res enim est antiqua Religionis perfecta in Christo fundatæ pietatis antiqua hæreditas Ecclesiæ à tempore Prophetarum præmonstrata* (si illam Prophetæ præmonstrarint, spiritu Prophetico cognoverunt, si cognoverint, speciali Dei instinctu secuti sunt, uti convincunt authoritates *Scuto I. IV VI. & XVII.* adductæ: *) iamque nove gratia (* ergo per ipsum illa antiqua præcessit *) sole exortò, in Ioanne Baptista instaurata & innovata* ( nihil autem innovatur, quod prius tempore non fuit, *) ab ipso Domino familiarissimè celebrata, & ab ipsis Discipulis ipsò præsente concupita.* Et ut ostendat se locutum de dicta trium votorum essentialium Religione, post pauca subdit: *post passionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effusi sanguinis recenti memoriâ, solitariam hanc vitam eligentibus, paupertatem hanc sectantibus, & in spiritualibus exercitijs, & in contemplatione Dei pingue oleum altero*

Oppositum docent Bernardus.

*in alterum*

*in alterum zelantibus, deserta repleta sunt; ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antonium, Arsenium, & alios quamplures in sancta huius conversationis Republica consulares viros.* Vide dicta in *Armamentario n.70.*

340. Adstipulatur S. Macharius (ut veriùs Pauli Eremitæ discipulus) in Serm. ad Monachos: *Fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum, ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate* &c; *hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi huius propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur, quià à cœpto Ordine nullatenus leguntur divisisse.* S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de officijs cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, hujus propositi Princeps Elias & Discipulus ejus fuerunt* &c. *iàm deindè progeniti sunt conversationis hujus nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres.* S. Odilo in vita S. Majoli in Bibliotheca Cluniac. & apud Lipomanum. *Deindè cœpit Ordo Monasticus pullulare, & ut veriùs dicam, revivisere, quem à beatis Elia & Ioanne Baptista novimus processisse, & ità per Apostolicam conversationem, & vitam, & incrementa virtutum, & exercitia sanctorum spiritualium Patrum, ad nos usque gaudemus pervenisse.* S. Hieronymus Epistola 13. ad Paulinum: *Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum,* &c. *de his sunt & filij Rechab.* Et in Epistola ad Rusticum: *Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legimus.* Rupertus in Exposit. cap. 4. Canticor. *quos fuisse Monachos in veteri Testamento consentit authoritas Patrum venerabilium* Cassianus lib. 1. de institut. Monachor. capite 2. *Itaquè Monachum ut militem Christi, in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis, oportet incedere: hoc enim Habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento hujus professionis* (nota) *fundavêre primordia. Eliam scilicet & Eliseum, Divinarum Scripturarum authoritate demonstratur.* Bernardus Cassinensis in Expositione Regulæ S. Benedicti: *Attende benè, quòd in veteri Testamento Elias & Eliseus Monachorum inventores extiterunt.* Clarevalensem habes suprà. Quæ omnia confirmant authoritates, quæ *Responso* 3. adferuntur. Plures adderem; sed frustrà: dabimus tamen *Pharet. ult. Telo* 2. Sed inquiet P. Salinas nihil ibi expressè de votis. Monachatum intelligi non posse sine votis, infrà ostendemus, imò vota ad illum necessaria pro Lege scripta Supremus S. Inquisitionis Senatus suprà *nu.* 268. in judicio contradictorio clarè approbavit.

Macharius. Isidorus. Odilo. Hieronymus. Rupertus. Cassianus. Bernardus.

341. Respondeo tertiò: Absolutè etiam falsum esse, quod omnes ferè Ecclesiæ Patres doceant 2°. Virginem ante omnes viros, non obstante quôvis eis factô Sancti Spiritus instinctu, primam, tempore veteris Legis, emisisse votum castitatis sive virginitatis perpetuæ: quia (præterquam quod S. Augustinus *lib. 2. in Exod. q.* 65. dicat: *Sicut dicitur spiritus Eliæ, qui est spiritus Dei, cujus particeps factus est Elias.* S. Dorotheus Martyr in *Synopsi Prophetarum* relato *Tomo* 7. Bibliothecæ sacræ: *Elias hic primus ex hominibus est, qui hominibus sursum ad Cœlum subministravit, primus ex hominibus unam Angelorum & hominum viam ostendit.* Chartusianus ad cap. 4. Lucæ: *Elias terrestris Angelus, homo cœlestis.* Ambrosius lib. de Elia cap. 2. *Elias cœlestem vitam in corpore, & supernæ usum conversationis exhibebat in terris.* Athanasius in vita S. Pachomij. *Vitam cœlestium in terris gessit*: hæc enim omnia sine votis Deogratissimis egrè admodùm intelligi possunt) S. Athanasius Sinaitæ in qq. super Script. ait q 66. *Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum, hi sunt in Lege nova Apostoli & Monachi; in Lege veteri, Elias, Daniel & alij multi.* S. Epiphanius lib. 2. hæres. 58 *Quinam igitur Eunuchi? Generosi Apostoli,* &c. *Monasticam vitam degentes, & deinceps virgines* in novo Testamento; *Elias in veteri Testamento* &c. Idem ferè habet hæresi 63. & hæresi 79. *Elias ab ortu suo virginitatem perpetuò servavit.* Sanctus Ephrem Syrus in *Resp.* ad quendam Monachum. *Secularibus permisit legitimè matrimonio jungi; at, qui sæculo se abdicarunt, hos continere, & quidem legitimè se continere, voluit: quandoquidem si verba illa, quosvis concernerent:* melius est nubere, quàm uri, *nemo hanc ipsam virtutem excoluisset; non Elias Thesbites, non Eliseus, non Ioannes, non quicumque se castraverunt propter Regnum Cœlorum, castamque suam carnem servaverunt*

Falsum, quod omnes ferè Patres doceant. 1. &c. Oppositum docent Dorotheus. Chartusianus. Ambrosius Athanasius Epiphanius.

Ambrosius verunt Deo. Ambrosius lib. 1. de Virginibus cap. 5. *Elias nullius corporei coitus fuisse permistus cupiditatibus invenitur* &c. S. Hieronymus in Epist. ad Eustochium : *Virgo namquè Elias, virgo Eliseus, virgines multi Filij Prophetarum.* S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de officijs Eccles. cap. 15. *Quantum pertinet ad vetus Testamentum, Elias, Ieremias, & Daniel; castitatis & continentiæ bonum constituisse dignoscuntur.* Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus lib. de Instit. Monach. cap. 9. *Elias seipsum virginitate perpetua primus hominum spontè decoravit.* Et cap. 41. *Primus inter homines studuit virginitatem perpetuam spontè inchoare.*

Hieronymus. Isidorus. Ioannes XLIV.

342. Eunuchos autem, *qui se castraverunt propter Regnum Cælorum*, emisisse votum perpetuæ castitatis, concors est omnium Patrum ac Scripturæ Interpretum sententia: Imò Em. Card. Bellarminus *lib. 2. de Monachis cap. 23* ait: *Ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solùm continet se, sed non se continere non potest.* Et constat à pari de appellatione *Nazarei*, ex illo Chrysostomi Tom 2 Homil. 4 de Epiphania: *Nazarei secundum Legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni votò mancipabant.* Et Damasceni lib. 4. de fide cap. 25. *An non denique lex Nazarei ingens votum nuncupat.* Post Origenem Homil. 24. in numer. *Ille verò, qui appellatur Nazaræus, semetipsum vovet, hoc est votum Nazarei, quod est super omne votum, semetipsum Deo offerre; nec alienò labore, sed propriò placere, perfectiùs est cæteris omnibus votis; quod qui facit, imitator est Christi.* Hieronymus autem Com. in Ezechielem cap 6 *Nazaræus Eliseus*, & à fortiori Elias. Hugo de S. Charo Tomo 6. in cap. 9. Lucæ: *Eliseus* &c. (à fortiori Elias) *Religionis votum fecit.* Abulensis in cap. 30. Num. q. 12. *In veteri Testamento in mulieribus non reperiebatur observatio virginitatis cum voto, aut sine voto; sed omnes accipiebant viros: Domina autem nostra fuit prima, quæ virginitatem observavit, & vovit. De viris autem magis reperitur; nam quanquam non habeatur expressum votum virginitatis; patet tamen, quod aliqui observarunt illam, ut fuit Ieremias* &c. Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 5. *Habemus deindè in eodem Testamento veteri Eliam, Eliseum & Filios Prophetarum, sine uxoribus & divitijs in hoc mundo vixisse.* Et cap. 39. *Veteres Patres Eliam, & Ioannem Baptistam Eremitas & Eremitarum Principes faciunt, ut Basilius in Epistola ad Chilonem. Nazianzenus in Apologia postquam è fuga redijsset. Chrysostomus Homil. 69 in Matth. Hieronymus partim in Epist. ad Paulinum de institutione Monachi, partim in Epist. ad Eustochium de virginitate. Cassianus collatione 18 cap. 6. Sozomenus lib. 1. Histor. cap. 12. Theophylactus in primum caput Lucæ. Isidorus lib. 2. cap 15. de officijs divinis.* Gaspar Sanchez in 3. Regum 17. n. 6. *Eliam virginitatem coluisse perpetuam communis est veterum Patrum constansque sententia.* Salianus ad An. 3173. *S. Ephrem Syrus, Eliam & Eliseum, & Ioannem Baptistam, & Apostolum Paulum in eorum numero recenset, qui castraverunt se propter Regnum Cœlorum.* Suarez Tomo 1. in 3. p. q 28. art. 4. Disp. 6. sect. 1. *Multi viri sanctissimi in illa Lege virginitatem ut meliorem coluerunt.* Nec recedit Albertus magnus in 4. Dist. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Ecclesia sicut modus Iuris Nazaræorum, qui votum vovebant perpetuum, & Rechabitarum, & hujusmodi illi modi erant loco Regulæ.* Plures vide *Pharetra ult. Telo ult.* Et decretum Supremi S Inquisit. Hisp. Senatus *suprà n. 268.*

Bellarminus. Chrysostomus. Damascenus. Origenes. Hieronymus. Hugo de S. Charo. Abulensis. Bellarminus. Nazianzenus & alii. Sanchez. Suarez.

343 Unde meritò Waldensis Tom. 3. de Sacram cap. 199 *Maria prima virgo fœmina Prophetæ Eliæ in virginitatis perpetua voto successit.* Clictoveus Tom 2. Homil 2. *Virginitatis perpetuæ votum ab Elia, primo ejus Institutore, inprimis actum.* Dominicus Gravina lib. *Vox turturis* p. 2. c. 5. *Eliam, primum colendæ virginitatis Authorem. Patres & Doctores appellant, obedientiæ & paupertatis prototypum.* Valderama in Theatro Religionum Serm. de S. Elia: *cum voto tamen sine dubio Elias fuit primus, qui virginitatem servavit, & docuit eam servare in veteri Testamento suos discipulos. Sic docet Isidorus l. 2. de orig offic. cap. 43. S. Hieronymus l. 1. contra Iovinianum, & Cassianus l. 1. de instit. Monachorum.* Ludovicus Episcopus Dertusanus in Serm. de S. Theresia: *Elias fuit primus homo, qui castitatē vovit, ut infert Hieronymus & Isidorus* Petrus de Ribadeneira Augustinianus, etiam in Serm. de S. Theresia *Elias fuit primus mortalium, qui in carne humana se Deo spontè ac voluntariè consecravit in perpetua virginitate.* Honuphrius Salt. in vita S. Honuphrij Regis Anachoretæ cap. 18. *Religiosus*

Waldensis. Gravina. Valderama. Epis. Dertusanus. Ribadeneira. Honuphrius Saltus.

*giosus fuit Elias, & primus, qui inter homines fecit votum castitatis.* Hugo de S. Charo Tom. 6. in c. 9. Lucæ: *Eliseus &c Religionis votum fecit* Idem à fortiori de Elia dicendum. Ex quibus patet nostram esse plurimorum SS. Patrum & celeberrimorum Doctorum sententiam, quæ SS. Patrum, & Doctorum integrum judicium dici possit juxta illud *cap.* extra conscientiam, *integrum enim est judicium, quod plurimorum sententijs confirmatur.*

344. Certè: nisi P. Salinam præcitatæ convincant authoritates, vincere debet retortionem sui dicti, n. 298. *Huic homini solo despectu respondendum erat.* ibidem n. 299. *sinite illum, quià cæcus est, & dux etiam cæcorum.* ibidem n. 64. *Ineptissimè sanè utitur hic author sapientissimorum hominum, & verbis, & sententijs.* Verumtamen allatas authoritates P. Salinam non convincere, evincit, quod *ibidem num.* 73. de nostro P. Francisco à Sancta Maria audet scribere: *nec unius tantummodò Ecclesiæ Patris pro sua sententia potest adducere: manifestum judicium?* Et n. 317 asseverare: quod *dubitare omninò non licet, Virginem sanctissimam, primam inter mortales omnes fuisse, quæ ex voto virginitatis Theologicæ virgo permanserit.* Unde non satis pensavit, quod dixit. Nec excusari potest. Primò: *ibidem* præmittens, *potuerunt aliqui ex imperio Dei virginitatis se voto mancipare, inviti quidem, ut de aliquibus creditur à multis, & nuptias semper, si fieri posset in desiderio habere, quin virginitas illa, etiam ex voto, Theologica censenda sit*: Quia hæc excusatio non subsistit, siquidem ne unus quidem SS. Patrum, aut Doctorum præcitatorum, agit de voto se mancipantibus invitis; nec ullum Theologum reperiet, qui asserat Dei imperium præcisè, magis quàm decalogum, facere homines invitos; nec probabit unquam specialem Spiritus Sancti instinctum, ex quo Elias sanctissimus Dei Propheta castitatem perpetuam vovit, fuisse imperium Eliam ad vovendum cogens, & faciens invitum; eumque nuptias semper, si fieri posset, in desiderio habuisse. Profectò, ne plus dicam: non solùm hoc commentum non habet ullius S. Patris, aut alicujus notæ Theologi testimonium; sed Eliæ sanctissimo Dei Prophetæ, ac cuivis Sancto & Sanctæ Dei, Divinas inspirationes, aut Dei præcepta observanti, est valde injuriosum. Neque excusari potest secundò: addens n. 196. *Testimonia SS. Patrum & Doctorum Ecclesiæ manifestissimis verbis primam tempore* (utique ante vel inter omnes mortales; quià si de mulieribus loquatur, id ultrà concedemus *Responso* 5.) *fuisse Mariam comprobant.* Nam quòd è contra id sit obscurissimum, patet ex authoritatibus paulò ante citatis: & eadem est ratio de eo, quod *n.* 197. subdit: *De Elia nullus est, qui expressè affirmet votum.* Et statim post: *in quo nullus unquam votum agnovit.* Hoc etiam non firmius subsistere patet ex præcitatis authoritatibus, & *Telorum* Enervationibus, quibus infrà, sub quadam istarum authoritatum non satis pensata contortione, nos impetit.

Conclusio. Excusationes præoccupantur.

345. Respondeo quartò: aliquos quidem SS. Patres, spectatis præcisè populi moribus in veteri Lege vacandi generationi, inductis per errorem, quò aliquam Dei maledictionem apprehendebat super ijs, qui, vel quæ, illi non vacabant; aut alioqui priusquam esset satis multiplicatus: dixisse illicitum fuisse in veteri Testamento, tàm viris, quam mulieribus, non vacare generationi, virginitatem servare &c. quô sensu Theodoretus in Epitome lib. 5. Matrim. dixit: *Ea de causa*, ait, *etiam viri boni, & religiosi Dei cultores, & duabus, & tribus, & pluribus etiam mulieribus matrimonio jungebantur, plurimorum filiorum patres esse cupientes; quod enim non libidini, ac voluptati servientes, plurium mulierum consuetudinem ferebant, testatur quidem Patriarcha Abraham & in veteri Testamento*. ait, Abulens. q. 4. in 30. cap. numer. *quantumcunque aliquis applicaretur Deo, non impediebatur ab actu matrimonij. Omnes enim, tàm Sacerdotes, quàm Levitæ, & Sacerdos magnus, etiam sanctissimi Prophetæ, uxores habebant; in novo Testamento non sic, quià si aliquis totaliter se voveat Deo ad colendum ipsum, debet se transferre ad habitum Monachalem, vel ad aliquam Religionem. Omnes autem istæ professiones repugnant matrimonio.* Chrysostomus Tom. 5. in lib. de virginitate in exordio:

Sensus Patrum, qui adversari videntur. Theodoreti. Abulensis. Chrysostomi.

respectu virorum, à nobis datam stabiliant expositionem. *Primò:* quia, cum Christi dignitati non officiat, B. Virginem ex speciali instinctu Spiritus Sancti, priusquam Christus esset, castitatis perpetuæ emisisse votum; minùs D. Virginis dignitati officiet, Eliam sanctissimum Dei Prophetam ex speciali instinctu Spiritus Sancti, priusquam D. Virgo esset, castitatis perpetuæ emisisse votum: siquidem Christus longè magis B. Virginis, quàm B. Virgo Eliæ Dei Prophetæ sanctissimi, excedit dignitatem: undè meritò P. Suarez in 3. p. Tom. 2. Disp. 6. sect. 3. *Quod verò ante ipsam* (scilicèt B. Virginem) *nullus hoc* (scilicet castitatis perpetuæ votum) *fecerit, ad ejus commendationem non admodùm refert: deindè etiam dici potest prima, quæ proposita est Dux & exemplar hujusmodi voti, & hunc existimo esse sensum SS. Patrum.* Quid ad hæc P. Salinas? Numquid fortè oculatior est suo P. Suarez oculatissimo? Ex dictis contra ipsum, & dicendis pro sapientissimo P. Suare *Pharetra IV.* infrà, judicabunt alij. *Secundò:* quià, cum indubiè & certò eâ ratione, quâ B. Virgo in voto perpetuæ castitatis prima fuit omnium, tàm virorum, quàm mulierum, Christus, tàm harum, quàm illorum, in quodam eminentiali Castitatis perpetuæ voto, fuerit primus; & tamen B. Virgo priusquam Christus esset, votum illud emiserit: votum eminentiale Christi de primatia intentionis respectu D. Virginis exponendum est; ergo & votum illud B. Virginis respectu Eliæ, cum ex communi sententia SS. Patrum & Doctorum antiquorum *Resp.* 3. citatorum sanctissimus Dei Propheta Elias, priusquàm B. Virgo esset, perpetuæ castitatis votum emiserit. Undè potiùs, quàm tot SS. Patrum ac Doctorum sperni videatur authoritas, dicendum, quod si nonnulli insinuent, B. Virginem esse in perpetuæ castitatis voto primam tempore, & secundùm executionem, ipsos attendisse ad maledictionem antiquæ Legis contra steriles, ac generationi non vacantes, ex errore populi, ut suprà *Resp* 4. vidimus, apprehensam, ut liberiùs sequerentur illud Basilij Seleuciensis *Orat. Verb. Incarn.* de Virgine Maria: *De qua, qui omnia illustria & gloriosa dixerit, nequaquam quidem à veritatis scopo aberrabit, ac tandem dignitatis magnitudinem nullâ unquam ratione exæquabit.* Verumtamen, cum S. Basilius non agat de *omnibus illustribus & gloriosis*, quæ soli Christo, aut Deo conveniunt, ut per se patet, nisi erronee putetur D. Virginem fuisse reipsâ Deam, sicut Christus fuit reipsâ Deus: id intelligi debet, de creaturarum inferioribus attributis, sic ut primatia executionis voti perpetuæ castitatis, quam SS. Patres & Doctores antiqui Eliæ sanctissimo Dei Prophetæ tribuunt, D. Virgini attribuatur secundùm intentionem, ac proindè eô modô, quô attribui potest; de qua intentionis primatia dicit doctissimus Suarez suprà citatus: *& hunc existimo esse sensum SS. Patrum:* à quo quidem sensu & P. Suare recedit P. Salinas, sed absque grano sufficientis salis, uti & omnes illi, quos pro se citat, si ipsi consentiant: etenim credo nonnullos in mente P. Suaris deceptos, præsertim Societatis IESU, qui post illum scripserunt, Authores; sed velim locum præcitatum, & infrà *Pharetra quarta* citanda oculô purô legant, & fallor, si ab ejus mente, aut si malis à retractatione eorum, quæ priùs dixerat, suam non advertant aberrationem.

Suarez. Basilius.

Quæstio ad hominem efficax.

350 Ne tamen negotium mihi fortè sit cum homine præoccupato. Quæro: an sequentia Scripturæ loca intelligi debeant de Christi Primatu ordine executionis & temporis: an de Primatu ordine intentionis: *Primogenitus omnis creaturæ*, ad Coloss. 1. *ut sit in omnibus primatum tenens.* Ibidem: *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.* Ad Ephes. 1. *Qui est caput omnis Principatus & potestatis* ad Coloss. 2. Si dicat: debere intelligi de Primatu ordine intentionis; eò quòd constet, ante Christum ipsum ipsâ rei executione natum, fuisse alias creaturas reipsâ natas, Ecclesiam, Principatus & potestates. Sic argumentor: Primatus D. Virginis in votis minus clarè in Scriptura & Patribus exprimitur, quàm

Primatus

Primatus Christi in *Primogenitura omnis creaturæ, in omnibus, super omnem Ecclesiam, omnis Principatus & potestatis*. Atqui per ipsum ille Primatus intelligi debet de ordine intentionis, & non potest de ordine executionis; ergo D. Virginis Primatus in votis intelligi potest de ordine intentionis, & non debet de executionis. Probatur consequentia à fortiori. Accedit, quòd Christo similia Deiparæ Virgini attribuantur: *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam*. D. Thomas super *Ave Maria: Deus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio*. In Missa de Concept. & Nativit. *Ab initio & ante sæcula creata sum*. In officio communi de Beata: *D. Virgo vadit post Agnum proximior, quocumque ierit*. S. Ildefonsus *Serm* 1. *de Assumpt*. Profectò, cum hæc omnia salvari possint, nec aliter possint, quàm de Primatu ordine intentionis, non apparet ulla necessitas in votis, specialiter urgendi D. Virginis Primatum de ordine executionis & temporis; maximè cum primò & principaliter Primatus ille Christo competat, & tamen compatiatur in ipsa D. Virgine in votis Primatum ordine executionis: ac proindè, licet magis primò & principaliùs D. Virgini, quàm Eliæ, Primatus ille competat, compatietur tamen in Elia & Elianis Primatum ordine executionis. Undè non est, quòd ultrà studeant dissidentes amici congregandis authoritatibus infinitis pro Primatu D. Virginis, quem ei ultrò concedimus; nec aliquam faciliè reperient, quæ evincat, non fuisse Eliæ, uti D. Virgini, specialiter à Deo inspiratum, ut vota illa emitteret, nec Eliam Christo priùs tempore illa emisisse, prout D. Virgo emisit. Pro ampliori tamen solutione. D. Thomas.

351. Respondeo septimò: ad authoritates in hoc *Telo* objectas. Primò: S. Bartholomæi apud Abdiam Babilonicum hujus Abdiæ librum à Sixto Senensi Biblioth. lib. 2. (ubi refert Pauli IV. condemnationem) Baronio, Bellarmino, Sarlogo & alijs dici Apocriphum, quod ipsemet P. Salinas ibidem *n*. 129. admittit; quia tamen eandem sententiam reperimus apud Richardum, Albertum magnum, B. Antoninum, Pelbartum & alios, id plenè non solvit, licèt illam ex isto fonte hauserint. Igitur ut pleniùs solvam: puto hæc verba *à nullo homine* esse referenda ad priora *inter fœminas*, juxta immediatè præcedentia in textu, *primam autem dixi, quià, ex qua homo factus est, ab initio sæculi, nulla hoc votum Deo obtulit*: ut sit sensus, *cum hoc à nullo homine inter fœminas, nec verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet, invitata constituisset*. Quià restrictio illa à SS. Patribus communiter facta, ut vidimus *Responso* 5. aliquid operari debet, nisi *à particulari ad universale* velimus argumentari, cujus argumenti lumen naturæ dictat absurditatem; quam tamen P. Salinas non satis cavet, dum *n*. 301. ait, *etsi dicant primam fœminarum, vel primam inter fœminas, non excipiunt viros*: quò vult SS. Patres, *Responso* 5. citatos in particulari comprehendisse universale, ut suam illis appingat sententiam. Si tamen hæc solutio, licèt solida, cupiam præoccupato Doctori non satisfacit: insuper responderi potest sic, ut juxta paulò ante præmissa, ad mentem S. Basilij ac doctissimi P. Suarez sit sensus: *cum hoc à nullo homine se priori* (nam de Christi hominis exemplo in voto eminentiali castitatis, non videtur dubium) *priùs prioritate primæ intentionis, nec verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet, invitata constituisset*: quod *constituisset*, cum onet mentis decretum, non obscurè hanc expositionem confirmat. Directa solutio authoritatum objectarum.

352. Necutri vis expositioni obstat: quod P. Salinas addit *ibid*. n. 299. *Rogo, quò pacto ec illatio illegitima erit: Virgo sine prævio alicujus exemplo, præcepto, & consilio, virginitatem vovit; go votum ejus omni consilio & exemplo tempore primum fuit*. Quia non solùm consequentia d sensum P. Salinæ est falsa; sed & ipsum antecedens: cum per ly *alicujus*, intelliere debeat *cujuscumque, tàm viri, quàm fœminæ*, ut aliquid contra nos concludat: nam si iri alicujus exemplum præcesserit, iam ejus consequentia, ac ipsum consequens llit; ut patet. Igitur P. Salinas hôc meliori modô ad SS. Patrum communem sensum Præoccupatur P. Salinæ objectio.

ſtus tempore ſecutus eſt Legem Decalogi, dicens in Evangelio: *Non veni ſolvere Legem, ſed adimplere* vitam Decalogi obſervantiſſimam peragendo, imò per religioſiſſimam Conſiliorum, à me additorum executionem perficiendo.

# TELUM IX.

*Argum:* ab omnium approbatione maledicti ſterilitatis.

330. P. Salinas ibidem nu. 119. *Mihi concors Patrum & Interpretum S. Scripturæ ſententia diſplicere nullatenus poteſt: Lege ſi places Expoſitores ſacros, & penè nullum invenies, qui maledictum ſterilitatis non approbet, præſertim ad illa loca Iſa. & Levit.* 7. Non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus, *& Exodi* 23. Non erit infœcunda, & ſterilis in terra tua: *Et Iſa* 56. Maledictus ſterilis, qui non facit ſemen in Iſraël. *Oſeæ* 9. *verſ.* Da eis Domine vulvam ſine liberis, & ubera arentia, *& Geneſ.* 30. *cum Rachel poſt partum Ioſeph dixit*, Abſtulit Deus opprobrium meum, *& Luc.* 1. *cum Elizabeth, mater Baptiſtæ*, quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium inter homines, *& quia moleſtiſſimum eſſet omnes recenſere, aliquos tamen referam melioris notæ reliquos conſultò ſilentiô premo, & in primis Gloſſa interlin. ad illa verba Tobiæ* 3. 18. Virum autem cum timore tuo, *ait*, timens maledictionem ſterilitatis, &c. *Serarius cap.* 11. *Iudicum de filia Iephtæ, mortem minus moleſtam*, quàm ſobolis orbitatem, tunc enim habebatur maledicta ſterilis. *Et alij.*

Exodi 23. Oſeæ 9. Geneſis 30. Lucæ 1.

Serarius.

## ENERVATIO.

S. Scriptura malè citatur, nec iſta maledicta in ea reperiuntur.

331. RESpondeo primò: P. Salinam S. Paginæ loca malè citare & intelligere, eumque ex illis proferre maledicta, quæ in tota S Scriptura non reperiuntur: nam primus locus, nec Iſaiæ, nec Levitici eſt, ſed Deuteronomij 7. neque maledictum important, ſed benedictionem, ut patet ex Textu: *Si poſtquam audieris hæc judicia, cuſtodieris ea, & feceris* &c. *diliget te, ac multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui* &c. *benedictus eris inter omnes populos, non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus, tàm in hominibus, quàm in gregibus tuis.* Idem eſt de *Exodi* 23. uti etiam patet ex Textu: *ſervietiſque Domino Deô veſtro, & benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui: non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo.* Locus autem ex *Iſaia* 56. citatus, ibi non reperitur, nec credo in tota S. Scriptura reperiri. Et è contra Iſaiæ 54. dicitur: *lauda ſterilis, quæ non paris* &c. Quod confirmat Apoſtolus ad Galat. 4. *Scriptum eſt enim lætare ſterilis, quæ non paris.* Et *Iſaia cap.* 56 (malè à P. Salina objecto;) *Non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint Sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus; nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.* Geneſis autem 30. agitur de deſponſatæ ſterilis opprobrio inter homines, uti Lucæ 1. *Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.* Non verò inter ſterilem & Deum, niſi ſterilitas à Deo in pœnam delicti data eſſet, quomodò *Oſeæ* 9. dicitur; *Da eis Domine vulvam ſine liberis, & ubera arentia.* Alioqui certè, in varijs ſterilitas ſine culpa perſonali contingit, quæ apud Deum opprobrio perſonali eſſe non poteſt; juxta illud Hugonis de S. Victore *lib.* de M Virginit. Tomo 2. cap 1. *Nec fœcunditatem carnis meritum, nec ſterilitatem dicimus eſſe culpam; nec per multitudinem filiorum, ſed per merita virtutum, antiqui vel moderni Deo placuerunt: nec ideò ſterilitatem carnis maledictam in Lege, ut eam damnabilem Lex oſtenderet apud Deum; quin potius, ut eô tempore, quandò ſucceſſio generis in multitudine filiorum quærebatur, eam apud homines, & ob hoc quodammodò inhonoratam demonſtraret.* Undè P. Salinas prudenter cavet ſe fatigare, recenſendo Expoſitores Sacros, qui in illis locis maledictum agnoſcunt, niſi fortè, ut loqui-

Favet authori contra Salinam

Senſus, quò iſta maledicta intelliguntur.

ut loquitur Richardus de S. Laurentio lib. 12. de laudibus B. M. *Maria nec timuit maledictum illud, quod erat scriptum* Exodi 23. & Deuter. 7 *ubi pro benedictione dicitur obedienti*, non erit apud te sterilis utriusque sexus: *undè sterilitas à contrarijs pro maledictione reputabatur in Lege*, utique inter homines, ut statim vidimus ex Lucæ 1. Quô sensu subdit: *erat enim tempore Legis opprobrosa virginitas propter adjunctum, id est sterilitatem*. Quô etiam sensu loquitur Scotus in 4. dist. 30. q. 2. *Vel erat præceptum generale omnibus, qui erant in Lege illa de contrahendo matrimonium, quod videtur, quia pro benedictione erat fœcunditas, & pro maledictione sterilitas* &c. Sed indè nihil contra nos: quia præceptum illud *à contrario sensu* illatum, non est S. Scripturæ, sed inferentium; quod tàm ibi fallit, quàm præceptum positivum semper obligans, illatum *ex continua benedictione* illud semper, etiam dum non obligat, observantis, quæ illatio perabsurda est: attende ad verba Scoti *videtur*, quod dubitantis est; *quia pro benedictione erat fœcunditas*, pro benedictione operum supererogationis est gratiæ argumentum; illa tamen, neque hujus, neque illorum supponit præceptum. Ex Richardo. Ex Scoto.

332. Quarè: apud quoscumque SS Patres & Scripturæ Interpretes, sub *virginitatis, sterilitatis Legis scripta* &c. *maledicto, opprobrio* &c. intelligi debet *inter homines*; secùs inter Deum & Virginem, sterilem &c. absque personali culpa: alioqui Richardus *ibidem* non addidisset: *sed maledictionem hanc, & sterilitatem hanc, hoc opprobrium, hunc contemptum Maria contempsit, ut Deo offerret gratissimum sacrificium virginitatis*. Uti nec Hugo de S. Victore Tomo 2. *de Mariæ virginit. perpet.* cap 1. *Elegit in terra, abjectio plebis fieri; & opprobrium hominum, ut per munditiam integritatis in cœlo fieret socia Angelorum*. Et multò minùs S. Bernardus hæc *Homil.* 3. super missus est: *Quid eligis Virgo prudens? Angustia sunt mihi undiquè, melius autem est mihi maledictum incurrere, & castam manere: hinc etenim, & si videro maledictum, sed non peccatum; illinc verò* scilicet ex usu conjugali plerumque, *& peccatum, simul & cruciatum* partus. *Deniquè hac maledictio, quid aliud est, quàm hominum exprobratio, neque ob aliud sanè dicitur sterilis maledicta, nisi quod opprobrio & contemptui sit habenda, tanquam inutilis & infructuosa, & hac in Israël tantùm; mihi autem pro minimo est, quod hominibus displiceo, dum me possum virginem castam exhibere Christo*. Quod similiter dixisse sanctissimum Dei Prophetam Eliam, & Filios Prophetarum, *qui se castraverunt*, ex speciali Dei instinctu, *propter Regnum Cœlorum*, ut vidimus *Scuto II. n* 17. & *Scuto VI n* 50. videtur indubitatum, attentis præmissis *Scuto I.* Vide *Telum XI* Imò prædictum maledictum apud SS. Patres ac Scripturæ Interpretes solum intelligi potest argumento à contrarijs, quod ex populari errore dumtaxat concludit; nam Deus D. Virgini, & alijs SS. Virginibus, S. Eliæ & alijs sanctissimis viris, varias benedictiones concessit, quas utriusque sexus alijs minus sanctis negavit: sed hos vel has fuisse obinde apud Deum de maledictione & opprobrio conscios, nullus orthodoxus unquam dixit, nec aliter, quàm ex solo errore populari dici potest. Quid ad hæc, mi Pater? Plura taceo, & ut tua in nos Tela contineas, istis benè perpensis, iterum atque iterùm rogo. Alius sensus istorum maledictorum. Richardus. Hugo de S. Victore. S. Bernardus. Verus maledict. istorum sensus.

333. Respondeo secundò: omnem dictam ab hominibus maledictionem, opprobrium, contemptum &c. si ex Lege esset, fore sub una ex restrictionibus suprà *Resp.* 1. *ad Telum VIII. nu* 325. intelligendum, ob rationes ibi, & statim datas: quas optarem pacatiori mente perpenderet P. Salinas, quàm S. Scripturæ loca, quæ nobis statim objecit. Responsum aliud ex gratia.

# TELUM X.

Argum. à voti virgin. Mariæ primatu.

334. P. Salinas ibidem nu.121. *Restat, ut Maria in voto virginitatis primatum ex aliis, ut ità de eam, positivis testimoniis Scripturæ commendemus. Primum est illud Psal.44. verf.15.* Adducentur Regi virgines post eam. Addit nu.135. Secundum locum ex eodem Psal. verf.11. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.* Tertium ex Cantic.2. verf.12. *Vox turturis audita est in terra nostra.* Nu. autem 127. sic infert. *Igitur ex S. Scripturæ testimoniis quibus vel conjugia Lege præscribi censentur, & sterilitas maledicta cognoscitur, de quibus egimus, & Apocalypsis, & Canticorum 2 verf.12. & deniquè Lucæ 1. verf.34.* quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco. *Duplex efformatur aperta conclusio. Prima: nullum hominum, fœminarum nullam, ex Sacra Pagina constare, emisisse votum virginitatis ante Virginem Beatam; sed illam ex Sacra Pagina meritò fuisse primam. Uti dixère Suarez. & Vasquez suprà: secunda: nonnisi temerariè potuisse prædictum Fr. Franciscum de S. Maria asserere sententiam, asserentem alium, aut aliam, ante Virginem votum ejusmodi præstitisse, superare nostram de claritate sacrorum testimoniorum.*

Psal. 44.

Cantic. 2.

Lucæ 1.

Temeritatis arguitur P. Fran. à S. M.

## ENERVATIO.

Retortio argum. in suum Authorem.

335. REspondeo primò; In locis istis (præterquam *Lucæ 1.* licet etiam ex solo voti virginitatis, aut non nubendi, proposito subsistat,) ità manifestum esse secundum corticem litteræ, nullam esse mentionem voti virginitatis, ut nè vel unum ex SS. Patribus, aut S. Paginæ Interpretibus, adferre potuerit, qui loca ista ad litteram de voto virginitatis interpretetur, & multò minus de voto virginitatis primò tempore à B.V. Maria emisso; undè non capio, quomodò ille bonus vir ausus sit *nu.44. Telo V. citato* dicere, *solam Mariam, constat ex S. Pagina, fuisse in virginitate vovenda tempore primam*: præsertim attentis *Responsis* datis ad *Telum* ipsius *III. & IV.* & his propositionibus: *In Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis perpetuæ: Mulieres fecerunt votum virginitatis in Lege scripta: in Lege scripta fuit verus Monachatus & Religio.* approbatis à Supremo S. Inquisit. Hispanicæ Senatu, *nu.*268. citato. Hîc quidem, uti & *Telo IX.* fortius emungendi dedit occasionem; sed nè eliciam sanguinem, prudens abstineo, & solùm. *Quæro*: an per istorum locorum litteram constet de D. Virginis voto castitatis, vel non? Si constet: undè ex S. Pagina ipsi constat, quod ex istorum locorum littera nulli viri, aut mulieres, motivum pium acceperint, prius vovendi virginitatem ad D Virginis imitationem, quæ obindè *adducentur Regi post eam*, secundum intentionem dumtaxat: hoc enim probare debet, priusquam dicat, *solam Mariam, constare ex S. Pagina, fuisse in vovenda castitate tempore primam*. Si non constet: ad rem impertinenter objecit *Telum I.* & impertinentius *Telum V.* uti hinc evidenter sequitur.

Expressior est S. Scriptura pro Authore, quàm pro Aduersario.

336. Respondeo secundò: S. Paginæ loca ad litteram *Scuto II.* allata mentionem expressam voti continere, cujus nulla in locis istis: ergo clariora sunt ibi testimonia pro voto virginitatis in Lege, quàm in illis. Deindè: si ad litteræ sonum, aut sensum, attendamus, communis est ad mentem nostram SS. Patrum ac S. Scripturæ Interpretum expositio locorum *Eccli.*48. de quo *Resp.*1. ad Telum I. *Num.6.* de quo *Telo III.* & *Isaiæ* 56. de quo *Telo IV.* loca autem, quæ ex antiquo Testamento pro se citat P. Salinas, vix ad ejus mentem ullius bonæ notæ Authoris habent expositionem, nisi fortè nimis contortam, ut patet ex Responsis ad *Telum VII. & VIII.*

TELUM

# TELUM XI.

P. Salinas ibidem nu. 128. *Et quidem imprimis S. agmina, Mariæ votô primò virginitatis in Orbe auditô, patrocinantia, præibit meritò strenuus quidem S. Bartholomæus, apud Abdiam Sabylonicum lib. 8. de vita S. Bartholomæi de D. Virgine:* prima inter fœminas constituit in corde suo, ut diceret, Domine offero tibi virginitatem meam, cum hoc à nullo homine, nec verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet, imitata constituisset, ut Virgo pro amore Dei specialiter permaneret. Sive (quod ad Teli corroborationem addo) *uti Richardus à S. Laurentio* lib. 3. de laudibus B. M. *ut Deo offerret gratissimum sacrificium virginitatis absque omni humano præcepto, aut consilio, aut exemplo, solâ inspiratione Spiritus Sancti.* Undè Albertus Magnus q. 25. de privilegijs B. M. *Beatissima Virgo est Mater omnium in virginitate, quæ sine præcepto, consilio, & exemplo, & sola prima omnium gloriosum munus virginitatis Deo obtulit, per quod & omnes virgines in virginitate genuit.* Quod repetunt B. Antoninus *Sum. p. 4. titulo* 15. §. 10 & Pelbartus *lib. 8. Pomerij de B. V. p. 1. art. 2.* Ibid. nu. 131. Pro eodem voto militat S. Mechtildis lib. 1. SS. insinuationum: *prima votum virginitatis emisit*, quod confirmant. *B. Angela de Fulginio* lib. 1. de salut. Mariæ, *S. Aldegundis Visionum* lib. 1. vis. 5. n. 9. *S. Elizabetha* lib. 3. Visionum cap 13. *Vita S. Catharina Senensis.* Denique nu. 132. *Ut verò propius ad sententias SS. Patrum accedamus, indubitatum est apud Authores pro hac sententia primi voti Virginis, referri ferè omnes Patres Ecclesiæ. Quapropter dixit Canisius lib. 2. de Deipara Virgine cap. 14.* Tam contententer, atque constanter, judicant Patres Ecclesiæ, adeòque ex ipsis Evangelij verbis demonstrant, Mariam ex voto virginem, adeòque voventium primam exstitisse: quæ res illi eximiam profectò prærogativam & immortalem laudem parit. *Ità ille.* Ubi tandem sanctissimos Patres fusissimè refert.

Argum. à S. Agminibus. Abdias Sab. Richardus. Albertus Magnus. Antoninus. Pelbartus. Omnes ferè Ecclesiæ Patres. Canisius.

## ENERVATIO.

337. RESpondeo primò: manifestum videri ex præcedentium *Telorum Enervatione* S. Scripturam R. P. Salinæ nullô modô favere; nostræ autem Thesi multum: undè meritò Telum istud dici potest eius principale, & cæterorum, quæ propter illud in nos vibrat, fortissimum: indirectum tamen est, & per illationem dumtaxat ex hoc antecedenti: *D. Virgo prima omnium vovit castitatem: ergo S. Propheta Dei Elias illam non vovit: ergo verè & propriè Religiosus non fuit: ergo S. Ordinem Carmelitarum non instituit.* Sed contra: imprimis hoc antecedens quoad ly *prima* in S. Scriptura non exprimitur, uti etiam *n.* 285. *& n.* 335. notavimus, & proindè Tela, de quibus ibi meritò in hoc & ipsum retorsimus, ut ostenderemus ipsum, nos in eo fortissimè urgere, in quo debilissimus est. Deindè omnes penè SS. Patres, quos pro isto antecedenti citat, oppositum consequentis docent, ut videre est ex illis, sparsim in toto *Armamentario* citatis, & collectim *Pharetra ultima, Telo ultimo* citandis: undè licet faverent P. Salinæ antecedenti, opponuntur tamen consequenti, & nobis favent, non ipsi. Denique non solum, attentis omnium SS. Patrum authoritatibus dicto *Telo ultimo* citanis; sed etiam his propositionibus: *In Lege scripta fuit votum castitatis & virginitatis perpetuæ: Mulieres fecerunt votum virginitatis in Lege scripta: In Lege scripta fuit verus Monachatus & Religio,* supremo S. Inquisitionis Senatu, relato *suprà n.* 168 approbatis, evidens est antecedens illud non posse intelligi ad sensum R. P. Salinæ, de voti virginitatis primitate reali temporis & quoad executionem: sed vel de sola primitate causæ exemplaris & quoad intentionem, ut vidimus *n.* 328. *&* 329. de qua fusius infrà: vel de primitate

Telum istud generali solutione enervatur.

mitate voti castitatis pro perfectiori gradu voti castitatis, quàm in ullo hominum ante ipsam Deiparam fuerit, ut potè quæ, ne vel minimâ contra castitatem imperfectione ab illo unquam defecerit: vel de primitate ab excellentia conditionis voto adiectæ, sic ut pro quocumque eventu, cuiusvis necessitatis, etiam conceptionis & partus manere vellet virgo, in qua indubiè videtur fuisse prima etiam primitate temporis & executionis, hocque abundè sufficit ad commendandum supra omnes D. Virginis voti castitatis excellentiam, quam, & nihil plus, SS. Patres, quos P. Salinas pro se citat, intendisse commendare videntur: quidquid sit, sic plausibilius sibi ipsis & supremi S. Inquisitionis Senatus decreto consonantius, ac S. Scripturæ *Scuto II Telo. III IV. & V. per totum.* citatæ conformius, intelligi posse videntur, quam sensu à R. P. Salina prætenso: quô datô evidens est eius consequentiam esse nullam, & oppositum consequentis esse incomparabiliter probabilius. Undè vel hoc solum Responsum ad R. P. Salinæ Telum enervandum omninò sufficiet: de superabundanti tamen.

Cardo difficultatis aperitur.

338. Respondeo secundò: vel R. P. Salinas Telo isto prætendit ferè omnes Patres Ecclesiæ docere: Deiparam Virginem ante omnes viros, non obstante quôcumque eis factô Spiritus Sancti instinctu, primam, tempore veteris Legis, servasse virginitatem perpetuam, præcisô votô: vel D. Virginem ante omnes viros, non obstante quôvis ijs factô Spiritus Sancti instinctu, primam, tempore veteris Legis, emisisse votum virginitatis perpetuæ. Hæc enim confundit P. Salina, quasi omnes ferè Ecclesiæ Patres docerent, D. Virginem antè omnes viros, non obstante quôcumque eis factô Spiritus Sancti instinctu, primam, tempore veteris Legis, servasse virginitatem perpetuam, etiam sine voto: aut saltem hôc dissimulatô, uti aliquoties dissimulat, nullos viros ex speciali eis facto Spiritu Sancti instinctu, priùs tempore virginitatis perpetuæ votum emisisse, quàm D. Virgo illud emiserit: pro istis tamen, nè unum quidem S. Patrem, apertè loquentem, citat, aut citare potest; licèt in eo sit totus inter nos & ipsum cardo difficultatis, cùm ultrò fateamur *n.* 328. D. Virginem aliquô valdè commendabili intentionis sensu esse virorum primam, quæ virginitatis votum emisit, etiam executionis respectu fœminarum, quorum alterutrô sensu omnes SS. Patres, quos citat, loquuntur, aut commodissimè intelligi possunt, ut statim videbimus. Igitur, ut confusionem illam auferamus, & per claram omnium authoritatem, quas non satis sincerè confundit, distinctionem appareat, vix ullam alicuius ponderis esse, quæ contra nos militet.

Fallit P. Salinas.

339. Respondeo tertiò: Absolutè falsum esse, quod omnes ferè Ecclesiæ SS. Patres doceant. Primò: D Virginem ante omnes viros, non obstante quôcumque eis factô Spiritus Sancti instinctu, primam, tempore veteris Legis, servasse virginitatem perpetuam: quià imprimis S. Bernardus *in serm. ad Fratres de Monte Dei*, sic de vera est stricta trium votorum essentialium Religione, quam à novitate defendit, loquitur: *sed hæc novitas non est novella vanitas; res enim est antiqua Religionis perfecta in Christo fundatæ pietatis antiqua hæreditas Ecclesiæ à tempore Prophetarum præmonstrata* (si illam Prophetæ præmonstrarint, spiritu Prophetico cognoverunt, si cognoverint, speciali Dei instinctu secuti sunt, uti convincunt authoritates *Scuto I. IV VI. & XVII.* adductæ:) *iamque nova gratia* (ergo per ipsum illa antiqua præcessit) *sole exortô, in Ioanne Baptista instaurata & innovata* (nihil autem innovatur, quod prius tempore non fuit,) *ab ipso Domino familiarissimè celebrata, & ab ipsis Discipulis ipsô præsente concupita.* Et ut ostendat se locutum de dicta trium votorum essentialium Religione, post pauca subdit: *post passionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effusi sanguinis recenti memoriâ, solitariam hanc vitam eligentibus, paupertatem hanc sectantibus, & in spiritualibus exercitijs, & in contemplatione Dei pingue oleum altero in alterum*

Oppositum docent Bernardus.

*in alterum zelantibus. deserta repleta sunt; ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antonium, Arsenium, & alios quampiures in sancta huius conversationis Republica consulares viros.* Vide dicta in *Armamentario n.* 70.

340. Adstipulatur S. Macharius (ut veriùs Pauli Eremitæ discipulus) in Serm. ad Monachos: *Fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum, ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate* &c; *hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi huius propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur, quia à cœpto Ordine nullatenus leguntur divisse.* S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de officijs cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, hujus propositi Princeps Elias & Discipulus ejus fuerunt* &c. *iàm deindè progeniti sunt conversationis hujus nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres.* S. Odilo in vita S. Majoli in Bibliotheca Cluniac. & apud Lipomanum. *Deindè cœpit Ordo Monasticus pullulare, & ut veriùs dicam, reviviscere, quem à beatis Elia & Ioanne Baptista novimus processisse, & ità per Apostolicam conversationem, & vitam, & incrementa virtutum, & exercitia sanctorum spiritualium Patrum, ad nos usque gaudemus pervenisse.* S. Hieronymus Epistola 13. ad Paulinum: *Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum,* &c. *de his sunt & filij Rechab.* Et in Epistola ad Rusticum: *Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legimus.* Rupertus, in Exposit. cap. 4. Canticor. *quos fuisse Monachos in veteri Testamento consentit authoritas Patrum venerabilium* Cassianus lib. 1. de institut. Monachor. capite 2. *Itaquè Monachum ut militem Christi, in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis, oportet incedere: hoc enim Habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento hujus professionis* (nota) *fundavêre primordia, Eliam scilicet & Eliseum, Divinarum Scripturarum authoritate demonstratur.* Bernardus Cassinensis in Expositione Regulæ S. Benedicti: *Attende benè, quòd in veteri Testamento Elias & Eliseus Monachorum inventores extiterunt.* Clarevalensem habes suprà. Quæ omnia confirmant authoritates, quæ *Responso* 3. adferuntur. Plures adderem; sed frustrà: dabimus tamen *Pharet. ult. Telo* 2. Sed inquiet P. Salinas nihil ibi expressè de votis. Monachatum intelligi non posse sine votis, infrà ostendemus, imò vota ad illum necessaria pro Lege scripta Supremus S. Inquisitionis Senatus suprà *nu.* 268. in judicio contradictorio clarè approbavit.

Macharius. Isidorus. Odilo. Hieronymus. Rupertus. Cassianus. Bernardus.

341. Respondeo tertiò: Absolutè etiam falsum esse, quod omnes ferè Ecclesiæ Patres doceant 2°. Virginem ante omnes viros, non obstante quôvis eis factô Sancti Spiritus instinctu, primam, tempore veteris Legis, emisisse votum castitatis sive virginitatis perpetuæ: quià (præterquam quod S. Augustinus *lib. 2. in Exod. q.* 65. dicat: *Sicut dicitur spiritus Elia, qui est spiritus Dei, cujus particeps factus est Elias.* S. Dorotheus Martyr in *Synopsi Prophetarum* relato *Tome* 7. Bibliothecæ sacræ: *Elias hic primus ex hominibus est, qui hominibus sursum ad Cœlum subministravit, primus ex hominibus unam Angelorum & hominum viam ostendit.* Chartusianus ad cap. 4. Lucæ: *Elias terrestris Angelus, homo cœlestis.* Ambrosius lib. de Elia cap. 2. *Elias cœlestem vitam in corpore, & supernæ usum conversationis exhibebat in terris.* Athanasius in vita S. Pachomij. *Vitam cœlestium in terris gessit*: hæc enim omnia sine votis Deo gratissimis egrè admodùm intelligi possunt) S. Athanasius Sinaitæ in qq. super Script. ait q 66. *Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum, hi sunt in Lege nova Apostoli & Monachi; in Lege veteri, Elias, Daniel & alij multi.* S. Epiphanius lib. 2. hæres. 58. *Quinam igitur Eunuchi? Generosi Apostoli,* &c. *Monasticam vitam degentes, & deinceps virgines* in novo Testamento; *Elias in veteri Testamento* &c. Idem ferè habet hæresi 63. & hæresi 79. *Elias ab ortu suo virginitatem perpetuò servavit.* Sanctus Ephrem Syrus in *Resp.* ad quendam Monachum. *Sæcularibus permisit legitimè matrimonio jungi; at, qui sæculo se abdicarunt, hos continere, & quidem legitimè se continere, voluit: quandoquidem si verba illa, quos vis concernerent,* meliùs est nubere, quàm uri, *nemo hanc ipsam virtutem excoluisset; non Elias Thesbites, non Eliseus, non Ioannes, non quicumque se castraverunt propter Regnum Cœlorum, castamque suam carnem servaverunt*

Falsum, quod omnes ferè Patres doceant 1. &c. Oppositum docent Dorotheus. Chartusianus. Ambrosius Athanasius Epiphanius.

Ambrosius *verunt Deo.* Ambrosius lib. 1. de Virginibus cap. 5. *Elias nullius corporei coitus fuisse permistus*
Hieronymus. *cupiditatibus invenitur* &c. S. Hieronymus in Epist. ad Eustochium: *Virgo namquè Elias, virgo Eliseus, virgines multi Filij Prophetarum.* S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de officijs Eccles. cap. 15. *Quantum pertinet ad vetus Testamentum, Elias, Ieremias, & Daniel; castitatis &*
Isidorus.
Ioannes XLIV. *continentiæ bonum constituisse dignoscuntur.* Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus lib. de Instit. Monach. cap. 9. *Elias seipsum virginitate perpetua primus hominum spontè decoravit.* Et cap. 41. *Primus inter homines studuit virginitatem perpetuam spontè inchoare.*

342. Eunuchos autem, *qui se castraverunt propter Regnum Cælorum*, emisisse votum perpetuæ castitatis, concors est omnium Patrum ac Scripturæ Interpretum sententia: Imò Em. Card. Bellarminus *lib. 2. de Monachis cap. 23* ait: *Ipsa Eunuchorum appellatio perspicuè indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solùm continet se, sed non se continere non potest.* Et constat à pari de appellatione *Nazarei*, ex illo Chrysostomi Tom 2 Homil. 4 de Epiphania: *Nazarei secundum Legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni votò mancipabant.* Et Damasceni lib. 4. de fide cap. 25. *An non denique lex Nazarei ingens votum nuncupat.* Post Origenem Homil. 24. in numer. *Ille verò, qui appellatur Nazaraeus, semetipsum vovet, hoc est votum Nazarei, quod est super omne votum, semetipsum Deo offerre; nec alienò labore, sed propriò placere, perfectius est cæteris omnibus votis; quod qui facit, imitator est Christi.* Hieronymus autem Com. in Ezechielem cap 6 *Nazaraeus Eliseus*, & à fortiori Elias. Hugo de S. Charo Tomo 6. in cap. 9. Lucæ: *Eliseus* &c. (à fortiori Elias) *Religionis votum fecit.* Abulensis in cap. 30. Num. q. 12. *In veteri Testamento in mulieribus non reperiebatur observatio virginitatis cum voto, aut sine voto; sed omnes accipiebant viros: Domina autem nostra fuit prima, quæ virginitatem observavit, & vovit. De viris autem magis reperitur; nam quanquam non habeatur expressum votum virginitatis; patet tamen, quod aliqui observarunt illam, ut fuit Ieremias* &c. Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 5. *Habemus deindè in eodem Testamento veteri Eliam, Eliseum & Filios Prophetarum, sine uxoribus & divitijs in hoc mundo vixisse.* Et cap. 39. *Veteres Patres Eliam, & Ioannem Baptistam Eremitas & Eremitarum Principes faciunt, ut Basilius in Epistola ad Chilonem Nazianzenus in Apologia postquam è fuga redijsset. Chrysostomus Homil. 69 in Matth. Hieronymus partim in Epist. ad Paulinum de institutione Monachi, partim in Epist. ad Eustochium de virginitate. Cassianus collatione 18 cap. 6. Sozomenus lib. 1. Histor. cap. 12. Theophylactus in primum caput Lucæ. Isidorus lib. 2. cap 15. de officijs divinis.* Gaspar Sanchez in 3. Regum 17. n. 6. *Eliam virginitatem coluisse perpetuam communis est veterum Patrum constansque sententia* Salianus ad An. 3173. *S. Ephrem Syrus Eliam & Eliseum, & Ioannem Baptistam, & Apostolum Paulum in eorum numero recenset, qui castraverunt se propter Regnum Cœlorum.* Suarez Tomo 1. in 3. p. q 28. art. 4. Disp. 6. sect. 1. *Multi viri sanctissimi in illa Lege virginitatem ut meliorem coluerunt* Nec recedit Albertus magnus in 4. Dist. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Ecclesia sicut modus Iuris Nazaraeorum, qui votum vovebant perpetuum, & Rechabitarum, & hujusmodi illi modi erant loco Regulæ.* Plures vide *Pharetra ult. Telo ult.* Et *decretum* Supremi S. Inquisit. Hisp. Senatus *suprà n. 268.*

Bellarminus. Chrysostomus. Damascenus. Origenes. Hieronymus. Hugo de S. Charo. Abulensis. Bellarminus. Nazianzenus & alii. Sanchez. Suarez.

343 Unde meritò Waldensis Tom. 3. de Sacram cap. 199. *Maria prima virgo fœmina Propheta Elia in virginitatis perpetua voto successit* Clictoveus Tom. 2. Homil. 2. *Virginitatis perpetuæ votum ab Elia, primo ejus Institutore, inprimis actum.* Dominicus Gravina lib. *Vox turturis* p. 2. c. 5. *Eliam, primum colendæ virginitatis Authorem. Patres & Doctores appellant, obedentiæ & paupertatis prototypum.* Valderama in Theatro Religionum Serm. de S. Elia: *cum voto tamen sine dubio Elias fuit primus, qui virginitatem servavit, & docuit eam servare in veteri Testamento suos discipulos. Sic docet Isidorus l. 2. de orig offic. cap. 43. S. Hieronymus l. 1. contra Iovinianum. & Cassianus l. 1. de instit. Monachorum.* Ludovicus Episcopus Dertusanus in Serm. de S. Theresia: *Elias fuit primus homo, qui castitatē vovit, ut infert Hieronymus, & Isidorus* Petrus de Ribadeneira Augustinianus, etiam in Serm. de S. Theresia. *Elias fuit primus mortalium, qui in carne humana se Deo spontè ac voluntariè consecravit in perpetua virginitate.* Honuphrius Salt. in vita S. Honuphrij Regis Anachoretæ cap. 18. *Religiosus*

Waldensis. Gravina. Valderama. Epis. Dertusanus. Ribadeneira. Honuphrius Saltus.

*giosus fuit Elias, & primus, qui inter homines fecit votum castitatis.* Hugo de S.Charo Tom.6. in c. 9. Lucæ: *Eliseus &c Religionis votum fecit.* Idem à fortiori de Elia dicendum. Ex quibus patet nostram esse plurimorum SS. Patrum & celeberrimorum Doctorum sententiam, quæ SS. Patrum, & Doctorum integrum judicium dici possit juxta illud *cap.* extra conscientiam, *integrum enim est judicium, quod plurimorum sententijs confirmatur.*

344. Certè: nisi P. Salinam præcitatæ convincant authoritates, vincere debet retortionem sui dicti, n.298. *Huic homini solo despectu respondendum erat.* ibidem n.299. *sinite illum, quià cæcus est, & dux etiam cæcorum.* ibidem n.64. *Ineptissimè sanè utitur hic author sapientissimorum hominum, & verbis, & sententijs.* Verumtamen allatas authoritates P. Salinam non convincere, evincit, quod *ibidem num.* 73. de nostro P. Francisco à Sancta Maria audet scribere: *nec unius tantummodò Ecclesiæ Patris pro sua sententia potest adducere: manifestum judicium?* Et n.317 asseverare: quod *dubitare omninò non licet, Virginem sanctissimam, primam inter mortales omnes fuisse, quæ ex voto virginitatis Theologicæ virgo permanserit.* Undè non satis pensavit, quod dixit. Nec excusari potest. Primò: *ibidem* præmittens, *potuerunt aliqui ex imperio Dei virginitatis se voto mancipare, inviti quidem, ut de aliquibus creditur à multis, & nuptias semper, si fieri posset in desiderio habere, quin virginitas illa, etiam ex voto, Theologica censenda sit*: Quia hæc excusatio non subsistit, siquidem ne unus quidem SS. Patrum, aut Doctorum præcitatorum, agit de voto se mancipantibus invitis; nec ullum Theologum reperiet, qui asserat Dei imperium præcisè, magis quàm decalogum, facere homines invitos; nec probabit unquam specialem Spiritus Sancti instinctum, ex quo Elias sanctissimus Dei Propheta castitatem perpetuam vovit, fuisse imperium Eliam ad vovendum cogens, & faciens invitum; eumque nuptias semper, si fieri posset, in desiderio habuisse. Profectò, ne plus dicam: non solùm hoc commentum non habet ullius S. Patris, aut alicujus notæ Theologi testimonium; sed Eliæ sanctissimo Dei Prophetæ, ac cuivis Sancto & Sanctæ Dei, Divinas inspirationes, aut Dei præcepta observanti, est valde injuriosum. Neque excusari potest secundò: addens n.196. *Testimonia SS. Patrum & Doctorum Ecclesiæ manifestissimis verbis primam tempore* (utique ante vel inter omnes mortales; quià si de mulieribus loquatur, id ultrà concedemus *Responso* 5.) *fuisse Mariam comprobant.* Nam quòd è contra id sit obscurissimum, patet ex authoritatibus paulò ante citatis: & eadem est ratio de eo, quod *n.*197. subdit: *De Elia nullus est, qui expressè affirmet votum.* Et statim post: *in quo nullus unquam votum agnovit.* Hoc etiam non firmius subsistere patet ex præcitatis authoritatibus, & *Telorum* Enervationibus, quibus infrà, sub quadam istarum authoritatum non satis pensata contortione, nos impetit.

*Conclusio.*

*Excusationes præoccupantur.*

345. Respondeo quartò: aliquos quidem SS. Patres, spectatis præcisè populi moribus in veteri Lege vacandi generationi, inductis per errorem, quò aliquam Dei maledictionem apprehendebat super ijs, qui, vel quæ, illi non vacabant; aut alioqui priusquam esset satis multiplicatus: dixisse illicitum fuisse in veteri Testamento, tàm viris, quam mulieribus, non vacare generationi, virginitatem servare &c. quô sensu Theodoretus in Epitome lib.5. Matrim. dixit: *Ea de causa*, ait, *etiam viri boni, & religiosi Dei cultores, & duabus, & tribus, & pluribus etiam mulieribus matrimonio jungebantur, plurimorum filiorum patres esse cupientes; quod enim non libidini, ac voluptati servientes, plurium mulierum consuetudinem ferebant, testatur quidem Patriarcha Abraham & in veteri Testamento*, ait, Abulens. q.4. in 30. cap. numer. *quantumcunque aliquis applicaretur Deo, non impediebatur ab actu matrimonij. Omnes enim, tàm Sacerdotes, quàm Levitæ, & Sacerdos magnus, etiam sanctissimi Prophetæ, uxores habebant; in novo Testamento non sic, quià si aliquis totaliter se voveat Deo ad colendum ipsum, debet se transferre ad habitum Monachalem, vel ad aliquam Religionem. Omnes autem istæ professiones repugnant matrimonio.* Chrysostomus Tom.5. in lib. de virginitate in exordio:

*Sensus Patrum, qui adversari videntur.*

*Theodoreti.*

*Abulensis.*

*Chrysostomi.*

exordio: *Iudæi virginitatis laudem aspernabantur; nec mirum, quandò etiam ipsum natum ex Virgine Christum ignominiis affecerunt: contra verò gentes admiratione virginitatis obstupescunt, quam tamen sola colit Ecclesia Dei* ibid. c. 13. *in veteri Testamento virginitas res perspicua non erat, neq; enim solum reliqua tum multitudo; sed & Levitæ, & Sacerdotes, atque adeò magnus ille Pontifex magni nuptias æstimabat.* to. 5. Hom. 9. de pœnit. *Neque enim mihi existimaveritis tantillam virginitatis esse magnitudinem; talis enim virginitas est, ut eam potuerit nemo veterum conservare* &c. *gravis enim erat virginitatis professio, ut hac nemo se religaret: Noë justus erat, & à Deo testimonium accipiens, sed mulieri adhæsit; gravis enim erat virginitatis prædicatio, quoad flos de Virgine germinaret; nemo igitur veterum poterat virginitatem tenere.* Homil. 79. in Matth. *Virginitas nec in veteri Testamento à priscis illis, sanctisque viris, culta fuit, & in novo nulla Legis necessitate jubetur.* Et To. 5. serm. quod Christus sit Deus fol. 480. *Virginitatis decor apud veteres nec nominabatur.* S. Bernardi Serm. 59. in cantica ad hæc verba *Vox turturis* &c. *Tu ne voci illi tempus fuisse tunc dicas, cum maledictio omnis incubat sterilis in Israel, cum Patriarchæ ipsi plures simul haberent uxores, cum frater fratris absque liberis defuncti semen suscitare ex Lege compellebatur.* Ruperti Tom. 2. in cap. 2 Ioan. lib. 2 *Neque enim libera tunc esse poterat virginitatis professio, vel hujuscè exempli prædicatio, cum adhuc Moyses sub velamine suo declararet, maledictus omnis, qui non facit semen in Israël.* Severus in Cathen. Græca: *tanto enim studio tunc temporis homines sobolem curabant, ut qui sine spe propagationis decederet, haberetur quasi execratus à Deo.* Imò Rabbi Salomon (ait Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 6.) *in cap. 9. Genesis, vult esse Reum homicidij, qui liberis non dat operam. Et R. David Kimki cap. 56. Isaiæ, ait, sententiam esse antiquorum Iudæorum, eum, qui non relinquit filium, esse tanquam excommunicatum à Deo.*

Bernardi. Ruperti. Rabbi Salom.

P. Salinas hic omni auth. destituitur.

346. Sed P. Salinas nullum SS. Patrum citat, aut citare potest, qui expressè asserat nulli Sanctorum aut Sanctarum, præterquàm D. Virgini, esse in veteri Testamento vovendæ castitatis perpetuæ factum Spiritus Sancti instinctum, nullum hôc instinctu tunc castitatem perpetuam vovisse, Legem scriptam directè votum hoc prohibuisse, steriles directè maledicto subjecisse, aut aliter quàm argumento à contrario sensu benedictionis à Deo concessæ fœcunditatis, si fratrem excipias, qui in Israël fratri absque liberis defuncto semen suscitare tenebatur. Nos dicimus: Eliam sanctissimum Dei Prophetam, ex speciali Spiritus Sancti instinctu, populi errorem, & errore apprehensam sterilitatis maledictionem contempsisse, ac ex instinctu illo castitatem vovisse perpetuam, Filiosque Prophetarum, ut idem facerent, induxisse, quorum utrumque constat tùm ex probatis *Scuto I. IV. VI. & XVII.* tùm ex authoritatibus statim *Resp.* 3 præcitatis. Quæ omnia si benè ponderet P. Salinas, clarè videbit se nullatenùs posse SS. Patres absque contortione nobis opponere: videat igitur, ne lumen, quod in se est, tenebræ sint.

Varii D. Virg. concedunt primatum temporis resp. fœm. Abdias Bab. Richardus.

347. Respondeo quintò: varios quidem SS. Patres docere, D. Virginem, ante omnes fœminas primam, tempore veteris Legis, emisisse votum perpetuæ virginitatis; ut Bartholomæus Apostolus apud Abdiam Babilonicum *lib.* 8. (nisi hunc dicas cum Sixto Senensi Pontifice Apocriphum) de vita Bartholomæi: *Hæc Virgo cum execraretur omnem virum, prima Deo omnipotenti vovit: primam autem ideò dixi, quià ex quo homo factus est, ab initio sæculi nulla hoc votum Deo obtulit: hæc ergo prima inter fœminas constituit in corde suo, ut diceret, Domine offero tibi virginitatem meam.* Ex quo Richardus de S. Laurentio lib. 3. de laudibus B. M. *Bartholomæus Apostolus dicit, quod prima vovit virginitatem, & ideò prima, quià ante eam nulla.* Vidè Origenem *Resp.* 5. infra. Item S. Anselmus, apud P. Hieronymum de Guadalupe cap. 1. in Lucam: *Anselmus apertius indicavit* in lib. de excell. Virginis cap. 4. *Virginis votum dicens: B. Virginem primam fœminarum se tantæ virtuti, idest virginitati, mancipasse.* Unde Tract. de 4 virtut. cap. 1. *votum* illud vocat *rem exoticam*, respectu fœminarum scilicet: *prudentiam quidem ejus, ut prima fœminarum animadverteret rem, quæ carebat exemplo, quàm gratum*

Anselmus.

*gratum Deo esset pudicitiæ sacrificium, quod ipsa voveret Deo, Legis maledicto relicto in medio* &c. *Non enim rem voveret exoticam, nisi* &c. Godefridus Abbas Vindocinensis Serm. 8. in Festivit. B. M. *Prima*, putà fœminarum, *Domino virginitatem devovit*. Hugo de S. Victore Tom. 3. de M. virginit. perpet. cap. 1. *Maria prima inter fœminas pro amore castitatis maledictum Legis in carne sua sustinuit*. Beda in cap. 1. Lucæ: *prima fœminarum tanta virtuti se mancipare curavit*. quod repetit in *Homil. de Annunciatione*. Richardus à S. Laurentio lib. 3. tit. de 12. privil. B. M. *Secundum Bernardum ipsa fuit virginitatis primiceria*. Aymo in Epist. de Assumpt. Virg. *Maria, prima omnium, virginitatem suam, ut sine macula servaret, devovit*. Albertus Magnus q. 21. de Beatitudinibus Virg. tit. de aureola: *Beatissima Virgo dicitur Virgo Virginum* &c. *Mater Virginum* &c. *Regina Virginum, omnes ancillæ sunt & pedissequæ*. Hugo de S. Charo Tom. 2. in Psal. 18. *nulla ante ipsam professa fuerat virginitatem: undè rectè dicitur Virgo Virginum, quasi signifera & exemplar virginitatis*. S. Bernardinus Serm. 52. de salut. Angel. art. 2. cap. 1. *Prima filiarum Evæ suam virginitatem Domino consecravit*. Abulensis in lib. 4. Regum cap. 18. q. 19. *Sic dicitur de Domina nostra, sola sine exemplo placuisti fœmina Christo, id est non fuit aliqua, quæ emisisset votum virginitatis propter Deum, ante Dominam nostram*. Colvenerius in Kalendario S. Virg. M. 16. Feb. *Ipsa votum virginitatis prima emisit*. Incognitus (aliàs Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus, juxta Vindicias eximij P. Wastelij) *Sciendum, quòd gloriosa Virgo Maria fuit inter mulieres prima, quæ in Ecclesia Christi sponsa votum virginitatis emisit*. Dionysius Chartusianus Tom. 1. oper. min. lib. 3. de laudibus glor. Virg. art. 9. *fuit virginitatis primiceria, sine corruptione fœcunda*. Pelbartus lib 8. Pomerij de B. Virg. p. 1. art. 2. *Est omnium Virginum Mater, virginitate prima vel primiceria, quoniam sine præcepto, consilio, exemplo primò omnium gloriosum munus virginitatis Deo obtulit*. Sed idipsum ultrò concessimus suprà in *Quæstiuncula* post *Responsa* ad *Telum VIII*, ubi explicuimus, quô intereà sensu, etiam respectu virorum prima dici possit, quæ virginitatem perpetuam vovit. Undè similiter nequidem unus ex illis omnibus, quos P. Salinas nobis opponit, doctrinæ nostræ adversatur; quomodò tamen ipse decreto *n.* 324. citato non adversetur, non satis video, ob præmissa *n.* 347.

Godefridus. Hugo de S. Victore. Beda. Richardus. Aymo. Albertus Mag. Hugo de S. Charo. Bernardinus. Abulensis. Colvenerius. Incognitus. Chartusianus. Pelbartus. Authori non obstant.

348. Respondeo sextò: Aliquos quidem SS. Patres etiam docere Christum esse in virginitate primum omnium virorum, & D. Virginem omnium fœminarum: ut Origenes in cap. 13. Matth. *Arbitror rationi consentaneum esse, virilis quidem seminis puritatis in castitate primitias fuisse* IESUM; *muliebris verò Mariam; non enim possibile est alijs, præter hanc, virginitatis primitias adscribere*. Et Canisius ex Damasceno, lib. 2. de Deipara cap. 12. *Semper id credidit, semper docuit, atque confirmavit antiquitas, quod apud Damascenum legimus, Christum virorum virginum, Mariam verò fœminarum caput*. Item P. Salinas ibidem *n.* 139. ex quodam Serm. P. Monsaluci. *Vt nemo deinceps dubitare possit, illud Hieronymi ad Pammachium verissimum esse; igitur Christus, & Maria utriusque sexus virginitatis dedicavere principia*. Et ex Abrahamo Bzovio in Thesauro laudum sanctissimæ Deiparæ Controv. 34. *Vniversa postmodum Ecclesia, Sancto edocta Spiritu, id semper credidit, atque docuit, quod Damascenus atque Augustinus adnotavere, Christum virorum virginum, Mariam verò fœminarum caput esse*. Augustino Tom. 10. Homil. 33. *Salvator noster passer dicitur; quià docuit primus humilitatem; turtur dictus est; quià docuit primus castitatem: Vndè etiam in canticis canticorum Propheta dicit, vox turturis audita est in terra nostra: vox turturis doctrina intelligitur Salvatoris; audire cœpit, castitatem adamavit*. Ioanne Gersone lib. 4. de Sacram. Matrim. *Alia causa est, ut esset mulieribus exemplum virginitatis, sicut Christus est exemplum viris*.

Varii docent Christum esse primum in virginitate. Origines. Canisius. Monsalucus. Bzovius. Augustinus. Gerson.

349. Sed tantum abest, ut obstent illi doctrinæ nostræ de Eliæ & Filiorum Prophetarum voto castitatis perpetuæ, ex speciali Dei instinctu priùs tempore emisso, quàm B. Virgo illud emiserit; quin potiùs in *Quæstiuncula* post *Responsa* ad *Telum VIII*. à nobis dicta confirment, & simul in perpetuæ castitatis voto primatiæ illius, etiam

Non obstant illi sed probant.

respectu virorum, à nobis datam stabiliant expositionem. *Primò*: quia, cum Christi dignitati non officiat, B. Virginem ex speciali instinctu Spiritus Sancti, priusquam Christus esset, castitatis perpetuæ emisisse votum; minùs D. Virginis dignitati officiet, Eliam sanctissimum Dei Prophetam ex speciali instinctu Spiritus Sancti, priusquam D. Virgo esset, castitatis perpetuæ emisisse votum: siquidem Christus longè magis B. Virginis, quàm B. Virgo Eliæ Dei Prophetæ sanctissimi, excedit dignitatem: undè meritò P. Suarez in 3. p. Tom. 2. Disp. 6. sect. 3. *Quod verò ante ipsam* (scilicèt B. Virginem) *nullus hoc* (scilicet castitatis perpetuæ votum) *fecerit, ad ejus commendationem non admodùm refert: deindè etiam dici potest prima, quæ proposita est Dux & exemplar hujusmodi voti, & hunc existimo esse sensum SS. Patrum.* Quid ad hæc P. Salinas? Numquid fortè oculatior est suo P. Suarez oculatissimo? Ex dictis contra ipsum, & dicendis pro sapientissimo P. Suare *Pharetra IV.* infrà, judicabunt alij. *Secundò*: quià, cum indubiè & certò eâ ratione, quâ B. Virgo in voto perpetuæ castitatis prima fuit omnium, tàm virorum, quàm mulierum, Christus, tàm harum, quàm illorum, in quodam eminentiali Castitatis perpetuæ voto, fuerit primus; & tamen B. Virgo priusquam Christus esset, votum illud emiserit: votum eminentiale Christi de primatia intentionis respectu D. Virginis exponendum est; ergo & votum illud B. Virginis respectu Eliæ, cum ex communi sententia SS. Patrum & Doctorum antiquorum *Resp.* 3. citatorum sanctissimus Dei Propheta Elias, priusquàm B. Virgo esset, perpetuæ castitatis votum emiserit. Undè potiùs, quàm tot SS. Patrum ac Doctorum sperni videatur authoritas, dicendum, quod si nonnulli insinuent, B. Virginem esse in perpetuæ castitatis voto primam tempore, & secundùm executionem, ipsos attendisse ad maledictionem antiquæ Legis contra steriles, ac generationi non vacantes, ex errore populi, ut suprà *Resp* 4. vidimus, apprehensam, ut liberiùs sequerentur illud Basilij Seleuciensis *Orat. Verb. Incarn.* de Virgine Maria: *De qua, qui omnia illustria & gloriosa dixerit, nequaquam quidem à veritatis scopo aberrabit, ac tandem dignitatis magnitudinem nullâ unquam ratione exæquabit.* Verumtamen, cum S. Basilius non agat de *omnibus illustribus & gloriosis*, quæ soli Christo, aut Deo conveniunt, ut per se patet, nisi erroneè putetur D. Virginem fuisse reipsâ Deam, sicut Christus fuit reipsâ Deus: id intelligi debet, de creaturarum inferioribus attributis, sic ut primatia executionis voti perpetuæ castitatis, quam SS. Patres & Doctores antiqui Eliæ sanctissimo Dei Prophetæ tribuunt, D. Virgini attribuatur secundùm intentionem, ac proindè eô modô, quô attribui potest; de qua intentionis primatia dicit doctissimus Suarez suprà citatus: *& hunc existimo esse sensum SS. Patrum*: à quo quidem sensu & P. Suare recedit P. Salinas, sed absque grano sufficientis salis, uti & omnes illi, quos pro se citat, si ipsi consentiant: etenim credo nonnullos in mente P. Suaris deceptos, præsertim Societatis Iesu, qui post illum scripserunt, Authores; sed velim locum præcitatum, & infrà *Pharetra quarta* citanda oculô purô legant, & fallor, si ab ejus mente, aut si malis à retractatione eorum, quæ priùs dixerat, suam non advertant aberrationem.

Suarez. Basilius.

350 Ne tamen negotium mihi fortè sit cum homine præoccupato. Quæro: an sequentia Scripturæ loca intelligi debeant de Christi Primatu ordine executionis & temporis: an de Primatu ordine intentionis: *Primogenitus omnis creaturæ*, ad Coloss. 1. *ut sit in omnibus primatum tenens.* Ibidem: *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.* Ad Ephes. 1. *Qui est caput omnis Principatus & potestatis.* ad Coloss. 2. Si dicat: debere intelligi de Primatu ordine intentionis; eò quòd constet, ante Christum ipsum ipsâ rei executione natum, fuisse alias creaturas reipsâ natas, Ecclesiam, Principatus & potestates. Sic argumentor: Primatus D. Virginis in votis minus clarè in Scriptura & Patribus exprimitur, quàm Primatus

Quæstio ad hominem efficax.

Primatus Christi in *Primogenitura omnis creaturæ, in omnibus, super omnem Ecclesiam, omnis Principatus & potestatis.* Atqui per ipsum ille Primatus intelligi debet de ordine intentionis, & non potest de ordine executionis; ergo D. Virginis Primatus in votis intelligi potest de ordine intentionis, & non debet de executionis. Probatur consequentia à fortiori. Accedit, quòd Christo similia Deiparæ Virgini attribuantur: *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.* D. Thomas super *Ave Maria: Deus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio.* In Missa de Concept. & Nativit. *Ab initio & ante sæcula creata sum.* In officio communi de Beata: *D. Virgo vadit post Agnum proximior, quocumque ierit.* S. Ildefonsus *Serm. 1. de Assumpt.* Profectò, cum hæc omnia salvari possint, nec aliter possint, quàm de Primatu ordine intentionis, non apparet ulla necessitas in votis, specialiter urgendi D. Virginis Primatum de ordine executionis & temporis; maximè cum primò & principaliter Primatus ille Christo competat, & tamen compatiatur in ipsa D. Virgine in votis Primatum ordine executionis: ac proindè, licet magis primò & principaliùs D. Virgini, quàm Eliæ, Primatus ille competat, compatietur tamen in Elia & Elianis Primatum ordine executionis. Undè non est, quòd ultrà studeant dissidentes amici congregandis authoritatibus infinitis pro Primatu D. Virginis, quem ei ultrò concedimus; nec aliquam facilè reperient, quæ evincat, non fuisse Eliæ, uti D. Virgini, specialiter à Deo inspiratum, ut vota illa emitteret, nec Eliam Christo priùs tempore illa emisisse, prout D. Virgo emisit. Pro ampliori tamen solutione. D. Thomas.

351. Respondeo septimò: ad authoritates in hoc *Telo* objectas. Primò: S. Bartholomæi apud Abdiam Babilonicum hujus Abdiæ librum à Sixto Senensi Biblioth. lib. 2. (ubi refert Pauli IV. condemnationem) Baronio, Bellarmino, Sarlogo & alijs dici Apocriphum, quod ipsemet P. Salinas ibidem *n.* 129. admittit; quià tamen eandem sententiam reperimus apud Richardum, Albertum magnum, B. Antoninum, Pelbartum & alios, id plenè non solvit, licèt illam ex isto fonte hauserint. Igitur ut pleniùs solvam: puto hæc verba *à nullo homine* esse referenda ad priora *inter fœminas*, juxta immediatè præcedentia in textu, *primam autem dixi, quià, ex quo homo factus est, ab initio sæculi, nulla hoc votum Deo obtulit*: ut sit sensus, *cum hoc à nullo homine inter fœminas, nec verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet, invitata constituisset.* Quià restrictio illa à SS. Patribus communiter facta, ut vidimus *Responso* 5. aliquid operari debet, nisi *à particulari ad universale* velimus argumentari, cujus argumenti lumen naturæ dictat absurditatem; quam tamen P. Salinas non satis cavet, dum *n.* 301. ait, *etsi dicant primam fœminarum, vel primam inter fœminas, non excipiunt viros*: quô vult SS. Patres, *Responso* 5. citatos in particulari comprehendisse universale, ut suam illis appingat sententiam. Si tamen hæc solutio, licèt solida, cupiam præoccupato Doctori non satisfacit: insuper responderi potest sic, ut juxta paulò ante præmissa, ad mentem S. Basilij ac doctissimi P. Suarez sit sensus: *cum hoc à nullo homine se priori* (nam de Christi hominis exemplo in voto eminentiali castitatis, non videtur dubium) *priùs prioritate primæ intentionis, nec verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet, invitata constituisset*: quod *constituisset*, cùm sonet mentis decretum, non obscurè hanc expositionem confirmat. Directa solutio auth. objectarum.

352. Nec utrivis expositioni obstat: quod P. Salinas addit *ibid.* n 299. *Rogo, quô pactô hæc illatio illegitima erit: Virgo sine prævio alicujus exemplo, præcepto, & consilio, virginitatem vovit; ergo votum ejus omni consilio & exemplo tempore primum fuit.* Quia non solùm consequentia ad sensum P. Salinæ est falsa; sed & ipsum antecedens: cum per ly *alicujus*, intelligere debeat *cujuscumque, tàm viri, quàm fœminæ*, ut aliquid contra nos concludat: nam si viri alicujus exemplum præcesserit, iam ejus consequentia, ac ipsum consequens fallit; ut patet. Igitur P. Salinas hôc meliori modô ad SS. Pattrum communem sensum Præoccupatur P. Salinæ objectio.

sum formare debuisset argumentum: *Virgo sine alicujus fœminæ exemplo, præcepto & consilio virginitatem vovit; ergo votum ejus omni fœminæ consilio & exemplo tempore primum fuit.* Vel sic: *Virgo sine cujuscumque, tàm viri, quàm fœminæ exemplo, præcepto & consilio virginitatem vovit; ergo votum ejus omni consilio & exemplo tempore primum fuit*: Quorum prioris, non solùm admittemus consequentiam esse veram & legitimam, sed etiam antecedens esse verum & legitimum: verumtamen, cum in antecedenti & consequenti sui argumenti, contra communem sanctorum Patrum sententiam, omittat ly *fœminæ*, manifestè fallit: & cum in antecedenti posterioris argumenti ponatur *cujuscumque, tàm viri, quàm fœminæ*, pro *alicujus fœminæ*, argumentum est à particulari vago & indeterminato ad universale, quod esse ipse & omnes alij fatentur; ideòque illius antecedens negamus, & consequentiam, utpotè ex antecedenti falso, dicimus esse illegitimam. Ac proinde, cum nullum pro B. Virginis voti castitatis primatia temporis respectu *cujuscumque, tàm viri, quàm fœminæ*, S. Patrem citet, iàm legitimè non expositum: manet verum, quod ne unus quidem SS. Patrum clarè & expressè ipsius de tali prioritate sententiam doceat: & cum *n.* 299. velit, Patrem Suarez, dicentem, *& hunc existimo esse sensum SS. Patrum* intelligi de sanctis Patribus, qui istam prioritatem docent: vult intelligi de SS. Patribus, qui non sunt, nec fuerunt, quô nihil absurdiùs.

Conclusio.

# TELUM XII.

*Argum.* à defectu auth. pro traditione de Monachatu ELIÆ.

353. P. Salinas ibidem n.45. *Traditio hæc* de tribus Eliæ Religionis substantialibus votis, ac vero in illis ejusdem Monachatu, *cum non sit de re occulta; sed mundo manifesta, non potuit intra domesticos parietes clausa contineri. Et ideò necessariò ab Authoribus Catholicis erat aliquô modô referenda: quia impossibile est, vidisse sæcula omnia Monachos illos ab omni vulgari vita discretos, & habitu, & moribus dissitos, quin aliquis gravissimorum Authorum, per omnia illa sæcula illis conviventium aliquid diceret de eorum constitutione religiosa. Et saltem asseret, traditionem illam in confesso esse apud aliquos bonæ notæ viros; quod tantùm abest à vero, ut diligentissimi Scriptores fabulas appellent eas quas ipsi vocant traditiones. Lege Baronium & Bellarminum.*

## ENERVATIO

Remissivè refellitur efficaciter.

354. Respondeo primò: A nobis efficaciter probatum, traditionem illam ità esse in S. Pagina fundatam ob præmissa *Scuto II. VI. & VII.* ac *Responsis ad Telum III. & IV.* ità Summorum Pontificum Bullis, Sanctorum, & Sanctarum revelationibus, Historicorum & Geographorum relationibus, ob præmissa *Scuto XVII.* ità communi SS. Patrum ac Doctorum antiquorum judicio confirmatam, ob eorum authoritates *Responso* 2. & 3. *ad Telum XI.* congestas & plurimas alias *Pharetra ult. Telo ult.* adducendas, ut videatur à quovis sapiente admitti debere, ob præmissa; tùm *Scuto XVIII.* tùm *Responsis ad Telum I.* & Generaliter ad alia P. Salinæ nutantia, ut vidimus, *Tela*, specialiter V. & VI. ubi etiam traditionem illam exagitat.

Fallit P. Salinas.

355. Respondeo secundò: Imprimis traditionem illam non esse conclusam intra domesticos parietes, satis patere ex probationibus allatis in *Scutis & Responsis* statim citatis, ubi pro illa de Exteris citavimus Summos Pontifices, S. Congregationes, revelationes, SS. Patres, & Theologos antiquos consentientes, Historicos & Geographos passim illam referentes, à quibus P. Salinas vult similem traditionem esse referendam: si autem velit hoc omnes ab *Authoribus Catholicis* excludere; ferè solos agnoscat *Acatholicos*, quibus nimium faveret, ut vidimus in *Responsis ad Telum I* necesse est.

Sequela mala.

356. Respon-

356. Respondeo tertiò. Vel P Salinam, per *gravissimos Authores* & *bonæ notæ viros*, intelligere illos, qui in antiquo Testamento Synagogæ Historias scripserunt; vel qui in novo illas retulerunt? Si priùs: optarem vel unicum citaret, cujus nobis contradicentia opera adhuc extent; & probaret, quod eorum nulla in primitiva Ecclesia extiterint, ex quibus, aut majorum traditione (quâ datâ habemus intentum) præcitati omnes acceperunt, quæ de Eliæ votis, & vero ejusdem in illis Monachatu nobis tradiderunt: alioqui cum diffiteatur hæc potuisse sumi ex S. Scriptura, videtur sequi, illos omnes, eosque præcipuos Sanctæ Ecclesiæ Patronos, ea suxisse ex digito, ut nobis nugas venderent: quod non est Catholicum, nec ullius esse potest *gravissimi Authoris*, aut *bonæ notæ viri*, effatum: legat P. Salinas vel solos à nobis *Resp. 2. & 3. ad Telum XI.* (longè plures tamen collectos dabimus *Pharetra ult. Telo ult.*) relatos, & dicti sui non satis pensati, ni fallor, concipiet retractionem, cum dicere non possit illos omnes non esse *gravissimos Authores* & *bonæ notæ viros*, quod satis explosum est. Dilemma efficax.

357. Respondeo quartò: Illud P. Salinæ *Telum* esse argumentum negativum, de quo satis suprà *Resp. 2. ad Telum IV.* Item 2. *ad VI.* Intereà ipsum rogo, ut tot *gravissimos Authores* & *bonæ notæ viros*, ante P. Suarem (nam hunc, sed malè intellectum, uti *Pharet. IV.* Videbimus, communiter P. Societatis sequuntur, quærat 1. suis, *Telis* reipsâ & verè faventes (nam ab ipso citati illis non favent, ut vidimus) quot nostris Scutis reipsâ ut verè faventes totó *Armamentario* adduximus. 2. Tot pro omni alia traditione Ecclesiastica (in quam *Tela* sua retorquere possemus, ut vidimus *n.* 304. & *n.* 309) de plurium Sanctorum & Sanctarum primitivæ Ecclesiæ, sanctitate vitæ, miraculis ac facinoribus præclaris, sine contradictione recepta, ac pro nostra *Scuto XVII.* citavimus & *Telo ult. Pharetra ult.* fusius citabimus. 3. tot pro sua negativa, ac nos pro nostra positiva opposita citamus: non dubito fore, quin suis nostros authoritate & numero longè præponderare fatebitur; quod si nolit, erunt, qui inter me & ipsum judicent, & semper manebit, quod longè majori Authorum numero ac authoritatum pondere prævalebo: Unde meritò addam illud P. Bannes 1. p. q. 1. art 8. & Canisij lib. 8. de locis cap. 4. *Quandò in aliqua sententia communiter consentiunt Scholastici* (à fortiori si SS. Patres, Doctores, Historici & Geographi, imò & Summi Pontifices ac Sacræ Congregationes) *argumentum faciunt adeò probabile, ut illis contradicere temerarium valdè sit.* Vide Authores pro nostra Thesi citatos *Scuto XVIII.* Item *n.* 339. ad 344. & *Pharet. ult. Telo ult.* P. Salinæ argum. est negativum authoris positiva. Bannes & Canisius.

# TELUM XIII.

358. P. Salinas *ibidem* ad rejecta *Telo VI.* nihilo verosimiliùs addit n. 45. *Deindè in traditionibus, quæ vim traditionis obtinent in Ecclesia, semper requiritur illarum apud Sanctos Ecclesiæ Patres expressa mentio; & dum contra hæreticos vi traditionis utimur, traditionem probamus ex consensu & testificatione Sanctorum, qui ejus meminere. Hæc autem traditio commentum videtur merè imaginarium. Nam & VValdensis apertissimè negat, Eliam vota emisisse, uti infrà videbimus, dum ejus sententiam examinaverimus. Igitur reddenda sine dubio est traditio, nunquam tradita, in nullo Sanctorum inventa, imò nec gravissimorum Doctorum; sed commenta ardore obtinendi antiquissimam originem. Nec mirum, cum teste Baronio, amor nobilitatis avitæ cogat homines delirare. Et ideò traditio, si qua est, consistit in origine Carmelitarum ab Elia, & Eliseo, non ratione votorum, sed solitudinis, & aliarum asperitatum, & inhabitationis Carmeli, quod concedit Suarez, & Cornelius, & alij, qui eorum vota negant in Apolog. prop. 5. p. 2. §. 12. & nos libenter admittimus.* Argum. à defectu mentionis apud SS. Patres de dicta traditione. Ex Baronio.

## ENERVATIO

359. Respondeo primò: SS. Ecclesiæ Patres, & Doctores, qui in traditione ista nobis consentiunt, videri posse suprà citatos in *Resp.* 2. *&* 3. *ad Telum XI.* ac *Scuto XVII à n.* 223. *ad* 232. *& Pharetra ult. Telo ult.* ubi ex eorum consensu & doctrina illam probavimus, junctis etiam Pontificum, SS. Congregationum, revelationum, Historicorum, Geographorum & aliorum testimonijs: dicere autem illos omnes tradidisse *Commentum merè imaginarium, sine dubio ridendum, homines, ex amore* Religionis Monasticæ antiquitatis *avitæ*, contra Hæreticorum improperia novitatis, *cogens delirare*: non solùm ipse & omnis sapiens improbare debent: sed est censura adeo gravis, ut nequidem audeam illam in ipsum retorquere, licèt possim: circumfertur quidem ob hæc & similia R.P. Salinæ opus *in Ionam*, unde Tela ista, tamquam è Pharetra, depromuntur, esse à Supremo S. Inquis. Hispanicæ Senatu prohibitum; sed prohibitionem nondum vidi: audiatur tamen P. Garcia Politicæ Regularis *tract.* 1. *dub.* 1. *n.*8. ubi similium prænuntiat futuram ab illo prohibitionem, aiens: *Hæc opinio*, scilicet asserens in Lege scriptâ verum extitisse Monachatum, *ut minimum debet censeri probabilis, & talem illam censuit S. Inquisitionis Tribunal anno* 1639. *attestante R. P. Francisco à S. Maria. Ac proindè, si quis hodiè assereret, non esse probabilem puniretur à Sacro illo Tribunali, tanquam contumax, refractarius, ac decretis atquè mandatis ejus repugnans. Et reverà, licèt hoc decretum latum non esset, Apologia nihilominùs R.P. Francisci à S. Maria authoritatum rationumque pondere gravida redderent illam probabilem, & non utcumque probabilem, sed probabilem valdè, & ut talem ego illam reputo.* Quamobrem celeberrimus P. Franciscus de Aravio, primarius Magister Academiæ Salmaticensis è S. Dominici ordine ad Episcopatum Segoviensem assumptus, oppositum, quod priùs docuerat 1. 2. q. 99. *Disp.*4. *sect.*3. *n* 29. teste nostro P. Antonio à S. Spiritu, *Directorij Regularium p.*2. *sect* 1. *n.*33. sic retractat, *quos* scilicet Patres, Doctores, & Pontifices, *refert, & sequitur Author Historiæ Propheticæ, ut defendat Eliam, & Eliseum veri Monachatus fuisse professores: quam sententiam absque nota & censura, tum probabilitate, quam ei adstruunt sua fundamenta, sanctissimum Inquisitionis Tribunal novissimò Decretò* 9. *Decembris* 1639. *expeditò, defendi ut anteà, & excudi permisit: quam probabilitatem, & nos lubentes suscipimus.*

*Garcia.*

*Aravio oppositam sent. retractat.*

360. Utinam P. Salinas, qui *locò citatò n.*56. hunc pro se citat errantem, sequatur pœnitentem: vel saltem suæ Societatis lucidissimum jubar Patrem Suarez *Tom.*4. *de Religione tract.*9. *lib.*2. *cap.*10. ubi sic. *Est autem valdè recepta, & satis antiqua traditio, Religionem Carmelitanam à temporibus Prophetarum, & signatim Eliæ institutione, suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam traditionem ut veram suscipimus; præcipuè quià Summi Pontifices Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. &c.* ubi non obscurè, quod Tom.3. de Religione lib.3. cap.1. n 8. agens de Eliæ & Elisei castitate, paupertate & obedientia scripsit. *Neque enim in Scriptura habet fundamentum, neque id nisi merè voluntariè affirmare possumus, potiusque ex authoritate possumus contrariam conjectare; quia rem tanti momenti Scriptura non tacuisset, vel saltem indicasset.* Et cap.2. *Status religiosus secundum se, & quoad substantiam suam ab ipso Christo Domino immediatè traditus & institutus fuit.* Retractat ipsâ traditione convictus; & meritò, ut patet ex *Responsis ad Telum I.* Vide *Scutum XVII n* 223. ac P. Gasparem Sanctium, de quo statim, quem meritò vocat *sapientissimum & piissimum.* Nec potest P. Salinas prætendere ignorantiam prædicti Decreti: quia *ibidem n.*307. illud explicat, & n.320. hæc verba decreti à nobis relata n.268. *ità tamen quòd Monachatus non fuerit in illa Lege, cum ea solemnitate, perfectione & potestate clavium, prout in Lege gratiæ.* in hæc transfert: *dummodò addat & explicet Monachatum Synagogicum, nec habuisse solemnitatem, & perfectionem, nec potestatem clavium*

*Votum Authoris.*

*Suarez.*

*Gaspar Sanctius.*

*tiam Legis gratiæ.* Infert primò: *Ergo qui assereret, in aliquo horum comparari posse Monachatum Synagogæ etiam tum minùs perfecto statu religioso Legis gratiæ, Decreto contraveniret, & reus esset ejus mali, ob quod illæ propositiones damnatæ sunt, quæ in Lege veteri statum religiosum fuisse affirmabant ejusdem essentiæ & perfectionis, quâ potiebatur status religiosus in Leges gratiæ.* Et infrà n.341. infert secundò: *Ergo si perfectio status religiosi votis constat, votis caruit status Monachorum Synagogæ.*

361. Ne autem P. Salinas his & similibus argutijs illudat Supremo S. Inquisitionis Senatui, illiusque Decreti eludat virtutem, hîc occasionaliter illarum aperio debilitatem. Imprimis: Senatus ille intendit approbare Monachatum Synagogæ, prout condistinguitur essentialiter contra sæcularem, tàm in Lege veteri, quàm nova: atqui non aliter distinguitur essentialiter contra sæcularem, tàm in Lege veteri, quàm nova; quàm per tria vota Religionis essentialia, ut per se patet: ergo &c. Deindè: Senatus non intendit à Monachatu Synagogæ paupertatem, castitatem & obedientiam excludere: ergo nec vota paupertatis, castitatis & obedientiæ: antecedens patet; quià fatetur P. Salinas, Monachos Synagogæ illa tria servasse sine votis. Probatur consequentia: quià non ob aliam rationem hæc vota intenderet excludere, quàm quià spectant ad perfectionem Monachatus Legis gratiæ: atqui tam paupertas, castitas & obedientia sine votis, quàm tria vota paupertatis, castitatis & obedientiæ sine his per præcisionem formalis à suo materiali, uti ibi materiale à suo formali præscinditur: ergo &c. Majorem admittit P. Salinas. Probatur minor: quia is, qui sine paupertate, castitate & obedientia emitteret ista tria vota, non minus careret perfectione Monachatus Legis gratiæ, quàm qui paupertatem, castitatem & obebientiam servaret sine votis, ut per se manifestum est; imò ipsum Christi Evangelium magis exprimit, & magis attendere videtur, ad ista tria prout à votis distinguuntur, quàm ad vota prout ab illis condistinguuntur; quià non dicit expressè *vovete*, & dicit *vade & vende omnia, qui se castraverunt, abneget semetipsum* &c. Unde posset dubitare, an is, qui retentis dominio bonorum temporalium, & potestate illis utendi, uxore & potestate illa utendi, voluntate propriâ & potestate illa utendi, emitteret ista tria vota ad sensum voti paupertatis Scholasticorum Societatis Iesu, esset Evangelicè perfectior illo, qui propter Deum sine votis abijceret bona temporalia & utendi potestatem, uxorem & utendi potestatem, ac voluntatem & utendi potestatem: hoc saltem certum, quod si ille haberet Evangelicam perfectionem, quod etiam hic illam haberet: ac proindè non potest Senatus ille magis intendisse, hunc statum excludere à perfectione status Legis gratiæ, quàm istum. Denique R.P. Salinas malè omisit ly *prout* in verbis decreti Supremi Senatus *n* 360 relatis; quô decretum insinuat fuisse quidem *in Lege scripta verum Monachatum & religionem* quoad substantiam (istam enim propositionem in terminis approbat) sed non *prout in Lege gratiæ*, id est sed non cum *solemnitate, perfectione & clavium potestate*, quæ isti substantiæ veri Monachatus & religionis accesserunt in Lege gratiæ, quod fatemur. Quid approbet S. Inq. decreto *n.*268. citato.

362. Dicendum igitur: quod Senatus ille non loquatur de *perfectione* essentiali status Monachorum, sed de accidentali, sumpta à reali confirmatione status Monachorum Legis gratiæ, per Evangelium, per S. Sedem in decretis morum infallibilem, per realia in paupertate, castitate, & obedientia Christi & Apostolorum exempla: item ab usu Sacramentorum, ex opere operato gratiæ sanctificantis perfectionem conferentium, Ordinis, Eucharistiæ, Sacrificiorum, Pœnitentiæ &c. imò & Indulgentiarum à Summis Pontificibus isti statui concessarum: quorum utrumque illum valde perficit, & neutrum in Synagoga statum Monachorum perficiebat, ut omnes fatentur. Istô autem sensu refert P. Salianus an. mundi 3136 n.13. Eliam suis dixisse: *primum autem illud esse cupio in mandatis, Messiam mundi reparatorem, exterminatorem atque expiatorem* De qua perfectione loquatur decretum citatum. Salianus.

*rem peccati, perfectioris, sanctiorisque vitæ, quam quomodocunque inceptamus, Authorem.* An.3123.
*S.Ephrem Syrus*, ait, & non refellit, *Eliam, & Eliseum, & Ioannem, & Apostolum Paulum, in eorum numero recenset, qui se castraverunt propter Regnum Cælorum.* Vide ipsum in *Armamentario n.*208. Quamobrem illatio prima ex R.P. Salina allata *n.*360. distingui debet, hôc modô: Ergo qui assereret in solemnitate, perfectione vel potestate clavium in Lege gratiæ addita substantiæ veri Monachatus & religionis comparari posse Monachatum Synagogæ, etiam cum minus perfecto statu religioso Legis gratiæ, decreto contraveniret &c. concedo consequentiam: qui assereret præcisè comparari posse in substantia; nego consequentiam. Intellige proportionaliter secundam: ergo si perfectio substantiæ veri Monachatus & religionis superaddita in Lege gratiæ constet votis, *caruit votis status* Monachorum Synagogæ: item; ergo si perfectio substantialis & essentialis veri Monachatus & religionis in Lege gratiæ constet votis, caruit votis status Monachorum Synagogæ: sed nega utramque consequentiam: quia tam sequela primæ, quàm secundæ, omninò nulla est: nam sufficit, quod verus Monachatus in utraque Lege constiterit votis, idemque fuerit secundum substantiam; diversus tamen in accessorijs novæ Legis, quæ in Lege scripta non fuerunt. Vide *Responsa ad Telum XIV.* Examen dicti Em. Baronij hîc prætermitto, acturus de illo *Pharetra ult. Telo ult. per totum.*

# TELUM XIV.

*Argum. ab eversione ex Clem. VIII.*

363. P. Salinas *ibidem* n.53. *Sed instat: hanc traditionem ab aliquibus Summis Ecclesiæ Pontificibus authoritate fulciri, qui Carmelitanam Religionem ab Elia ortum ducere, & ejus vivendi formam hæreditariâ successione asserunt obtinere. quod etiam novissimè testatur Clemens VIII. in litteris commendatitijs ad Regem Persiæ anno* 1604. *datis; relatis autem à prædicto P. Francisco à S. Maria lib.*1. *cap.*9. Habuerunt, *inquit*, olim Religionis hujus professores, sicut à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris memoriæ proditum est, sui Instituti Authores, sanctos Prophetas Eliam & Eliseum, omnibus nationibus & gentibus notos, & à Beato Alberto Patriarcha Ierosolymitano, magni nominis viro; proprias Regulæ constitutiones acceperunt, quibus illis inprimis præcipitur, ut summam obedientiam, perpetuam castitatem, & paupertatem servent: bonorum temporalium (ut illorum quoque vivendi rationem accipias) nec communi quidem nomine proprietatem, aut usum retinerent, & quotidianum victum, aliaque ad Ecclesiarum cultum, & usum vitæ necessaria ex pia eleemosynarum oblatione capiunt. *Hæc Pontifex: sed inprimis manifestè ex his litteris colligitur, vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ accepisse Carmelitas à Beato Alberto Patriarcha Ierosolymitano, & ideò successionem illam hæreditariam, tùm in hoc Pontifice, tùm in reliquis, intelligendam esse in illis virtutibus, & alijs asperitatibus vitæ sine voto tamen; nam cum voto à prædicto S. Alberto originem habent eorum Regulæ, uti testatur Clemens.*

## ENERVATIO

*Remissivè solvitur.*

364. RESpondeo primò: A nobis efficaciter probatum *Scuto IV. VIII. XI. & XVII.* Carmelitanam Religionem ab Elia ortum ducere: quæ quidem conatur eludere P. Salinas; sed frustrà, uti hucusque clarè ostendimus, & patebit ex dicendis infrà *Pharet. ult. Telo ult.*

*Iterum remissivè.*

365. Respondeo secundò: Etiam à nobis efficaciter probatum *Scuto IV. XI. XVI. & XVII*, eandem Carmelitarum Religionem vivendi formam ab Elia hæreditariâ successione

cessione obtinere: quibus ità torquetur P. Salinas, ut ferè nihil expiret, præter Pontificum & SS. Patrum contortiones; nec aliud poterit, quamdiu statim dicenda efficaciter non probaverit.

366 Respondeo tertiò: Nos quidem Carmelitas ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano Regulam accepisse scriptam, deindè ab Honorio III. approbatam; sed aliam præcessisse non scriptam quam ipse S. Albertus hæreditariâ successione ab Elia acceperat, ut vidimus *Scuto XI.* in scriptis redegit, & ab Honorio III. juxta Decretum S. Sedis approbari curavit. Sed de hoc infrà commodius in *Pharetra ult. Em. Card. Baronij.* Intereà reflectat P. Salinas ad præcitata Clementis VIII. verba: *habuerunt olim Religionis hujus professores, sicut à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris memoriæ proditum est, sui Instituti Authores SS. Prophetas Eliam & Eliseum* &c. & efficaciter probet. *Primò*: Carmelitas suum præsens Institutum, præcisè quoad essentiam spectatum, sive præscindendo à *solemnitate, perfectione & clavium potestate*, accessoriè ab Ecclesia superadditis, *habuisse olim à SS. Prophetis Elia & Eliseo* &c sine votis. *Secundò*: præsens Carmelitarum Institutum quoad essentiam spectatum, sive præscindendo ab istis superadditis, non includere vota. *Tertiò*: Institutum religiosum, Religionem Monasticam, Monachatum &c. Religiosum, imò Monachum &c absolutè, simpliciter & sine particula alienante pronunciatum, non importare vota. *Quartò*: Aliquem Pontificem, aut S. Patrem, de congregatione aliqua, aut integrali ejus membro, priusquam vota emitteret, pronuntiasse absolutè, simpliciter & sine particula alienante, esse Institutum Religiosum Religionem Monasticam, Monachatum &c. *Quintò*: subsistere differentiam essentialem inter Institutum Religiosum &c. & sæcularem non Monasticum, sine votis. *Sextò*: Institutum, quantumvis sanctum, absque votis eminenter, aut formaliter, emissis, benè dici absolutè, simpliciter, & sine particula alienante, Monasticum. *Septimò*: Essentiam Instituti Religiosi, Religionis Monasticæ, Monachatus &c. prout præscindit ab Instituto Religioso, Religione Monastica, Monachatu &c veteris & novæ Legis, importare potiùs paupertatem, castitatem & obedientiam sine votis, ut *ibidem* docet, quàm fidem, spem & charitatem, aut tres alias virtutes, sine votis. *Octavò*: Vota esse de essentia, & non mera accidentia Instituti Religiosi, Religionis Monasticæ, Monachatus &c. datò quod essentia Instituti Religiosi, Religionis Monasticæ, Monachatus &c. prout ab illis in nova & veteri Lege præscindit, non importet vota. *Nonò*: Quod Summi Pontifices, SS. Patres &c. Eliam & Eliseum absolutè, simpliciter, & sine particula alienante, vocaverint Institutores, Authores, aut Principes Monachorum à parte materiali Monachatus, & non à votis, sive formali; cum à præcipua parte sumatur denominatio: & tàm alioqui fallat, Institutum quodcumque dici absolutè, simpliciter, & sine particula alienante Monachatum, sine Monachatus formali, sive votis; quàm subjectum quodcumque dici absolutè, simpliciter, & sine particula alienante album, sine albi formali, sive albedine. Ratio autem horum est: quià nisi omnia ista, & alia, quæ addere possem; efficaciter probet, semper stabit, quod contendimus, Summos Pontifices & SS. Patres per Institutum Eliæ & Elisei Religiosum, Monasticum &c. Eliam & Eliseum Religiosos, Monachos &c. absolutè, simpliciter, & sine particula alienante pronuntiatum aut pronunciatos, intellexisse cum votis.

367. Respondeo quartò: Uti aliàs in *Visione Disp. 3. n.66.* tribus *Quæstiunculis*, quarum nullam solutionem non attingit, nec, ut spero, feliciter attentabit. Igitur

368. Quæro primò: An Clemens VIII. ibi loquatur de Carmelitarum Instituto, quod fuit tempore Eliæ, & non erat amplius, quandò Pontifex ille istas litteras scripsit? dicens: *Habuerunt olim Religionis hujus Professores, sicut à Romanis Pontificibus prædecesso-ribus*

De Regula Alberti remissivè.

Reflexio ad verba Clementis VIII.

Onus probandi P. Salinæ 9. sequelas.

Quæstio 1. ad hominem. Clemens VIII.

*ribus nostris memoriæ proditum est, sui Instituti Authores SS. Prophetas Eliam & Eliseum, omnibus nationibus & Gentibus notos, & à Beato Alberto Patriarcha Ierosolymitano, magni nominis viro, propriæ Regulæ constitutiones acceperunt, quibus illis inprimis præcipitur, ut summam obedientiam, paupertatem & castitatem servent; nec communi quidem nomine proprietatem aut usum retineant, & quotidianum victum, aliaque ad Ecclesiarum cultum, & usum vitæ, necessaria ex pia eleemosynarum oblatione capiunt.* Si affirmet: non erat Institutum Professorum hujus Religionis, quos laudabat, dum scriberet, poteratque Rex Persarum respondere: *non quæro Religiosos Professores instituti, quod fuit, & non est; sed quod sit ab Ecclesia approbatum*: Pontificem autem talis instituti, quod fuerit, & non erat ampliùs, Professores laudasse, & hinc se talis exprobrationis periculo exposuisse, nullus, nisi qui de probitate & sapientia Pontificum indignè sentit, asserere præsumet. Si neget: sicuti, quandò Clemens VIII. scribebat, Institutum Carmelitarum erat, & perseverabat in tribus votis essentialibus, prout supponuntur in Regula Alberti; ità Pontifex ad Regem Persarum scribit, hujus Instituti, in tribus votis essentialibus, quoad substantiam Authores olim fuisse SS. Eliam & Eliseum. Non obstare autem, quòd omnis Religio à Christo sumpserit exordium, nos infrà evidenter probamus; *Resp. ad 3. contra P. Vegam.* Si verò Summus Pontifex scripserit de Instituto, quod tunc in tribus votis essentialibus perseverabat; consequenter scripsit de *hæreditaria successione* Instituti in tribus votis essentialibus; non verò *solitudinis, aut Carmeli, aut aliarum asperitatum vitam solitariam & contemplationi deditam comitantium* præcisè, *aut paupertatis, castitatis, & obedientiæ, sine voto.*

Quæstio 2. ad eumdem.

369 Quæro secundò: an horum verborum Pontificis: *habuerunt olim Religionis hujus Professores, sui Instituti Authores, SS. Prophetas Eliam & Eliseum*, non sit hic sensus, *habuerunt olim Religionis hujus Professores, suæ Religionis Authores, SS. Prophetas Eliam & Eliseum*? Si sic: particula *hujus* demonstrat *Religionem* tribus votis essentialibus constantem, & particula *sui* refertur ad *Institutum* tribus votis essentialibus constans, cujus Authores fuisse SS. Prophetas Eliam & Eliseum scribit. Si non: assignari debet sensus istis verbis conformior, posse diffitemur.

Quæstio 3. ad eumdem.

370. Quæro tertiò: an in litteris illis laudet Institutum, cujus SS. Prophetæ Elias & Eliseus fuerunt Authores, tanquam verè Religiosum, vel non? Si priùs: declarat, SS. Eliam & Eliseum fuisse Authores Instituti verè Religiosi, quod unicum prætendimus. Si posteriùs: per ipsum Clemens VIII. scribit hujus Carmelitanæ Religionis Professores, sicut à Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis memoriæ proditum est, habuisse sui Instituti non verè Religiosi SS. Eliam & Eliseum Authores, quod est falsissimum, nec pontificem unum proferet, qui hoc scripserit, aut dixerit: si autem non proferat, in hoc, uti in varijs alijs, convictus haberi debet; nam hîc contra ipsum militat, quod *nu. 41.* dicit: *Probatio ejus penes eum relinquenda est, qui affirmat fuisse. Probatio negantis, negatio Pontificis id scribentis, aut dicentis est. Probatio verò affirmantis, ipsa Pontificis exhibitio: exhibeat Pontificem id scribentem, aut dicentem, & habebit contra nos certam probationem; non enim potest convinci, qui Pontificem id scribentem, vel dicentem negat, nec meritò carpi, nisi ipsâ Pontificis exhibitione.* Ità ille (negans *consilium fuisse in Lege veteri de vovenda castitate*: quod nobis non fuit necessè asserere: licèt lex vetus dicat, *vovete & reddite*: sed, aut solum vovendi privilegium pro Elia, successoribusque ejus, ex speciali inspiratione Dei; aut solam cessationē præcepti de nubendo ad generandum, notificatam satis Eliæ per futuri status D. Virginis revelationem, aut etiam consiliorum Legis Evangelicæ juxta dicta *Sect. 1.*) mutatâ à nobis voce *consilij* in *Pontificis id scribentis, aut dicentis* vocem. Exhibeat igitur Pontificem, qui scripserit, aut dixerit, Eliam & Eliseum Authores fuisse Instituti non verè Religiosi ad sensum, quò status Religiosus, secundum veræ Religionis Monasticæ essentiam præcisè, id est præscindendo à *solemnitate* postmodùm super requisita ab

Fatetur onus probandi.

Eccle-

Ecclesia, *perfectione* usus Sacramentorum, Indulgentiarũ &c. ac *potestate clavium* ab illis in nova Lege adjectis, Christum & Apostolos sub se comprehendit: nam per ipsum *Prolatio affirmantis, ipsa Pontificis exhibitio est.* Aut si non possit, ingenuè fateatur, Clementem VIII. unà cũ suis Prędecessoribus agnovisse, Carmelitas olim habuisse sui Instituti verè Religiosi Authores, SS Prophetas Eliam & Eliseũ, cujus intuitu Supremus S. Inq. Senatus hanc propositionem, *in Lege scripta fuit verus Monachatus & religio* suprà *n* 268. approbavit.

371. Res sanè ludicra: Carmelitarum Institutum est verè Religiosum; Clemens VIII. & Prædecessores ejus agnoscunt SS. Prophetas Eliam & Eliseum, illius Authores; nec ullus unquam eorum successorum aut prædecessorum alium Instituti istius Authorẽ agnovit, aut declaravit: & tamen audet P. Salinas dicere, SS. Prophetas Eliam & Eliseum non fuisse Carmelitarum Instituti verè Religiosi Authores. Undè vel eò usque procedere debet, ut dicat: Summos Pontifices approbasse Carmelitarum Institutum verè Religiosum; attamen ignorantes Carmelitarum Instituti verè Religiosi Authorem, & Institutorem; vel saltem Carmelitarum Institutum verè Religiosum approbasse sine Authore, & Institutore, dum alium, præter SS. Prophetas Eliam & Eliseum non agnoscit: quæ Ecclesiæ injuriosa sunt, haud secus quàm ab ea esse approbata Religiosi Instituti monstra: nec ipse hæc probabit unquam; debet tamen, quandoquidem pro eo, quòd SS Prophetæ & Eliseus sint Carmelitarum Instituti verè Religiosi Authores, pacifica & indubitata possessio (saltem à tempore Christi & Apostolorum per quindecim ante Baronium & Asseclas ejus sæcula) teneat, quàm nuda Baronij authoritas reddere non potuit dubiam; quià in tantum ejus, uti aliorum, & non plus, valet authoritas, quantum ratio. Non solum tamen, quas Em. Baronius opponit, rationes, sunt nullæ dissidentium amicorum sensu intellectæ, uti *Pharetra ultima* demonstrabimus; sed si ad mentem ejus, ut debent, reducantur, apertè nobis favent: & alioqui *ibidem*, & suprà *Scuto XVII.* ejus, & Asseclarum ipsius authoritas, incomparabiliter fortiori Summorum Pontificum, SS. Patrum, antiquissimorum Authorum celeberrimorum, & integri è quatuor Mendicantibus Ordinis, authoritate vincitur, ne alioqui hinc, in simili de varijs traditionibus controversia authoritatem Lutheri, Calvini &c. victam diffiteantur Hæretici. Vide alias intolerabiles sequelas, *Scuto XVIII.* in Responsis *ad Telum* I. Item *n* 302. 304. 305. 309. Notatur P. Salinas.

372. Undè irrisum P. Salinæ ibidem *n.* 44. meritò in suum regero Authorem: *quid,* inquit, *risum teneatis amici: da testimonium* Pontificis, *mi frater. quò dicatur vel à longè, Monachos illos, ea Deo præstitisse vota.* Nos dedimus, quò id eos vota illa præstitisse proximè dicatur, idque adstipulante communi sanctorum Patrum ac antiquorum Theologorum, toto *Armamentario* & *Resp.* 2. ac 3. *ad Telum* XI. ac *Pharet. ult.* citatorum, sententia. Aut saltem, *mi Pater* Reverende, efficaciter proba unum ex novem à te, *Responso* 3. requisitis: vel etiam, saltem solve unam ex tribus tibi nuper in *Visione Eliæ* oppositis, & statim repositis, *Quæstiunculis.* Alioqui dum *numero* 53. scribis: *& ideò successionem illam hæreditariam, tùm in Pontifice, tùm in reliquis, intelligendum esse in illis virtutibus, & alijs austeritatibus vitæ, sine voto tamen:* & paulò infrà: *quapropter hi Pontifices nihil favent voto Eliæ & Elisei.* Profectò id est Summorum Pontificum, & SS. Patrum mentem apertè eludere, cum nusquam legantur, ipsos Monachismum dividere in Monachismum cum votis & Monachismum sine votis; nec memor sum me talem apud ullum SS. Patrum legisse divisionem: & si quibuscumque similibus commentis liceat ipsorum mentem exponere, nulla ipsorum erit salva authoritas; ipsiusque Societatis Iesu Æmulis dabitur occasio, vota suorum Scholasticorum cavillandi: sed dum Summorum Pontificum verba nudè & simpliciter, absque ulla cavillatione accipienda judicamus, similia Cavillatoribus Æmulis relinquimus, uti in nostra controversia, relinquenda judicamus.

P. Salinæ risus in ipsum retorquetur.

Notatur P. Salinas.

*ribus nostris memoriæ proditum est, sui Instituti Authores SS. Prophetas Eliam & Eliseum, omnibus nationibus & Gentibus notos, & à Beato Alberto Patriarcha Ierosolymitano, magni nominis viro, propriæ Regulæ constitutiones acceperunt, quibus illis inprimis præcipitur, ut summam obedientiam, paupertatem & castitatem servent; nec communi quidem nomine proprietatem aut usum retinent, & quotidianum victum, aliaque ad Ecclesiasticum cultum, & usum vitæ, necessaria ex pia eleemosynarum oblatione capiunt.* Si affirmet: non erat Institutum Professorum hujus Religionis, quos laudabat, dum scriberet, poteratque Rex Persarum respondere: *non quæro Religiosos Professores instituti, quod fuit, & non est; sed quod sit ab Ecclesia approbatum*: Pontificem autem talis instituti, quod fuerit, & non erat ampliùs, Professores laudasse, & hinc se talis exprobrationis periculo exposuisse, nullus, nisi qui de probitate & sapientia Pontificum indignè sentit, asserere præsumet. Si neget: sicuti, quandò Clemens VIII. scribebat, Institutum Carmelitarum erat, & perseverabat in tribus votis essentialibus, prout supponuntur in Regula Alberti; ità Pontifex ad Regem Persarum scribit, hujus Instituti, in tribus votis essentialibus, quoad substantiam Authores olim fuisse SS. Eliam & Eliseum. Non obstare autem, quòd omnis Religio à Christo sumpserit exordium, nos infrà evidenter probamus; *Resp. ad 3. contra P. Vegam.* Si verò Summus Pontifex scripserit de Instituto, quod tunc in tribus votis essentialibus perseverabat; consequenter scripsit de *hæreditaria successione* Instituti in tribus votis essentialibus; non verò *solitudinis, aut Carmeli, aut aliarum asperitatum vitam solitariam & contemplationi deditam comitantium* præcisè, *aut paupertatis, castitatis, & obedientiæ, sine voto.*

Quæstio 2. ad eumdem. 369. Quæro secundò: an horum verborum Pontificis: *habuerunt olim Religionis hujus Professores, sui Instituti Authores, SS. Prophetas Eliam & Eliseum*, non sit hic sensus, *habuerunt olim Religionis hujus Professores, suæ Religionis Authores, SS. Prophetas Eliam & Eliseum*? Si sic: particula *hujus* demonstrat *Religionem* tribus votis essentialibus constantem, & particula *sui* refertur ad *Institutum* tribus votis essentialibus constans, cujus Authores fuisse SS. Prophetas Eliam & Eliseum scribit. Si non: assignari debet sensus istis verbis conformior, posse diffitemur.

Quæstio 3. ad eumdem. 370. Quæro tertiò: an in litteris illis laudet Institutum, cujus SS. Prophetæ Elias & Eliseus fuerunt Authores, tanquam verè Religiosum, vel non? Si priùs: declarat, SS. Eliam & Eliseum fuisse Authores Instituti verè Religiosi, quod unicum prætendimus. Si posteriùs: per ipsum Clemens VIII. scribit hujus Carmelitanæ Religionis Professores, sicut à Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis memoriæ proditum est, habuisse sui Instituti non verè Religiosi SS. Eliam & Eliseum Authores, quod est falsissimum, nec pontificem unum proferet, qui hoc scripserit, aut dixerit: si autem non proferat, in hoc, uti in varijs alijs, convictus haberi debet; nam hîc contra ipsum militat, quod *nu. 41.* dicit: *Probatio ejus penes eum relinquenda est, qui affirmat fuisse. Probatio negantis, negatio Pontificis id scribentis, aut dicentis est. Probatio verò affirmantis, ipsa Pontificis exhibitio: exhibeat Pontificem id scribentem, aut dicentem, & habebit contra nos certam probationem; non enim potest convinci, qui Pontificem id scribentem, vel dicentem negat, nec meritò carpi, nisi ipsâ Pontificis exhibitione.* Ità ille (negans *consilium fuisse in Lege veteri de vovenda castitate*: quod nobis non fuit necessè asserere: licèt lex vetus dicat, *vovete & reddite*: sed, aut solum vovendi privilegium pro Elia, successoribusque ejus, ex speciali inspiratione Dei; aut solam cessationé præcepti de nubendo ad generandum, notificatam satis Eliæ per futuri status D. Virginis revelationem, aut etiam consiliorum Legis Evangelicæ juxta dicta *Scuto I.*) mutatâ à nobis voce *consilij* in *Pontificis id scribentis, aut dicentis* vocem. Exhibeat igitur Pontificem, qui scripserit, aut dixerit, Eliam & Eliseum Authores fuisse Instituti non verè Religiosi ad sensum, quô status Religiosus, secundum veræ Religionis Monasticæ essentiam præcisè, id est præscindendo à *solemnitate* postmodùm super requisita ab

Patetur onus probandi.

Eccle-

Ecclesia, *perfectione* usus Sacramentorum, Indulgentiarũ &c. ac *potestate clavium* ab illis in nova Lege adjectis, Christum & Apostolos sub se comprehendit: nam per ipsum *Probatio affirmantis, ipsa Pontificiu exhibitio est.* Aut si non possit, ingenuè fateatur, Clementem VIII. unà cũ suis Prędecessoribus agnovisse, Carmelitas olim habuisse sui Instituti verè Religiosi Authores, SS. Prophetas Eliam & Eliseũ, cujus intuitu Supremus S. Inq. Senatus hanc propositionem, *in Lege scripta fuit verus Monachatus & religio* suprà *n* 268. approbavit.

371. Res sanè ludicra: Carmelitarum Institutum est verè Religiosum; Clemens VIII. & Prædecessores ejus agnoscunt SS. Prophetas Eliam & Eliseum, illius Authores; nec ullus unquam eorum successorum aut prædecessorum alium Instituti istius Authorẽ agnovit, aut declaravit: & tamen audet P. Salinas dicere, SS. Prophetas Eliam & Eliseum non fuisse Carmelitarum Instituti verè Religiosi Authores. Undè vel eò usque procedere debet, ut dicat: Summos Pontifices approbasse Carmelitarum Institutum verè Religiosum; attamen ignorantes Carmelitarum Instituti verè Religiosi Authorem, & Institutorem; vel saltem Carmelitarum Institutum verè Religiosum approbasse sine Authore, & Institutore, dum alium, præter SS. Prophetas Eliam & Eliseum non agnoscit: quæ Ecclesiæ injuriosa sunt, haud secus quàm ab ea esse approbata Religiosi Instituti monstra: nec ipse hæc probabit unquam; debet tamen, quandoquidem pro eo, quòd SS Prophetæ & Eliseus sint Carmelitarum Instituti verè Religiosi Authores, pacifica & indubitata possessio (saltem à tempore Christi & Apostolorum per quindecim ante Baronium & Asseclas ejus sæcula) teneat, quàm nuda Baronij authoritas reddere non potuit dubiam; quià in tantum ejus, uti aliorum, & non plus, valet authoritas, quantum ratio. Non solum tamen, quas Em. Baronius opponit, rationes, sunt nullæ dissidentium amicorum sensu intellectæ, uti *Pharetra ultima* demonstrabimus; sed si ad mentem ejus, ut debent, reducantur, apertè nobis favent: & alioqui *ibidem*, & suprà *Scuto XVII.* ejus, & Asseclarum ipsius authoritas, incomparabiliter fortiori Summorum Pontificum, SS. Patrum, antiquissimorum Authorum celeberrimorum, & integri è quatuor Mendicantibus Ordinis, authoritate vincitur, ne alioqui hinc, in simili de varijs traditionibus controversia authoritatem Lutheri, Calvini &c. victam diffiteantur Hæretici. Vide alias intolerabiles sequelas, *Scuto XVIII.* in Responsis *ad Telum* I. Item *n* 302. 304. 305. 309. — Notatur P. Salinas.

372. Undè irrisum P. Salinæ ibidem *n.* 44. meritò in suum regero Authorem: *quid, inquit: risum teneatis amici: da testimonium* Pontificis, *mi frater, quò dicatur vel à longè, Monachos illos, ea Deo præstitisse vota.* Nos dedimus, quô id eos vota illa præstitisse proximè dicatur, idque adstipulante communi sanctorum Patrum ac antiquorum Theologorum, toto *Armamentario* & *Resp.* 2. ac 3. *ad Telum* XI. ac *Pharet. ult.* citatorum, sententia. Aut saltem, *mi Pater* Reverende, efficaciter proba unum ex novem à te, *Responso* 3. requisitis: vel etiam, saltem solve unam ex tribus tibi nuper in *Visione Eliæ* oppositis, & statim repositis, *Quæstiunculis.* Alioqui dum *numero* 53. scribis: *& ideò successionem illam hæreditariam, tùm in Pontifice, tùm in reliquis, intelligendum esse in illis virtutibus, & alijs austeritatibus vitæ, sine voto tamen:* & paulò infrà: *quapropter hi Pontifices nihil favent voto Eliæ & Elisei.* Profectò id est Summorum Pontificum, & SS. Patrum mentem apertè eludere, cum nusquam legantur, ipsos Monachismum dividere in Monachismum cum votis & Monachismum sine votis; nec memor sum me talem apud ullum SS. Patrum legisse divisionem: & si quibuscumque similibus commentis liceat ipsorum mentem exponere, nulla ipsorum erit salva authoritas; ipsiusque Societatis Iesu Æmulis dabitur occasio, vota suorum Scholasticorum cavillandi: sed dum Summorum Pontificum verba nudè & simpliciter, absque ulla cavillatione accipienda judicamus, similia Cavillatoribus Æmulis relinquimus, uti in nostra controversia, relinquenda judicamus. — P. Salinæ risus in ipsum retorquetur. — Notatur P. Salinas.

# TELUM XV.

Argum. ab eversione auth. Sixti IV.

373. P. Salinas eodem numero 53. *Imò Sixtus IV. Pontifex Maximus in Bulla à Fr. Ioanne de Carthagena relata 2. Tom. de arc. part. 2. lib. 17. Hom. 1. hac de jure hæreditario Carmelitarum asseruit.* At Ordinem ipsum, & ejus singulares personas, uti cæteros Regularium Ordinum professores in firmamento Catholicæ fidei militantes, tanquam Religionis speculum, & exemplar, specialiter charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum Eliæ & Elisei, Enoch & aliorum sanctorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli, juxta fontem Eliæ habitarunt successionem hæreditariam tenentes. *Hæc Pontifex & verè; nam qualem hæreditariam successionem habent ab Enoch, habent & ab Elia & Eliseo, & qualem à reliquis Patribus, qui Carmelum inhabitare cœperunt, quorum primus fuit Samuël.*

## ENERVATIO.

Pugnat in terminis P. Salinas.

374. Respondeo primò: Patrem Salinam pugnam in terminis continere, vel enim vult, Sixtum IV. loqui de Enoch in paradisum translato, & in fine mundi cum Elia venturo, qui multis sæculis Eliam præcessit: vel de Enoch, qui inter Samuelem, & Eliam vixerit; vel de Enoch Amathim, de quo nos statim. Si primum: aut ille Enoch, *montem sanctum Carmeli, juxta fontem Eliæ, habitavit.* & sic sibi contradicit, dicenti, *Patrum, qui Carmelum inhabitare cœperunt. primus fuit Samuel*: aut non habitavit, & sic Summo Pontifici contradicit, dicenti, *Sanctorumque Prophetarum Eliæ & Eli ei. Enoch & aliorum sanctorum Patrum. qui montem sanctum Carmeli, juxta fontem Eliæ, habitarunt, successionem hæreditariam tenentes.* quæ in terminis evidenter pugnant. Si *secundum*: medius ille supponitur; quia de illo, neque in S. Scriptura, neque in Historijs Ecclesiasticis aut Ordinis nostri monimentis vestigium legitur. Si *tertium*: habemus intentum. Igitur

Argum. illud est à Lezana præoccupatum.

375. Respondeo secundò: argumentum istud esse præoccupatum à nostro Lezana *Annal. Tom 2. ad ann. Christi 64.* & ad ejus solutionem sufficiunt ea, quæ scribit R. P. Daniel à V. Maria *Vinea Carmeli n. 1263. Confundunt etiam aliqui illum Enoch, qui in paradisum translatus est, cum alio de Amathim nuncupato. qui claruit temporibus Apostolorum. cujus meminerunt in suis Bullis relatis, part. 3. cap. 2. & 3. Iulius II. & Gregorius XIII. De isto autem Enoch de Amathim scribunt Historici nostri. & aliqua de eo dicta sunt à nobis part. 3. cap. 14.* Ibi autem *n. 344.* sic scribit: *Sanctus quoque Enoch de Amathim. præcipuus fuit cooperator, aut etiam author in constructione illius Oratorij. seu Sacelli montis Carmeli. & Evangelicæ prædicationis consors (cujus mentio fit in Bullis Sixti IV. Iulij II. & Gregorij XII. de quibus suprà part. 2. cap. cap. 3.) ex Carmeli incola, S. Marci discipulus. & comes. ac Monasteriorum Fundator: de quo ex Historicis nostris. & Exteris Lezana Tom. 2. ad an. Christi 64. n. 12. hæc tradit.* Propria autem nos vocant, de Enoch videlicet S. Marci Comite, & consorte in Evangelicis Cœnobitis instruendis, eorumque Cœnobijs construendis. Hic enim noster Carmeli primitùs Anachoreta, post Martyrium S. Marci ad suum Carmelum reversus, contemplationi & orationibus vacans, hòc eôdem annô 64. pro septima die Iulij, paucis scilicet mensibus à sui Magistri nece, diem clausit extremum; à Fratribus digno honore sepulturæ traditus. Palæonydorus, Petrus Lucius, Coria, Saracenus, & alij eo loco relati, *Ità ille. Ipsum autem Carmeli incolam fuisse. pro comperto est ex dictis Bullis. in quibus inter alios SS. Patres, qui montem sanctum Carmelum, juxta Eliæ fontem inhabitarunt. refertur iste Enoch.*

Plenior satisfactio remissiva.

376. Respondeo tertiò: Si P. Salinas non acquiescat, pleniùs ipsi satisfacient RR. PP. Le-

P. Lezana *in Annal. Ordinis*, & Daniel à Virg. Maria *in Vinea Carmeli*, si eos adire velit; nobis enim non vacat, nec libet hîc integros libros de ista materia inserere: opto tamen, ut præ oculis habeat vulgare Adagium, *plus sapit stultus in domo sua, quàm sapiens in aliena*. Undè meritò subdit præcitatus P. Daniel *ibidem* num. 218. *In Historijs, inquam, audiendi & sequendi magis, cæteris paribus, domestici; qui quod sciunt, utpotè vel viderunt, vel ab alijs, qui viderunt, aut audierunt, exceperunt. Cum enim unusquisque (teste Aristotele lib. 1. moral. cap. 3.) ea rectè judicet, quæ cognoscit, ambigendi locus non est, quin unius Familiæ seu Reipublicæ homines, de ijs, quæ in ipsa acciderunt, cæteris aptiùs judicare possint: ac proindè veluti legitimi testes, testimonium de ipsis proferre. Quod & probat intemeratus & inoffensus omnium Religionum, quæ in Ecclesia florent, usus: quò semper peculiaria, & domestica ipsarum, alumnorumque gesta, à domesticis Authoribus descripta, fidem apud Exteros quoscumque promeruisse, omnibus compertissimum est, prout copiosè & egregiè demonstrant* RR. PP. *Lezana Tom. 1. Annal. in Apparatu cap.* 10. *n.* 1. & *Wastelius lib. 1. Vindiciarum sect. 5. art. 1.*

# TELUM XVI.

377. P. Salinas eodem n. 53. subdit: *Sic autem* (uti scilicet explicuit Telo XIII) *hanc traditionem recipiunt sapientissimus Pater Gaspar Sanctius lib 3. Regum cap. 17. n. 12. Laudamus, & meritò, veræ traditionis venerationem; sed Sanctius eô modò dicit veram traditionem, à qua non recedit, quò veram Religionem: non autem fatetur Sanchez, veros fuisse Eliæ, & Elisei discipulos Religiosos; sed Religiosos quales illos, qui floruerunt Samuëlis tempore, etiam uxoratos, ut posteà dicemus. His adde me accepisse à viris gravissimis, inter quos est unus* Pater Didacus de Celada: *Patres Carmelitanos adijsse pijssimum virum Sanctium, efflagitantes ab eo importunissimis precibus, ut in Commentarijs ad libros Regum Carmelitanam Religionem commendaret ab antiquitatis origine, qui sæpè restitit: victus tandem tædio, saltem propter importunitatem & improbitatem, ea dixit, quibus nos modò impetere satagunt: quòd itidem expostulaverunt ab ipso Celada (præsens enim aderat in Collegio, in quo Sanctius Regum libros interpretabatur) ut in suis scriptis eandem doctrinam studiosè insereret; ipse tamen, quià veritati contrariam noverat, precibus restitit. & Sanctius eam taliter tradidit, ut nihil illis profuerit tot precibus & vi extorta commendatio, uti modò vidimus.* Argum. à sensu Sanctij super traditione &c.

## ENERVATIO.

378. Respondeo primò. Verba Sanctij à nobis citata haberi *Scuto XVII. n. 224.* legantur, obsecro, & statim apparebit, tàm ipsum, quàm Carmelitas non benè à P. Salina, indirectè saltem *improbitatis* culpari, sive sapientissimum P. Sanctium *propter Carmelitarum improbitatem* non consensisse *improbitati*. Tùm quià ait: *non solum illius Ordinis, sed & omnium penè Gentium constans & perpetua traditio* &c. Tum quià addit: *ad hanc cogitationem plurimum afferunt momenti; non tantum ex illa Religiosa familia Doctorum, quorum ingens numerus* (multos habes *Scuto XVII.* in fine;) *sed externorum, quos longum esset numerare, gravis authoritas, & tàm veteres, quàm recentes Historiæ, & Sacri Ordinis antiqua monumenta.* Tùm quià etiam: *Accedit ad hæc Pontificum judiciô gravissimum pondus, qui Sacrum hunc Ordinem ab Eliæ disciplina, atque Instituto exordium habuisse testantur.* Subditque: *Ità sanè apertè in suis Bullis Sixtus IV. Iulius II. Gregorius XIII. Clemens VIII. qui dicunt Carmelitanæ familiæ viros ab Elia atque Eliseo hereditariam successionem tenere.* Certè, si quæ *Carmelitarum improbitas*, illa est; nec propter aliam sapientissimus & pijssimus P. Sanctius, *ea dixit, quibus* R. P. Salinam modò *impetere satagimus*: attendat ipse ad suam censuram, quâ istiusmodi improbitatis illum suæ Societatis *sapientissimum & pijssimum*, uti meritò ait, *Patrem*, assertorem facit, & confirmatorem: Notatur P. Salinas & Sanctius vindicatus.

neque hunc solum, sed & teste eodem Sanctio *illius Ordinis, ac omnium penè gentium constantem & perpetuam traditionem; Doctorum illius Religiosæ familiæ ingentem numerum, & Externorum gravem authoritatem; tàm veteres, quàm recentes Historias & Sacri Ordinis monumenta, imò & Bullas Sixti IV. Iulij* II, *Gregorij* XIII. *Clementis* VIII & aliorum *Scuto* 17. citatorum:
Ildephons. de Castro. neque etiam hos solum; sed & penè innumeros SS. Patres à n. 682. ad 690. citatos, oblitus fortè ejus, quod ipse *ibid. n.* 176. ex Ildefonso de Castro *adversus hæreses* lib 10. verbo *Maria Virgo.* scribit: *Præterea concors omnium sacrorum Doctorum sententia (ut suprà lib. 1. docuimus) pro vera fide habenda est, quoniam non esset possibile, ut omnes concorditer sentirent, nisi à Spiritu Sancto, uno illorum omnium Doctore, atque Rectore, fuissent edocti; potissimum cum plures eorum fuerint loco & tempore separati, itaut nec unus alium noverit, nec illius opera viderit; quapropter fieri non poterat, ut omnes concorditer sentirent; si Spiritus Sanctus communis eorum Magister, illorum intellectus ad sic sentiendum, non illustraret.* Verumtamen fidem humanam, non Divinam, esse nostræ Traditioni habendam dicimus: sed cum ille se ista authoritate muniat, pro D. Virginis voto castitatis, primo tempore, ante omnes antiqui Testamenti viros (contra quod non solùm communem SS. Patrum ac antiquorum Doctorum sententiam
Sanctius. *Responsis* 2. & 3. *ad Telum* XI. attulimus; sed &, teste P. sapientissimô ac pijssimô Sanchiô, *nostri Ordinis, & omnium penè Gentium constantem & perpetuam traditionem, Doctorum nostrorum ingentem numerum, & Externorum gravem authoritatem, tàm veteres, quàm recentes Historias, & Ordinis monumenta, Bullas Pontificum* &c.) meritò istam Ildephonsi de Castro sententiam in Patris Salinæ doctrinam, ipsorum doctrinæ oppositam, retorquemus, ut nostram, in istos omnes alioqui refundendam, excusemus *improbitatem.* Vide dicta *n.* 310.

379. Respondeo secundò: tàm multis frustrà istius boni Patris incautam reprimi censuram, cum evidentissimum sit Patres Carmelitanos importunis precibus non
Notatur iterum P. Salinas, & Carmelitæ vindicantur. efflagitasse, ut P. Sanchius Carmelitarum Ordinem ab uxoratorum Religiosorum originis antiquitate commendaret, prout P. Salinas illos commendasse scribit, aiens: *non autem fatetur Sanchez, veros fuisse, Eliæ & Elisei Discipulos, Religiosos; sed Religiosos, quales illos, qui floruerunt Samuëlis tempore, etiam uxoratos.* Reverà ego hanc glossam non capio: neque attentis verbis P. Sanctij *n* 378. citatis subsistere potest, nisi Sanctius docuerit. 1. esse *non solum Carmelitarum Ordinis, sed & omnium penè Gentium constantem & perpetuam traditionem,* Carmelitas Eliæ & Elisei discipulos fuisse uxoratos. 2. Doctores Carmelitas & antiqua Carmelitarum Ordinis monimenta scribere aut referre, Monachos, Eliæ & Elisei discipulos habuisse uxores. 3. Pontifices velle Carmelitas ab Elia & Eliseo in uxoribus hæreditariam tenere successionem: hæc autem non docuisse Sanctium, non minus certum est, quàm quod delirus non fuerit. Ad quid igitur, & unde talis P. Salinæ glossa? Licèt enim aliqui Eliæ & Elisei, instar Tertiariorum discipuli potuerint esse uxorati; nos tamen Carmelitas, de quorum Institutore est quæstio, nec Sanctius, nec alius quispiam confudit unquam cum istis Tertiarijs uxoratis. Cur igitur P. Salinas nos cum illis confundit? Ipse novit: si tamen de mente Sanctij adhuc dubitet, legat libellum ejus *de Adventu Iacobi in Hispaniam,* ad quem ipse, post stabilitam nostram traditionem remittit, his verbis: *quæ de re nos pluribus in nostro libell. de adventu Iacobi in Hispaniam Tract.* 2. Ibi autem cap. 1. sic scribit: *& quidem si pro Hispanorum*
Sanctius. *causa de* S. Iacobi adventu in Hispaniam, *nihil staret, præter traditionem omni memoria superiorem, quam nulla, nisi magna, aut incussa fides, convellere, aut infirmare, possit. Quam si de medio tollas, cadent necesse est illorum plurima, quæ nunc religiosè servat Ecclesia. Quæ si quis damnaret, aut in dubium adduceret, violatæ ipse Religionis reus ageretur.* Probat deindè *cap.* 2. traditionem illam ab uno Hipolito Martyre, & *cap.* 3. à Roderico Toletano: nos pro nostra quamplurimos SS. Patres (præter dandos *Pharet. ult.) Telo* XI. *Responso* 2. & 3. adduximus;

Pontifi-

Pontifices verò *Scuto XVII.* SS. Congregationes, revelationes, officia Divina, Historicos, & Geographos produximus, quorum vix centesimam partem pro sua adfert. *Cap.* autem 4 appellat ad Pontifices, qui S. Iacobi adventum in Hispaniam approbant, & addit: *qui publicam habent fidem, & pro Ecclesia quodammodò loquuntur*: imò & ad Breviaria, subdens: *quibus significatur populorum conspirans sensus & communis opinio.* Nos Pontifices & Breviaria (præter communem SS. Patrum, Historicorum, Geographorum & Doctorum antiquorum) etiam *Scuto XVII.* citavimus. Reflectat, obsecro, R.P. Salinas ad ista verba sapientissimi ac piissimi P. Sanctij, *violata Religionis Ratio aperietur.*

# TELUM XVII.

380. P. Salinas ibidem n 54 *Hi Sancti* (putà Chrysostomus, Hieronymus, & Bernardus, docentes, Ioannem Baptistam fuisse Principem Monachorum) *dum* Ioannem Baptistam *Principem vocant: ab eo principatu, aut excludendum arbitrantur Eliam, aut non. Si excludendum; habemus non Eliam, sed Ioannem: si non excludendum ergo rectè potest, quis vocari Princeps, author, & principium Monachatus, quin sit: sicut enim Ioannes hæc omnia dicitur, quin sit; ità & Elias hæc omnia dicitur, quin ipse sit, sed Christus: Dicitur autem; quià & eas virtutes coluit, sine voto, & more vixit Eremitico, & propositus fuit in Monachorum exemplum.* *Argum. à Ioannis Principatu Monachorum.*

## ENERVATIO.

381. Respondeo primò: hoc argumentum satis præoccupatum esse *Scuto 7 n.62. & 63.* Elias enim dicitur Monachorum Princeps; quià absolutè & simpliciter fuit vitæ Monasticæ primus in Lege veteri *Author, Institutor, Inventor* &c. Ioan. Baptista verò etiam rectè dicitur illorum Princeps; quià in *Lege gratiæ*, ut loquitur ibi S. Macharius, aut *nova gratia exorto sole*, ut ibi loquitur S. Bernardus, aut *in Evangelio*, ut ibi loquitur S. Isidorus, fuit vitæ Monasticæ Instaurator & Innovator: idque *in spiritu Eliæ*, ut *ibidem* monstratum est. Vide *Pharet. ult.* ubi Em. Card. Baronius tali sensu explicat, quod de Antonio dicit, *Cœnobiticæque ipse primus vitæ jecit fundamenta*, putà *restaurationis*, aut uti *ibi Incitatoris.* Undè corruit totum P. Salinæ argumentum, dicendo: Eliam à Ioannis Baptistæ in Lege gratiæ &c. principatu Monachorum sic excludendum, ut Elias simpliciter & absolutè in Lege veteri sit illorum Princeps, quod solùm contendimus. *Argum. est præoccupatum.*

382. Respondeo secundò: Dicit quidem P Salinas: *Sicut enim Ioannes hæc omnia dicitur, quin ipse sit, sed Christus: dicitur autem; quià & eas virtutes coluit sine voto, & more vixit Eremitico, & propositus fuit in Monachorum exemplum* Sed dicit tantùm, & non probat. Eliam autè fuisse veraciter, sive ex castitatis, paupertatis & obedientiæ votis Monachum patebit ex dicendis *Pharet. ult. ad Telum 2.* & satis constat ex dictis *Scuto I. II. IV. VI & XVII.* ac hucusque *probatis*, & Responsis specialiter 2. & 3. *ad Telum XI* idemque dicendum de Ioanne Baptista, non obscurè innuit Scriptura Lucæ 1. *ipse* (Ioannes) *præcedet ante illum* (Christum) *in spiritu & virtute Eliæ*: super quo vide SS. Patres *Scuto VII. n.62. & 63.* citatos: idque ipsum ratio suadet; tàm enim absurdum est non Monachum dici Principem Monachorum, quàm non militem dici Principem militum, non Christianum dici Principem Christianorum, non Apostolum dici Principem Apostolorum, Ecclesiæ fidem & mores non servantem dici Principem Ecclesiæ: præsertim cum S. Ephrem in serm. ad Monachum Novitium dicat: *vita & mores S. Ioannis Baptistæ sunt regula & exemplar Monachorum.* *Non probat Salinas, quod dicit.*

*nachorum* utique S. Ephrem sæculi; ergo tales vita & mores Ioannis Baptistæ, quales vita & mores in regula & exemplo Monachorum sæculi, quo S. Ephrem vivebat. Sed de hoc iterum infrà.

Objectio ex Chrysostomo solvitur.

383. Obijcit quidem P. Salinas *ibid. q.* 34. *n.* 7. Chrysostom. *homil.* 38. *in Matth.* dicentem: *Ioannes nulli hominum antequam ad baptizandum accederet, Deo autem soli sua semper offerebat colloquia; neminem vidit unquam conservorum, neque ab aliquo visus fuit, non lacte nutritus, non lectô susceptus, non tectô, non forô, non aliâ re humanâ* Sed (præterquam quod *Homil* 1. in Marcum: *Sacerdotum Principes sunt Apostoli, sic Monachorum Princeps Ioannes Baptista est.* Et apud S. Thomam 22. q. 184. art. 8. arg. 1. Eliam vocet *Monachum*) ista omnia non magis Ioannis Baptistæ Monachatui repugnant, quàm Monachum in decursu vitæ adeò austeram amplecti vitam: nec impediunt, nè, dum accessit ad baptizandum, ferventissimè consilia Evangelica prædicando, & inculcando, quàm plurimos ad Monachatum Legis gratiæ moverit, & attraxerit; ac ideò à SS. Patribus dictus sit Princeps Monachorum Legis gratiæ, & simul Restaurator ac Innovator Monachorum Legis veteris, quod solum contendimus, & mihi ad præsens intentum sufficit.

# TELUM XVIII.

Argum. à Ioanne Dei fundatore non Monacho.

384. P. Salinas ibidem n 55. *Ne tamen in admirationem rapiatur, & exclamationibus importunis paginas compleat Respondemus secundò: sanctum Ioannem Dei, authorem & fundatorem fuisse fratrum Ioannis Dei, & ejus Religionis author, Pater, & institutor fuit, quin ejus Religionis vota Religiosa indixerit hæredibus suis. Etenim post multos annos, ab ejus in cœlum transmigratione, Religiosi facti sunt veri, qui ante erant imitatione: ergo simili modò dici potest Elias Pater, Author, & Institutor Carmelitarum, quin derogetur Religioni Prophetæ, in ea sine votis Monachorum institutione. Nec ex eo, quòd Pontifices Missam, & Horas Canonicas ejusdem Sancti, Carmelitis concesserit, in quibus, & Patrem, & Patronum Eliam sine familia implorant; aliquid asserunt in confirmationem sententiæ, momentis dignum; quià simili modô Monachi sancti Hieronymi, Doctorem maximum iis omnibus modis colunt, & venerantur Patronum, quin sanctus Doctor Religionem hanc instituerit: ipsi tamen Religiosissimi Patres Divi Hieronymi mores, sanctitatem & vitam summô studiô imitari, & adipisci conantur, Imò profitentes Regulam sancti Augustini ex præscripto Pontificis Gregorij XI. Hieronymo Patre, & Patrono, gloriantur. Nec multum curant sacra sua Religionis originem usque ad tempora Hieronymi deducere: satis illis esse videtur, si tempore, quô in tantum Ecclesiæ bonum nati sunt in Hispania, Hieronymum imitentur, quem Patronum colunt, uti asserit Reverendus Admodum Pater Fr. Iosephus de Siguenza 2. p. Historiæ Ordinis S. Hieronymi lib 1. cap. 8. & 7. qui justè admodùm eos, qui de antiquitate Religionis decertant sacrabili, levitatis & vanitatis condemnat.*

## ENERVATIO

Argum. illud non est ad rem.

385. Respondeo primò: Argumentum P. Salinæ, desumptum à Ioanne Dei, non esse ad rem. *Primò*: quià fallit his verbis: *fratres Ioannis Dei post multos annos, ab ejus in Cœlum transmigratione, Religiosi facti sunt veri, qui ante erant imitatione.* Nam esse Religiosum imitatione, est facere id, quod Religiosus facit; Religiosus autem facit professionem trium Religionis votorum essentialium, aut Religiosus non est: ac proindè, qui est imitatione Religiosus; facit professionem trium Religionis votorum essentialium, aut imitatione Religiosus non est, quidquid imitetur Religiosum, in eo, in quo non est Religiosus: nam imitari Religiosum, est Religiosam vitam & mores sequi; vita autem & mores Religiosi essentialiter dictam professionem important

ant;& ante hanc; ipse in vita & moribus omnia potest, quæ sæculares possunt; nec quidquam facit, quod sæculares non faciunt: siquidem, uti sæculares, nubere, proprium servare, & suam voluntatem facere potest; nec plus facit, quàm castitatem servare, proprium donare, & alteri obedire, retentâ potestate nubendi, proprium habendi, & suam voluntatem faciendi, quod sæculares ut tales, tàm in communitate, quàm extra facere possunt: ac proindè fratres Ioannis Dei antequam professionem dictam facerent, non magis erant imitatione Religiosi, quàm sæculares isti, quos esse imitatione Religiosos nonnisi valdè abusivè diceretur; & dicere, esset imitatione Religiosos cum sæcularibus confundere; hôcque sensu omnes SS. Patres & Doctores, per Eliam & Ioannem Baptistam Principes Monachorum, intellexissent Principes sæcularium, quod ut verbis P. Salinæ *n.40.* utar, *Commentum videtur merè imaginarium ardore* auferendi *antiquam* Monachorum *Originem* (quod nimiùm juvet Hæreticis) & stabiliendi novitatem: quod velim benè perpenderent P. Salinas, & ejus Fautores; quià indubiè non tot pro votis Pauli, Macharij, Antonij, Arsenij, Hilarionis, & similium primitivæ Ecclesiæ Monachorum, adferent Patrum, & aliorum testimonia, quot pro votis Eliæ *Telo XI. Resp.2. & 3.* adduximus, quibus plura *Pharet. ult. Telo 2.* addemus.

386. *Secundò*: quià datô, quod *Ioannes Dei vota hæredibus suis non induxerit*, & ideò præsè dicatur Author & Fundator fratrum Ioannis Dei; quià *post multos annos, ab ejus in cœlum transmigratione, Religiosi veri facti sunt*: meritò quilibet Catholicus Magistratus, & Gubernator civilis, dici poterit author & fundator Monachorum; quià, non solùm post multos annos, sed sub præsenti suo gubernio plures veri Religiosi facti sunt: quid inusitatius? Cur similiter P. Salinas non declarat Magistratum, & Gubernatorem Civilem Ecclesiæ ac S. Sedis authorem & fundatorem; quià illi, quos civiliter rexere post multos annos ab eorum regimine facti sunt Pontifices, & Cardinales? Certè Patrem carnalem S. Ignatij non colit ut Societatis IESU authorem & fundatorem; quià S. Ignatius post multos annos, ab ejus in Cœlum, ut spero, transmigratione, verus Societatis IESU author & fundator factus est. Ista sunt ridicula, inquiet. *Igitur*, ut iterum verbis ejusdem *n.40.* utar: *ridenda est sine dubio traditio* de Elia *Principe Monachorum imitatione* dumtaxat, ab alio, præterquàm P. Salina, *nunquàm tradita, in nullo Sanctorum inventa, imò nec gravissimorum Doctorum* (quidni etiam levium) sed P. Salinæ *Commenta ardore* auferendi *antiquissimam originem: nec mirum*, cum teste omni sciente, *amor novitatis cogat homines delirare*, uti, prôh dolor, nimium in Lutheranis, Calvinistis, & alijs, SS. Patrum & Doctorum antiquorum traditiones reijcientibus, Sancta Dei experitur Ecclesia. — Absurda sequela.

387. Tertiò: licèt daremus id, quod P. Salinas de Ioanne Dei scribit, ab eo ad Eliam nulla adhuc foret sequela: quia solùm sequeretur, Eliam adhuc potuisse esse nostri Ordinis fundatorem & institutorem, licèt non vovisset, aut Monachus non fuisset. Hæc autem sequela non magis contra Eliæ vota & Monachismum militat, quàm contra Bernardi, Augustini, Norberti, Francisci, Dominici &c. vota & Monachismum; quia hi similiter esse potuissent sui Ordinis fundatores & institutores, licèt non vovissent, aut Monachi non fuissent. Nec disparitatis ratio peti potest ex eo, quod constet hos vovisse & Monachos fuisse, non verò Eliam: quia, quòd Elias voverit constat ex dictis *Scuto II. & VII.* ac *Responso 3.* ad *Telum XI.* Quod verò fuerit Monachus ex dictis *Scuto XVII.* & SS. Patribus fusè adducendis *n.683. ad n.690.* Vide insuper *Resp.2. & 3. ad Telum XI.* Et reflecte ad hanc propositionem: *In Lege scripta fuit virtus Monachatus & religio*, quàm intuitu nostri Ordinis Supremus S. Inq. Hispaniæ Senatus in judicio contradictorio approbavit, ut patet ex ejus decreto, suprà *n.268* relato.

 Quartò:

Quartò: Ioannes Dei, ut omnem æquivocationem tollamus, dici non potest fundator fratrum, qui virtute fundationis & institutionis à Ioanne Dei acceptæ fuerunt religiosi, ut per se patet ex R.P. Salinæ verbis; ergo tantum dici potest fundator fratrum, qui vi illius erant & manserunt sæculares, usque ad Indultum S. Sedis, vi cujus solemniter vovere potuerunt & veri Monachi fuerunt: cum verò Ioannes Dei ad illud Indultum nihil contulerit; nullâ ratione dici potest Ordinis verè religiosi fundator aut institutor; sed solummodò Congregationis sæcularium, quæ postmodum ex Indulto Apostolico facta est Ordo vere religiosus. Unde, ut R P Salinas à Ioanne Dei ad Eliam efficaciter argumentetur, idem in Elia contigisse efficaciter probare debet, quod attentis dictis, locis paulò ante citatis, ipsum efficaciter probaturum omninò diffidimus. Si tandem quæras: quis igitur Ordinis istius quà verè religiosi fundator & Institutor fuerit. Respondeo: illum, cujus Regulam verè religiosam acceptarunt, aut alioqui ex Indulto Apostolico alium fundatorem sui Ordinis ut talis non habuisse præter seipsos sibi vota & statuta præscribentes, quæ S. Sedes approbare & confirmare dignata fuerit

Onus P. Salinæ probandi tria.

388. Respondeo secundò: Id, quod addit primò de S. Hieronymo: nihil in confirmationem suæ ridiculæ expositionis nostræ traditionis, ut statim vidimus, *habere momentis dignum*, nisi efficaciter probet. 1. Filios Prophetarum, Essenos, & Carmelitas, demùm in novo Testamento 900. & pluribus annis post Eliæ in Cœlum translationem, fuisse verè Religiosos, prout Patres D. Hieronymi, demùm post mortem ejus, inceperunt esse veri Religiosi: nos efficaciter oppositum probavimus *Scuto VII.* & aliàs ferè continuò. 2. Eliam Religionem Filiorum Prophetarum, Essenorum, & Carmelitarum non instituisse prout dicit S. Hieronymum, Religionem Patrum S. Hieronymi non instituisse, cujus oppositum probavimus *Scuto IV. & XVII.* Item *Resp.2. & 3. ad Telum XI.* 3°. Religionem Filiorum Prophetarum, Essenorum, & Carmelitarum, à seipsa sine Authore & fundatore reali primum fuisse realiter, prout velle debet de Religione Patrum S. Hieronymi, *quam S. Doctor Religionem hanc instituerit:* alioqui si alium authorem eorum & fundatorem realem assignaverit, evidenter sequitur, Patres S. Hieronymi ab ipso aliundè, quàm à suo reali authore & fundatore, solùm nomen, sive titulum, accepisse, quod esse commune Religiosis probavimus, & approbavimus *Scuto XVI. n.* 198. Dicere autem utramvis istarum Religionum primò fuisse sine aliquo authore & fundatore reali, est illam plusquam spuriam facere; nam spurius patrem & matrem habet realem, nisi de nihilo creatus sit, & sic, haud magis quàm Adam, spurius sit: neque id indubiè admittent Patres S. Hieronymi: ideoque, quià sciunt se alium, longô tempore post S. Hieronymum, habere authorem realem, non multum curant Sacræ suæ Religionis originem ad S. Hieronymi tempora deducere, neque ob solum titulum, ad placitam devotionem assumptum, id curare possunt, magis quàm Religiosæ *Conceptionis*, aut *Annunciationis B.M. Virginis* dicere possint, se, ob titulum istum, Religionis suæ originem habere ante Christi nativitatem; aut Religiosi *S. Spiritus*, & *SS Trinitatis*, se ab æterno Religionis suæ originem accepisse, priusquam in rerum natura essent: Undè P. Salinæ pleraque scripta adeò sunt devia, ut meritò stupeamus,

Notatur P. Salinas.

389. Verumtamen P. Salinas, inter suos discursus devios non parùm Ordinem nostrum pungit ex Iosepho de Siguenza subdens: *qui justè admodùm eos, qui de antiquitate Religionis decertant sacrabili, levitatis & vanitatis condemnat.* Numquid fortè levitatis & vanitatis damnandus est Spiritus Sanctus, qui Prophetis inspiravit, ut scriberent:

Eccl. 3.

*In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in novissimo maneat &c. Ne glorieris in contumelia patris tui; non enim est tibi gloria ejus confusio:*

*confusio: gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij, pater sine honore.* Eccli. cap. 3. *Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua.* Ibidem cap 44. *Gloria filiorum patres eorum.* Proverb. cap. 17. Quid si fortè quispiam diceret? *Primò*: S. P. Ignatium, non fuisse verè Religiosum, necesse Authorem & Fundatorem Religiosorum Societatis Iesu, magis quàm Ioannes Dei fuerit Author & Fundator Religiosorum Fratrum Ioannis Dei, secundum prædicta. *Secundò*: non aliter S. Ignatium esse Authorem & Fundatorem Clericorum Societatis Iesu quà verè Religiosorum, quàm S. Hieronymus sit Patrum S. Hieronymi. *Tertiò*: Gregorium XIII. esse primum Pontificem, qui declaravit vota simplicia ad statum verè & propriè Religiosum sufficere, dicens in Bulla, quæ incipit, *Quantò fructuosius*, data anno 1562. *& licèt eos, qui* &c. *verè & propriè Religiosos esse compertum sit*: ac proindè cum motu proprio Bullam illam dederit, primam esse Fundatorem & Authorem Societatis Iesu quatenùs verè & propriè Religiosæ. Quæ tamen dicere nolo, & multò minus approbare: & ista omnia tàm falsa dico, ac S. Eliam non fuisse verè Religiosum, & verè Religiosorum Authorem & Fundatorem, sed Ordinis nostri Authorem & Fundatorem esse S. Albertum Patriarcham Ierosolymitanum, qui ab Honorio III ejusdem Regulæ à se scriptæ approbationem impetravit. Intereà numquid, contra alios similia de Societate Iesu dicere præsumentes, P. Salinæ, ac aliorum ejusdem Societatis Patrum, tot & tanti insonarent clamores, ut etiam alterum mundum, si esset, replerent, & præcitatis Scripturæ locis insistentes, non se, sed obtrectatores illos, contra suæ Religionis antiquitatem decertantes, levitatis & vanitatis condemnarent? Probaret eventus. Fallit igitur, & multùm fallitur P. Salinas, scribens: nos pro antiquitate nostræ Religionis decertare, *ex amore nobilitatis avitæ, quæ cogit homines delirare*. nisi ad hoc potiùs se coactum fateatur *avitæ novitatis amore*; licèt obindè alios excitet invitos, ad similem de suæ Societatis Iesu sanctissima Religione detractionem; præsertim cùm hic de nostra pergat scribere post Supremi S. Inquisitionis Senatus decretum, illud, S. Scripturæ loca & S. Patrum authoritates ita absque ulla necessitate contorquendo, ut interpretatio litteræ apertæ adversari videatur, aut saltem ita eam obscurare, ut de vero litteræ sensu ubique dubium subesse possit; quod ad veritatem scrutandum & inveniendum non est satis idoneum.

*Provet. 17.*

*Quæstio ad hominem.*

# TELUM XIX.

*Argum. ab Antonio Patrone, non authore Antonianorum Ægypti &c.*

190. P. Salinas eodem *numero* 55. paulò infrà: *Historia Antoniana* cap. 34. *in Gastonem & filium ejus conjicit initia Religionis S. Antonij an. 1195. à Nativitate Domini, Vrbano Secundo Pontifice* &c. *In quibus vides validissima adversus historicum argumenta. Primum: hos sancti Antonij Religiosos, deditos infirmorum ex igne S. Antonij curationi, sub nomine S. Antonij, qui talis Instituti in Ægypto dum viveret, author non fuit: ergo poterunt Carmelitæ vota emittere, militantes sub Elia. quin Elias votis obstrictus Deo inservierit: non enim apparet aliqua disparitatis ratio. Secundum: eos Religiosos verè Filios esse S. Antonij, quin à tempore Antonij per continuam successionem in hoc tempus devenerint: ergo similiter, poterunt Carmelitæ verè esse Eliæ Filij, quin ab Elia ad hæc usque tempora per continuam successionem veri Religiosi pervenerint. Tertium: S. Antonium verè Patrem, Fundatorem & Patronum esse hujus Religionis, & insuper officia & celebritates Patroni in ea meritò obtinuisse, quin ipse Sanctus curationem infirmorum, qui ab eo igne afficiuntur, instituerit. Ergo non est undè existimes Historicus vota emisisse Eliam, quià ipsi ejus Filij ea emittunt, & eum tanquam Patrem, Ducem, Fundatorem, & Institutorem colunt. Quartum denique argumentum erit: Gastonem, & reliquos hujus Instituti professores, multò tempore votis Religionis caruisse, & tandem vota emisisse, & Regulam S. Augustini: nec quià*

*Absque continua ab eo successione.*

*Absque praxi Institutionis in Antonio.*

*Absque votis in Antonianis primum institutis à Gastone.*

*quia illi primi Fundatores Religiosi non fuerunt, alieni reputantur ab ea Religione; aut isti, qui Religiosi sunt, non gloriantur istis Fundatoribus verè non Religiosis. Quapropter omnia Historici argumenta hoc uno S. Antonij exemplo omninò redduntur inania, ut sine adfectione consideranti manifestè patebit.*

## ENERVATIO

Ejusdem farinæ argum. ac XVIII.

391. RESpondeo: Ista omnia de Gastone & filio ejus, Antonio & Antonianis Religiosis, non majoris esse sapientiæ & ponderis, quàm ea, quæ prius ex Ioanne Dei & fratribus ejus, S. Hieronymo & Patribus S. Hieronymi intulit, ut consideranti patebit: imò nonnihil minus habere pensi, cum id inferant, quod extra quæstionem est, videlicet, *posse Carmelitas vota emittere militantes sub Elia, quin Elias votis obstrictus Deo inservierit*: & quæstio sit; an Elias votis obstrictus Deo inservierit? An salvetur communis SS. Patrum & Doctorum antiquorum, ac Summi Pontificis, de Monachatu Eliæ, & successorum ejus, Filiorum Prophetarum, Essenorum, & Carmelitarum in vita & moribus Eliæ, doctrina & traditio, absque votis essentialibus Religionis? An Elias fuerit Filiorum Prophetarum, Essenorum, & Carmelitarum, Author & Fundator merè titularis; non verò realis? An Filij Prophetarum, Esseni, & Carmelitæ, in antiquo Testamento fuerint Religiosi solâ imitatione, vel Eliæ sui Authoris ac Fundatoris non Religiosi, sed sæcularis, vel nostrorum Religiosorum novi Testamenti, quos nondum noverant? An Religiosi imitatione, & non re, sint Religiosi, & non sæculares? An hæreditaria Carmelitarum verorum Religiosorum ab Elia successio, quam confirmant Summi Pontifices, subsistat, si Elias sit ipsorum Author & Fundator, aut sæcularis, aut merè titularis, ac solius imitationis? An detur vera Religio realis absque aliquo Authore & Fundatore reali, cum solo titulari & imitationis? Hæc omnia absona affirmat P. Salinas, aut saltem ex ijs, quæ affirmat, evidenter sequuntur; nos autem ista omnia negamus, & absona esse contendimus: & sicut non magis credo Eliam esse Ordinis nostri religiosi fundatorem & Institutorem, quia nos sumus veri religiosi, licèt ipse non fuisset, quàm parentes nostros carnales, quia nos filij carnales sumus veri religiosi, licèt ipsi non fuerint: ita non credo dari religiosi Ordinis fundatorem & institutorem, qui verè religiosus non sit, diversum à Parentibus carnalibus in matrimonio degentibus: hi autem immeritò & perabsurdè dicerentur fundatores Ordinis verè Religiosi, quia eorum filij carnales sunt verè Religiosi, quasi diceretur: filius est virgo, ergo & filij Pater carnalis, quô nihil absurdius. Vide dicta *n.*397. *Quartò* &c. Unde simpliciter & absolutè valet sequela: Elias fuit Religiosorum aut Religiosi Ordinis Author, Fundator, Institutor &c. ergo fuit Religiosus; hanc sustinemus & propugnamus.

# TELUM XX.

Argum. à Religione S. Bernardi, quia vota dederit.

392. P. Salinas eodem *numero* 55. iterum infrà: *Quæ omnia manifestiùs etiam confirmantur in S. Bernardi Religione clarissima. Nam S. Bernardus verè Pater, Patronus, Author, & Institutor est Cisterciensis Religionis, quin tamen ipse suis Filijs vota dederit religiosa, quæ à Beatissimo omnium Religionum Parente Benedicto accepit. ex institutione S. Stephani, qui in ea Religione Benedictina ortus, Cisterciensem instituit: & tamen, nec Stephanus, nec Bernardus, substantialia Religionis vota Filijs tradiderunt; sed habitum, & alias observationes, ad perfectionem substantialem non pertinentes. Et nihilominùs à Summis Pontificibus in Bullis ejus Religioni faventibus, sæpissimè vocatur*

*Bernardus*

*[B]ernardus tertium Patrem, Author, & Fundatorem; & ex Pontificum authoritate tanquam Patronum & [F]undatorem colunt. Ergo benè potest Elias hæc omnia dici respectu Carmelitarum, quia eis vota dederit; [so]litudinem, & asperitates, & alia ad perfectionem votorum obtinendam ordinata: nam sicut Pater [Be]rnardus Cisterciensium, quibus perfectionem substantialem votorum non dedit; sic Elias Carmelitarum, [q]ui nihil unquam vovit. Confirmantur etiam; quia Monachæ, quæ militant sub Regula S. Augustini, [S]. Monicam Matrem vocant, habent Patronam, & Officia tanquam Matri habent sibi à Pontificibus tra[d]ita, & tamen nec Monacha fuit, nec Monasteria constituit, nec vota Religiosis fœminis indixit, quam [M]atrem appellant, & venerantur Patronam.* Item à Monachis S. Monicæ fundatricis non Monachæ.

## ENERVATIO

393. Respondeo primò: Hæc nihil minus prætactæ deviationis, nec plus salis, quàm præmissa, habere: quià diversos Religionum Ordines ex sola populi acceptatione, uti olim, aut solâ S. Sedis approbatione, uti modò post Concilium Lateranense, *De Constit. cap. 11. & ultimo.* ob diversitatem Regulæ in substantialibus, aut solis accidentalibus; Realis aut solius titularis Fundatoris; primæ institutionis aut solius reformationis; loci aut habitus dumtaxat, prout S. Sedi Apostolicæ, inè vel aliundè, placuerit Ordines dividere, aut sub eadem Regula & votis aliquam inter illos approbare & stabilire independentiam, ultrò agnoscimus; & talem, etiam in nostro & RR. PP. Discalceatorum sub eadem Regula & votis, diversitatem [l]ibentes fatemur; nec plus importat manifestior illa P. Salinæ confirmatio: imò hæc est [p]rorsus impertinens; nam quæ confirmare, aut potiùs infirmare debuit, sunt absona, [qu]æ *Telo XVIII. n. 391.* affirmare videtur, aut saltem ex ijs, quæ ibi affirmat, videntur [se]qui; nec illorum ullum istô S. Bernardi exemplô confirmat, aut potiùs infirmat, [q]uod, ut sit paritas, debuisset. Iterum ejusdem farina argum.

394. Respondeo secundò: ut sit paritas, P. Salinam debere concedere. 1. S. Prophetam Dei Eliam tria vota substantialia in aliquo Ordine emisisse, prout S. Bernardus in Ordine S. Benedicti illa emisit: quô concessô, habeo intentum, vitaturque [ab]surdum suprà allatum de Authore & Fundatore sæculari, quod vitare intendo. 2º. [F]ilios Prophetarum, Essenos, & Carmelitas, tanquam veros Religiosos realiter coexstitisse S. Prophetæ Dei Eliæ, ab alio tùm temporis vota substantialia & Institutionem habuisse, & ab Elia solùm habitum, & alias observationes ad perfectionem [su]bstantialem non pertinentes, prout per ipsum Cistercienses, tanquàm veri Religiosi realiter coextiterunt S. Bernardo, ab alio tùm temporis vota substantialia & [In]stitutionem habuerunt, & à S. Bernardo solùm habitum, & alias observationes [ad] perfectionem substantialem non pertinentes, vt salvet communem SS. Patrum [&] Doctorum antiquorum Carmelitarum verorum Religiosorum à Summis Pontificibus confirmatam traditionem: quô concessô, etiam habebo intentum, at plus, [ut] statim, intendò. 3º. S. Bernardum fuisse primum Authorem & Fundatorem, si[ve] Principem omnium verè Religiosorum, seu tria vota essentialia emittentium, [pr]out S. Eliam fuisse ex dicta traditione contendimus, ut hanc similiter salvet tra[dit]ionem: & cum id de S. Bernardo indubiè neget, paritatem à S. Bernardo ad E[lia]m certò prorsus impertinentem adfert; quià, hâc suppositâ traditione, Elias [nullam alia]m veram Religionem non habuit, in qua tria vota essentialia emitteret, quibus [em]issis, verus Religiosus, non sæcularis, verorum Religiosorum Princeps, Au[tho]r, & Fundator esset, prout S. Bernardus aliam, scilicet Cassinensem habuit, in [qua] tria vota essentialia emisit, quibus à Cisterciensibus emissis, horum verorum [Rel]igiosorum Author, & Fundator esse potuit, & fuit verè Religiosus, & non sæcularis. P. Salinas tria concedet, ut sit paritas,

cularis. Plura ex isto Telo absona non absimilia hîc opponere possem; sed ut parcam tempori, magis necessarijs dedito, ista sufficiunt, ut constet hanc P. Salinæ consequentiam: *ergo benè potest Elias* &c. esse evidenter falsam, & ex Assumpto ad motam inter nos & ipsum quæstionem impertinenti; eademque est obindè impertinentia Confirmationis, quam à S. Monica, & Sororibus Monachis, sumit, ut consideranti patebit: quià se profitentur Ordinis S. Augustini; nec aliter S. Monica illarum Mater & Patrona dicitur, quàm quia Mater Fundatoris illarum; sic nos & alij diversis Titulis diversa sortimur nomina, salvô Fundatoris verè religiosi Titulô.

Solvitur confirmatio petita à S. Monica.

## TELUM XXI.

395. P. Salinas ibidem inprimis n.84. *Nec adeò quis desipere potest, ut Mercenarium Religiosissimi Ordinis SS. Trinitatis carperet ex eo, quod inter Raymundos, Nolascos, Nonates, Propositi sui Principes, & Paulinum Nolæ Episcopum ascriberet, cum opus illud liberandi à servitute captivos ingenti Ecclesiæ bono, & indicibili charitate exercuerit; nec ideò diceremus Paulinum Religiosum fuisse, aut tribus eorum votis constrictum.* Deindè n.85. *Quis dubitare posset Virgines commendatrices S. Iacobi, vulgò Commendadoras de Santiago, nominatas, modò tribus votis adstrictas, jure merito dicere suas Principes & Fundatrices fuisse uxores Equitum contra Mauros, primum à suis Maritis in ipsarum Cœnobijs relictas, ne circa illas laborarent, aut Zelotipia, aut sollicitudine. Ità ille fusiori discursu; sed isto abbreviato sensu.*

Argum. à varijs alijs fundatoribus non Monachis.

### ENERVATIO.

396. Respondeo primò: P. Salinam toties similia repetere, ut, quod immeritò alteri objecerat n.83. *aures impleat omnium solis verbis, veritatis colore fucatis*: nam subsistit disparitas *Responso 2. ad Telum XVIII.* allata; eò quòd satis constet ex authoritatibus *Scuto VI. VIII. XVII.* ac *Resp. 2. & 3. ad Telum XI.* citatis, Eliam tribus Religionis substantialibus votis constrictum fuisse: èccontra verò P. Salinas fateatur Paulinum Nolæ Episcopum, istorumque Equitum uxores, non fuisse votis istis constrictum & constrictas.

Item ejusdem farinæ argum.

397. Respondeo secundò: Istos Religiosos SS. Trinitatis, tàm ineptè dicturos Paulinum, Nolæ Episcopum, esse Principem & Fundatorem suæ Religionis; quàm ineptè Religiosæ Virgines, commendatrices S. Iacobi, dicant, uxores illas esse Principes & Fundatrices suæ Religionis. Inprimis; quià ille Paulinus, ut summum fuit Princeps & Fundator alicujus operis, quod independenter à Religione, extra illam exerceri potest, videlicet Redemptionis Captivorum, quod æquè ab uxoratis, ac Religiosis, exerceri potest: undè si obindè illos dicere possint, suæ Religionis ac votorum Principes & Fundatores; ab illis etiam ipsi Religiosi SS. Trinitatis, eâdem ratione, dicere possunt, se Religiosos uxoratos; ut statim magis patebit. Uxores illæ similiter ut summum fuerunt Principes & Fundatrices receptionis similium personarum in istarum Virginum Monasterijs, quæ independenter à Religione, extra illam exerceri potest, ut in Beguinagijs v.g. nostri Belgij: & sicut obindè Beguinæ nostræ modò ineptissimè dicerent, illas esse suæ Religionis Fundatrices; cum neque hæ modò, neque illæ, sint Religiosæ; ità illæ Beguinæ posteà tribus votis constrictæ ineptè dicerent illas suæ Religionis Fundatrices, quandoquidem nihil plus posteà ad suam Religionem & vota contulissent, quàm si hæc nunquam posteà fuisset, & Beguinæ in statu sæculari, uti ante, semper mansissent:

Absurda revelantur.

ent: etenim nostræ Carmelitanæ Wilvordienses successerunt Beguinis, & tamen S. Beggam vel aliam, quàm Ordinis, Patronam non habent. Numquid fortè P. Salinas, eâdem ratione, quâ vult, Virgines istas Religiosas meritò posse dicere, uxores illas esse suæ Religionis Fundatrices, consequenter vult, Virgines istas Religiosas meritò posse dicere, se esse Virgines maritatas, nomine suarum Fundatricum? Non enim absurdiùs est Virgines Religiosas nominari maritatas, quàm maritatas nominare suæ Religionis Principes & Fundatrices, ut patet. Apage igitur absonantias tales, iam efficaciter rejectas: licèt enim, tàm Religiosi, quàm Religiosæ, uxoratos & maritatas in suis temporalibus agnoscant Fundatores, & Fundatrices; nulli tamen, & nullæ dicunt uxoratos, & maritatas suæ Religionis Fundatores & Fundatrices, quod alioqui consequenter dicere deberent.

# TELUM XXII.

Argum. ab umbris & figuris Legis gratiæ. A Lapide.

198. P. Salinas ibidem numero 35. *Etsi Nazaræi umbra quadam, figuraque, dici deberent, Religiosorum status gratiæ: non tamen erant veri Religiosi; nam à vera Religione tantùm differebant, quantùm umbra à luce vera, proprietas rei à figura eam aliquo modò repræsentante; nam omnia in figuris contingebant illis.* Et ibid. n. 37. *Cornelius autem vir peritissimus in S. Pagina hæc asserit in cap. 27. Levit. vers. 1.* Secùs est in votis Religionis in nova, quibus se homo ad nobilissima ministeria dedicat, quæ omne pretium excedunt; ideoque nullô pretiô redimi possunt, quæ vota non erant in Lege veteri; si tamen fuissent, obligassent Judæos, sicut obligant alia vota, quibus aliquid aliud determinatè vovebant, ut patet in Nazareis; hi enim tenebantur determinatè præstare id, quod vovebant. Ità Abulensis q. 8. *Hæc Cornelius satis perspicuè; etsi enim Nazaræos perpetuos admittit in Lege veteri; non tamen in Lege veteri vota Religiosorum.*

## ENERVATIO

Quæstio ad hominem.

99. Respondeo: Quærendo: an in Lege veteri actus perfectæ obedientiæ Abrahami, & tot aliorum perfectæ charitatis, ac observantiæ cujusvis præcepti Decalogi, tantùm differrent ab actu obedientiæ, & charitatis, ac observantiæ cujusvis præcepti Decalogi in nova Lege, quantùm umbra à luce vera, proprietas rei à figura, eam aliquomodò repræsentante; nam *omnia figuris contingebant illis?* Negabit P. Salinas indubiè: hôc autem datô, non est, cur magis timeat ex votis illis perfectionem Legis novæ in veterem inducendam, quàm ex istis alijs actibus & observantijs. Deindè sequitur, merita Legis veteris tantùm fuisse umbras & figuras meritorum novæ Legis, sanctissimos Viros Eliam, Ieremiam, Iob, & tot alios, tantùm fuisse Sanctos in umbra & figura Sanctorum novæ Legis, cultum & amorem Dei in antiqua Lege fuisse tantùm umbram & figuram cultus & amoris Dei in nova, quæ sunt perabsurda. Numquid fortè addet P. Salinas: Deum in antiqua Lege fuisse tantùm umbram & figuram Dei in nova; imò & homines antiquæ Legis fuisse tantùm umbras, & figuras hominum novæ? Hæc indè inferuntur, licèt sciat, quod idem Deus objectum sit actuum utriusque Legis, imò & idem finis utriusque Legis, juxta illud D. Thomæ 1. 2. q. 107. art. 1. in corp. *Dicendum ergo, quod secundum primum modum Lex nova non est alia à Lege veteri; quia utriusque est unus finis scilicet, ut homines subdantur Deo; est autem unus Deus, & novi, & veteris Testamenti, secundùm illud ad Rom. 3. unus Deus est, qui justificat circumcisionem ex fide, & præputium in fide.* Nec plus differunt gratia sanctificans, sanctitas,

D. Thomas.

sanctitas, actus cujusque virtutis &c. antiquæ Legis, à gratia sanctificante, sanctitate, actu cujusque virtutis &c. novæ Legis, quàm utriusque Legis homines inter se; Vide, quoad utriusque Legis in perfectione differentiam, dicta in *Responsis ad Telum* 2. & §. *Ne autem* suprà *Telo XIII.* Si posterius? Ergo neque votum perpetuæ castitatis Nazareorum, si daretur, prout datum contendimus, tantùm differebat à voto Legis novæ, quantùm umbra à luce vera: ac per consequens Nazarei à tribus votis, si darentur, prout data in Elia, Eliseo &c. contendimus, non tantum à vera Religione differebant, quantùm umbra à Luce vera &c. licèt differrent in perfectione aliqua accidentali, modo dicto §. *Nec potest* & seq. *Telo XIII.* iterum *Telo XX.* Undè concludimus intentum. Quod verò addit ex P. Cornelio à Lapide, nihil plus concludit, imò confirmat dicta *ibidem* per hæc verba: *votis Religionis in Lege nova se homo ad nobilissima ministeria,* usus scilicet Sacramentorum, de quo ibi, *dedicat.*

Satisfit Corn. à Lapide.

# TELUM XXIII.

Argum. ab ELIA Patre, sed non Religioso.

400. P. Salinas ibidem n. 97. *Negare quis posset, tùm Waldensem, tùm reliquos Carmelitas meritò vocare* PATREM, *Eliam & Eliseum? Sed non continuò, quià Pater eorum Elias Religiosus erat, sicuti & ipsi: nam, ut diximus sæpè suprà, nec pater animam dare potest filio, quem genuit; & licèt anima præcipua, & principalis sit pars hominis, ejus tamen Pater rectè dicitur, qui aliquid dedit, quò constat filius: similiter & Elias & Eliseus, dicuntur Carmelitarum Patres, à quibus accepere, & solitudinem, & alias Monachatus austeritates, quin ab ipsis votorum acceperit firmitatem, & mobilitatem.*

## ENERVATIO.

Solutio remissiva.

401. Respondeo primò: Eliam, & Eliseum fuisse trium votorum essentialium emissione Religiosos, probavimus *Scuto VI.* & *Responsis* 2. & 3. ad *Scutum XI.* ipsumque in eo fuisse nostri Ordinis Authorem & Fundatorem universi Carmelitæ contendimus: non obindè tamen prætendimus, ipsos fuisse Religiosos, sicuti nos, sive eâ solemnitate, perfectione, & clavium potestate novæ Legis, sicuti nos. Non quidem *eâ solemnitate* quià uti, teste P. Valentia 2. 2. *Disp.* 10. *q.* 4. *p.* 2. §. 1. Nequidem tempore Apostolorum Religiones talem habebant solemnitatem; sic enim scribit: *Neque obstat; quod D. Thomas infrà q. 187. art. 3. dicit, Religiones non fuisse institutas tempore Apostolorum; intelligit enim (ut rectè Cajetanus eô locô notat,) quoad ritus & ceremonias, quibus posteà stabiliri & ornari cæpta; ac similiter intelligi potest Chrysostomus Homilia 25. in Epistolam ad Hebreos tempore, quo scribebat D. Paulus ad Corinthios, asserens, tunc nec vestigium quidem fuisse Monachi.* Solemnitas autem illa, sive ritus & ceremoniæ, sunt, quibus professio fit in Religione approbata à Sancta Sede, sub certa Regula ab eadem approbata, & coram Testibus, usque ad mortem, sive cum immobilitate status absque potestate nubendi, etiam validè, aut transeundi ad laxiorem, absque dispensatione Summi Pontificis, & similia, quæ post Apostorum tempora fuêre introducta ab Ecclesia ad votorum solemnitatem, prout contra vota simplicia, tàm primitivæ Ecclesiæ, quàm veteris Legis, distinguuntur, quorum si unum desit, solemnia non censentur; & vota Eliæ ac Filiorum Prophetarum istâ solemnitate caruisse ultrò fatemur. Undè, cum P. Salinas verba P. Valentiæ, suprà citata, etiam citet *ibidem n.* 71. satis mirari non possum P. Salinæ genium, quò nobis *n.* 118. opponit Chrysostomum *tom.* 4. *Homil.* 25. *in Epist. ad Hebr.* his verbis ad Corinth. 5. *Si quis enim frater nominatur inter vos,* subdentem: *Fratrem hic dicit,*

In quo differebant ELIAS & Eliseus à nobis.

Quid solemnitas votorum.

Notatur P. Salinas.

*io dicit, absolutè quemvis fidelem, non eum, qui est Monachus; nam nec ullum quidem tunc erat Mona-hi vestigium*. quô scilicet, secundùm ritus & ceremonias ab Ecclesia Regularum ap-robatione, aut Pontificijs decretis inductos, non Sacerdotes Monachi appellaren-ur *fratres*, Sacerdotes verò *Patres*. Alioqui vellet in Apostolis, nec ullum quidem uisse Monachi vestigium, quandò prædicabat Paulus: cujus oppositum docet, tùm n suo Dialogo apud D. Thomam 2. 2. q 184. argum. 1. ubi Eliam *Monachum* vocat, iec reijcit S. Thomas in *Resp ad* 1. tùm *Homilia* 1. *in Marcum*, dicens: *Sacerdotum Princípes um Apostoli, Monachorum Princeps Ioannes Baptista est*. Et Homil 17. ad populum de mona-tice aiens: *tanti est Philosophia à Christo introducta*. Item *Homil* 69. *in Matth.* dicens: Mona-hos etiam habitu imitari Apostolos. Et *lib* 3. *contra vituperatores vitæ Monasticæ*. asserens a, ab Apostolis adimpleta (secundum perfectionem Evangelicam scilicet,) quæ à Monachis adimplentur. Neque *eâ perfectione*, ut satis patet ex præmissis ad *Telum XII*. Neque *quoad potestatem clavium*; quia data est à Christo Matth. 16. *Et ego dico tibi; quià tu Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus am; & tibi dabo claves Regni Cœlorum; & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cœ-; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cœlis*. Item cap. 18. *Amen dico vobis, uacumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cœlo; & quæcumque solveritis super terram, unt soluta & in Cœlo*. Undè, dum Angelicus Doctor *Opusculo* 17. asserit: *primum exemplar erfectionis & Religionis fuisse Collegium Apostolicum*. Et Quodlibeto 4. *Quod ab eo exemplari om-es Religiones sunt institutæ*. [& sic de quovis alio S Patre & Doctore, ipsâ Societate ESU, (nam in hac Baronium, Bellarminum, Suarez & alios malè intellectos, uti nfrà suô locô videbimus, hostes immeritò experimur) antiquioribus] Commodè ntelligi potest de perfectione sumpta ab usu Sacramentorum & potestate clavium, le qua suprà; uti etiam de Religione hinc perfecta, cujus soli Apostoli fuerunt ex-mplar, & omnes tales Religiones ab eo exemplari fuerunt institutæ, quæ ultrò oncedimus, prout ante sæpiùs concessimus. Vide dicta *n*. 361. & 362. S. Thomas exponitur.

402. Respondeo secundò: Id, quod P. Salinas de patre carnali addit, pro nobis fa-ere; quià sicut pater carnalis non dicitur pater filij carnalis, nisi dederit id, quô fi-us est filius carnalis; ità nec pater spiritualis dicitur filij Religiosi, nisi dederit id, uô filius est filius Religiosus. Deindè: si ad hoc, ut Elias dicatur spiritualis pater fi-j Religiosi, sufficiat ipsum huic *dedisse aliquid, quô constat* filius Religiosus v.g *solitudi-m. & alias Monachatus asperitates*, quicumque dederit Caio v.g. vestem, pecunias, of-cium, & alios status sæcularis favores, quibus constat filius carnalis, rectè dicetur *ter* illius *carnalis*; ac per consequens omnes Monachorum Prælati dici poterunt *patres rnales* suorum famulorum; & omnes, etiam Ordinum Mendicantium Superiores, ii Monasterij emissariorum servorum *Patris carnalis* falsam appellationem admittere ebebunt. Quid absurdiùs? Undè non est, quod in istis & similibus exemplis, in uibus fundat suas contra nos SS. Patrum evidenter contortas commentationes, re-llendis tempus, magis serijs & utilioribus necessarium, perdamus. Contra se pro Authore pugnat Salinas.

# TELUM XXIV.

03. P. Salinas ibid. cap 34 n.12. *Serarius multa congerit argumenta, quæ Essenorum hæresim non leviter probant, Triharesium cap.* 5. & *Suarez Tom.* 3. *de Religione lib.* 3. *cap.* 2. *n* 13. *ssenos, sine vera Dei fide, vixisse testatur, & insuper ex Iosepho & Philone, eos habuisse divitias ibat: quibus tamen satisfacere difficilè admodum erit*. Et n. 14. *Respondemus* 1: *Essenos illos, si aliqui re ante Christi adventum, Hæreticos fuisse; ac proindè non veros Religiosos. Vide Serrarium cap.* 5. & Argum. ab hæresi Essenorum.

*apud ipsum Phylastrium dogma 56. cap. 4* Esseni sunt, qui Monachorum vitam exercent, *& ei* Christum autem hominem Dei Filium non expectantes, nec in Lege, atque Prophetis, eum Dominum cognoscentes, annuntiatum; sed ut Prophetam, aut justum hominem, solùm credentes, expectant. *Hæc illi: quibus adnecte S. Nili verba*: Cæterum, quæ certaminum utilitas, aut qui fructus, ex laboriosa vita potest illis esse, qui remuneratorem Christum sustulerunt. *Lege* &c. Deindè: ex Iosepho constat. lib. 18. cap. 2. *eos impiè, & hæreticè à sacrificando in templo semper abstinuisse.*

## ENERVATIO

Præoccupatum est illud argum.

404. Respondeo primò: Istud P. Salinæ *Telum* esse plenè præoccupatum *Scuto VIII. per totum.* Ad pleniorem tamen illius declinationem: Non deberet P. Salinàs attendere: an P. Serarius congerat argumenta, quæ Essenorum hæresim non leviter probant; sed an hæresim ipsis attributam, approbet: alioqui, contra præcipuos primitivæ Ecclesiæ SS. Patres, similia argumenta congeruntur, uti aliàs in *Causa Christorum Dei* demonstravimus, quæ ab Ecclesia refelluntur: nulla autem P. Serarij verba, quibus illam approbet, citat; hæc autem non omisisset, si occurrissent. Refert quidem ex Serario verba Philastrij dogmatis: sed indè P. Serarij assensum non probat; nec posset, quin evidenter ipse Serarius sibi contradiceret, cum eòdem *cap. 5.* dicat: *neque, quod sciam, veterum ullus est, qui turpissimam ijs* (*imò ibidem* solvit Epiphanij & aliorum argumenta præmissa) *hæreseos notam inurat, quin à multis valdè prout partim hucusque vidimus, partim si, ut spero, annuerit posteà Dominus, videbimus, laudantur, neque unquam à Christo Domino, Pharisæorum, vel Saducæorum instar, vel ab Apostolis sunt reprehensi, cum eo tamen vigerent tempore & loco.* Rationem subministrat Adrianus Adrianij *lib.* de orig. Monastices cap. 2. *Judæorum meliores Eliæ atque Elisei Discipuli, Esseni appellati sunt.* Judæorum autem meliores Eliæ atque Elisei Discipuli, reprehensionem non merentur, sed laudem, prout ab omnibus penè SS. Patribus laudatos vidimus *Scuto IV. V. VII. & VIII.* Nam ipsi reverà in Religiosa paupertate, castitate & obedientia, Christum hominem Dei Filium expectabant, in Lege & Prophetis eum, juxta sui Principis Eliæ & Elisei instructionem, cognoscentes annuntiatum: quos proindè *Scuto IX.* probavimus fuisse veri nominis Monachos, & *Scuto X.* eos Sacrosanctum IESU Christi Evangelium audivisse, acceptasse, baptizatos esse, & in disseminanda fide Evangelicâ coadjutores Apostolorum fuisse, & tales, de quibus Philo Judæorum disertissimus, tùm in libro, *quod omnis probus sit liber*, tùm in libro *de vita contemplativa*, dixit: *Nec Palæstina* &c. Vide *Scutum VII.*

Esseni ante Christum distinguendi.

405. Respondeo secundò: P. Salinam nimis confusè loqui; nam Essenos omnes, qui ante Christum fuerunt, non esse confundendos, cum Essenis hæreticis, de quibus Phylastrium dogma, S. Nilus, & alij post Iosephum, *Scuto VII. à n. 55. ad 61.* fusè probatum est. Imò suppositâ Serarij opinione (quæ suos habet Patronos, sistendo in nominis significatione à *sanctitate* desumpta, cum præcisione à vitæ formula Assidæorum & Essenorum, quæ fuit longe diversa, ut sequitur ex illo libri 2. Machabeorum cap 14. *Ipsi, qui dicuntur Assidæi Iudæorum, quibus præest Iudas Machabeus, bella nutriunt, & seditiones movent, nec patiuntur Regnum esse quietum.* Cujus ratio data est *lib. 1. cap. 7.* eò quod Alcimus dolo occiderat illorum 60. viros: *secundum verbum, quod dictum est, carnes Sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Ierusalem, & non erat, qui sepeliret.* Et Philone. E contrà de Essenis in libro, *quod omnis* &c. dicente: *tela, jacula, gladios, thoraces, scuta, nemo apud eos fabricat, sicut nec arma cætera, nec machinas, nec aliud quidpiam bello utile*, quæ omnia ab eis magis removet in libro *de vita contemplativa*) Trihæresij lib. 3. cap. 7. *Vt illos*

*iam*

*tamen Hassaos & Hassidaos esse tanto stet firmiùs, adijcio, licèt nihil necesse sit, ipsam nominum originem & significationem, quæ in utriusque est prorsus eadem. Et infrà: illos enim esse puto, qui 1. Machab. 7. Assidei appellantur, Iudæorumque primi & præcipui dicuntur. Essæos seu Essenos Assidæos esse, arguit, quod apud Iosephum filium Gorionis, hebraicè scribentem, qui Essæi sive Esseni dicuntur, ab alijs, & præsertim à Iosepho, genere ejusdem, historias describente, Chasedin, id est benigni, seu pij appellantur.* Non potuit P. Salinas sapienter contra S. Scripturam 1. *Machab* 7. absolutè pronuntiare, Essenos *si aliqui fuere ante Christi adventum, hæreticos fuisse*: nam dicens, *si aliqui* &c. omnes comprehendit, etiam qui *Assidæi* dicuntur, ut vidimus ex Serario, cujus authoritate abutitur: licèt enim Esseni Christiani, de quibus Philo loquitur, fuerint Discipuli S. Marci secundùm Monachatus perfectionem post Evangelium acceptam, quam suprà *n.* 361. & 362. paucis explicuimus & infrà latius: nihil obstat, nè ante Christum & Marcum fuerint Eliæ & Elisei sectatores discipuli, secundum Monachatus perfectionem, Monachatui essentialem, præscindendo ab ista perfectione post Evangelium à Christo accepta, uti *n.* 32. probavimus; hancque communissimam esse SS. Patrum ac Doctorum antiquorum traditionem, omninò est manifestum ex authoritatibus *n.* 32. 66. 338. *ad* 344 & 683. *ad* 688. citatis.

406. Undè de hac nostra traditione & opinione P. Salinas *ibid n.* 1. non satis pensatè pronuntiat, *si opinio dici debet, quæ nulli unquam antiquorum hominum in mentem venit.* Uti & 34. n. 17. se scire Eliam & Eliseum fuisse uxoratos, aiens: *de Filijs Prophetarum quid dicam? Cum & Prophetas ipsos, de quorum filijs agimus, uxoratos sciamus.* Quod tanquam stultum refellit S. Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum cap. 13 *Eliam & Eliseum, quàm stultè in catalogo posuerit maritorum, me tacente, manifestum est. Si enim Ioannes Baptista venit in spiritu & virtute Eliæ, & Ioannes virgo est utique, non solùm in spiritu ejus venit, sed etiam in corporis castitate.* Quod etiam pro Eliseo concludit, utpotè super quem duplex Eliæ spiritus requievit. Inde Epist. 22. de custodia virginitatis: *Vacuus erat orbis, & ut de typicis taceam, sola erat benedictio liberorum; paulatim verò increscente segete; messor immissus est. Virgo Elias, Virgo Eliseus, Virgines multi Filij Prophetarum, Ieremiæ dicitur, & tu ne accipias uxorem.* Adstipulatur Ambrosius lib. 1 de Virignibus: *Etiam Elias nullius corporei coitus fuisse permistus cupiditatibus invenitur: ideò ergo curru raptus in Cælum.* Non quià id non legitur, ut patet; sed quià nullius fuit corporei coitus permistus cupiditatibus. S. Isidorus, Ecclesiarum Hispaniæ Doctr, lib. de officijs Ecclesiast. cap. 17. *Quantum pertinet ad vetus Testamentum: Elias, & Ieremias, & Daniel, castitatis & continentiæ bonum primi constituisse dignoscuntur.* Chrysostomus Serm. super ud *nuptiæ factæ sunt*, Ioan 2. *Moyses nonnè uxorem habuit & liberos? Elias nonnè virgo erat* &c. *nocuit huic virginitas? An impedimento fuerunt illi uxor & liberi?* Cassianus lib. 6. instit. renunt. cap. 4. *Virtus illis solis tribuitur, qui virgines, vel mente, vel carne perdurant, ut uterque Ioannes in novo Testamento, in veteri quoque Elias, Ieremias, Daniel, fuisse noscuntur.* Et sic de multis ijs *Telo XI. Resp.* 2. & citatis. Quibus omnibus priùs dixerat S. Ignatius Martyr, discipuli, *quem diligebat* IESUS, auditor, in Epistola ad Philadelphienses: *memor sum sanctitatis vestræ, sicut Eliæ, sicut* IESU *Nave, sicut Melchisedech, sicut Elisei, sicut Ieremiæ, sicut Ioannis Baptistæ, sicut dilectissimi discipuli, qui in castitate de vita exierunt.* Quibus attentis, qui potest capere capiat, Ego autem non capio, quomodò filius Societatis IESU, isque doctus pius, non considerarit, nimiùm favere Ioviniano, nimiumque à SS. Patribus deire *Telum* istud, quod in nostram Matris IESU Societatem vibrat, inter quam & illa unio, uti inter IESUM & matrem, esse deberet indissolubilis.

Notatur P. Salinas.

# TELUM XXV.

*Argum. ab authoritate Waldensis.*

P. Salinas ibidem n.93. *Dic mihi quomodò Eliam & Eliseum tuos Patronos solummodò excogitasti, & testimonio Waldensis inservisti? Etenim non magis Eliam, & Eliseum instituti Religiosi facit Waldensis, quàm Seth, Enoch, Rechab, Samuelem, & Filios Prophetarum Eliam praecedentium?* His ergo ductus rationibus *ait cap.5. sequenti*, & autenticis Patrum dictis, Religionem Rechabitarum vetustiorem dixi: & omninò separatam à Monachatu Prophetarum, cum primi Gentiles remanserint, sed sub Lege Mosayca profecerint. Utraque tamen Religio probata erat, & Deo accepta, & Patres facti sunt & Patroni Religionis perfectorum futurae tempore Legis Christi; quod solummodò intendebat Hieronymus, &c. *Intelligis Patres & Patronos Religiosorum gratia omnes illos Rechabitas appellatos à Waldensi, quin Religiosi fuerint tribus substantialibus votis illigati? cap. verò 1. quid ex authoritate Bedae dicat, audiamus.* Videte, *ait*, quàm planè imputat Beda Patri sancto Enoch, Paradisi iam incolae, patronatum Religionis perfectae; à cujus tamen fundamento clamat Wicleff, omnes sacras vacare Scripturas. *De Seth autem secundum eundem Bedam haec ipse affirmat.* Manserunt autem filij Seth, in eodem cum sancto Patre suo Religionis sanctae proposito, extra civitates relictô vulgô saeculi, & secundùm Magistrum Historiarum, incolentes quendam montem, paradiso confinem; ambulavit cum Deo, id est, tota intentione ferebatur in Deum, Religiosos nostros figurans, & Patronus eorum existens. *Quid manifestius? Non ergo solos Eliam & Eliseum; sed Seth, Enoch, Filios Dei, & Prophetarum, & Rechab, Patronos Religiosorum Ecclesia constituit: quos Patronos non vult Historicus.*

## ENERVATIO.

*P. Salinas oscitanter nimis legit Waldensem.*

407. Respondeo primò: Me dicturum, quod petit P. Salinas: ipsum nimis oscitanter legisse nostrum Waldensem *cap.1.* à se citato *ex art.1. libri 3. Doctrinalis*: sic enim incipit: *Graves quidam Viri, & Catholicae veritatis praecipui Tractatores, dicunt, perfectorum Religionem ex S. Seth Patriarcha, tertio filio protoplasti, sumpsisse principium; eò quòd de illo scribitur Genesis quarto: Iste coepit invocare nomen Domini. id est colere nomen Domini, & deprecari Deum secundum Glossam. Et hoc non simplici cultu vulgi; quià Abel priùs colebat Deum, & deprecabatur eum acceptabiliter, in principio capituli. Aliquem ergo specialem cultum invenit, qui priùs non exercebatur à Patribus; eò quod iàm notanter dicit Scriptura: Iste coepit invocare nomen Domini, id est, colere & deprecari. Quià sicut dixit Andreas, & cum eo Doctor de Lyra super eundem locum: filius ejus Enoch instructus à patre suo tunc singulariter justo, tantum profecit in Divino cultu, qui adinvenit quaedam verba devota ad deprecandum Deum, quae est eminentior pars Religionis peculiaris. Duo enim sunt principia Religionis peculiaris. Horum unum aliquid ponit, quia est quid positivum, quod est contemplatio Divinorum. Alterum est principium prohibitivum, quod Dionysius vocat in Ecclesiastica Hierarchia, abrenunciationem omnibus divisibilibus, id est omnibus transitorijs, sicut dicetur post. Et istud, secundum votum, continet essentialiter tria vota in omni Religioso perfecto moderno: scilicet obedientiam, quae removet contumaciam à voluntate: paupertatem, quae tollit cupiditatem ab extrinseca facultate: & continentiam, quae tollit lasciviam, nascituram in carne. Quae quamvis sint iam essentialiter requisita in omni Religione perfecta; non sic tamen antiquitus, dùm Religio infans erat; sed alijs quaedam, alij unum, alij universa servabant magnis de causis. Religiosi tamen dicebantur omnes: quia singulariter prae alijs suis concivibus, vel totô mediô, vel aliquô aequivalenti, Divino cultui se dederunt.* Loquitur autem Waldensis ibi, & deinceps, de Religione particulari, & perfecta quoad substantiam, Seth, Enoch & Samuëlis, juxta *primum principium*, in quo sistendo, nulla est inter nos & Aemulos nostros de Seth, Enoch,

Enoch, Samuele, & similibus illius Patronis & Principibus, controversia: sed de solis Patronis & Principibus Religionis particularis perfectæ secundum substantiam, juxta secundum principium; quàm, imprimis in Lege veteri, *continuisse essentialiter tria vota, quæ reperiuntur in omni Religioso perfecto moderno,* scilicet obedientiam, paupertatem & continentiam, affirmat subdens: *quæ quamvis iam sint essentialiter requisita in omni Religione perfecta, non sic tamen antiquitus, dum Religio infans erat; sed alij quædam, alij unum, alij universa vota) servabant magnis de causis*: quod ultimum de Elia, Eliseo & Filijs Prophetarum intelligimus, ob præmissa *Senso I. VI. & XVII.* idque confirmamus efficaci *Enervatione* omnium præcedentium P. Salinæ *Telorum*. Undè, dum postmodùm agit de Religione particulari & perfecta quoad substantiam, Eliæ, Elisei, & Filiorum Prophetarum, loquitur juxta *secundum principium* ut patet ex ijs, quæ habet cap. 17. *Sed tunc quæritur forsan descriptio Religionis Christi communis, id est in se distinctæ formaliter à Religione Christi vulgari & omni Religione intrinseca. Dico cum protestatione, quod non intendo diffinire terminos, immò satis erat mihi quoquô modô competenter describere. Dico, sine præjudicio sententiæ sanioris: quod Religio Christi, illa scilicet, quæ est communis omnibus alijs, est cohibitoria regula charitatis, cum solemnis voti emissione professa, vel æquivalenter.* (vides hîc ipsum agere de Religione, juxta secundum principium, quod ibi dixit *prohibitivum*; hîc verò *Regulam cohibitivam*) *Notemus terminos. Est enim Regula Charitatis; quià illa est tota vitæ Christianæ substantia, secundum Paulum prima Corinth. XIII. Et beatum Iacobum in Epist. Et est Regula cohibitoria, ad differentiam vitæ Angelicæ, inter quos est Regula charitatis lenissima, sed illa non est cohibitoria; quià nulla est ibi rebellio actualis, nec aptitudinalis; ideò nec inter eos est Religio, nisi fortè transsumpta. Vndè Augustinus de vera Religione capitulo centesimo-nono dicit, quòd Religio à religando dicitur. Et illa Regula debet esse professa emissione voti solemnis.* (non quidem eâ solâ solemnitate, quâ modò *formaliter* & *vocaliter* coram Testibus in facie Ecclesiæ usque ad mortem emittitur; sed vel *æquivalenter* cum Divino instinctu affectum immobilitante (juxta illud D. Thomæ 2.2.q.184.art.5. in corp. *Ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea, quæ sunt perfectionis, cum aliqua solemnitate.* Præmiserat autem art.4. in corp. *Requiritur, quod obligatio prædicta, cum aliqua solemnitate fiat, sicut & in cæteris, quæ inter homines obtinent perpetuam firmitatem, quædam solemnitas adhibetur.*) Uti expresse docet subdens: *Et additur æquivalenter sub disjunctione, propter Christum, qui nunquam vovit, sicut nec habuit fidem, vel spem, & hoc propter imperfectionem inclusam in eis. Quid autem dicitur esse illud, quod æquivalet voto? Dico, quod est Divinus instinctus immobilitans affectum tendentem in Deum. Et talis Professor fuit Elias, talis etiam erat Ioannes Baptista, qui quamvis non vovebant vocaliter aliquam Regulam charitatis; habebant tamen Dei instinctum immobilitantem eorum affectum ex se pronum perverti.* Ne autem istis non obstantibus, prætereà subdubites de mente nostri Waldensis, accipe etiam, quæ *Tom.3. de Sacram. Tit.9. cap.89.* addidit: *Maria prima Virgo fæmina Propheta Et in virginitatis perpetuæ voto* (& sic de duobus alijs obedientiæ & paupertatis) *successit.*

408. Respondeo secundò: Mirum esse, quod P. Salinas *Telum* istud in nos vibret, cum volens nolens, *ibidem n.97.* fateatur Thesim nostram, dicens: *Waldensis*, Eliam votum *formaliter emisisse, negat, æquivalenter tamen, affirmat.* Quid autem dicitur esse illud, quod æquivalet voto? Dico, quod est Divinus instinctus immobilitans affectus tendentes in Deum: & talis Pofessor fuit Elias, talis etiam erat Ioannes Baptista, qui quamvis non vovebant vocaliter aliquam Regulam charitatis, habebant tamen Dei instinctum immobilitantem eorum affectus conversos in Deum. Et ille æquivalet voto, quià tota ratio est in non mobilitate *affectum ex se pronum perverti.* Talem instinctum habebat Christus locô voti, sicut claram visionem locô fidei; quià Christus nunquam vovit. *Hæc ille. Cœcus erit, qui hæc non videat.* Notet ly *æquivalenter,* quô modô, & solô eô modô, vota fuerunt in Christo & Ioanne Baptista, quos fuisse verè & rigorosè novi Testamenti quoad substantiam Religiosos, ambigit nullus: ergo & Eliam *P. Salinas Authoris Thesim fatetur.*

 haud

haud secùs quàm Christum & Ioannem Baptistam. Quid consequentiùs? ut verba P. Salinæ suo authori restituam, cœcus erit, qui hoc non videat.

Glossæ P. Salinæ discutiuntur.

409. Sed Glossæ P. Salinæ tantillum intendamus. Dicit primò : *formaliter negat*; & tamen solùm dicit Waldensis, *qui quamvis non vovebant vocaliter aliquam Regulam charitatis*, ut sit sensus, *qui quamvis non vovebant vocaliter aliquam Regulam* cohibitoriam, uti moderni Monachi, *habebant tamen* erga Regulam charitatis cohibitoriam *Dei instinctum immobilitantem eorum affectus conversos in Deum, & ille æquivalet voto* Regulæ cohibitoriæ; *quià tota ratio* Regulæ cohibitoriæ *est in non mobilitate affectum ex se pronum perverti*. Quod autem sit ille sensus, patet. Primò: ex ipsa definitione Religionis Christi, quam adfert, dicens: *est Regula cohibitoria charitatis*, & hanc negat vocaliter vovisse Eliam, & affirmat, *vovisse æquivalenter per instinctum immobilitantem*, nec usquam negat Eliam *vovisse vocaliter*, præscindendo à cohibitoria Regula charitatis, cum dicto *instinctu immobilitante*. loco *cohibitoriæ Regulæ charitatis*; imò vovisse paupertatem, castitatem & obedientiam, omninò supponit in locis præcitatis. Secundò: ex eo, quòd ibi non dicat, *non vovebant*; sed *non vovebant vocaliter*. Tertiò: ex eo, quòd non dicat ibi, *non vovebant vocaliter paupertatem, castitatem & obedientiam*; sed *non vovebant aliquam Regulam charitatis*, utique *cohibitoriam*, ut ante. Quæ tantùm differunt, quantùm pars à toto, vota paupertatis & obedientiæ, à votis paupertatis castitatis & obedientiæ secundum Regulam S. Benedicti, Dominici &c. cohibitoriam, ut patet. Quartò: ex ratione, quam subdit: *quià tota ratio est in non mobilitate affectum ex se pronum perverti*. Hæc immobilitas, quam ipse suprà, uti & S Thomas loco citato *Resp. 1.* suprà n 407. vocat *solemnitatem*, à votis præcisè non habetur, cum possint limitari ad annum, diem, horam, & quodcumque breve tempus; sed à Regula cohibitoria formaliter, vel ab instinctu immobilitante æquivalenter, quem, *loco voti secundum Regulam cohibitoriam*, Christo, Eliæ, & Ioanni Baptistæ tribuit: *cœcus est* igitur, *qui*, ibi à P. Salina falsum tribui nostro Waldensi, *non videat*.

Fallit P. Salinas.

410. Dicit secundò P. Salinas: *æquivalenter tamen affirmat*: sed dum vult ly *æquivalenter* appellare *vota præcisè*; non verò *vota quatenus juxta Regulam cohibitoriam*: fallit, ut statim vidimus. Istâ tamen appellatione gratis concessâ, totam suam *Pharetram* cum omnibus suis *Telis* unô eodô ictu evertit: quià *vovisse æquivalenter*, non minus in Elia, quàm in Christo, & Ioanne Baptista, ad quorum exemplar suam & suorum Religionem ex speciali Spiritus Sancti instinctu, uti *Scuto I.* probavimus, instituit, sufficiebat, ut patet ex dictis *Resp 1. ad Telum I.*

Quod P. Salinas addit, refellitur.

411. Nec juvat, quod addit ibidem n. 306. *Imò Waldensis Carmelitanus, qui copiosè vota, & Religiones contra Hæreticos defendit, & testimoniis utitur, etiam Hieronymi, & Isidori, ut Monachatui faventia* (puto legendum *faventibus*) *Ex Elia Monachatu desumpta negat vota, ut suprà vidimus*. Quia Waldensem vota non negasse, sed affirmasse, patet ex præmissis: licèt tamen ista subticeremus, sufficeret, quod ipse post Eusebium *ibid. Tomo 1. lib. 3. artic. 3. in Epilogo* validè ad hoc Wiccleffi insipiens effatum: *Religiosarchæ nostri ad Christum, in constituendo suos Ordines, non possunt attingere*. Respondens ait; *Magnus Pater Philo hoc dicit esse mendacium in libro suo prædicto de vita Theorica*, sive contemplativa, *quem ideò Eusebius supputat cap. 18. lib. 1. Ecclesiast Historiæ appellasse prædictos Religiosos Cultores, vel invenisse primitùs appellatos, quià secundum Evangelium Christi, ante Christiani nominis publicationem vivebant*. Religio autem Monastica secundum Christi Evangelium, quales illorum, de quibus *Philo in libro de vita Theorica*, ut omnes SS. Patres fatentur, erat cum tribus votis Evangelicis, secundum quæ, contra Wiccleff, Waldensi, Eusebio & Philone testibus, ante Evangelium vivebant: Essenos verò Theoricos fuisse Eliæ hæreditarios successores, & ante Evangelium, vixisse secundum Regulam ab Elia traditam, probavimus *Scuto IV. VII. & XI.* Finio igitur verbis P. Salinæ ex *n. 97.* præcitatis in ipsum retortis: *Tempus, & alta-*

*& atramentum, & charta deficient, si voluero omnia Waldensis & aliorum testimonia congerere, quibus* sic *Christum Religionis* Monasticæ *agnoscunt authorem*, ut Elias & successores ejus ad ipsius exemplum prophetico spiritu præcognitum, ut paret ex dictis *Sento I* priùs tempore, quàm Christus fuerit, voverint, & in tribus votis essentialibus veri Religiosi fuerint. *Et ideò, quâ fide, tùm Waldensem, tùm reliquos, quorum testimonia enodavimus, Patronos* ux *sententiæ commemoret, ipse videat. Existimo nobis illudere voluisse, vel ab alio indoctiori, sine examine, Authorum verba mutuasse, quod mihi tanquam certum persuadeo.*

# PHARETRA II.

## *R.P. Christophori de Vega Societatis Iesu.*

12\. ETiam R.P. Christophus de Vega directè Historiam Propheticam R.P. Francisci à S. Maria, unius è nostris RR.PP. Discalceatis, exagitat. Sed Caput nostrum petit, dum sanctissimum Prophetam Dei Eliam, ejusque Legis scriptæ in tribus votis essentialibus Monachatum verbis acerrimis, inanibus licèt & frivolis, mirum in modum impetit, quantumvis declaremus, prout declaro, *non fuisse Monachatum in Lege cum solemnitate, & perfectione, & cum* potestate *clavium, sicut in Lege gratiæ*: quod solùm Supremi S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus anno 1639. die 9. Decembris Decretum, *post plurium annorum maturum examen, &* exactissimam *discussionem fundamentorum utriusque sententiæ ac partis, in judicio contradictorio factam* ab *Archiepiscopis tribus, Hispalensi, Granatensi & Valentino, Episcopo uno, P. Generali Ordinis B. M.* de *Mercede, Ioanne à S. Thoma Dominicano, Confessario Philippi IV. toti Orbi ob suam doctrinam &* viros *Theolog. notissimo, Ludovico Cabrera Augustiniano, eximio ejusdem Regis Concionatore, & quatuor* *aliis totius Hispaniæ in doctrina & pietate celeberrimis Theologis*, &c. inquit P. Antonius à S. Spiritu in *Direct. Regularium Tract. 3 Disp. sectione 1 n. 33.* exegit, ut videre est suprà *n.* 58. Quia tamen pro scopo, totius Historiæ Propheticæ non intendo defensionem: hìc quoque intentum nostrum suprà *n.* 275. satis declaratum, benè attendi velim. Sit igitur.

Præfatio Authoris.

## TELUM PRIMUM.

13\. P. Christophorus de Vega *Theol. Mariana Palestra 19. certamine 10. n.* 1436. His verbis S. Ordinis nostri à sanctissimo Propheta Dei Elia antiquitatem impetit: *Religionem ab Elia erectam tria vota substantialia continuisse, affirmat P. Emanuel* libro inscripto Elucidationes variæ Antiquitatis Carmelitanæ, Romæ in lucem edito an. 1628. *quod effatum post diligens examen, damnatum fuit in Historia Prophetica.* Et *n.* 1437 his præmissis: *duplex est distinguenda virginitas; alia est virginitas Theologica interior & exterior;* alia *est exterior lata & communis: hæc secunda virginitas ab Ecclesia in pluribus virginibus colitur, ad* quam *opus est, & sufficit, nunquam nupsisse, neque in aliquam culpam externam sponte incidisse: nam* 21. *Octobris solemni cultu Festum peragit Ecclesia undecim millium Virginum, quas tanquam virgines* colit, *licèt animo nubendi proficiscerentur, ut constat ex Annalibus Ecclesiasticis.* Infert: *Nemo igitur* *denegat*

Argum. à decreto S. Inquisitionis & virginitate duplici.

*denegat in veteri Testamento virginitatem perpetuam externam & communem in aliquibus praecessisse; tametsi falsam censeamus illam, nuncupato voto ab aliquo fuisse in veteri Lege servatam & professam, tamen tanquam probabile dicimus, id sine gravi aliqua censura affirmari posse. Verum hâc de re non fuit exorta controversia; licèt enim per Decretum Supremi S. Inquisitionis Senatus an. 16 9 permittatur propositio illa, nempè,* in Lege veteri votum virginitatis & castitatis extitisse; *non ideò tamen enervatur vis ac robur Decreti an. 1636. præcipientis abradi propositionem illam, nempè,* B. Virginem non extulisse vexillum omnium primam virginitatis nuncupatô votô. *si quidem propositio illa permissa sufficienter salvari potest, si intelligatur de virginitate externa & communi, B. Virgini deferendo virginitatem strictam & Theologicam.*

## ENERVATIO

P. Vega prius sex resolvere debet, quàm sic Carmelitas aggrediatur.

415. RESpondeo primò: Patrem Vegam, priusquam seipsum similibus argutulis torqueret, & Supremi S. Inquis. Hisp. Senatus decretum ita contorqueret: debuisse definire, quid essentia Monachatus, sive Religionis Monasticæ, prout præscindit à tempore Legis scriptæ aut gratiæ, & id sufficienter probare; quia licet pro temporis varietate accidentia mutentur; essentiæ tamen, ut loquuntur Philosophi, sunt æternæ veritatis. Vel enim essentialiter importat tria vota perpetuæ paupertatis, castitatis & obedientiæ, vel non? Si posterius: ergo per ipsum Elias fuit, tàm verè & essentialiter Monachus in Lege scripta, quàm nos & omnes alij Religiosi simus in Lege gratiæ, licèt quibusdam accidentibus, prout Carmelitæ à Dominicanis, Dominicani à Franciscanis, differamus: quod si P. Vega admiserit, plurimum nobis favebit, & sic consequenter de Religione Monastica Legis scriptæ & Legis gratiæ, quoad substantiam & accidentia, loquendum erit. Si priùs: quæstio erit, etiam præscindendo à tempore Legis scriptæ & Legis gratiæ. *Primò*: an ad status Religiosi essentiam, sive substantiam pertineat, vota illa quoad objectum suum observare: an vota illa, de tali objecto observando, facere propter Deum, aut saltem propter Regnum Cœlorum: id est, an hæc formalia requirantur, & non sufficiant ista virtualia. *Secundò*: an illa facere verbis expressis, *voveo obedientiam, paupertatem & castitatem*; an solo corde & ipsâ eorum observantiâ propter Deum, quomodò tantùm Christus, Deipara Virgo, & Apostoli vovisse creduntur; nam verbis istis expressè vovisse, in Scriptura, aut SS. Patribus non leguntur. *Tertiò*: an illa facere, nullô retentô Dominio propriæ voluntatis, bonorum temporalium & corporis: an retentò. Nam ex Summorum Pontificum declaratione, quod Societatis IESU Scholares, ut vocant sint *verè & perfectè Religiosi*, licèt paupertatem voveant retentô, absque proprio usu, suorum temporalium dominio, videtur sequi, quod possent alij in tali statu esse, si Summus Pontifex eorum vota obedientiæ & castitatis, retentô Dominiô propriæ voluntatis & corporis approbaret, uti illud paupertatis, retentô Dominiô bonorum temporalium, approbat. *Quartò*: an illa facere uni homini tanquam Superiori præterquam Deo: an soli Deo, prout Christum, D. Virginem & Apostolos vovisse creditur; nam homini ista fecisse, in Scriptura, aut SS. Patribus non leguntur. *Quintò*: an illa facere in Religione approbata solô consensu Pontificis tacitô, & non improbante: an expressô & positivè approbante: cum enim de hoc expresso, & positivè probante vota obedientiæ, paupertatis & castitatis, Deiparæ Virginis & Apostolorum, nihil in Scriptura, aut SS. Patribus legatur, hæc vota fecisse in Religione à Pontifice, consensu expresso & positive probante, approbata, dici non possunt

416. Quarè juxta *Tertium* datô, quod ipse & omnes alij allatam Summi Pontificis declara-

declarationem ultrò admittant; quæstiones istas pro utravis parte resolvere debet? & suam resolutionem efficaciter ex Scriptura, Decretis Pontificum, aut SS. Patribus probare, priusquam contra nos solidè disputet: nam satis convenit, Eliam & Eliseum. *Primò*: vota essentialia quoad objectum suum observasse. *Secundò*: illa fecisse, saltem corde, & ipsâ eorum observantiâ propter Deum *Tertiò*: saltem retentô Dominiô propriæ voluntatis, bonorum temporalium & corporis, prout Patres Scholastici Societatis Iesu faciunt votum paupertatis bonorum temporalium retentô Dominiô; imò nobis difficile non est, probare Eliam & Eliseum illa, saltem corde & observantiâ, fecisse, nullô retentô ab ipsis Dominiô, & sic perfectiùs, quàm Patres Scholastici Societatis Iesu faciant. *Quartò*: saltem soli Deo. *Quintò*: in Religione approbata, saltem solô consensu Pontificis tacitô, & non improbante.

*Cur P. Vega ista prius resolvere debeat.*

417. Dicimus nos: ista ad veri & perfecti Monachatus substantiam in communi, sive prout præscindit à solemnitate, perfectione & potestate clavium in Lege gratiæ superadditis, & explicatis supra *Pharet. I. Telo XIII.* sufficere: & propter illa, his præcisis, dicimus, Eliam & Eliseum, eorumque hæreditariam successionem tenentes, fuisse quoad substantiam illam præcisam, sive istis tribus præcisis, verè & perfectè Religiosos: quò saltem sensu prætendimus, ipsos à SS. Patribus dici, non solùm Carmelitarum, sed & omnium Monachorum Principes: imò etiam ipsis quoad vota essentialia ut sic præcisa primatum, secundum Ordinem executionis (nam quoad ordinem intentionis, primatum voti virginitatis Deiparæ Matri suprà continuò concessimus) ex Scriptura, Pontificum Bullis, Officijs à S. Rituum Congregratione approbatiS, SS. Patribus & alijs, tùm *Scuto XVII.* tum *Pharet. I Telo XI. Resp. I. & 2.* citatis, ac *Pharet. ult. Telo 2.* citandis, concedendum sustinemus. Quamdiu autem non probaverit, ista ad veri & perfecti Monachatus, sive verè & perfectè Religiosi status, substantiam præcisè, ut dictum est, non sufficere, contra tria vota Eliæ & Elisei, eorumque in illis præcisè, ut diximus, primatum quoad ordinem executionis, disputando, oleum & operam perdet. Si tamen id probaret, quod fore diffidimus, tùm magis attenderemus, an SS. Patriarchis nostris Eliæ & Eliseo, in justitia & veritate, plus tribui non debeat, etsi ista tribui, modò nobis sufficere videatur, ad eijciendum efficaciter istud P. Vegæ *Telum*. Tamen.

*Sententia Authoris.*

418. Respondeo secundò: P. Vegam nihil contra Propositionem illam, *Religio ab Elia erecta tria vota substantialia continuit*, evicturum, nisi priùs benè definiat & sufficienter, ut statim vidimus, probet. *Primò*: quid importent Religionis vota substantialia, prout sunt communia tribus votis erectæ ab Elia Religionis, & tribus votis erectæ à Christo & Apostolis. Vide infrà *n.* 580. *Secundò*: in qua perfectione differant hæc vota & Religio Christi & Apostolorum ut ipsorum præcise ab Eliæ votis & Religione. Ratio utriusque est: quod imprimis ex sententia Supremi Senatus Sanctæ Inquisitionis an. 1639 in judicio contradictorio decretum sit: *quod possit dici, verum in antiqua Lege fuisse Monachatum, & Religionem cum votis perpetuæ castitatis & virginitatis, item obedientiæ perpetuæ & paupertatis voluntariæ.* Undè fallit P. Vega citando Decretum an. 1636. Vide præfationem ad *Pharetram I.* seu initium *Pharetræ I.* Igitur oportet P. Vegam, ante omnem novam, post illud Decretum, controversiam, benè definire, & sufficienter probare, quid importent istiusmodi Monachatus & Religionis in veteri Lege tria vota substantialia, prout sunt communia tribus votis erectæ ab Elia Religionis, & tribus votis erectæ à Christo & Apostolis: quidquid autem P. Vega adferet, pro nobis indubiè faciet, & ipsâ luce clariùs apparebit, quàm parùm solidè istam virginitatis distinctionem fecerit; à virginibus istis, animô nubendi proficiscentibus, ad aliam argumentatus sit; & solam virginitatem illam exteriorem, latam & commu-

*Item P. Vega duo alia prius resolvere debet.*

*Decretum S. Inquis.*

nem, sine interna voti Eliæ concesserit: cum Eliæ Religio tria illa vota, stante Decretô istô, includere possit. Deindè: quod in eodem Decreto hæc addatur limitatio: *ità tamen, quod Monachatus non fuerit in illa Lege, cum ea solemnitate, perfectione & potestate clavium, prout Legis gratiæ.* Igitur etiam oportet, ante omnem novam post illud decretum controversiam, bene nobis exponere, quid hæc limitatio, attentâ hâc clausulâ *prout in Lege gratiæ*, reverà importet; quia subsistere omninò videtur, si Monachatui Legis veteris concedantur solemnitas, perfectio, & potestas Superiorum, quæ necessariò non supponunt potestatem clavium Petro & successoribus ejus à Christo concessam, dum dixit: *tibi dabo claves Regni cælorum, & quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in cælis* &c. sive quæ non supponunt necessariò S. Sedis seu Cathedræ S. Petri Decretum: vota autem obedientiæ, paupertatis & castitatis, etiam perpetua Decretum tale necessariò non supponere, sufficienter probatur ex propositionibus Supremi S. Inquisit. Senatus: ac proinde nec solemnitatem, perfectionem & potestatem Superiorum, illa antecedenter ad tale Decretum consequentem, esse *prout Legis gratiæ*; (quod bene perpendendum,) videtur manifestum: attamen vota illa perpetua suam solemnitatem, perfectionem & potestatem Superiorum Legi veteri convenientem admittere nulla ratione vel authoritate negari potest: hæ tamen ab illis differunt, fateor; sed si R.P. Vega pertinentem adferat differentiam, statim videbit, quod nobis nullatenus obsit magis, quam istorum trium votorum perpetuitati. 2. consequenter, quam incautè obinde scribat *ibid.* n. 1439. *Et quidem aliqui Doctores cum Card. Damiano lib. 1. Epist. 6. & S. Hieronymo in Tradit. Hebr.* in Paralip. *censent Eliam uxorem duxisse & liberos procreasse*: cum fateri debeat, id non subsistere cum ipsius virginitate & voto castitatis perpetuæ, de quo satis *Scuto VI.* etiam exclusâ *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiæ*, quas meritò Supremi S. Inquisitionis Senatus Decretum excludit. Sed non est, quod huic, non ipsorum, sed aliorum, sive ex alijs relatæ opinioni diutius immoremur, cum sit efficaciter rejecta contra R.P. Salinam. *Resp. ult. ad Telum* 24. Quarè.

Limitatio decreti.

Alia resolutio P. Vegæ necessaria.

Onus P. Salinæ alterum efficaciter probandi.

419. Respondeo tertiò: P. Vegam similiter nihil contra hanc Propositionem: *B. Virgo non extulit vexillum secundum executionem & tempore omnium virorum prima, virginitatis nuncupatô votô* (Quomodò eam intelligimus & probavimus satis fusè ex communi SS. Patrum & Doctorum in *Responsis* ad P. Salinæ *Telum XI.*) evicturum, nisi saltem priùs efficaciter probet, non sufficere B. Virginem *extulisse vexillum* secundum intentionem & esse causæ exemplaris omnium virorum *primam, virginitatis nuncupatô votô*: cum Decretum Sanctæ Inquisitionis præcitatum, pro ratione suæ limitationis addat; *quià istius in tota sua perfectione author & institutor fuit Redemptor noster* IESUS *Christus, & illius in Lege scripta fuit causa exemplaris & meritoria.* Si verò *juxta Decretum* sufficit ipsi, istius in tota sua perfectione authori & institutori, Redemptori nostro IESU Christo, fuisse *causam exemplarem & meritoriam*, quæ subsistit, licèt ipse *non extulerit vexillum* secundum executionem & tempore omnium *primus, virginitatis nuncupatô*, saltem eminenter, *voto*, uti evidenter sequitur ex eo, quod B. Virgo illud prius tempore extulerit: etiam *juxta Decretum* sufficiet, B. Virgini, Christo infinitæ inferioris dignitatis, istius in tota sua perfectione, nec authori, nec institutrici (undè D. Thomas 3. p. q. 28. art. 4. *Perfectè quidem incæpit in Christo, sed aliquô modô fuit incboata in Diva Virgine.* Nota oppositionem) fuisse *causam exemplarem & meritoriam de congruo*, ac ideò *ipsam*, prout Christum in Lege scripta, & in ipso B. Virginis voto; *extulisse vexillum secundum intentionem & esse causæ exemplaris omnium virorum primam, virginitatis nuncupatô votô*; quod subsistit, licèt *ipsa non extulerit*, prout nec Christus, *vexillum secundum executionem & tempore omnium virorum primam, virginitatis nuncupatô votô.* Undè valde inconsideratè addit: *siquidem Propositio illa permissa suffi-*

D. Thomas.

Notatur P. Vega.

*sufficienter salvari potest, si intelligatur de virginitate externa & communi, B. Virgini deferendo virginitatem strictam & Theologicam:* quandoquidem, ut fatetur, de hac non fit mota controversia, sed de interiori & exteriori Theologica per votum, quod S. Inquisitionis Supremus Senatus permittit defendi, *ità tamen, quod Monachatus non fuerit in Lege veteri cum ea solemnitate, perfectione, & potestate clavium, prout in Lege gratia*, & salvetur illius in Christo *causa exemplaris & meritoria*, juxta rationem, quam subdit, *quià istius in tota sua perfectione, Author, & Institutor fuit Redemptor noster* IESUS *Christus, & illius in Lege scripta fuit causa exemplaris & meritoria.* Vide *Responsa* ad P. Salinæ *Telum* XI. præcitatum, & alia ad *Telum* XII. XIII. &c.

# TELUM II.

20. P. Vega ibidem n. 1439. *Ad extremum præfata doctrina de Monachatu veteris Testamenti, omninò adversatur S. Thomæ pluribus in locis: ait enim* 3. *p. q.* 28. *art.* 4. Mater Dei non creditur, antequam desponsaretur Ioseph absolutè virginitatem vovisse. *cum tamen Historia Prophetica affirmet plures veteris Testamenti, votum absolutum perpetua virginitatis emisisse.* In 4. dist. 49. q. 3. art. 3. Nec tali proposito, nempè virginitatis, speciale præmium redderetur, *loquitur de virginitate perpetua in veteri Lege, nullum videlicet speciale præmium, vel aureolam ipsi deferendam.* 3. p. q. 28. art 4. *tradit Legem Moysis non permisisse perpetuam virginitatem.* In 4. dist. 49. q 3. art. 3. quæstiunc. 1. *docet solum esse credibile Eliam, & Ieremiam, perpetuò virgines permansisse, nullò emissò votò.* ut creditur, *inquit*, de Elia & Ieremia, quorum conjugia non leguntur. 3. p. q. 28. art. 4. *de regulari trium votorum observantia, specialim autem de castitate, hæc habet*; perfectè quidem incœpit in Christo, sed aliquo modo inchoata fuit in D. Virgine. *Idem S. Doctor de Lege Moysis sermonem agens* in 4. dist. 49. q. 3. art 3. quæstiunc. 1. ad 3. *ait*: non erat omninò laudabile à commixtione carnis abstinere. *S Thomas* 1. 2. q. 107. art. 2. *docet*: Adimplevit Dominus præcepta Legis, superaddendo quædam perfectionis consilia. *Idem* 2. 2. q. 188. art. 7. *de paupertate Evangelica verba faciens, docet eam in ordine ad statum Religiosum ab Apostolis initium duxisse*: A discipulis, *inquit*, omnis Religio sumpsit originem, & pretia prædiorum conservabant, & distribuebant illa, prout cuique opus erat. *Subdit S. Doctor* 1. 2. *q.* 108. *art.* 4. Inter consilia Legis Evangelicæ paupertatem annumerandam, quæ in veteri non cognoscebatur. *Ibidem hæc habet*: in Lege nova, quæ est lex libertatis, suprà præcepta sunt addita consilia; non autem in Lege veteri: hæc autem consilia reducuntur ad paupertatem, castitatem & obedientiam. *Item* 2. 2. q. 186. art. 6. *hæc*: Ad statum perfectionis requiritur obligatio ad ea, quæ sunt ad perfectionem, quæ quidem Deo fit per votum: manifestum est autem, quod ad perfectionem Christianæ vitæ pertinet paupertas, continentia & obedientia. *Item illa præterea verissima sunt verba D. Thomæ* 1. 2. *q* 91. *art.* 5. Lex perfectè omnes ad salutem inducens, dari non potuit, nisi post Christi adventum; anteà verò dare oportuit populo, ex quo Christus erat nasciturus, Legem præparatoriam ad Christi susceptionem, in qua quædam rudimenta salutaris justitiæ continentur. *Argum. ab authorit. D. Thomæ.*

## ENERVATIO

21. RESpondeo primò: Ad loca D. Thomæ ex 3. *p. q.* 28. *art.* 4. In 4. *dist.* 49. *q.* 1. (non q. 3. ut citat) *art.* 3. esse plenè satisfactum suprà *Responso* 4. ad P. Salinæ *Telum* VIII. Attende tamen P. Vegam hujus *art.* 3. sensum truncare; nam sic loquitur S. Thomas: *quandò cultus Dei, etiam per carnalem actum, propagandus erat, non erat omninò laudabile à commistione carnis abstinere, undè nec tali proposito speciale præmium redderetur, nisi ex Divino* *Exponitur D. Thomas.*

 *processis-*

*processisset instinctu, uti creditur de Ieremia & Elia, quorum conjugia non leguntur.* supple, *& ità passim sentiunt SS. Patres & Doctores antiqui.* quos *Responso* 2. & 3. ad P. Salinæ *Telum* XI. citavimus: de istis autem & similibus, iam satis multiplicatô genere humanô, ibidem in corp. oppositum docet, aiens: *& ideò illis tantum virginibus aureola propriè debetur, quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuò conservandi, sive hoc propositum voto servaverint, sive non.* Quod verò B. Virgo votum virginitatis perpetuæ conditionatè tantùm emiserit; Elias verò & Filij Prophetarum illud absolutè emiserint: ratio est; quia viri, ob sterilitatem, non ità populi opprobrium & maledictionem apprehendebant, uti virgines nubiles; nec verosimiliter illius tale periculum erat pro viris, uti pro virginibus istis, saltem extra Israël, & necessitatem fratri sine prole defuncto semen suscitandi: neque ipsa noverat tale votum absolutum, tunc fore Deo acceptum; nam ut D Thomas art.4. citato: *postquam autem innotuit hoc esse Deo acceptum* (quod Elias, ut vidimus *Scuto II.* & infrà *n.*425. videbimus, habuit ex Divino instinctu) *absolutè vovit antequam ab Angelo annuntiaretur.* Quod addit P. Vega 1. ex eodem art.4. *tradit Legem Moysis non permisisse perpetuam virginitatem*, ibi non reperitur, licèt fortè id inferat ex his verbis: *tempore Legis oportebat generationi insistere, tàm mulieres, quàm viros*; sed illud *oportebat* Legem non respicit, sed populi opprobrium alioqui & maledictionem, ut vidimus in *Responsis* ad P. Salinæ *Telum VIII.* & *IX.* Deindè: quod addit 2°. ex *art.*3. alterius loci *nullo emisso voto*, non est D Thomæ, sed ipsius; nec verosimile est Spiritus Sancti instinctum, Eliæ factum fuisse ad virginitatem sine voto, ob rationes datas *n.*6. *ad n.* 10.

P. Vega tribuit D. Thomæ, quæ non dicit.

422. Respondeo secundò: Ad locum D. Thomæ ex 3. *p. q.*28. *art.*4. esse etiam plenè satisfactum suprà *Responso* 3. ad P. Salinæ *Telum* VII. In eo verò, quod addit ex præcitata *quæstione.* 1. *ad* 3. verba truncat, quæ si integra dedisset, uti statim dedimus, pro Elia ex Dei instinctu exceptionem vidisset, chartæ & tempori pepercisset. Neque quod subdit de consilijs ex 1. 2. q.107. *art.*2. & 2. 2. *q.*188. *art.*7. nos urget, qui consilia Evangelica ad Legem gratiæ pertinere fatemur, & solùm negamus illa, sanctissimo Dei Prophetæ Eliæ non fuisse spiritu Prophetico nota, ut probavimus *Scuto I.* & ab eo ex speciali instinctu servata, ex dictis *Scuto* 2. *n.*6. *ad* 10. *Scuto* 4. & 6. ac *Responso* 3. ad P. Salinæ *Telum* 7 Sed quod inprimis dicit ex D. Thomæ 1. 2. q.108 art.4. *Legis Evangelicæ paupertas in Lege veteri non cognoscebatur.* Fallaciam patitur: dicit quidem ibi D. Thomas in corp. *& ideò convenienter in Lege nova sunt addita consilia, non autem in veteri Lege, quæ erat lex servitutis.* Sed, uti ly *in nova* non appellat tempus novæ Legis; sed ipsam Legem novam: ità nec ly *in veteri* appellat tempus veteris Legis; sed ipsam Legem veterem & sicut per hoc, quod traditiones Apostolicæ non sint scriptæ in Lege nova, non benè negatur eas esse tempore Legis novæ receptas; ità per hoc, quod consilia Evangelica non sint scripta in Lege veteri, non benè negatur ea esse in Lege veteri ab Elia ex speciali Dei instinctu servata; quod si P. Vega nobis concedat, impertinenter locum istum D. Thomæ adfert, & concessio nobis favet. Deindè: quod dicit ex eodem ibid. q.107. art.7. *Adimplevit Dominus præcepta Legis, superaddendo quædam perfectionis consilia*: non impedit, ne adimpleverit præcepta Legis, licèt, ex favore speciali, Eliæ sanctissimo Dei Prophetæ inspirarit servare eadem perfectionis consilia, prout inspirasse volumus, & nobis sufficit: neque id obscurè docet D. Thomas *Responso* 1. citatus. Vide *Scutum VIII.* Deniquè: dicit ex eodem 2. 2. q.188. art.7. in corp. *A Discipulis omnis Religio sumpsit originem.* Sed hoc indubiè intelligi non potest indifferenter, tàm respectu tempore priorum, quàm respectu posterorum: nam ipsemet D. Thomas *in* 4. *dist.* 30. *q.*2. *art.*1. *ad* 2. asserit: *dicendum, quod perfectio consiliorum, quantum ad consummationem incipere debuit à Christo; sed quantum ad aliquam inchoationem convenienter à Matre ejus incœpit.* Nos similiter aliquam consiliorum inchoationem sanctissimo Dei Prophetæ

Alia loca D. Thomæ exponuntur.

phetæ Eliæ convenienter concedi, ostendimus suprà *Responso* 3. ad P. Salinæ *Telum VII.* pro quo vide etiam *Resolutionem* Quæstiunculæ post *Telum VIII.* P. Salinæ. Locus autem nobis objectus ex 2. 2. *q.* 186. *art.* 6. nihil continet, quod ultrò non fatemur: sed contendimus, quod paupertas, continentia & obedientia, quæ ad perfectionem vitæ Christianæ pertinent, ex speciali Dei instinctu potuerint in Elia, tempore Christum præcedere, & præcessisse, Christo se habente per modum causæ exemplaris & meritoriæ, ut vidimus *Responso* 2. ad *Telum I* quod ibi non negat D. Thomas, sed potiùs affirmat, loco *Resp.* 1. citato. Vide *Responsum* 3. ad P. Salinæ *Telum VII.* & *n.* 685. ubi verba D. Thomæ ex Augustino evidenter pro Eliæ votis concludunt.

423. Respondeo tertiò: Ultimum locum ex 1. 2. *q.* 91. *art.* 5. nobis impertinenter objici; quià agit de tota Lege perfectionis, quæ utpotè Sacramentorum ab ipso Christo institutionem, & illorum usum ex opere Christi operato gratiam conferentium, comprehendens, ab alio quàm Christo esse non potuit: vide dicta de differentia novæ & perfectæ Legis à veteri & imperfecta in *Responsis* ad P. Salinæ *Telum* 3. Et insuper. D. Thomæ locus ult. exponitur.

424. Attende primò: ad illud, quod S. Thomas ibid. addit ad 3. *Dicendum, quod lex naturalis dirigat hominem secundum quædam præcepta communia, in quibus conveniunt, tàm perfecti, quàm imperfecti. & ideò est una omnium: sed lex Divina dirigit hominem etiam in particularibus quibusdam, ad quæ non similiter se habent perfecti & imperfecti.* Præmiserat autem in corp. *sicut perfectum & imperfectum in eadem specie, sicut puer & vir, lex Divina distinguitur in Legem veterem & legem novam.* Undè sic argumentor: sicut per D. Thom. tàm perfecti, quàm imperfecti, conveniunt in quibusdam præceptis Legis naturalis, & ideò est una omnium. Item: sicut perfectum & imperfectum in eadem specie, puer & vir in specie hominis, conveniunt: ità perfecti & imperfecti convenire possunt in tribus votis substantialibus; & sicut in eadem specie, homo benè distinguitur in perfectum & imperfectum, virum & puerum; ità in eadem specie, Monachatus, sive Religio Monastica, benè distinguitur in perfectam Legis novæ, & imperfectam Legis veteris. Undè meritò P. Suarez *lib.* 10. *de legibus cap.* 2. *ad* 2. *difficult.* & *Tom.* 2. in 3. p. Disp. 6. sect. 3. *Addit hoc* votum castitatis Religiosæ, ac per consequens Monachatum in votis substantialibus præcisè, *non repugnare cum imperfectione veteris Legis.* Vide dicta *n.* 418. Attendendum 1.

425. Attende secundò: Ad *n.* 421. citata verba D. Thomæ ex 4. dist. 49. q. 5. art. 3. quæstiunc. 1. ad 3. *Nisi ex Divino processisset instinctu, ut creditur de Ieremia, & de Elia, quorum conjugia non leguntur.* Et ista junge his ejusdem ex 2. 2. q. 107. art. 1. ad 2. *fuerunt tamen aliqui in statu* (vide definitionem status paulò infrà) *veteris Testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas; & secundum hoc pertinebant ad Legem novam.* Præmiserat autem ibidem. *lex nova, cujus principalitas consistit in ipsa spirituali gratia, indita cordibus, dicitur lex amoris. & dicitur habere promissa spiritualia & æterna, quæ objecta virtutis, præcipue charitatis.* Inter istos autem viros *in statu veteris Testamenti habentes charitatem & gratiam Spiritus Sancti* &c. enumerat 2. 2. q. 117. art. 1. ad 2. *Eliseum* diens: *Eliseus, qui boves suos occidit, & pavit pauperes ex eo, quod habuit, ut nulla cura teneretur domestica, quod pertinet ad statum perfectionis vitæ.* Quem ibidem q. 184. art. 5. in corp. sic explicat: *Ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea, quæ sunt perfectionis cum aliqua solemnitate, utrumque autem horum competit, & Religiosis, & Episcopis: Religiosi enim se voto astringunt,* &c. 2. 2. q. 184. art. 8. arg. 1. objecta verba Chrysostomi, quibus Eliam *Monachum* non improbando, approbat, saltem virtualiter. Attendendum 2.

426. Verum quidem est: quod non omnes, qui in veteri Testamento habuerunt charitatem & gratiam Spiritus Sancti, tria vota Religionis substantialia emiserint, & hôc sensu pertinuerint ad statum perfectionis, ad quem requiritur obligatio per- Limitatio Authoris.

 petua,

petua, quæ ex voto oritur. Sed hîc & nunc nobis sufficit. 1. quod vota Religionis substantialia non minus esse potuerint in istis veteris Testamenti viris, quàm charitas & gratia Spiritus Sancti, in qua *Legis novæ principalitas consistit*; non verò in votis istis, juxta illud D. Thomæ 2. 2. q. 188. art. 4. in corp. *Et ideò nihil prohibet, aliquos esse perfectos, qui non sunt in statu perfectionis*; id est ut præmisit, *obligati perpetuò cum aliqua solemnitate ad ea, quæ sunt perfectionis.) Et aliquos esse in statu perfectionis, qui tamen non sunt perfecti.* Sufficit 2. quod agnoscat viros istos in veteri Testamento habuisse id ipsum, in quo *Legis novæ principalitas consistit*. Infero primo: Ergo ob perfectionem Legis novæ suprà imperfectionem Legis veteris, non negat D. Thomas, quod in viris istis antiqui Testamenti fuerint vota Religionis substantialia, uti medium ad illud principale ordinatum. Infero secundò: Ergo nihil urget ad exponendum Eliæ Monachatum, quem confirmat communis SS. Patrum ac Doctorum antiquorum traditio, ut vidimus *Scuto* 4. 6. 8. & 17. ac *Responsis* ad P. Salinæ *Telum* 11. absque votis. Infero tertiò: Ergo, uti S. Thomas agnoscit Eliseum pertinuisse ad statum perfectionis vitæ, quem definit, ut vidimus; ità agnoscere debet ad eundem pertinuisse Eliam & Filios Prophetarum, uti Eliseum, cujus & Filiorum Prophetarum erat Dux & Princeps.

Conclusio. 427 Dic igitur: tantùm abesse, ut Doctor Angelicus nostris faveat dissidentibus Amicis; quin potiùs nostram de veteris Testamenti Monachatu Thesim evidenter confirmet, vel saltem non minùs illi faveat, quàm Supremi Sanctæ Inquisitionis Hispanicæ Senatus Decretum anno 1639 in dicti Monachatus favorem latum, uti probavimus in *Responsis* ad *Telum* I. Ità ut mirum sit, P. Vegam scripsisse, *præfata doctrina de Monachatu veteris Testamenti omninò adversatur S. Thomæ pluribus in locis*, cum non solum nè unum quidem locum illi adversantem citaverit, ut vidimus; sed isti doctrinæ patrocinetur, & P. Vegæ adversetur, uti præmissa consideranti patebit.

# TELUM III.

*Argum. à diversis catenis Doctorum.* 428. P. Vega ibidem n. 1440. *Placuit hîc catenam attexere Doctorum adstruentium ac deferentium primatum virginitatis Virgini Deiparæ: & primò hîc producam Authores, qui constanter propugnant beatam Virginem fuisse omnium primam tempore, qui votum virginitatis emiserit.* n. 1441. *Secundo loco subjicimus catenam Doctorum, qui aiunt, Virginem Deiparam omnium primam vovisse spontè virginitatem, ob hujus virtutis amorem, absque ullo præcepto: juxta aliquorum enim opinionem Elias ac filia Iephte virginitatem servaverunt ex Dei præcepto, vel voto coacto* n. 1442. *Tertio loco ponimus catenam Doctorum eorum, qui affirmant in Lege veteri ante Virginem virginitatis votum à nemine fuisse emissum.* n. 1443. *Exhibeamus modò catenam Doctorum denegantium veteri Legi Monachatum.* Deindè includit: *maneat ergo tanquam firmum ac ratum apud omnes, B. Virginem fuisse omnium primam, quæ nuncupatò votò virginitatem servaverit, ac vitam religiosam, quoad tria substantialia vota, professa fuerit: semper enim id credidit, semper id docuit, atque confirmavit antiquitas, quod apud Damascenum legimus, Christum virorum, Mariam verò fœminarum caput esse, ait Canisius, quoad votum virginitatis.*

ENER-

# ENERVATIO

Catenæ illæ sunt præruptæ efficaciter.

RESpondeo primò: P. Vegam hîc tres catenas conficere ex ansulis ità præruptis & divisis, post similium, quas sibi fabricarat P. Salinas, dissolutio- 1 *Responsis* ad ejusdem P. Salinæ *Telum XI.* factam, ut vix unam earum ansulam eunire possit, ut statim videbimus. Inprimis dicit: *placuit catenam attexere Docto- struentium ac deferentium primatum virginitatis Virgini Deiparæ.* Cujus *virginitatis*? Exte- latæ ac communis, suprà *Telo I.* definitæ? Minimè: quià *n.*1437. hanc conce- æ ac Danieli; & circa hanc addit, non esse controversiam; *quod solum*, inquit, *efensorium S. Familiæ Carmelitanæ Discalceatæ, inter virgines annumerans Eliam, Danielem, veteris Testamenti: sed disputatio non est controversa circa virginitatem hujus generis, quam et- iitit Decretum Supremæ Inquisitionis an.* 1639. *in aliquibus justis veteris Testamenti.* Fallit in exclusiva *solum*; quià evidenter plus probatum est *Scuto II. VI. XVII.* & *Responso* . Salinæ *Telum XI.* Neque Decretum Supremæ Inquisitionis an. 1639. id *solum* it; quià de his propositionibus. 1. *Quod in Lege scripta fuit votum castitatis & virginita- tis.* 2. *Quod mulieres fecerunt votum virginitatis in Lege scripta.* 3. *Quod in Lege scripta fuit Monachatus & Religio.* Subdit, *currant impressa, ut iacent, & de novo possint imprimi, dummo-* quam limitationem attulimus, & explicuimus in *Responsis* ad *Telum I.* Virgini- em cum voto, per ipsum est *Theologica interior & exterior.* & hanc, uti votum il- omnibus Legis scriptæ Sanctis excludere debet, alioqui de suis catenis nihil uàm fragmenta refert, ut dictum est. Sed pergo in facta interrogatione.

Urgetur P. Vega quæst. ad hom.

Fallit P. Vega.

Alterum membrum quæstionis.

An Theologicæ, pro qua *n.*1438. sic scribit: *Ad cujus rei veritatem revincendam i omnium Theologorum consensu supponimus cum S. Th.* 1. 2. *q.*64. *&* 2. 2. *q.*152. *& q.*155. *tium ad virginitatem Theologicam hæc omnia concurrere debere. Primum: necessaria est inte- poris physica, sicut ea, quæ inest in corpore infantili, ità ut nullo unquam tempore læsionem passa aneam: quæ enim vi & coactione fit cum limitationibus à D. Thom. adhibitis in* 4. *dist.*14. *& dist.*38. *q.*1. *a.*5. *nihil obstat. Deindè: ad virginitatem Theologicam exigitur electio libera ans permanendi toto vitæ tempore cum illa integritate physica, ab omni prorsus libidine licita, vel imum avocando. Præterea: necessarium est, ut Virgo nulla se culpa gravi externa attaminaverit rea. Insuper: ut nunquam apud se statuerit matrimonium contrahere consummatum. Hæc vir- is omnibus circumstantiis comitata vocatur virginitas rigorosa & Theologica interior, & exte- m cum omnibus suis partibus essentialibus, & integrantibus: vovit Sanctissima Virgo?* fallit ite- Vega: quià per primatum virginitatis, quem Virgini Deiparæ tribuit, vult , & Filijs Prophetarum in veteri Lege excludere votum religiosæ castitatis, ? Si priùs: non plus requirere debet ad virginitatem Theologicam, quàm ad Religiosæ castitatis requiritur; aut fateri, quod quidem Virgo Deipara gau- matu Theologicæ virginitatis in summa illa perfectione, in qua illam descri- n tamen primatu Theologicæ castitatis in ea perfectione, in qua hanc habent, ie rigorosi dicuntur Religiosi, præcisâ *solemnitate, perfectione & potestate clavium,* uprà in *Responsis* ad *Telum* 23. contra P. Salinam explicatô; quem si Eliæ, & rophetarum in antiqua Lege concesserit, tota inter nos & ipsum quoad prin- essat controversia, & in illo intentum obtinemus: imò tantùm abest, ut pri- virginitatis in ea perfectione, in qua Virgo Deipara illam habuit, Eliæ san- Dei Prophetæ concedere præsumamus, quin potiùs ipsam Virginem Dei- iteamur voti castitatis, etiam Religiosæ, quale nos facimus, ordine inten- otinere primatum. Si posteriùs: quoniam conveniremus ambo, Deo laus, *elis sequentibus* manifestè oppositum pateret, & eò, quòd *ibidem* subdit: *quod si*

*quis*

*quis refragetur asserens, veteres Patres, qui censuerunt Eliam, Ieremiam, Danielem, & alios veteris Testamenti, perpetuam virginitatem asservasse, stare pro contraria* sententia. *Respondeo: prædictos Patres ac Doctores, locutos non fuisse de virginitate* Theologica à nobis asserta; sed solùm de virginitate *communi lata & externa*, utique sine voto. Undè non video, cur P. Vega tot conditiones ad virginitatem requisierit pro hujus voti Deiparæ primatu, nisi ut lippos excæcaret; quasi verò voti religiosæ castitatis, sub conditionibus à se ad virginitatem Virginis Deiparæ requisitis, primatum Eliæ (ad cujus virginitatem illas conditiones non concurrisse, & idem de Ioannis Baptistæ virginitate, difficulter probabit.) & Filijs Prophetarum arrogare vellemus, quod ad intentum nostrum minimè requiritur, ut vidimus, nec unquam intendimus: sed hinc P. Vega pro solo Excellentiæ, non temporis, primatu D. Virginis, cui nihil detrahit Eliæ voti primatus temporis, contendere potest, in quo sumus considentes Amici.

Notatur cautela P. Vegæ.

431. Respondeo secundò: ad id, quod addit: *Primò hic producam Authores, qui constanter propugnant B. Virginem fuisse omnium primam tempore, quæ votum virginitatis emiserit.* Iterum ipsum ità confusè loqui, ut magis contra se pro nobis, quàm pro se contra nos, loqui intelligatur: nam si loquatur de *prima omnium fœminarum*, prout in sua Conclusione loquitur, aiens: *semper enim id credidit, semper id docuit, atque confirmavit antiquitas, quod apud Damascenum legimus: Mariam fœminarum Caput esse quoad votum virginitatis*, id ultrò admisimus *Responso* 5. ad P. Salinæ *Telum XI.* sensu ibi datô, cum plus non requirat hujus Operis intentum. De Christo autem satis ad *Telum I. Responso* 2. Si verò de prima, etiam omnium virorum (præterquam quòd, sistendo in executione, oppositum pateat ex authoritatibus *Responso* 2. & 3. ad P. Salinæ *Scutum XI.* citatis) diffidimus ipsum Authores antiquos, vel etiam recentiores, allaturum pro primatu voti castitatis Deiparæ Virginis, aliô sensu, quàm ibidem *Telo XI.* concessimus, qui aliquid ponderis obtineant adversus SS. Patres & Doctores ibi pro nobis citatos. Deindè hæc verba, *quæ votum virginitatis emiserit*, etiam confusione plena sunt; cum P. Vega in illis non distinguat, inter votum virginitatis, quàm definit, & castitatis, quam moderni rigorosè Religiosi servant, ut satis ostendimus *Responso* 1. Unde ad *Catenas* ejus ex authoritatibus, vix ullis citatis Authorum verbis, ità consequenter confusis, patet earum usque ad fragmenta ipsi inutilia efficax dissolutio. Intereà vide *Responsa* ad Patris Salinæ *Telum XI.* quæ si benè perpendisset, vix suarum catenarum ulla fragmenta reperisset. Quod videtur subodoratus, dum ad virginitatem Theologicam conditiones requisivit, quæ collectivè soli D. Virgini, uti credidit, & non probavit, conveniant.

P. Vega magis contra se pro nobis quàm è contra loquitur.

# TELUM IV.

432. P. Vega ibidem n. 1444. *Quoniam ità sententia admittens verum & perfectum Monachatum in Lege veteri injuriam irrogat, & quidem maximam, reliquis omnibus Religionibus novi Testamenti, cum Carmelitana Religio multò antiquiorem originem sibi arroget in suo Instituto, tribus votis substantialibus perfectissimè constituto.*

*Argum.* ab injuria allatum Relig.

## ENERVATIO

433. Respondeo: P. Vegam eâdem confusione, de qua ante, seipsum evidenter confundere: vel enim per ly *perfectum & perfectissimè* appellat *perfectionem Monachatus*, prout præscindit à *solemnitate, perfectione, & potestate clavium* Monachatus *prout Legis gratiæ* suprà *Telo* 23. *Pharetra* 1. n. 362 explicatis, de quibus plura attulimus n. 418.

P. Vega nimis confusè loquendo se confundit.

Vel

l prout has perfectiones includit? Si priùs: hanc perfectionem Religionibus no Testamenti concedimus, & illam negamus Monachatui veteris Testamenti, ut et ex *ibidem* & hîc paulò ante *Telo I.* præmissis. Unde Religionibus novi Testamen-am perfectionem asserimus, quam à suis Fundatoribus acceperunt; & Fundatio-m in veteri Testamento, quam ut sibi particularem & propriam benè diffitentur, meritò à seabijciunt, nobis propriam & particularem conservamus, hancque qua-ùs secundum substantiam, istis tribus præcisis, in antiquo Testamento fuit, alijs ım esse communem, & hôc sensu illis impropriam, defendimus. Quid hîc inju-um, præter temporis prioritatem, quæ per se nulli injuriam facit? Nihil sanè: Pater filio, Elias Basilio, Ignatius Vegæ, Christus ipse Augustino, Domini-Francisco &c. præexistendo tempore, injuriam fecerit: audiat, obsecro, disci-us Magistrum suum Suarem sine passione & animi livore *Tom. 2. in 3 p. q. 29. Disp. 6.* }. § *ad has object.* pronuntiantem: *quod enim Deipara perfectum votum virginitatis emiserit, rfectionem ejus pertinet; quod verò ante ipsam nullus hoc fecerit, ad ejus commendationem non ad-im refert.* Igitur nec ad Religionum novi Testamenti perfectionem refert, quod, : ipsas, nulla in veteri Testamento fuerit; quô satis eruditissimus P. Suarez *ma-m* illam *injuriam* diluit, quam P. Vega eâdem ratione opponit, quâ juris pro-, ac Pontificum, SS. Patrum & Doctorum antiquorum traditionis, *defensionem* melitanæ Religionis *arrogantiam* decernit; sed quàm incautè, ipse viderit. Suarez.

# TELUM V.

P. Vega ibidem: *Status item Clericalis injuriam patitur, & Apostolicus; cum Monachatus Carmelitanus ipsi tempore longissimo præferatur, scilicet nongentorum annorum in Elia, cum perfectione Religiosi status.*

Argum. ab injuria Clericorum.

## ENERVATIO

RESpondeo: P. Vegam eâdem in his verbis, *cum omni perfectione religiosi status*, confusione laborare. Duplex enim est perfectio Religiosi status: una es-tlis à tribus votis substantialibus præcisè sumpta; & hanc Eliæ Monachatui as-altera accessoria & accidentalis ex solemnitate perpetuitatis, coram Testi-in Religione à S. Sede approbata; *perfectione* usus Sacramentorum ex operè ope-ratiæ efficacium, ac Indulgentiarum; & *potestate clavium* à solo Christo data & ta: & hanc illi denego: utramque autem perfectionem sub ly *omni* P. Vega im-ò confundit. Deindè: duplex est Religiosus status: unus antiquæ Legis, præ-ns à *solemnitate, perfectione, & potestate clavium dictis*, qualem solum Eliæ Monacha-ro illo tempore fuisse assero: alter novæ Legis, gaudens *solemnitate, perfectione, & e clavium dictis*, quibus gaudent Religiones post Christum à S. Sede approbatæ, n Eliæ Monachatum pro illo tempore fuisse absolutè nego, uti suprà sæpius: tem Religiosos status etiam P. Vega sub terminis indefinitis immeritò con-, & si illos nobiscum benè distinguat, apparebit statim, Clericalem statum ex chatu Eliæ nullam majorem pati injuriam, quàm patiatur ex eo, quod Elias, sos & Christum ipsum, uxorem aut matrimonium renuerit, prout postmo-si renuunt.

P. Vega se eadem confusione confundit.

Duplex status Religiosus.

# TELUM VI.

*Argum.* ab injuria Thomistarum.

436. P. Vega ibidem: *Injuriosus praetereà est talis Monachatus D. Thomae, ejusque Scholae sustinenti in veteri Lege nullum praecessisse votum virginitatis, ut vidimus.*

## ENERVATIO

P. Vega de continuata confusione arguitur.

437. RESpondeo: P. Vegam, hîc similiter confundere votum virginitatis, à se *Responso* 1. ad *Telum* III. descriptae cum voto castitatis: votum virginitatis perpetuae ex speciali Dei instinctu cum voto virginitatis perpetuae sine illo in Lege veteri: nullum votum virginitatis virorum cum nullo virginitatis foeminarum: nullum tale praecessisse Christum cum nullo, quod praecesserit D. Virginem, aut Eliam: quorum & similium, confusio obstitit, ne S. Thomam melius videret, & Thomistas illaesos, quàm vidit id, quod ipsi confusè nimis attribuit, ut patet ex praemissis ad *Telum* II. Neque profectò, talis est, D. Thomas, vel ejus Schola, ut in voto castitatis Eliae ex speciali Spiritus Sancti instinctu emisso, cum P. Vega injuriam praetendat; cum majorem novae Legis *perfectionem*, hujusque *principalitatem*, aliquibus in statu veteris Testamenti concesserit, imò etiam Eliae & Elisei *Monachatum* approbarit, uti probavimus §. *Attende* 2. ad *Telum* II. Imò, uti in *Visione Eliae Disp.* 3. *n.* 82. notavimus. Equidem inde consequenter ridiculè nimis P. Vega, Scoti, propriam Societatis IESU, & aliorum Scholas celeberrimas, injuriae insimulat, eò quod D. Thomae contradicant, aut eum benignè explicent in plerisque, juxta S. Scripturam, Concilia & SS. Patres indifferentibus, in quibus divisus est Scholasticorum sensus, cujus divisionis Scholae istae auctrices sunt & promotrices, uti lippis & tonsoribus notum est.

# TELUM VII.

*Argum.* ab injuria Carmelitarum.

438. P. Vega ibidem: *Insuper adversatur haec opinio Religiosis universae Carmelitanae observantiae, quae cum Waldense prudenter antiquitatem suae Religionis in Elia, quasi per umbram absque votis essentialibus, ac veluti infantiam suae Religionis subodorati sunt, ut patet ex hujus Religionis Doctoribus.*

## ENERVATIO.

Fallit ad stuporem P. Vega.

439. RESpondeo: vehementer mirandum P. Vegam id appingere universae nostrae observantiae Doctoribus, cum nè unicus ille Waldensis pro sententia ista benè citetur, ut vidimus *Pharet.* 1. *Telo* 25. & illius alios quamplurimos *Scuto XVII in fine* citaverimus, qui ex professo materiam illam versant, & nè vel unus quidem reperiatur, qui in eo P. Vegae consentiat, neque ex ijs ullum alium consentientem, ut firmiter credo, citare possit. Non sic Pater mi, non sic. Monachatum Eliae in tribus votis substantialibus fuisse in Lege scripta imperfectum, infantilem & umbram respectivè ad seipsum in Lege gratiae perfectum, adultum & clarificatum *solemnitate* professionis in Religione & sub Regula à S. Sede approbatis, coram Testibus usque ad mortem, *perfectione* usus Sacramentorum & Indulgentiarum, ac *potestate clavium*, quibus

us in Lege scripta non gaudebat, iam sæpiùs concessimus: sed fuisse imperfe- ı, infantilem & umbram hujus, defectu trium votorum substantialium his præ- , negamus & pernegamus universi. Accipe verba P. nostri Lezanæ Annal. Lezana. ı. ı. Apparatus cap. 4. n. 22. consideratissima. *Quemadmodum ad specialem dignitatem Evangelicæ non spectat, quod ante ipsam non fuerint in Lege veteri vera Sacramenta, vera Sacrifi- remonia, verusque cultus Dei, quoad essentiam & substantiam ipsorum; sed solum, quod ante il- m fuerint perfecta & consummata: multò minus ad eandem Evangelicæ Legis dignitatem specta- uod ante ipsam non fuerit aliquale exercitium votorum, etiam castitatis, aliquaisque, Religionis in- status, proportionatè quidem ad veteris Legis imperfectionem, ac imbecillitatem, ut dictum est: um, quod ea omnia non fuerint, nedum perfecta & consummata, sed neque ijs privilegijs ornata, decorantur in Lege Evangelica. Imò potius videtur colligi contrarium ab æqualitate, ut dicitur, tionis. Cum enim illa lex imperfecta fuerit, & veluti inchoatio Evangelica, videtur etiam necessa- luiasse modum aliquem imperfectum & inchoatum Religionis, perficiendum & decorandum in Lege elica. Et sanè nulla assignabilis est ratio, quarè in hominibus perfectis illius status fuerint excellen- & perfectissima dona & charismata prophetiæ, miraculorum, martyrij & similium; non autem lis Religionis etiam imperfecta: aut quarè hoc solùm reservatum est Legi Evangelicæ, & non alia tim cum Martyrem esse, perfectius quid videatur, quàm Religiosum esse, juxta illud:* Majorem tatem nemo habet, ut animam suam ponat, &c. *Pro quo audiendus celebris Doctor Bar- eius Medina* 1. 2. q. 108. art. 4. §. ut tamen, *Vbi, post aliqua de imperfectione veteris Legis di- sjungit*: sed ex hoc non inferat Theologus, quod viri justi & sancti, in antiquæ statu, non haberent ex instinctu Spiritus Sancti consilia à Deo, tùm virgini- tùm obedientiæ, atque etiam paupertatis, quæ & animô lubenti, & forti am- ebantur. *Et post pauca*: Sed pro temporis ratione non omninò consummata, at- bsoluta. *Quò nostra sententia satis expressa videtur. Vota ergo virginitatis, castitatis, seu Reli- & status Religiosus, seu Monasticus, quæ Eliæ Instituto concedimus, proportionata sanè fuerunt in- Legis veteris, ac proindè, ut sæpiùs inculcavimus majoris claritatis gratiâ, imperfecta & inchoata, ibilia & consummanda per Christum & ipsius discipulos tempore Legis gratiæ (quæ vocatur propte- Galat.* 4. *vers.* 4 plenitudo temporis.) *Tùm doctrinâ & exemplô ipsius Christi, & Disci- n; tùm quià tunc, & non priùs, potuerunt esse cum ea solemnitate, quæ modò viget in Ecclesia, & Apostolis cœpit, ut habet S. Thomas* 2. 2. q. 88. art. 7. *& cum traditione sub potestate Superioris, s jurisdictionem spiritualem clavium insubditos, quæ non fuit in Lege veteri; tùm quià tunc non t eas prærogativas, & excellentias, quas modò habent; quales sunt, quòd per professionem Reli- Baptismi instar remittatur tota pœna temporalis; item quod dissolvatur Matrimonium ratum præ- & irritetur Matrimonium futurum, cum alijs ipsius privilegijs; de quibus* Tom. 1. Summæ . Regular. cap. 3. *diximus. Denique, propter copiosiorem numerum sectatorum Instituti Reli- m in Lege nova illud plurimi amplexati fuerint; in Lege autem veteri nonnisi pauci. De hoc igitur ligioso perfecto & consummato intelligendi sunt Patres & Doctores, qui dicunt, Christum ad illud omines invitasse, & Apostolos fuisse primos Religiosos; sicut etiam dicuntur communiter Christus stoli fundamenta fuisse Ecclesiæ; cum tamen certum sit Ecclesiam fuisse ante illos, etsi non cum ea ne ac excellentia, quam ab ipsis accepit. Quod ità esse dicendum: confirmatur ulterius ex alijs s, seu Doctoribus, qui affirmant, tempore Christi pullulasse, seu revixisse, vel renovatum, aut um fuisse Monasticum Ordinem: hi enim clarè supponunt ante ipsum Christum, tempore videlicet arum Eliæ & Elisei, extitisse ipsius aliqualia primordia; & à Christo, & Apostolis, posteà onem, decorem, & complementum habuisse. Etenim renovare, aut innovare,* est pristinum restaurare, juxta l. Prætor ait ff de revis. *& Peretram* de renovat. Emphyteut. princip. *Hi sunt, D. Bernardus, vel auctor, nomine ipsius, insignis*, in Epist. ad Fratres nte Dei, *ubi loquens de Monachorum religione, inquit, quod fuerit tempore* Prophetarum strata, *& in Lege gratiæ* instaurata & innovata *S. Antoninus* in Summa 3. p. tit. 16. §.

 4. de Mo-

4. *de Monachis enim Cœnobiticis loquens, de quibus dicit*: videntur exorti sub Eliseo *subjungit*, fuerunt renovati à Christo: *S. Odilo in vita S. Majoli, quæ extat* in Bibliotheca Cluniacensi, *& apud Lipomanum hæc dicens*: Cœpit Monasticus Ordo pullulare, seu (ut meliùs dicamus) reviviscere, quem à B. Elia & Ioanne Baptista novimus processisse.

440. Quod verò ad nostrum Waldensem spectat, solutum est suprà *Pharetra* 1. *Telo* 25.

# TELUM VIII.

Argum. à Legis Evangelicæ labe.

441. P. Vega ibidem: *Demùm quis non videat, hôc perfectô Monachatu inventô in Lege veteri, Evangelicæ Legis præstantiam diminui, ac labefactari, cum ei non plus perfectionis adferatur, quàm veteri Synagogæ.*

## ENERVATIO.

P. Vega supponit, quod non videt, nec probat.

442. Respondeo 1. P. Vegam id nullatenùs videre, perfectionisque differentiam Legis Evangelicæ à veteri supponere, in tribus votis essentialibus Religionis præcisa *Solemnitate* &c. *prout Legis gratiæ*, ità sitam esse, ut in nullis Legis scriptæ sanctissimis viris, non obstante acceptâ propheticô spiritu consiliorum Evangelicorum notitiâ, ac Spiritus Sancti ad vovendum impulsu, tria illa Religionis essentialia vota, Evangelium, aut Christum, aut D. Virginem tempore præcesserint, quod non probat, nec in æternum probabit, attentis præmissis, tum *Pharetra* 1. *Responsis ad Telum VII. & XI.* Tùm hîc ad *Telum* II. & suprà *Scuto* 1. probatis.

Retorptio.

443. Respondeo 2. Me non videre, cur magis perfectus Monachatus inventus in Lege veteri, Legis Evangelicæ præstantiam diminuat ac labefactet, quàm Decalogus in Lege veteri inventus, cum hîc præcepta ad salutem necessaria, ille sola consilia ad salutem de congruo tantum conducentia, concernat: disparitatem audirem libenter, priusquam P. Vegæ consentiam, cum passim Theologi agnoscant etiam veteris vera & propriè dicta Sacramenta, sed ex opere operato gratiæ inefficacia.

Differentia inter perfectionem Legis gratiæ & scriptæ.

444. Respondeo 3. Efficaciter probatum *Pharetra* I. *in Responsis ad Telum* II. XIII. & XXII. Perfectionis discrimen inter Legem gratiæ & Scriptam, in isto Monachatu secundum tria vota substantialia præcisè, non in Lege scripta, sed in sola Lege gratiæ emissa, nullatenus consistere: aliudque discrimen veriùs ac longè probabilius inter utrumque Monachatum, tùm ibi in *Responsis ad Telum* XIII. tùm hîc ad *Telum* VII. attulimus, quod, ne vanis repetitionibus tempus, attramentum & chartam perdamus, P. Vega ibi videre poterit. Ex quibus evidentissimè apparebit, merum esse P. Vegæ commentum, quod non plus Legi Evangelicæ, quàm veteri, deferamus perfectionis.

# TELUM IX.

Argum. ab Apostolorum prærog. extenuatione.

445. P. Vega ibidem: *Specialissima Apostolorum prærogativa extenuatur, dum Eliam cum Apostolis in perfectione componunt. Gloria item Christo Domino detrahitur, nempè, quòd per seipsum præcipuus omnis perfectionis Religiosæ author extiterit, ut hanc gloriam sublimem uni deferant Eliæ.*

ENER-

## ENERVATIO

Respondeo: similia argumenta posse decipere vetulas & pueros, viros nequaquam: quià dicere viros sanctos observasse Decalogum, & Martyrium ...sse, ante Christum & Apostolos, non est specialissimam Apostolorum prærogam extenuare, aut illos in perfectione cum Apostolis componere; multò mi... Christo gratiæ specialis Authori istiusmodi observationis Decalogi, & hujus... i sanctæ Passionis Martyrij gloriam sublimem, ut illis deferatur, detrahere; sed ...nticipationem commendare: attamen Decalogi perfecta observatio ac crudelis... Martyrij passio sunt per se longè commendabiliores tribus observatis votorum ...lijs, uti manifestum est: nec minor gloria est Christo & Apostolis, quod ipso... consilia, priusquam illi essent, sint sanctissimis viris à Deo revelata, & speciali ...tus Sancti instinctu ad ipsorum imitationem observata, quàm post ipsos à no...nitata; cum ipsorum gloria non sit ex hoc vel illo tempore, sed ex imitatione. ... sanæ mentis probabit ullus, dilatam imitationem, Christo & Apostolis magis ...osam esse illâ, quam ex Spiritus Sancti instinctu anticipatam dicimus, dum ...or anticipata solutio, quàm dilata, quod etiam vetulæ & pueri probant. Vide ...I. §. *Sed tantùm abest* n.349. Argum. illud exploditur.

# TELUM X.

P. Vega ibidem: *Quod autem magis urgere debet, ut hæc opinio de Monachatu perfecto in Elia omninò à Scholis exulet, illud potissimum est, quod à D. Virgine immeritò virginitatis primatus abripiatur, & quod vexillum virginitatis votò confirmatæ, inter omnes extulerit: ...em juxta sententiam Historiæ Propheticæ, virginitatis imperium, multò antè, Elias invexerat, ...torum annorum spatio ante Virginem Deiparam. Communis est omnium Scholasticorum vox, antè ...o virginitatis votum præcessisse.* Argum. à surreptione primatus D. Virginis.

## ENERVATIO

Respondeo: quantùm fallat, & fallatur P. Vega satis efficaciter probatum contra P. Salinam *Pharetra* I. in *Responsis* ad *Telum* XI. per totum; quæ hîc re...e supervacaneum foret. Fallit P. Vega.

# TELUM XI.

P. Vega ibidem: *Mehercule Elias magnus quidem exstitit, & maximus ante Christi tempora, longè tamen inferior Apostolis, ac primis illis Religionum Evangelicæ Legis Fundatoribus, & Authoribus, videlicet Antonio, Benedicto, Basilio, Dominico, Francisco, Igna... ...ius rei argumentum efficax habemus Lucæ.9. cum Christi Discipuli; Elia spiritu perculsi in ultionem ...ni, ac incivilis hospitij, ignem è cœlo descendentem, ac Samaritanos devorantem petierunt; quibus ...us ait, eos redarguens:* nescitis cujus spiritus estis. *Quasi diceret, mei Discipuli non spiritu ...cuntur, sed spiritu lenitatis, & mansuetudinis. D. Th.2.2.q.174.a.4. tanquam certum ponit ...longè superiorem fuisse Elia, subditque:* Et licèt quantum ad aliquid alius Propheta... ...uerit major Mose, simpliciter tamen Moses fuit omnibus alijs major. *Suar. Tom.* Argum. à depressione Eliæ infrà alios fundatores.

 2. in 3.

2. in 3. p. disp. 34. s. 3. alleg. S. Cyrill. Hierosolym. qui juxta Patres Carmelitanos fuit ejusdem familiæ, hæc fantem: Etiamsi Eliam Thesbiten dixeris in cœlum esse assumptum, attamen non est hic major Ioanne; Enoch translatus est, sed non est major Ioanne. *S. Gregentius in Dialog. cum Herban Hebræo, licèt non insimulet culpæ Zelum Eliæ, addit tamen non esse Elianam virtutem supremæ classis.* Cum nihil, *ait*, iratus proficeret Elias, ad execrationem convertitur, & immanitatem induit, & contra creaturam pergit, ac primum quidem de cœlo ignem decidere postulat. *Qui sentiendi modus est S. Dion. Areop. ep. 8. quæ est ad Demophilum Monachum; ubi coarguens hujus Monachi nimium Zelum, ac rigorem Eliæ Zelo simillimum, subdit*: Nostrum Pontificem Christum IESUM non duci Eliæ spiritu: quarè non recipimus tuos non zelabiles motus; sed nec si millies resumas Phinees, & Eliam; hi enim audienti IESU non placuerunt, tunc mitis, & boni spiritus non participes Discipuli: etenim divinissimus noster sanctitatis perfector in mansuetudine docet resistentes Doctrinæ Dei *Rabbi Lein allegatus à Gloss. Ord. in 3. Reg. 19 ingenuè fatetur Eliam rigore, ac Zelo nimio ductum, absque culpa tamen. Titus Bostrensis in c. 9. Luc. docet ejusmodi ultrices rigores Eliæ Zelo similes, ortum non habere ab heroica, & magnanima virtute. S. Aug. to. 8. conc. 2. in Psal. 30. Eliam tanquam hominem suspiciosum sugillat. Animarum fructus ab Elia depromptus parvus, ut ipse fatetur; quarè in populi rebellis, & ingrati ultionem, supplicia à cœlo, strages, fames, sterilitates deposcebat; per montes & speluncas à Regina potentia profugus oberrabat. At Apostoli copiosissimas animarum messes in Ecclesiæ horrea intulerunt; sese sponte Tyrannis ac Carnificibus discerpendos, excoriandos, ac mille suppliciorum generibus torquendos offerebant, nullo timore perculsi, nullo pavore perterriti, ut Elias; sed constantes, intrepidi, fortes, ac alacres in mortem ibant. Elias mittetur in postremis mundi diebus Iudæos in meliorem frugem conversurus: verum licèt eos omnes in veram fidem redigat; longè tamen amplior animarum messis per Apostolos decerpta, siquidem à primo nascentis Ecclesiæ exordio, usque ad Eliæ adventum, omnes quotquot depulsis errorum tenebris, verum fidei lumen repperunt, fructus quidem sunt Apostolorum labore parti.*

## ENERVATIO

Retortio 1. 450. RESpondeo primò: è contra *Mehercule*, P. Vega *magnus quidem* votorum Eliæ Religionis Monasticæ impugnator *exstitit*, & *maximus ante* omnes suas machinas, à nobis, ut vidimus, in nihilum ferè resolutas: *longè tamen inferior* est quovis alio impugnatore, dum Prophetæ Dei sanctissimi Eliæ vitam & mores ita aggreditur, ut eum longè infrà S. Ignatium & alios deprimat, non obstante Dei inhibitione Psal. 103. *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* & sapiens monitum Gersonis n. 464. referendum, idque unicum ipsi restet Telum, quò nos quasi à desperatis aggreditur. Verumtamen, quod hoc ipsum, Deo benedicente Christis suis & Prophetis sanctis, sit Marte infeliciori aggressus, ex sequentibus ipsâ luce clariùs apparebit. Igitur

Retortio 2. 451. Respondeo secundò. Uti aliàs *in Visione Eliæ Disp. 3. à f. 109. ad n. 128.* Quis, obsecro, violentiam istam ferat, & in suum Authorem injuriam retorquens non clamet, *Nescis* P. Vega *cujus spiritus sis.* Nam, neque Christus, neque Elias fictas injurias persequitur, ut innocentes veris afficiat, uti Eliam aliquo usque persequi velle videris, non satis perpendens *Eccli. cap.* 48. Eliam sic extolli: *Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.* Et Apocalyps. 11. Inimicis Eliæ & Enoch dici: *Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra, & in conspectu Domini Terræ stantes; & si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum, & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.* Audi bone vir, audi etiam ea, quæ noster Sylveira in Apocalyps. 11. vers. 3. n. 69. subtilissimè, ut solet, scribit: *Quod autem Elias, & Enoch dicendi sint Apostoli Christi, ostenditur ex 1. Cor. 4. n. 9. Vbi Paulus ait*: Puto, quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit. *Vt explicant S. Ambros.*

Eccli. 48.

Silveira.

*S. Anselmus. Interlineal. Glossa ordinaria. Cardinalis Hugo. Magister sent.* Quod Deus nos :rit, tanquam novissimos Apostolos, Eliam & Enoch. *Interlin.* Apostolos no-s, similes Eliæ & Enoch. *Idem habet Glossa ordinaria. S. Bruno, Hugo, Magister sen-n.* id est, similes novissimis, Enoch & Eliæ. *Erant inter Corinthios aliqui, qui per-mo, & maligno ore detrahebant Apostolatum Pauli; ut ipse suam dignitatem Apostoli tueretur, ait, persecutiones, ac tribulationes sustinere pro prædicatione Evangelica veritatis, ut etiam substine-u & Enoch prædicantes contra Antichristum.*

*D. Ambrosius ad citatum Pauli locum*: Hoc ideò, *ait*, personæ suæ deputat; quià in necessitate fuit, persecutiones, & pressuras ultrà cæteros passus, sicut pas-it Enoch & Elias, qui ultimò tempore futuri sunt Apostoli: mitti enim ha-tè Christum, ad præparandum populum Dei, & muniendas omnes Eccle-l resistendum Antichristo. *Similiter & D. Anselmus*: Puto, *ait*, & pro certo scio, Deus nos Apostolos novissimos ostendit mundo, quibus nulli succedent Apo-àm perfecti, tàm necessarij saluti hominum, quales apparebunt in novissi-npore Elias & Enoch, quos Deus reservat, ut filios Israël ab Antichristi fe-ne liberent; nos ostendit novissimos, id est, illis novissimis præconibus lles. Ambrosius.

*Pro quo benè ait M. Petrus Munoz in Propugnaculo Eliæ lib. 3. tit. 3. cap. 1. art. 1 n. 2. de Aposto-loquens*: Quià ipsorum Apostolatus, ait, complendus erat in illis duobus Apo-:noch & Elia, qui munus Apostolicum complebunt, novissimè priorum, :s fuerunt, quales erunt novissimi: eâ prorsus ratione, quâ Baptista dicitur eniſſe, qui venturus est; quia utrisque munus par Præcursoris, spiritus ejus-virtutis: ità duodecim primi, & duo novissimi Apostoli. Ideò primi dicun-ostoli novissimi, id est, pares in Apostolica dignitate. *Malvenda lib. 10. de Anti-p 8 §. 2. An nunc mereantur* Linea. *Secundò*: prorsus, *ait*, reverà ipsi magni erunt i Apostoli, & Apostolico munere reverà funguntur Elias & Enoch. Petrus Munioz.

*Quod maximè probatur ex tribus, quæ requiruntur ad munus Apostolicum, ut docet D. Thomas 1. 12. lect. 3 Vbi sic ait*: Majores ministri, in Ecclesia, sunt Apostoli, ad quorum m tria pertinent. Quorum primum est: authoritas gubernandi Christi fidelem im, quæ propriè pertinet ad Officium Apostolatus. Secundum: facultas eum li. Tertium: potestas miracula faciendi ad confirmationem Christi doctrinæ: is tribus habetur *Luc. 9. ubi dicitur*: Convocatis IESU duodecim Apostolis, &c. *Doctorem intelligunt, ac sequuntur, Caiet in Tom 1. Opusc. Tract. 1. de Romano Pontific. cap. ens. præfatione in Matth. cap. 2. & 3. Toletus in cap. 9. Luc. Episcopus Tenas. in Epist. ad Hebræ. & 2. prælud. 3. Benedictus Iustin. disp. 1. de munere Apostolico. Cornel. in Epist. 1. ad Titum v. 7. . 2. disp. 1. punct 7. § 28 Suar Tom. 2. ad 3. disp. 23. sect. 5.* Tria ad Apostolatum requisita.

*Quæ tria maximè resplendebunt in Elia & Enoch: nam illa verba, quæ dicuntur infrà n. 462.* s potestatem claudendi cœlum, & percutere terram omni plagâ. *Quæ non solum ntur de potestate materiali, sed etiam spirituali, ad moderandos fideles cum indulgentia peccatorum, ibi Rupertus, Celius, Pannonius, Malvenda, & alij, quos infrà ad citatum locum adducam; alia, scilicet, potestas sermonis, potestasque miraculorum sunt notæ.* Ità ille. Vide n. 273. r decretum in judicio contradictorio Supremi Senatus S. Inquisitionis His-... Resplendent in ELIA.

Quod autem Eliæ Apostolatus videatur futurus dumtaxat. Nil refert. quià, ):docent communissimè Doctores, in statu merendi vivat translatus, & fide à indubitatum sit, ipsius vitæ statum & merita nondum esse consummata, A-tus ille intrà ipsius gratias & merita comprehenditur. Undè quispiam ex præ-contra Authoris, quem repellimus, violentias, inferret, Eliæ Apostolatum Objectio præoccupatur.

à Christo

à Christo comprobatum: attamen ego, de Apostolis & Eliæ cum illis comparatione, prudens taceo, licèt possim comparare, id approbante supremo S. Inquisitionis Hisp. Senatu, n. 271. citato.

Audax effatum P. Vegæ.

457. Sed quod addit: *longè tamen inferior Elias illis Religionum Evangelicæ Legis Fundatoribus & Authoribus, Antonio, Benedicto, Basilio, Dominico, Francisco, Ignatio*: satis capere non possum; quià, uti efficaciter suprà probatum est, isti, & alij omnes, suarum Religionum quoad sola quædam accidentia à se fundationem, Eliæ quoad substantiam debent, tanquam Principi & Duci, juxta illud Hieronymi in Epist. ad Paulinum. *Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium: & ut ad Scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum* &c. Athanasij in vita S. Antonij cap. 7. *S. Antonius reputans oportere Dei famulum ex institutione Magni Eliæ exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere* &c. S. Gregorij Nazianzeni Orat. 5. *Vt ab omni negotio feriatus tranquillè philosopharer, mecumque ipse cum Spiritu colloquium haberem, Eliæ Carmelum animo agitabam.* Macarij, magni Antonij discipuli, in *Serm.* ad Monachos, *qui incipit* Fratres charissimi. *Eliam & Eliseum ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà: *Quorum exempla. Fratres charissimi in Ordine Monastico, quem sectari cœpistis, debetis sollicitè curare, ut ab eorum recto tramite, id est, Monastica vita, nullatenùs recedatis. Hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multò hujus propositi sectatores, qui id circò laudibus extolluntur, quià à cœpto ordine nullatenùs leguntur deviasse.* S. Isidori Hispalensis Episcopi lib. 2. de Orig. Offic. cap. 15. *Vndè autem ad Monachos studium defluxerit paupertatis: vel quis hujus conversationis extiterit author, cujus isti habitum imitantur? Quantum enim, inquam, pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, hujus propositi Princeps Elias & discipulus ejus Eliseus fuerunt, sive alij Prophetæ, qui habitabant in solitudine, urbibusque relictis faciebant sibi casulas propè fluenta Iordanis. Hujus deindè propositi in Evangelio Ioannes author extitit, qui Eremum solus incoluit, locustâ tantum & agresti melle nutritus. Iam deindè progeniti sunt conversationis hujus nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres.* Dorothei in *Synopsi Prophetarum* Tract. de S. Propheta Elia in *Bibliotheca SS. Patrum* Tom. 7. edit. Paris. *Hic primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad cœlum subministravit; primus ex hominibus unam Angelorum & hominum vitam ostendit.* Ioannis Patriarchæ Ierosolymitani de Instit. Monach. cap. 1. *Hic Propheta Dei Elias Monachorum Princeps primus extitit, à quo sancta primæva institutio exordium sumpsit.* Cassiani lib. 1. de Instit. Monach. cap. 2. *Itaque Monachum, ut militem Christi, in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis, jugiter oportet incedere; hoc enim Habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento hujus professionis fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum, Divinarum Scripturarum authoritate demonstratur.* Petri Damiani Cardinalis, Tom. 3. Opusc. de orig. vitæ Eremit. capite 2. *Hujus vitæ normam, ut anteriora prætereàm, Elias cœpit; Eliseus verò, aucto discipulorum collegio, dilatavit.* Trithemij, ejusdem Ord. de ortu & laud. Carmel. cap. 3. *Monastici propositi Princeps fuit Elias, & discipuli ejus.* Et infrà: *De Monachorum institutione dicit Hieronymus; noster Princeps Elias est, Dux noster Eliseus* &c. Ioachimi Abbatis in cap. 6. Apocalypf. *Designatur autem per Eliam, sicut per solem, Ordo Monasticus.* Thomæ Waldensis Doctrinalis fidei lib. 3. art. 1. cap. 4. *Et mansit hæc Religio Prophetarum continuò usque adventum Christi, & deinceps facti sunt Religiosa Militia Christiana.* Cardinalis Bellarmini Societatis Iesu Tom. 1. Controvers. de Monachis cap. 5. *Habemus in eodem Testamento veteri, Eliam & Eliseum, ac Filios Prophetarum sine uxoribus & divitijs in hoc mundo vixisse. De quibus B. Hieronymus in Epist. ad Rusticum, quæ est ordine quarta: Filij Prophetarum, inquit, quos Monachos in veteri Testamento legimus, ædificabant sibi casulas propè fluenta Iordanis; & turbis urbium derelictis, polentâ & herbis agrestibus victitabant. Et Epistola 13. ad Paulinum, de Monachis loquens, Noster Princeps Elias, noster Eliseus* &c. Benedicti Hafftenij, quondam Præpositi Affligemiensis, disquisit. Monast. lib. 1, Tract. 11. *Eximium Prophetarum, veterisque Testamenti decus, Elias*

Hieronymus. Athanasius. Gregorius. Macarius. Isidorus. Dorotheus. Ioannes XLIV. Cassianus. Damianus. Trithemius. Abbas Ioachim. Waldensis. Bellarminus. Haffenius

*Elias Propheta, qui præter naturæ ordinem factus est Paradisi colonus, & in mortali corpore immortalitatis candidatus, Religiosorum omnium, iure meritò, Dux & Patriarcha est appellandus. De quo, ne sine Teste loquamur, ità Hieronymus: Noster Princeps Elias &c.* ubi posteà infert, *Eliam, non tam umbram, quàm corpus; non typum, sed veritatem; non figuram, sed ipsam substantiam Monasticæ Religionis* (si solemnitatem, perfectionem & potestatem clavium prout Legis gratiæ præscindas) *exhibuisse.* Plures vide *Pharet. ult.* & apud Lezanam *Annal. Tom.* I. *Apparat. cap* 5. Et R.P. Danielem à Virgine Maria *Vinea Carmeli parte* 2. Vndè noster egregius Poëta Mantuanus lib. 3. Parthenices. Lezana. Daniel à V. M. Mantuanus.

*Mons patrum pietate sacer, lateque*
*Inclytus hospitiô vatum; nam dicitur illinc*
*Discipulo ambustam iaciens ex aëre vestem*
*Elias ardenti cœlum petijsse volatu:*
*Illinc perpetuis cui missi è fontibus amnes*
*Religio, & sacri fluxit reverentia cultus.*
*Quidquid habent alij montes pietatis, ab isto*
*Ducitur hac una plures è vite racemi;*
*Diffusi latè terras, atque æquora complent.*
*Hinc Carthusiacis æterna silentia Claustris.*
*Hinc varias Benedictus oves collegit, ab isto*
*Canabe nodosâ tunicas arcere fluentes*
*Lignipedes didicere viri, quique arva colebant*
*Invia, & assiduò terras ardore calentes,*
*Et quos Cyriacus in littore venit Ibero*, &c.

458. Deindè primò: quis istorum Antonij, Benedicti, Basilij, Dominici, Francisci, aut Ignatij? Meruit à Deo decem specialia præcepta, commissiones, &c. accipere, uti Patriarcha noster Elias, juxta illud nostri suprà laudati Ioannis de Sylveira *in Apocalyps.* cap. 11. n. 123. *Profundè & altè considera, & invenies, quod Deus plus quam decem præcepta imposuit Eliæ*: Vade, & absconderein Torrente Carith. 3. Reg. 17. n. 3. *Et ecce aliud*: surge, & vade in Sarephta Sidoniorum; præcepi ibi mulieri viduæ. Ibidem n. 9. *Et aliud præceptum*: Vade, ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ. 3. Reg. 18. n. 1. *Et ecce aliud: dormienti sub junipero ait ei Angelus*: Surge, comede, grandis tibi restat via. 3. Reg. 19. n. 7. *Aliud mandatum*: Vade, & unges Hazaël Regem super Syriam. ibid. n. 15. *Iterum aliud mandatum*: Et Iehu, filium Namsi, unges Regem super Israël. Ibid. n. 16. *Iterum aliud*: Eliseum, filium Saphat, unges Prophetam post te. Ibidem. *Aliud præceptum*: Surge, & ascende in occursum Regis Samariæ, *qui ibat ad consulendum Beëlzebub Deum Accaron.* 4. Reg. cap. 1. n. 3. *Et aliud mandatum circa quinquagenarium*: locutus est Angelus Domini ad Eliam, descende cum eo, ne timeas. Ibidem n. 15. *Et aliud præceptum, quandò Elias obtulit illud holocaustum in monte Carmeli, circa quod est magna difficultas inter Doctores, quomodò Elias potuerit sacrificare? nam expressè prohibitum erat in Lege veteri, ne quis extra Tabernaculum sacrificaret. Levitic. 17. n. 9. Deuter. 12. n. 4. Communiter respondent Abulensis & alij, quod Elias habuit dispensationem, & mandatum Dei, ibi sacrificandi in Carmelo, ut ipse apertè dixit in sua oratione ad Deum*: juxta præceptum tuum, feci omnia verba hæc 3. Reg. 18. n. 36. *Ac proindè tot & tanta circumstantia, quæ ex illo sacrificio interfuerunt, ut quod eligeret vitulum,* Commissiones 10. à Deo ELIÆ datio.

*tulum, erigeret altare circa fossam, effunderentque duodecim hydria aqua: omnia sub precepto ei imposita sunt.*

Elias erat vir miraculorum.

459 Secundò: quis eorum de Elia effatum Abulensis in 4. Reg.2. q.25. ab aliquo umquam de se accepit: *Hebræi quandocumque videbant aliquem virum, facientem miracula, putabant eum esse Eliam; undè quæsierunt à Ioanne, an ipse esset Elias?* Aut alterum D. Thomæ, locô citatô in *Panegyri* n.3.§.1.?

Clausit & aperuit cœlum. Pascebatur regulariter à Corvis. Per ipsum farina & oleum consumpta non deficiunt. Famem induxit. Dejecit de cœlo ignem ter. Suscitavit mortuum ab inferis. Vnxit Reges, & Prophetas fecit.

460. Tertiò: quis illorum? ut Elias, verè dixit: *Vivit Dominus Deus Israël, in cujus conspectu sto, si erit, annis his, ros & pluvia, nisi juxta oris mei verba.* 3. Reg.17. De quo eorum? uti de Elia, testatur Scriptura, *Corvi quoque deferebant ei panem & carnes manè, similiter panem & carnes vesperi.* ibidem. Quis eorum? Tot miracula, ac Elias fecit: *Dicit Dominus Deus Israël, hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur usque ad diem, quâ Dominus daturus est pluviam super faciem terræ, quæ abijt & fecit juxta verbum Eliæ, & comedit ipse, & illa, & domus ejus: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ* Ibidem. *Domine Deus revertatur, obsecro, anima pueri hujus in viscera ejus, & exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reversa est anima pueri intra eum, & revixit.* ibidem. Et Ecclesiastici cap.48. *Et surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem, & irritantes illum, invidiâ suâ, pauci facti sunt. Non enim poterant sustinere præcepta Domini. Verbô Domini continuit cœlum, & dejecit de cœlo ignem ter. Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. Qui dejecisti Reges ad perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo. Qui audis in Sina judicium, & in Horeb judicia defensionis. Qui ungis Reges ad pœnitentiam, & Prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Qui scriptus es in judicijs temporum lenire iracundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.*

In igne raptus est in cœlum. Diebus & noctibus 40. ambulavit jejunus. Veniet contra Antichristum. Ab eo victos Christo restituet. Apparuit in Transfigurat.

461. Quartò: de quo illorum? Verificatur, jejunum ambulasse quadraginta diebus & noctibus, uti de Elia: *Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* 3. Reg.19. Quis eorum? Translatus in Paradisum vivus, reservatur usque ad finem mundi, venturus contra Antichristum, ut restituat eos, quos persecutio ejus conturbaverit, uti Elias; Malachiæ 4. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini, magnus & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Eccli 48. *Qui scriptus es in judicijs temporum, lenire iracundiam Domini, & conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Israël.* Matth.17. *Elias quidem venturus est, & restituet omnia,* inquit Christus. Undè Augustinus lib.1. qq. Evang q.21. dicit, *venturum Eliam, ut restituat eos, quos persecutio Antichristi conturbaverat.*

462. De quo illorum? Asserit Scriptura, in Transfiguratione apparuisse Domino, & cum eo locutum esse, uti de Elia: *Assumpsit* IESUS *Petrum & Iacobum* &c. *& transfiguratus est ante eos* &c. *& ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes.* Matth.17. De quo illorum? Constat in fine mundi habiturum amplissimam miraculorum potestatem ad nutum suum, sustentaturum Christi fidem & Ecclesiam contra Antichristum, pugnaturum usque ad crudelissimum martyrium, contra eundem, pro Christianæ Religionis veritate & Christianorum æterna salute, & post sui corporis, instar canis insepulti, triduanam abjectionem, resurrecturum, & ascensurum, ante beatorum corporum communem resurrectionem, in cœlum in nube, ad Christi, pro quo contra Antichristum generosissimè pugnaverit, similitudinem, de quo Actorum 1. *Videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Uti de nostro Elia constat ex Apocalyp. cap.11. *Hi,* nempè Elias, uti est totius Ecclesiæ sensus, & Enoch, ut probant Interpretes, *sunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes; Et si quis*

Martyrio crudelissimo erit moriturus.

Est oliva & candelabrum stans ante Dominum.

*voluerit*

*voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plagâ, quotiescumque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet adversus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus, corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & jucundabuntur: & munera mittent invicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciaverunt eos, qui habitabant super terram. Et post dies tres & dimidium spiritus vitæ à Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo dicentem eis: ascendite huc: & ascenderunt in cœlum in nube: & viderunt illos inimici eorum.*

463. Talis fuit, est, & erit usque ad finem mundi, nudâ restante Scripturâ, sine Oratoria phrasi, aut exaggeratione humana, gloriosissimus Patriarcha noster Elias, de quo, bone vir, non satis dignè sentis. Et si ejus Monasticæ Fundationis primatum, vitæ sanctitatem & austeritates, Dei zelum, commissiones & præcepta specialia, communissima & ad nutum suum miracula, vivi translationem in paradisum, in Christi transfiguratione præsentiam, Ecclesiæ & fidei Christi sustentaculum contra Antichristi persecutiones, in his pro Christianæ fidei veritate & Christianorum salute martyrium crudelissimum, ac tandem instar Christi, ante corporum resurrectionem, in nube redivivum ascensum in cœlum, absque passione & pro merito perpendas: Eliæ, & istis sanctis Fundatoribus, Antonio, Benedicto, Basilio, Dominico, Francisco, & Ignatio, inter se comparatis, applicabis illud Apostoli 1. ad Corinth. 15. *Alia est claritas solis, alia est claritas lunæ, alia est claritas stellarum; sicut stella enim differt à stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum.* Et ingenuè proclamabis, alia est claritas Eliæ, alia est claritas istorum Fundatorum, alia est claritas (saltem infra Apostolos) aliorum mortuorum Sanctorum; sicut stella enim differt à stella in claritate, sic erit resurrectio *Eliæ*, istorum Fundatorum & Sanctorum mortuorum, & pudebit fecisse Eliam istis Fundatoribus longè inferiorem; non solùm contra expressam Scripturam, *Quis poterit similiter sic gloriari tibi,* ô Elia! Eccli. 48. & SS. Patres, nominatim Augustinum *Tom. 4. de quæst. veteris Testamenti q. 26.* ubi *de Ioanne* loquens ait: *Dictum est à Spiritu Sancto per Zacharium, cujus meriti futurus esset Ioannes?* Veniet, *inquit*, in spiritu & virtute Eliæ: *parem ergo Ioannem Eliæ ostendit: & Dominus dicit*, nemo major inter natos mulierum Ioanne Baptista. *Non dixit omnibus major est; sed nemo major illo est, hoc est æqualem habet, majorem non habet: Elias ergo par illi est, nullo itaque minor.* Et Chrysostomum Serm. de decollatione S. Ioannis Baptistæ, *Elias erat vir, cui totus mundus erat inferior.* S. Thomam, & Abulensem. Vide *n* 459.

Summarium ELIÆ laudum.

Notatur P. Vega.

464. Numquid mi R. P. Vega, contra tuam Reverentiam stant tot & tanta testimonia, rationesque satis efficaces, ob quas Eliam sanctissimum Dei Prophetam Apostolis comparare possim; sed malui, quod etiam debuisses, à tali Sanctorum inter se comparatione abstinere, secutus R. P. nostrum Danielem à Virgine Maria *Vinea Carmeli n. 1269.* ubi sic scribit: *est & qui in merita ac virtutes ipsius S. Eliæ impingit, statuens Eliam, licet meritis magnum, longè inferiorem tamē Apostolis, ac primis Religionum Fundatoribus, Antonio, Benedicto, Basilio, Dominico, Francisco,* &c. *eum insuper arguit indiscreti zeli, & tanquam meticulosum* &c. *Sed (ut tela immissa avertamus solummodò, non remittamus) reminiscendum proponimus, quod Christus reprehenderit Apostolos inter se disserentes:* quis eorum videretur esse major? *& rememoranda adducimus paucula verba devoti Thomæ à Kempis in aureo suo Opusculo* de Imitatione Christi lib. 3. cap. 58. *ità scribentis.* Noli etiam inquirere, vel disputare, de meritis Sanctorum, quis alio sanctior,

Argum. ad hominem.

Daniel à V. M.

A Kempis.

*tulum, erigeret altare circa fossam, effunderenturque duodecim hydriæ aquæ: omnia sub præcepto ei imposita sunt.*

Elias erat vir miraculorum.

459. Secundò: quis eorum de Elia effatum Abulensis in 4. Reg. 2. q. 25. ab aliquo umquam de se accepit: *Hebræi quandocumque videbant aliquem virum, facientem miracula, putabant eum esse Eliam; undè quæsierunt à Ioanne, an ipse esset Elias?* Aut alterum D. Thomæ, locô citatô in *Panegyri* n. 3. §. 1.?

Clausit & aperuit cœlum. Pascebatur regulariter à Corvis. Per ipsum farina & oleum consumpta non deficiunt. Famem induxit. Dejecit de cœlo ignem ter. Suscitavit mortuum ab inferis. Vnxit Reges, & Prophetas fecit. In igne raptus est in cœlum.

460. Tertiò: quis illorum? ut Elias, vere dixit: *Vivit Dominus Deus Israël, in cujus conspectu sto, si erit, annis his, ros & pluvia, nisi juxta oris mei verba.* 3. Reg. 17. De quo eorum? uti de Elia, testatur Scriptura, *Corvi quoque deferebant ei panem & carnes manè, similiter panem & carnes vesperi.* ibidem. Quis eorum? Tot miracula, ac Elias fecit: *Dicit Dominus Deus Israël, hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur usque ad diem, quâ Dominus daturus est pluviam super faciem terræ, quæ abijt & fecit juxta verbum Eliæ, & comedit ipse, & illa, & domus ejus: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ* Ibidem. *Domine Deus revertatur, obsecro, anima pueri hujus in viscera ejus, & exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reversa est anima pueri intra eum, & revixit.* ibidem. Et Ecclesiastici cap. 48. *Et surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem, & irritantes illum, invidiâ suâ, pauci facti sunt. Non enim poterant sustinere præcepta Domini. Verbô Domini continuit cœlum, & dejecit de cœlo ignem ter. Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. Qui dejecisti Reges ad perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo. Qui audis in Sina judicium, & in Horeb judicia defensionis. Qui ungis Reges ad pœnitentiam, & Prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Qui scriptus es in judicijs temporum lenire iracundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.*

Diebus & noctibus 40. ambulavit jejunus. Veniet contra Antichristum. Ab eo victos Christo restituet.

461. Quartò: de quo illorum? Verificatur, jejunum ambulasse quadraginta diebus & noctibus, uti de Elia: *Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* 3. Reg. 19. Quis eorum? Translatus in Paradisum vivus, reservatur usque ad finem mundi, venturus contra Antichristum, ut restituat eos, quos persecutio ejus conturbaverit, uti Elias, Malachiæ 4. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini, magnus & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Eccli 48. *Qui scriptus es in judicijs temporum, lenire iracundiam Domini, & conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Israël.* Matth. 17. *Elias quidem venturus est, & restituet omnia*, inquit Christus. Undè Augustinus lib. 1. qq. Evang q. 21. dicit, *venturum Eliam, ut restituat eos, quos persecutio Antichristi conturbaverat.*

Apparuit in Transfigurat.

462. De quo illorum? Asserit Scriptura, in Transfiguratione apparuisse Domino, & cum eo locutum esse, uti de Elia: *Assumpsit* IESUS *Petrum & Iacobum* &c. *& transfiguratus est ante eos* &c. *& ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes.* Matth. 17. De quo illorum? Constat in fine mundi habiturum amplissimam miraculorum potestatem ad nutum suum, sustentaturum Christi fidem & Ecclesiam contra Antichristum, pugnaturum usque ad crudelissimum martyrium, contra eundem, pro Christianæ Religionis veritate & Christianorum æterna salute, & post sui corporis, instar canis insepulti, triduanam abjectionem, resurrecturum, & ascensurum, ante beatorum corporum communem resurrectionem, in cœlum in nube, ad Christi, pro quo contra Antichristum generosissimè pugnaverit, similitudinem, de quo Actorum 1. *Videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Uti de nostro Elia constat ex Apocalyp. cap. 11. *Hi*, nempè Elias, uti est totius Ecclesiæ sensus, & Enoch, ut probant Interpretes, *sunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes; Et si quis*

Martyrio crudelissimo est moriturus.

Est oliva & candelabrum stans ante Dominum.

*voluerit*

*voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plagâ, quotiescumque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet adversus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus, corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & jucundabuntur: & munera mittent invicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciaverunt eos, qui habitabant super terram. Et post dies tres & dimidium spiritus vitæ à Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo dicentem eis: ascendite huc: & ascenderunt in cœlum in nube: & viderunt illos inimici eorum.*

463. Talis fuit, est, & erit usque ad finem mundi, nudâ testante Scripturâ, sine Oratoria phrasi, aut exaggeratione humana, gloriosissimus Patriarcha noster Elias, de quo, bone vir, non satis dignè sentis. Et si ejus Monasticæ Fundationis primatum, vitæ sanctitatem & austeritates, Dei zelum, commissiones & præcepta specialia, communissima & ad nutum suum miracula, vivi translationem in paradisum, in Christi transfiguratione præsentiam, Ecclesiæ & fidei Christi sustentaculum contra Antichristi persecutiones, in his pro Christianæ fidei veritate & Christianorum salute martyrium crudelissimum, ac tandem instar Christi, ante corporum resurrectionem, in nube redivivum ascensum in cœlum, absque passione & pro merito perpendas: Eliæ, & istis sanctis Fundatoribus, Antonio, Benedicto, Basilio, Dominico, Francisco, & Ignatio, inter se comparatis, applicabis illud Apostoli 1. ad Corinth. 15. *Alia est claritas solis, alia est claritas lunæ, alia est claritas stellarum; sicut stella enim differt à stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum.* Et ingenuè proclamabis, alia est claritas Eliæ, alia est claritas istorum Fundatorum, alia est claritas (saltem infra Apostolos) aliorum mortuorum Sanctorum; sicut stella enim differt à stella in claritate, sic erit resurrectio *Eliæ*, istorum Fundatorum & Sanctorum mortuorum, & pudebit fecisse Eliam istis Fundatoribus longè inferiorem; non solùm contra expressam Scripturam, *Quis poterit similiter sic gloriari tibi, ô Elia!* Eccli. 48. & SS. Patres, nominatim Augustinum *Tom. 4. de quæst. veteris Testamenti q.* 26. ubi *de Ioanne* loquens ait: *Dictum est à Spiritu Sancto per Zacharium, cujus meriti futurus esset Ioannes?* Veniet, *inquit*, in spiritu & virtute Eliæ: *parem ergo Ioannem Eliæ ostendit: & Dominus dicit*, nemo major inter natos mulierum Ioanne Baptista. *Non dixit omnibus major est; sed nemo major illo est, hoc est æqualem habet, majorem non habet: Elias ergo par illi est, nullo itaque minor.* Et Chrysostomum Serm. de decollatione S. Ioannis Baptistæ, *Elias erat vir, cui totus mundus erat inferior.* S. Thomam, & Abulensem. Vide *n.* 459.

Summarium E L I Æ laudum.

Notatur P. Vega.

464. Numquid mi R. P. Vega, contra tuam Reverentiam stant tot & tanta testimonia, rationesque satis efficaces, ob quas Eliam sanctissimum Dei Prophetam Apostolis comparare possim; sed malui, quod etiam debuisses, à tali Sanctorum inter se comparatione abstinere, secutus R. P. nostrum Danielem à Virgine Maria *Vinea Carmeli n.* 1269. ubi sic scribit: *est & qui in merita ac virtutes ipsius S. Eliæ impingit, statuens Eliam, licet meritis magnum, longè inferiorem tamē Apostolis, ac primis Religionum Fundatoribus, Antonio, Benedicto, Basilio, Dominico, Francisco,* &c. *eum insuper arguit indiscreti zeli, & tanquam meticulosum* &c. *Sed (ut tela immissa avertamus solummodò, non remittamus) reminiscendum proponimus, quod Christus reprehenderit Apostolos inter se differentes:* quis eorum videretur esse major? *& rememoranda adducimus paucula verba devoti Thomæ à Kempis in aureo suo Opusculo* de Imitatione Christi lib. 3. cap. 58. *ità scribentis.* Noli etiam inquirere, vel disputare, de meritis Sanctorum, quis alio sanctior,

Argum. ad hominem.

Daniel à V. M.

A Kempis.

ctior, aut quis major fuerit in Regno Cœlorũ. Talia generant sæpè lites, & contentiones inutiles &c. Spero tamẽ fore, ut suæ Reverentiæ, R. P. Salinæ & similium doctrina, his & toto *Armamentario* præmissis, maturè perpensis, mitigetur, ac sanctissimo Patriarchæ nostro emeritus honos, haud secùs quàm aliorum Ordinum Fundatoribus, deferatur, præsertim cum in ejus & Enoch favorem Spiritus Sanctus *Apocalyps.* 11. dignatus fuerit sequentia revelare: *Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes; & si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum; & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.* Et Eccli. 48. de Elia: *Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.*

Apocal. 11

465. Respondeo tertiò. Tot Eliæ Dei sanctissimi occurrere, suprà Fundatores istos, prærogativas, ut vix audeam illas incipere, nè non possim perficere. Inprimis Reverendissimus P. Philippus à Sanctissima Trinitate, nostrorum RR. PP. Discalceatorum Generalis modernus, *Theologiæ Carmelitanæ q.* 3. ità verè & solidè præcipuas earum refert, & probat, ut non solùm probationes ejus mereantur verbotenùs excribi, sed cuique gentium benè inculcari, ut appareat Ecclesiam Dei, etiam in antiqua Lege, viros habuisse sanctissimos.

P. Philippus à SS. Trinit.

466. Probat igitur primò: Prophetam Dei sanctissimum Eliam in multis posse Christo, quà homini assimulari.

Idem.

467. Probat secundò: Eliam futurum sanctissimum, ità ut nulli Sanctorum (exceptis Christo & Diva Virgine) sit postponendus; pluribus autem præferendus, è Regulis præcipuis, quibus Theologi sanctitatem metiuntur Sanctorum.

Idem.

468. Probat tertiò: sanctissimum Dei Prophetam Eliam S. Ioanni Baptistæ æqualem. Hujus tamen nos Deo judicium relinquere malumus.

Idem.

469. Has autem probationes dedimus in *Panegyri* Eliæ Dei Prophetæ sanctissimi sub *initium* ARMAMENTARIJ, quarum nulla, cum ad manum sit, hîc repetendarum necessitas; quæ & statim præmissa, si non sufficiant ad amicabilem P. Vegæ & Comparium ejus cum Elia reconciliationem, hæc à Deo solo miraculosè expectanda erit. Ulterius tamen, ut ejusdem Patris Vegæ manifestam enervem nutantiam.

470. Respondeo quartò: ad primum Argumentum, quod P. Vega sumit ex *Lucæ* 9. Non solùm non esse ad probandum intentum Authoris efficax; sed Scripturis sacris & Fidei esse absonum, ista verba Christi sic commentari, quasi absolutè improbasset spiritum Eliæ, qui, cum *homo Dei* esset, & *Propheta Domini*, spiritu istô in omnibus actis justitiæ & rigoris indubiè juxta Dei præceptum processit, uti Scriptura testatur 3. Reg. 18. vers. 36. *Ego servus tuus, & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.* Et iterum 4. Reg. cap. 1 v. 16. *Hæc dicit Dominus: quià misisti nuntios ad consulendum Beelzebub, Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israël, à quo posses interrogare sermonem, ideò de lectulo, super quem ascendisti non descendes.* Sic ut de illo 1 *Machab* 2. dicatur: *Elias, dum zelat Zelum Legis, receptus est in cœlum.* Certè, si Christus (quod negamus) ibi improbet Eliæ spiritum, non improbat Eliæ spiritum quatenùs in Elia & Lege veteri, sed ut summum, quatenùs in suis Discipulis & Lege nova: quià hæc est gratiæ, misericordiæ & indulgentiæ, ut constat ex novo Testamento: illa autem fuit justitiæ & rigoris, ut constat ex antiquo Testamento, & probat utrumque Augustinus in *Exposit. Prop. ad Rom. cap.* 52. *pag* 371. aiens: *Testamentum vetus ad timorem pertinet, novum ad charitatem.* Undè, in Lege veteri Eliæ spiritus justitiæ & rigoris, attentô fine veteris Legis, tàm conveniens erat, quàm in nova spiritus Discipulorum Christi, gratiæ, misericordiæ & indulgentiæ, attentô fine Legis novæ: quantumvis è contra, spiritus Discipulorum Christi Legi veteri, & spiritus Eliæ Legi novæ, attentô utriusque fine, à nonnullis disconveniens habeatur, & hôc sensu Christus sit locutus, dicens Iacobo & Ioanni: *Nescitis, cujus spiritus estis.*

Vegæ Argum. absonum ex Lucæ 9. refellitur.

480. Verum

480. Verum quidem est: quòd Christus, sive *Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare; nam venit quærere, & salvum facere, quod perierat.* Lucæ 9 & 19 sed haud minus verum est, quod Deus dicit Genes. 4. *Septuplum ultio dabitur de Caïn: de Lamech verò septuagies septies* Num 14 *Scietis ultionem meam.* Deut. 32. *Mea est ultio, ego retribuam in tempore, ut labatur pes eorum: juxta est dies perditionis* &c. Exodi 32. *Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum.* 2. Reg. 22. & Psal. 17. *Deus, qui das vindictas mihi, & deijcis populos sub me.* Hieremiæ 51. *Fortis ultor Dominus, reddens retribuet.* Nahum 1. *Vlciscens Dominus & habens furorem, ulciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.* Quibus nihil frequentiùs in toto veteri Testamento. Quarè Psal 93. dicitur, *Deus ultionum Dominus.* Et in libris Regum, ac alibi sæpè, *Deus*, vel, *Dominus exercituum.* Ex quibus sequitur: spiritum Eliæ fuisse spiritum Dei, juxta illud Augustini Tom. 4. in Exod. lib. 2. q 65. *dicitur spiritus Eliæ, qui est spiritus Dei, cujus particeps factus est Elias.* Et consequenter istius authoris commenti, *quasi diceret, mei discipuli non spiritu Eliæ ducuntur*, ut sic absolutè sensum hunc habere potest, *quasi diceret, mei Discipuli non spiritu Dei ducuntur*, quod Scripturis iam citatis, & fidei, prorsus absonum est, & blasphemum, indubiè ipsius P. Vegæ est, nec ullius Orthodoxi esse potest. Dei justitia misericordiæ componitur. Notatur P Vegæ commentum.

481. Deindè: si Christus Eliæ spiritum improbarit, charissimi sui Discipuli Ioannis spiritum, Matth. 11. *Illis autem abeuntibus, cœpit* IESUS *dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Ioanne Baptista: qui autem minor est in Regno cœlorum, major est illo. A diebus autem Ioannis Baptistæ usque nunc, Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim Prophetæ & lex, usque ad Ioannem prophetaverunt: & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.* admodùm à se commendatum, ut patet, improbavit, & quasi sibi ipsi contrarius, spiritum eumdem probavit, & improbavit, quod Christo injuriosum est, & ejusdem divinitati. Sequela absurda.

482. Deniquè: Christus in Iacobo & Ioanne spiritum vindictæ, ob leves causas, & ex motu ipsorum proprio, solùm increpat; alioqui, ob graves causas, & Dei instinctu, Petrus *Actor.* 5. Ananiam & uxorem ejus Saphiram morte punivit. Et Paulus Elymam percussit cœcitate, juxta illud Actor. 13. *Resistebat autem illis Elymas Magus (sic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconsulem à fide. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu Sancto, intuens in eum, dixit: ô plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cœcus, & non videns solem, usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circuiens quærebat, qui ei manum daret.* Eos tamen non redarguit Christus; ac proinde nec contra Idololatras vindicativum Eliæ deiformem spiritum. Loci objecti ex *Luca* 9. expositio.

483. Accedit: quod in objecto Lucæ Evangelio *cap.* 1. ipsemet Ioannes à spiritu & virtute Eliæ maximè commendetur, his verbis: *ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Ioannem: & erit gaudium tibi, & exultatio & multi in nativitate ejus gaudebunt: erit enim magnus coram Domino, & vinum & sicaram non bibet: & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorum Israël convertet ad Dominum Deum ipsorum.* Audi complementum, *& ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.* Ac proinde ibi Eliæ, quatenus antiquæ Legis, spiritus non improbatur. *Luca* 1. ab ELIA laus Ioannis.

484. Ex quibus colliges: quòd verba Christi Lucæ 9. *Cum vidissent autem Discipuli ejus, Iacobus*

Lucæ 9. ELIÆ. Spiritus non improbatur.

*Iacobus & Ioannes dixerunt. Domine, vis dicamus, ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos: & conversus increpavit illos, dicens, nescitis cujus spiritus estis.* spiritum Eliæ, nec tangant, nec illum reprobent magis, quàm fidem, tàm novi, quàm antiqui Testamenti, uti vidimus: sed proprium Christi spiritum respiciunt, quasi diceret, *meus spiritus non est vindictæ, ob tàm leves causas* Quià de Elia ibi nullus sermo instituitur, & de Christo immediatè subditur, *Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare.*

Exponitur D. Thomas.

485. Respondeo quintò. Ad secundum argumentum ex D. Thoma, dicente: *Respondeo dicendum, quod quantum ad aliquid aliquis alius Prophetarum fuerit major Moyse, simpliciter tamen Moyses fuit omnibus alijs major.* Supplendum in *Prophetia.* non verò in *sanctitate* & cæteris Eliæ *prærogativis* suprà relatis, uti manifestum est ex toto contextu: nam pro ratione immediatè sequitur: *In prophetia enim, sicut ex dictis patet, consideratur revelatio & cognitio, tàm secundùm visionem intellectualem, quàm secundum visionem imaginariam, & denuntiatio, & confirmatio per miracula: Moyses ergo fuit alijs excellentior,* utique in Prophetia. Pro alijs autem Eliæ prærogativis, consule præmissa; quibus similia non reperies in Moyse. Undè non negamus alios Sanctos in attributo particulari Eliam superasse; sed an in omnibus collectivè sumptis, aliquis, præter exceptos, ipsum superaverit, judicium ex præmissis, & *n.* 273. citato Supremi S. Inq. Hisp. Senatus decreto, ubi sic: *Et quantum ad Propositiones defensas in tertia parte dicti Defensorij, sive Tractatus de sanctitate Prophetæ Eliæ. Dixerunt: 1. quod S. Propheta Elias adæquat in sanctitate magnum Baptistam. Et 2. quod æqualis est in sanctitate Apostolis. Possint currere, & currant liberè.* Sumendum relinquimus.

Decretum. S. Inquis.

Notatur P. Vega.

486. Respondeo sextò: Ad argumentum tertium à culpa crudelitatis: P. Vegam ità, nescio unde, excœcatum fuisse, ut Zeli Eliæ reprehensibilem excessum, quem obtrudit, in Deum ipsum redundare non viderit: audiat, obsecro, Theodoretum in 4. Reg. 1. *Qui Prophetam crudelitatis accusant, adversus Prophetæ Deum, linguam movent.* Nam juxta Augustinum statim citatum, *dicitur spiritus Eliæ, qui est spiritus Dei, cujus particeps factus est Elias.* Audiat Estium etiam in 4. Reg. 1. *Neque hac in re, præter justitiam, aut rectæ rationis regulam, aliquid factum est ab Elia; quod Faustus Manichæus objicit August. quià simile exemplum quoque habemus in Apostolo Petro, qui instinctu Spiritus Sancti mortis sententiam pronuntiavit in Ananiam, & Saphiram uxorem ejus. Act. 5. videlicet, ut sciat homo, non minus justitiam Dei formidandam esse, quàm sperandam misericordiam.* Pergit Estius.

Theodoretus.

Estius.

Cur reprehensi Apostoli *Lucæ* 9.

487. *Sed* quæres. *Cur igitur reprehensi sunt à Domino Iacobus & Ioannes, cum Samaritanis, eum non recipientibus, dicerent,* Domine, vis dicamus, ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos? *Lucæ 9. Respondit enim eis Christus:* Nescitis, cujus spiritus sitis.

Responsum ad quæsit.

488. *Respondeo* (inquit:) *Itaque & ego: eos reprehensos fuisse; tùm quia privatò vindicandi studiò magis movebantur, quàm Zelò justitiæ; undè dicitur eis:* Nescitis, cujus spiritus sitis. *Tùm quià Christus agens in terris, quoniam propter salutem hominum descenderat de cœlis, magis debuit factis suis clementiam & patientiam, quàm justitiæ & vindictæ, etsi justæ, severitatem ostendere. Undè consequenter dicit,* Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. *Adde, quod Elias non absque speciali jussu Dei vocavit ignem de cœlo, consumpturum malos, ut satis* innuitur in textu. *Nam* (addo: præterquàm quod 3. *Reg. cap.* 18. dicatur: CUMQUE IAM TEMPUS ESSET, UT OFFERRETUR HOLOCAUSTUM, ACCEDENS ELIAS PROPHETA, AIT: DOMINE DEUS ABRAHAM, ET ISAAC, ET ISRAEL, OSTENDE HODIE, QUIA TU ES DEUS ISRAEL, ET EGO SERVUS TUUS, ET JUXTA PRÆCEPTUM TUUM FECI OMNIA VERBA HÆC. EXAUDI ME DOMINE, EXAUDI ME: UT DISCAT POPULUS ISTE, QUIA TU ES DOMINUS DEUS, ET TU CONVERTISTI COR EORUM ITERUM) *tertiò vice Angelus monet eum, ut descendat; nimirum idem ipse, qui semel & iterum suggesserat, ut contra quinquagenarios irrisores vindictam cœlestem invocaret. Petrus quoque eodem spiritu incitante, mortis sententiam denuntiat in Sacrilegos; quò suggerente, scelus eorum cognoverat. Et expediebat tali exemplò*

*emplò semel Apostolicam authoritatem stabilire, simul & magnitudinem illius peccati (id est, proprietatis in hominibus vitam communem professis) declarare: utpotè quæ pestis erat futura Cœnobiorum, ac vitæ Cœnobiticæ. Vide D. Thomam 2.2. q.108. art 1. ad 4. ubi factum hoc Eliæ defendit, & ostendit, rectè) factum esse; quià injuria redundabat in Deum,* &c. Junge præmissa ad primum argumentum.

Hieronymus.

489. Undè verissimè Hieronymus in *Epist. ad Riparium* adversus vigilantium. *Legi austeritatem Eliæ, Zelum Simonis Chananæi, Petri severitatem, Ananiam & Saphiram trucidantis, Pauli constantiam, qui Elymam Magum, vijs Domini resistentem æternâ cæcitate damnavit: non est crudelitas pro Deo pietas.* Augustinus autem Tom.4. lib.1. de Serm. Domini in Monte cap.38. *Magni autem & sancti viri, qui iam optimè sciunt, mortem istam, quæ animam dissolvit à corpore, non esse formidandam, secundum eorum tamen animum, qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt; quò & viventibus utilis metus incuteretur, & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret; sed peccatum, quod augeri posset, si viverent, non temerè illi judicabant, quibus tale judicium donaverat Deus. Indè est, quòd Elias multos morte affecit, & propriâ manu, & igne divinitus impetratô: cum & alij multi magni & Divini viri, eodem spiritu, consulendis rebus humanis, non temerè fecerint. De quo Eliâ, cum exemplum dedissent Discipuli Domino, commemorantes, quid ab eo factum sit, ut etiam ipsis daret potestatem, petendi de cœlo ignem ad consumendos eos, qui sibi hospitium non præberent: reprehendit in eis Dominus, non exemplum Prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus, animadvertens eos, non amore correctionem, sed odiò desiderare vindictam. Itaque postea quàm eos docuit, quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infusô etiam Spiritu Sanctô, quem decem diebus completis, post Ascensionem suam desuper, ut promiserat, misit, non defuerunt tales vindictæ, quamvis multò rarius, quàm in veteri Testamento; ibi enim ex majore parte servientes timore premebantur; hic autem maximâ dilectione liberi nutriebantur: Nam & verbis Apostoli Petri Ananias & uxor ejus, sicut in Actibus Apostolorum legimus, exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti. Sed si huic libro Heretici, qui adversantur, & veteri Testamento, nolunt credere, Paulum Apostolum, quem nobiscum legunt, intueantur, dicentem de quodam peccatore, quem tradidit Satanæ in interitum carnis, ut anima salva sit: & si nolunt hic mortem intelligere, fortassè enim incertum est, quamlibet vindictam per Satanam factam ab Apostolo fateantur, quòd non eam odiò, sed amore fecisset, manifestat illud adjectum, ut anima salva sit. Aut in illis libris, quibus ipsi magnam tribuunt authoritatem, animadvertant, quod dicimus, ubi scriptum est, Apostolum Thomam, imprecatum cuidam, à quo palma percussus esset, atrocissimæ mortis supplicium, animam ejus tamen commendat, ut in futuro ei sæculo parceretur: cujus à leone Occisi, à cætero corpore discerptam manum canis intulit mensis, in quibus convivabatur Apostolus. Cui scripturæ licet nobis non credere; non est enim in Catholico canone. Illi tamen eam legunt, & tanquam incorruptissimam, verissimamque honorant, qui adversus corporales vindictas, quæ sunt in veteri Testamento, nescio quâ cæcitate acerrimè sæviunt, quô animô, & quâ distributione temporum factâ sint omninò nescientes.* Similia habet Abulensis *in 4. Reg. 1. q. 19.*

Augustinus.

Abulensis.

490. Respondeo septimò: Ad argumentum quartum ex Augustino & cæteris additis: id quod P. Vega ex Augustino objicit, in loco isto non reperiri; & satis patere ex præmissis, meritò in Deum retorqueri, etiam ex ipso Augustino, docente, *dicis spiritum Eliæ, qui est spiritus Dei, cujus particeps factus est Elias*: ac ideò, si Elias suspiciosus fuit, ex spiritu & instinctu Dei suspicabatur. Parvus animarum autem fructus, si Eliæ, Deo, cujus spiritu movebatur, tribui debet. Quoad cætera verò: patet ex præmissis ab initio hujus *Enervationis*, nos nolle de Eliæ cum Apostolis comparatione, non obstantibus præmissis ad comparandum solidissimis fundamentis, sermonem habere. Hoc solùm adde: quòd S. noster Patriarcha Elias præ Apostolis malè culpetur timoris & fugæ à Reginæ potentia, cum *Matthæi* 10. Christus ipse mandet Apostolis, ut suos persecutores fugiant, *cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite ad aliam.* Subdit autem Athanasius in Apolog. de fuga sua, *quod Deus injunxerit, faciendum est; ideòque Verbum propter nos Homo factum, volvit quemadmodùm & nos cum quæreretur, & cum persecutio-*

P. Vega malè citat August. satisfit tamen,

Malè culpatur ELIAS.

Athanasius.

*persecutionem pateretur, fugere & insidias declinare.* Numquid fortè Christi fugam, uti Eliæ, culpabit P. Vega? Deindè cum de Elia *Eccli* 48. *vers.* 13. expressè dicatur: *In Eliseo completus est spiritus ejus: in diebus suis non pertimuit Principem & potentiâ nemo vicit illum, nec superavit illum verbum aliquod.* satis ejus pro Deo Zelus & audacia commendatur.

ELIÆ timor excusatur.

491. Verum quidem est, quod 3. *Reg. cap.* 19. *vers.* 2. & 3. dicatur: *misitque Iezabel nuntium ad Eliam, dicens: hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, nisi hâc horâ cras posuero animam tuam, sicut animam unius ex illis. Timuit ergo Elias, & surgens abijt, quocumque eum ferebat voluntas &c.* Sed, ut rectè Chrysostomus *Homil. de Petro & Elia* exponit: *voluit Deus declarare miracula illa, quæ ostensa fuerant; non ab Elia; sed à sua ipsius potentia, facta esse* (ubi iterum Chrysostomus facta Eliæ, quæ Author ille nimij rigoris & zeli arguit, Deo tribuit.) *Vide quid faciat; quô tempore Deus ipse operabatur, Reges, Principes, & populi Eliæ succumbebant: cum verò Deus abcessisset* (id est Eliæ, naturam sibi reliquisset) *etiam mulier una Propheta ibi terribilis visa est; abcessit Deus, & natura humana redarguta est.* Undè temerarius fuisset Elias iam suæ naturæ, quodammodò sine Dei auxilio, relictus, si non timuisset; & fugisset, uti Apostoli, & quivis alij fuissent, si in tali statu persecutiones non timuissent, nec fugissent: sic enim Christus, attentâ suâ naturâ humanâ, quodammodô sibi relictâ, & persecutorum libidini expositâ, *Matth.* 26. *vers.* 38. dixit *tristis est anima mea usque ad mortem.* Et 27. vers. 46. *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me*? Hanc tamen Christi tristitiam & quærelam solus culpat blasphemus hæreticus, Arius, Lutherus, Calvinus &c. Ista abundè sufficiunt, ut verificetur, quod nullus impunè *tangat Christos Dei*, aut *in Prophetis ejus malignetur*; nam juvant ipsi, ut talis quisque gladio ancipiti abscindatur, juxta illud Psalmi 149. *Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus: exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum: ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis &c. ut faciant in ejus judicium conscriptum: gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.*

Chrysostomus. Matth. 26. Nullus impunè tangit Christos Dei. Psal. 149.

# PHARETRA III.

## R. P. Petri Redani è Societate Iesu.

Præfatio Authoris.

492. R. P. Petrus Redanus post PP. Franciscum Salinam, & Christophorum Vegam sua *in Machabæos* Commentaria edidit; sed ne à suorum tramite aberraret, ipsorum vestigia trivit: inconsultò tamen, uti superiùs demonstratum est. Optarem priùs legisset S. Augustinum *Epist.* 19. *ad Hieron.* scribentem: *Ego fateor, solis libris Canonicis hunc honorem deferri, ut nullum eorum aliquid errasse, firmissimè credam. Alios autem ità lego, ut quantalibet sanctitate, doctrinaque præpolleant, non ideò verum putem, quià ipsi ità senserint; sed quià mihi, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt*: Hoc autem RR. PP. Salinam & Vegam persuadere non potuisse statim extensiùs patebit. Sit igitur.

TE-

# TELUM PRIMUM.

493. R. P. Petrus Redanus Comment. in Machab. lib. 1. cap. 2. n. 130. *Mihi non displicet, quod probant Baronius* Tom. 1. an. 64. n. 26. *Sanctius* in cap 2. lib. 1. Machab. n. 42. *Scherlogius* Tom. 10. in Cantica, vestig. 24. n. 19. *Essenorum Congregationem post natum Christum institutam esse, quanquam id malè habeat, præter alios, Manuelem Romanum* lib. 1. *de Antiquit. Ordinis Carmelitani* Tract. 2. cap. 9. fol. 56. *& reliquos ejusdem Antiquitatis Assertores* &c. *Mihi sanè validum hujus sententiæ argumentum est, quanquam negativum, summum, tàm in Evangelio, quàm alibi apud Iosephum ipsum, & alios Scriptores, de Essenis silentium.*

Argum. de Essenis ab Auth. baronij, Sanctii & Shetlogi.

## ENERVATIO

494. R Espondeo primò: Assertores Antiquitatis Carmelitani Ordinis P. Redani dogma malè habere. *Primò*: quià Essenos, de quibus agunt Iosephus & Philo, Christi nativitatem præcessisse, & perseverasse in primæ Ecclesiæ Alexandrinæ à S. Marco Evangelista institutione, omninò evictum est *Scuto* VII. *n.* 54. *ad* 64. & *Responsis ad Telum* XXIV. *Pharetra* I. Deindè *secundò*: quod dogma illud ipsis obesse in eo possit, quod de Essenis indistinctè ac confusè nimis loquatur, absque ullo inter veros & falsos, bonos & hæreticos, Christianos observantiâ Consiliorum Evangelicorum, spiritu prophetico ante Christi nativitatem præcognitorum, & Christianos observantiâ Consiliorum Evangelicorum, ipsô Evangelio post Christi nativitatem dumtaxat cognitorum; quæ omnia debere distingui, *ibidem* evicimus: & confirmat, quod ipsemet P. Redanus *ibidem n.* 128. sibi contradicendo, præmisit: *Quamobrem si propriè loquendum sit, & de ijs, quæ, ante Christum vigebant. Iudæorum sectis disserendum* &c. *tertia erat Essenorum, ut docet Iosephus lib.* 13. *Antiquit. cap.* 9. Imò ibidem dicit: *Prima de Assidæis opinio, quam & communem meritò dixeris, authorem habet Theologum doctissimum. & egregiè eruditum Scripturarum Interpretem, Nicolaum Serarium; sectatores verò viros quoque doctissimos. Episcopum Oriolanum, Martium, Delrium, Gilbertum, Genebrardum, Ioannem Marianam, Franciscum de Mendoca, Martinum Becanum, Ioannem Lorinum, Iacobum Salianum, Augustinum Torniellum & Iacobum Tirinum: qui in ijs, quæ indicavi locis, affirmant Assidæos, eosdem cum Essenis, vel certè Essenorum partem fuisse, aut ab illis solo nomine* (attentâ scilicet vocum significatione *à sanctitate*, non verò ab eorum *vivendi forma*, uti locô citatô monuimus; quô sensu benè dicit Sanctius in cap. 2. lib. 1. Machabeorum n. 42. *Numquam mihi probari potuit, nullum præter nomen, inter Assidæos & Essenos discrimen fuisse.*) *distinctos.* Numquid fortè, per P. Redanum, Assidæorum Congregatio non fuit ante Christi nativitatem, tametsi *versu* 24. *cap.* 2. *lib.* I. *Machabæorum*, quem exponit, dicatur: *tunc congregata est ad eos Synagoga Assidæorum, fortis viribus ex Israël.* Ac per consequens Essenorum Congregatio, iuxta istorum doctissimorum Theologorum opinionem, *quàm ait, & communem meritò dixeris*? fuit inquiet. Infero: ergo non subsistit dogmatica assertio allata P. Redani; nec ipse solum sibi, sed & S. Scripturæ (iuxta istorum *doctissimorum Theologorum communem*) ac *meritò communi opinioni.* ut fatetur, suô dogmate contradicit, adeoque hîc non secus, quàm contradictoria audiendus.

Id malè habet Carmelitas.

Sibi contradicit Redanus.

Quæstio ad hominem.

495. Respondeo secundò: Validum, quod P. Redanus iactat argumentum, suprà ostensum satis esse stramineum *in Responsis ad Telum* I. & V. *Pharetra* I. Imò illud esse evidenter falsum pro *secunda parte*, quâ dicit, *summum, apud Iosephum ipsum, & alios Scriptores, de Essenis, silentium*: ut patet ex Iosepho, & doctissimis Theologis, quos statim ex ipsômet citavimus, uti & Philone, Epiphanio, Chrysostomo, Hieronymo, S. Nilo,

Argum. P. Redani stramineum est, & falsum.

Philastrio & alijs, quos *Scuto VII.* ac *Telo XXIV. Pharetra* I. præcitavimus. Profectò *validum* non est *argumentum de Essenorum post natum Christum institutione*, ab eo, quod *summum, tam in Evangelio, quàm alibi, apud Iosephum ipsum & alios Scriptores sit de Essenis silentium*: cum de Essenorum post natum Christum Institutore è contra summum, tam in Evangelio, quàm alibi, apud Iosephum ipsum & alios Scriptores fateri debeat esse silentium. *Stramineum* dixi *n.* 302. *&* 305. & obindè dicendum potius institutos ante Christum natum, uti constat ex Scriptura, SS. Patribus & doctissimorum Theologorum communi præcitatis; licet de nominato Institutore non constet: nè alioqui somnia nostra cum veritatis ac proximi præiudicio scribere videamur. Quò autem desuper scripserint Baronius, Sanctius & Sherlogus, suô locô infrà discutiemus commodius: licèt de opposita Em. Baronij mente evidenter constet ex relatis *Scuto VII. n.* 60. usque ad §. *præmissa*.

# TELUM II.

Argum. à sufficientia S. Theresiæ.

496. P. Redanus ibidem n. 137. *Certè vel unius Theresiæ operâ Carmelitæ, vitæ Sanctimonia illustriores effecti sunt, quàm ut eorum origine privari debeat Ecclesia; virtuteque & religione præstantibus viris, & fœminis opulentiores, quam ut à Synagoga emendicare oporteat alumnos. Emendicant tamen precariò, adeòque sibi suo iure vindicare contendunt, navantes operam, Carmelo, ut opinor, inutilem, vel etiam incommodam, Iudæis invisam, Christianis reliquis plerisque omnibus ingratam, neque ipsis Carmelitis gratam omnibus. Docet enim Iosephus Valles, infrà laudandus, multos in eo Ordine viros doctissimos esse, quibus magis placet opinio communis, quàm ea, cui laborat Historia Prophetica,*

## ENERVATIO.

Retortiones.

497. Respondeo primò: P. Redani argumentum has pati retortiones ab ipso & quocumque alio, ut spero, indissolubiles: *Certè vel unius Christi operâ, fideles illustriores effecti sunt, quàm ut eorum origine privari debeat Ecclesia, virtuteque & religione præstantibus viris & fœminis opulentiores, quàm ut à Synagoga oporteat emendicare alumnos.* Negat, aut asserit 1. P. Redanus: *vel unius Christi operâ, fideles illustriores effectos, quàm ut eorum origine privari debeat Ecclesia?* Si neget: consequenter negare debet, aut saltem nos possumus: *vel unius Theresiæ operâ, Carmelitas illustriores effectos, quàm ut eorum origine privari debeat Ecclesia*: quod tamen nos absolutè non negamus; quià originem nostram Eliæ tribuimus, secundum Consilia Evangelica, quæ spiritu prophetico noverat, ut vidimus *Scuto I.* ex speciali Dei instinctu factam, & hôc sensu ad Ecclesiam pertinere, affirmavimus suprà. Si asserat: consequenter asserere debet, ante Christum, nullos fuisse fideles, ac sic Moysem, Eliam & omnes sanctos Prophetas, ac ipsam Christi Matrem fuisse infideles, cum per ipsum *vel unius Christi operâ, fideles illustriores facti sint, quàm ut eorum origine privari debeat Ecclesia*, idest quàm ut ab alio, ante Christum, originem acceperint: quod cum sit evidenter hæreticum, refutationem non meretur. Negat, aut asserit 2. *Vel unius Christi operâ fideles illustriores effectos, virtuteque & Religione præstantibus viris & fœminis opulentiores, quàm ut à Synagoga oporteat emendicare alumnos.* Si neget: consequenter negare debet, aut nos possumus: vel unius Theresiæ operâ Carmelitas, illustriores effectos, virtuteque & Religione præstantibus viris & fœminis opulentiores, quàm ut à Synagoga emendicare oporteat alumnos: quod tamen absolutè non negamus, ut patet ex sensu dato, quô & illi ad Ecclesiam pertinebant. Si asserat: consequenter asserere

asserere debet ante Christum, nullos fuisse fideles, ne à Synagoga illos emendicare oporteat alumnos: quod quià evidenter esse hæreticum diximus, meritò subticemus.

498. Respondeo secundò: Idem P. Redani argumentum, etiam has retortiones abipso indissolubiles pati. *Certè vel unius Legis gratiæ operâ Decalogistæ illustriores effecti sunt, quàm ut eorum origine privari debeat Ecclesia, virtuteque & Religione præstantibus viris ac fœminis opulentiores, quàm ut à Synagoga oporteat emendicare alumnos.* Negat, aut asserit 1. P. Redanus: *vel unius Legis gratiæ operâ Decalogistas illustriores effectos, quàm ut eorum origine privari debeat Ecclesia.* Si neget: consequenter negare debet, aut saltem nos possumus: vel unius Theresiæ &c. ut ante. Si asserat: consequenter asserere debet, ante Legem gratiæ, nullos fuisse Decalogistas, sive nec Moysem, nec Eliam, nec cæteros sanctos Prophetas, imò nec Christi Matrem, decalogum gessisse vel observasse: quod etiam est evidenter hæreticum. Negat, aut asserit 2. *Vel unius Legis gratiæ operâ, Decalogistas illustriores effectos, virtuteque & Religione præstantibus viris ac fœminis opulentiores, quàm ut à Synagoga emendicare oporteat alumnos.* Si neget: consequenter negare debet, aut nos possumus &c. ut suprà. Si affirmet: consequenter asserere debet ante Legem gratiæ, nullos fuisse Decalogistas, nè illos emendicare oporteat alumnos; quod quià esse evidenter hæreticum diximus, solùm rogo P. Redanum & similes, ut magis attendant, quàm sit periculosum in re tanti momenti verbis ludere oratorijs. Retortiones aliæ.

499. Respondeo tertiò: Carmelitas, non magis precariò emendicare alumnos à Synagoga, quàm nos omnes per Dei gratiam fideles & Decalogistæ, aut si malis, fidei & Decalogi observatores, precariò emendicemus alumnos à Synagoga: cum hoc tamen discrimine, quod hos emendicare cogat fides Divina, ex S. Scriptura & fidei Divinæ Decretis; illos verò sola fides humana ex Pontificum, SS. Congregationum, SS. Patrum, Theologorum, Historicorum, Geographorum antiquorum &c. documentis certa, uti hucusque probavimus, ac specialiter *Scuto XVII.* & *Responsis 2. & 3. ad Telum XI. Pharetra 1.* An autem istorum tueri authoritatem, sit *navare operam Carmelo,* ut opinatur P. Redanus, *inutilem, Iudæis invisam, Christianis plerisque omnibus ingratam, neque ipsis Carmelitis gratam omnibus?* videat, obsecro, P. Rhedanus, abstineatque contra tot & tantos viros, in quibus Ecclesiæ plurimum commendatur authoritas, tropis & figuris agere, nè suâ oratione nimium figuratâ (nè plus dicam,) hæreticis illam exsibilandi præbeat audaciam: non etenim nos, nec sapientum ullus, similibus tropis & figuris à præconcepta Thesi deterreri possumus; sed solis rationibus solidis, & authoritatibus præferendis, quas nondum vidimus. Solutio alia.

## TELUM III.

500. P. Redanus ibidem n. 138. *Non placet igitur Monachatus Elianus, tribus Religionis votis adstrictus; quià, si Carmelitas excipias, displicet Catholicis Doctoribus veteribus, recentioribusque ferè omnibus, quos, ne obscurus & prolixus sim, in classes distribuam, & eorum nomina sæpiùs, quàm verba proferam. Primam classem constituunt ij, qui docent in Lege Mosaica virginitati & cælibatui prælatum esse conjugium, vel de legislatoris præcepto, vel de ejus consilio.* Argum. à displicentia.

## ENERVATIO

Satisfa-ctum est.

501. RESpondeo ad primum: P. Redanum, nè unum quidem ibi citare, cui plenè satisfactum non sit in *Responsis ad Telum VIII. & IX. Pharet. 2.* quæ si benè ponderet, videbit totam illam classem primam sine anchora & fundo in undis fluctuare, nec ad portum ullatenus pertingere posse, quin ipse in ea, quam non satis consultò dirigit, naufragij incurrat periculum.

Præoccu-patum est.

502. Respondeo ad secundum: ob Doctorum, quos ibi citat, per omnia confusionem, quam in P. Vega *Pharetra 2. Telo III.* & P. Salina *Pharetra 1 Telo VII.* ex debito correximus, aliam solutionem non mereri: cum nihil novi citet, quod ibi non sit efficaciter præoccupatum, & frustrà recantatum.

Supponit falsum.

503. Respondeo ad tertium: Nos nullatenus negare cœlibatum, & tria substantialia status Religiosi vota esse à Christo primùm ordine intentionis instituta, ut videre est *Pharetra 1. Telo VIII. in Quæstiuncula.* & *Telo XI.* per totum, ac *Pharetra 2. Telo I.* Undè cum Authores, quos pro se citat, inter primum ordine intentionis & primùm ordine executionis non distinguant, non est, quod in novis solutionibus excogitandis & exscribendis oleum & operam gratis perdamus: de hoc tamen iterum infrà *Pharetra IV. Telo VI.*

# TELUM IV.

Argum. à censura Doctorum.

504. P. Redanùs eodem numero 140. *Vltimum locum occupant Doctores Catholici, qui non modò negant ante Christum, institutum esse statum verè Religiosum: sed de opposita sententia duriusculè constituunt. Esse enim novam, temerariam. & scandalosam censuerunt Fidei Inquisitores, & Theologi Salmanticenses, ut testatur illustrissimus Dominus D. Franciscus Araoxo, Episcopus Segoviensis, Ordinis Dominicani Magister, & Primarius olim Theologiæ Salmanticæ Professor Tom. 2. in 1. 2. q. 99. Disp 4 sect. 3 n. 29. ubi*: ut novam, *inquit*, & temerariam, & scandalosam, tùm novissimus Index expurgatorius, tùm sanctissimum supremæ Inquisitionis Tribunal, sapientissimorum Magistrorum, & meô calculô, damnavit, & à dicto libro historiæ Propheticæ explosit. *Die scilicet 11. Augusti an. 1636. editô de ea re decretô (quô alias multas ejusdem historiæ Carmelitanæ clausulas explodi jubet. Neque quidquam huic priori decreto repugnat posterius ejusdem supremi Tribunalis decretum, editum die 9. Decembris an. 1639. uti latè probat Doctor Iosephus Valles in sua pro utroque decreto Apologia). Basilius Legionensis censet non posse sine nota affirmari, lib. 7. de Matrim. cap. 2 n. 1. ubi*: præter paucos, *inquit*. qui refragantur, qui dissentiret, aut rem hanc, *(statum Religiosum. institutum esse à Christo)* in dubium vocaret, legi neminem, ut hinc pateat, quàm meritò sæpè dixerim, sine gravi nota oppositum à Doctoribus Catholicis affirmari non posse. *Augustinus Torniellus negat verisimilem esse Tom. 2. anno mundi* 3139 *n* 1. Sed neque verisimile est, quod, Lege Moysaicâ adhuc vigente, Religio ulla ad Legis ævangelicæ normam, quæ nondum lata erat, ab Elia, aut alio illorum temporum fuerit instituta. *Matthæus Galenus neminem ait ignorare, quàm falsa sit* tract. *de origine Monastica cap. 2.* Virginitatem perpetuam, & maximè votam, neminem ignorare, genti illi avaræ posteritatis fuisse inusitatam atque invisam.

A Decreto S. Inquis.

ENER-

## ENERVATIO

505. RESpondeo primò: P. Salinam, quià duriusculè de Religione in tribus votis essentialibus ab Elia instituta constituit, dici nigrum retulisse theta, de quo nos *Pharetra I. Telo XIII. Resp.* 1. *n.*359. quod P. Redanus & similes timere debent. Aravio autem prudenter retractavit, quod dixit, ut patet ex *ibidem* dictis. Solutio remissiva.

506. Respondeo secundò: Decretum illud Supremi S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus an. 1636. quatenùs multas ejusdem Historiæ Carmelitanæ, à quodam R.P. discalceato nimium extensæ, clausulas explodi jussit; partim nobis non obesse, qui ab illis, utpotè ad ARMAMENTARIJ hujus scopum impertinentibus, omninò abstinemus; partim re maturiùs discussâ, alterô Decretô ejusdem, anno 1639. à nobis relato in *Pharetra I. Præfatione*, exponi, & nobis omninò favere, ut legenti patebit, & conferenti unà cum *Responsis ibidem* ad P. Salinæ *Telum V.* & dictis *n.*418. Quæ adeò clara & certa sunt, ut Apologia non indigeant. Impertinenter objicitur decretum. S. Inquis.

507. Respondeo tertiò: P. Redanum malè detorquere Basilium Legionensem ad sensum à se parenthesi interclusum; cum ex eo citata verba appellent hæc, *& quidem Apostolos verè Religiosos fuisse tribus illis votis adstrictos, docent Doctores communi sensu* &c. quod ultrò fatemur; imò insuper statum Religiosum esse à Christo & Apostolis institutum, etiam *primò* ordine intentionis, ut diximus *Resp.*3. *ad Telum* 3. Undè impertinenter nobis objicit P. Redanus Basilium Legionensem; præsertim cum *ibid. cap.* 1. *n.*2. dicat, ubi de statu Religioso agit: *Adumbratus etiam in Lege scripta in Nazaræis, qui voto ad tempus adstricti, durioris & severioris vitæ genus profitebantur. Quam vitæ rationem ad Eliam & Eliseum, & Filios Prophetarum Carmelitanæ Religionis primordia & immobilia fundamenta, refert Hieronymus Epist.*4. *&* 14. *Præcipuè tamen* (ergo *ante*, sed non ità, sive *præcipuè*) *vera Religionis status in Christiana Republica cœpit vigere cum Apostolis Christo Domino eum statū instituente, & ad eum hortante.* Vides, Pater mi, quod Basilio Legionensi attribuas, quę non dixit, ut per ipsum moveas *Carmelitanæ Religionis fundamenta*. quæ cum S. Hieronymo dixit *immobilia*. Sed quid ad Augustinū Torniellum? Guttula aquæ respectu torrentis inundantis, ut videre est *Scuto* IV. VI XVII & *Resp.* 2. *&* 3. *ad Telum VII. Pharetra* I. ac *Pharetra ult.* à *n* 684. *ad n.*690. Sistit tamen in eo, quod *lex Evangelica nondum lata erat*, quasi verò ab Elia spiritu Prophetico cognosci non potuisset, & ex speciali Dei instinctu ejus consilia observari, priusquam esset lata: priùs ab Elia cognitam *Scuto I.* probavimus, & priùs ab eo Legis novæ consilia fuisse observata, evincit torrens ille inundans *locis præcitatis*, & concedit doctissimus Suarez *Pharetra IV. in Præfatione* citandus. Undè non est, quod P. Redanus se in Torniello frustrà tornet, & gyret; alioqui non medebitur Matthæus Galenus, cum de *gente* loquatur, attentis ejus moribus, & ex errore apprehensô sterilitatis maledictô; non verò de Elia, Eliseo & sanctissimis viris ex speciali Dei instinctu ad virginitatem perpetuam eidem devovendam, ac alia Religionis substantialia vota impulsis, ut vidimus in *Responsis ad Telum VII. Pharetra I.* Notatur P. Redanus. Legionensis non dicit, quæ Redanus ei tribuit.

# TELUM V.

Argum. ab eo, quod de B. V. P. Redano fixum est.

508. P. Redanus ibidem n. 144. *Illud scio, mihi certum esse, & animo fixum, nihil me unquam negaturum, (modò per Ecclesiam liceat.) quod ad Deiparæ laudem quoquomodò facere possit. Respondeo igitur: omnem eam dignitatem, eminentiam, & perfectionem, quam Carmelitæ tribuunt Virgini, virgineoque voto, & majorem, quàm ut humana linguâ explicari possit, tribui ab omnibus oportere; eam tamen quantam, cum simpliciter infinita non sit, augeri posse primatu temporis, qui sanè, ubi cætera sunt paria, laudem auget; quià virtutis majoris inducium est. Quæro enim ex Carmelitis: numquid ad Eliæ honorem faceret primatus ille? num laudi esset, quòd nemo ante eum, statum verò Religiosum institueret? num etiam ad Ordinis Carmelitici dignitatem ferret, quòd tempore omnium primus esset? non negabunt opinor: neque enim quod laudabile non esset, tantoperè expeteretur. Quarè igitur non pertinebit ad Deiparæ laudem idem primatus, eique potiùs, quàm Eliæ tribuetur? Certè nos, qui tribuimus, perfectiorem, & certiorem faciemus eam sequentium virginum causam exemplarem, quàm præcedentium Carmelitæ, qui negant.*

## ENERVATIO.

Applauditur P. Rhedani devotioni.

509. Respondeo primò: Me multum quidem ædificari in P. Redani erga Beatissimam Virginem, Ordinis nostri Patronam singularem, devotione nostræ compari. Sed rogo: an per Ecclesiam liceat ab Elia sanctissimo Dei Propheta auferre vota, quæ illi tribuunt SS. Patres, & totius antiquitatis torrens, de quo *n.* 507. ut nuda eorum primitia Beatissimæ Virgini deferatur, quam ipse à Domino nostro Iesu Christo, cui eminenter competit, si alicui, aufert, & tribuit Deiparæ Matri. Vide dicta *n* 419 Cur igitur non dixit: *Illud scio, mihi certum esse, & animo fixum, nihil me unquam negaturum (modò per Ecclesiam liceat) quod ad Christi laudem quoquomodò facere possit.* Numquid hoc de Christo fixius & certius tenere debuisset, & benè perpendere, quod si ad laudem Christi non pertineat, ipsum prius Matre secundum tempus & executionem vovisse, saltem eminenter; sed sufficere, quod secundum intentionem: quoque non pertinere ad laudem Deiparæ Matris, ipsam prius Elia secundum tempus & executionem vovisse; sed sufficere, quod secundum intentionem; cum sit longè majus perfectionis & laudis discrimen inter Christum & Deiparam Matrem, quàm sit inter hanc & Eliam sanctissimum Dei Prophetam, ut satis patet ex dictis n 1. & seq. ac contra P. Vegam *Pharetra 2. Telo ultimo.* Sed de his ex professo satis *Pharetra I. Telo VIII. in Quæstiuncula*, & *Telo XI.* per totum.

Retorquetur argum.

Sequela absurda.

510. Respondeo secundo: Perfectionem Virginis Deiparæ magis augeri posse unione hipostatica ad Spiritum Sanctum, ut non minus reipsâ sit Dea, quàm Christus sit realiter Deus, ut quidam Hæreticus, nomine Borrus, nuperrimè finxit: numquid fortè P. Redanus ex suo identidem animo fixo, eousque cum Borro deveniet, ut ad unionem dictam illi tribuendum, Scripturam Sacram, Pontificum declarationes, SS. Patres, & Doctores antiquos contorqueat, prout contorquere debet, ut temporis primitiam voti eidem deferat, ut vidimus hucusque, ac maximè *Scuto VI. & XVII* ac *Pharetra I. Telo VIII. in Quæstiuncula* & *Telo XI.* per totum? Absit, ut vel solùm de tali viro id cogitem.

Consentit Author Redano in 1. quæst.

511. Respondeo tertiò: Ad quæstionem primam, quâ P. Redanus à nobis quærit: *num ad Eliæ honorem primatus ille voti faceret?* Affirmandum omninò. Sed quàm male inferat: *Quarè igitur non pertinebit ad Deiparæ laudem idem primatus, eique potiùs, quàm Eliæ tribuetur* :pa-

*tur*: patet, tùm ex iam dictis de Christo & Dea realiter, tùm ex eo etiam, quòd ad illius dignitatem faceret, ipsam esse ante Adamum ex nihilo creatam, ante omnes Prophetas primam Prophetissam, ante Moysem Dei Legem scripsisse, ante Evangelistas & Christum spiritu Prophetico Evangelium promulgasse, & similia, quorum laude libentissimè caret Deipara Mater, penitùs Divinæ providentiæ subjecta: undè cuicumque illi suprà illam aliquid tribuit, Divinæ providentiæ & ipsi injuriam facit: non enim falsas laudes ambit, sed Ecclesiæ ac SS. Patrum testimonijs verificatas, quas P. Redanus pro temporis & executionis voti primitia Deiparæ Matris non reperiet, benè pro primitia ista voti Eliæ, ut legenti loca, *Resp.2.* citata & alia plura accumulata à *n.684. ad n* 690. evidenter patebit. Notatur P. Redanus.

512. Respondeo quartò: Multum quidem ad Eliæ honorem facere, quòd Deus dignatus fuerit, ipsi spiritum propheticum ad cognoscendum consilia Evangelica, & futurum Deiparæ Matris virginitatis votum, infundere, ipsumque speciali Spiritus Sancti instinctu ad paupertatem, castitatem, & obedientiam vovendum, successoresque in illis post se faciendum, tempore priùs, quàm ulli mortalium ista tria simul voverent, inducere, itaut quoad tempus & substantiam præcisè, sive præcisis *solemnitate, perfectione, & potestate clavium prout Legis gratiæ*, de quibus *num.* 362. 418. 433. & 435. omnium Monachorum communis, prout contra particularem distinguitur, ut diximus *numero* 433. Princeps, Fundator & Institutor, dici debeat: nam istorum quisque Patriarcham suum honorabiliter extollit, & sub eo gloriosè vivit. Sed cum Deipara Mater in plurimis alijs prærogativis Eliam excedat, ista ad ejus honorem & gloriam parum referunt, attentâ aliâ Dei providentiâ, de qua *Resp.*3. uti benè notavit Doctissimus P. Suarius *Pharetra* IV. *Telo* VII. citandus. Reverà (uti aliàs in *Visione Eliæ* respondimus) si ad D. Virginis commendationem parum referat, verùm matrimonium & de vero matrimonio contrahendo præceptum, Angelorum, Prophetarum, & aliorum existentiam, imò Adami & Evæ sine peccato originali creationem &c. tempore ipsam præcessisse, licèt ipsa esset matrimonium contractura, Regina Angelorum, Prophetarum & aliorum futura, sine peccato originali concipienda &c. eò quod ex alijs prærogativis successio ista satis commendetur, ac maximè ex eo, quod fuerit istorum causa exemplaris: parum ad ejusdem commendationem refert Eliæ virginitatis perpetuæ votum præcessisse, ob eandem rationem. Argumentum sanè ludicrum: *D. Virgo nondum voverat virginitatem; ergo nullus virginitatem ante vovit.* His simile. Primò: *D. Virgo nondum voverat, Deum dilexerat* &c. *ergo nullus ante vovit, Deum dilexit* &c. Secundò: *D. Virgo nondum erat nata, aut existebat sine peccato originali; ergo nec Ieremias ante natus fuit, nec Adam ante extitit sine peccato originali*: quæ sequelæ sunt hæreticæ; nec per se magis concludit allatum argumentum, quàm hoc. Primò: *D. Virgo nondum extiterat: ergo nullus ante extitit.* Secundò: *D. Virgo nondum fecit votum abstinentiæ perpetuæ; ergo Carthusiani & Minimi usque dum non fecerunt votum abstinentiæ perpetuæ.* Tertiò: *D. Virgo nondum prædicavit Evangelium per universum Orbem; ergo nec Apostoli.* Quartò: *D. Virgo nondum est suspensa in ligno Crucis; ergo nec Christus*, & sic de alijs innumeris. Ad ELIÆ honorem facit &c. Argum. ludicrum.

513. Respondeo quintò: Quod ad intentum nostrum necesse non sit, Eliam vovisse virginitatem; sed sufficiat, vovisse castitatem: ac proindè, quòd illud ludicrum argumentum hòc modò formari debeat: *D. Virgo nondum voverat virginitatem; ergo nullus castitatem ante vovit.* Quod non minus, quàm statim allata, est ludicrum, & his simile. Primò: *Maria nondum erat Virgo; ergo nullus ante ipsam fuit castus*, quod æquipollet huic: *D. Virgo nondum erat gratiâ plena; ergo ante nullus erat in gratia.* Vel ad rem proximiùs: *D. Virgo nondum voverat virginitatem, quæ perfectior est castitate; ergo nullus ante illam vovit castitatem,* Quam sit ludicrum clarius ostenditur.

*tem, quæ imperfectior est virginitate*: quod æquipollet huic; *D. Virgo nondum voverat perfectius, vel bonum votô perfectissimô; ergo nullus minus perfectum, vel bonum votô minus perfectô, ante vovit.* Secundò: *D. Virgo nondum crediderat, speraverat & dilexerat Filium Dei nasciturum, imò etiam Deum creatorem suum; ergo nullus ante credidit, speravit & dilexit Filium Dei nasciturum, imò etiam Deum creatorem suum.* Quod tàm falsum est, quàm nemini, ante D. Virginem, esse revelatum Filium Dei nasciturum, aut neminem, ante D. Virginis nativitatem, Deum creatorem suum dilexisse. Vel ad rem proximus: *D. Virgo nondum vovit vitam Quadragesimalem, perpetuam clausuram & cœlibatum*, vel, *simul vocaliter obedientiam, paupertatem, & castitatem uni Superiorissæ; ergo nullus usque nunc ista vovit.* Reverà ista explodenda videntur: & sicut ad Deiparæ Virginis commendationem parum refert, quòd post illam fiant vota, quæ non fecit; ità & quod ante illam facta sint, modô quôdam inferiori & imperfectiori, ea, quæ altiori & perfectiori post fecit.

Objectio. 514. Si verò respondeat; se non attendere votum virginitatis in D. Virgine, quatenus præcisè erat quædam perfectio, quasi nolit aliquam perfectionum & gratiarum, quas D. Virgo habuit in gradu post Christum supremo & perfectissimo, fuisse in ullo antecessorum in gradu inferiori & imperfectiori; sed solum, quod ipsa votum virginitatis emiserit, quòd ante ipsam permissum non erat, nec proindè ullus ante ipsam emisit.

Soluitur. 515. Contra est: quòd implicitè saltem concedit. Primò: quod votum virginitatis, sine illa D. Virginis perfectione, in antecessoribus esse potuisset, haud secus quàm aliæ perfectiones & gratiæ in gradu inferiori & imperfectiori, si illud votum eis permissum fuisset. Undè iam totum, quod per illum obstat, est, quod antecessoribus in isto gradu inferiori & imperfectiori permissum non fuerit, quod non probat; nec probabit unquam, illud, tunc hominibus sufficienter multiplicatis, minus fuisse ex Dei dispensatione permissum (vide suprà *n.54.*) quàm poligamiam, illis nondum sufficienter multiplicatis: imò vix positivè probabit, votum illud fuisse D. Virgini permissum, nisi quià tunc homines erant sufficienter multiplicati; quod de tempore Eliæ asserimus, & si subsistat, iam implicitè fatetur, nihil obstare, ne illud votum in gradu quodam inferiori & imperfectiori emiserit.

Quid P. Redano probandum. 516. Undè: ipsi probare incumbit, quòd tempore Eliæ nondum essent sufficienter multiplicati homines, ad quod unicum iam reducitur difficultas. Id autem in æternum non probabit; & si probare conetur, conatus ejus solùm erit, ut probet D. Virginem omnium primam emisisse votum virginitatis, *quià anteà non erat permissum, eò quod homines nondum essent sufficienter multiplicati*: quæ ratio, nec vera est, neque, si vera, voti virginitatis primatum magis in D. Virgine commendat, quàm illud anteà non fuisse à Deo permissum, eò quod anteà homines non fuissent sufficienter multiplicati, ut eis permitteretur: quod si ad voti virginitatis Primatus commendationem faciat, facit ad commendationem Reverendissimi P. Generalis Discalceatorum nostrorum primatus, quod ille anteà non fuerit permissus, eò quod Ordo anteà non esset sufficienter multiplicatus; imò & ad commendationem actus conjugalis primatus, quod ille ante conjugium non fuerit à Deo permissus, eò quòd anteà contractus matrimonialis nondum esset expeditus: hincque, abstrahendo à materia, non minus esset commendandus actus conjugalis, quàm voti viriginitatis, primatus, cujus indè commendatio indubiè parva est, & tota ferà ab extrinseco.

Carmelitæ nil præter jus suum petunt. 517. Respondeo sextò: Carmelitas non expetere quidquam laudabile, quod ipsô jure, totius Ordinis traditione, Summorum Pontificum, & SS. Patrum authoritate, suum non sit, uti suprà probatum est. Ipse verò contra jus, istam traditionem & authoritatem, illos suo jure spoliare molitur: ideoque, uti ipsi sunt justi defensores, ijsque

ijsque plurimum favet illud Vincentij Lyrinensis Commonito 1. cap. 9 *Proprium Christianæ modestiæ & gravitatis est, & non sua posteris tradere, sed à majoribus accepta servare.* Ità ipse Juris eorum aggressor ab omni sapiente haberi debet, ipsique non parum obstat illud Lyrinensis. Lyrinensis.

518. Concluditur ex præmissis: quod R.P. Rhedanus, uti & RR.PP. Salinas & Vega, quibus suppetias adferre conatur, utilius navassent operam in debellandis Novatoribus, qui Monasticem proclamant novitium esse figmentum, ut Monasticæ Religionis extinctâ antiquitate, suas in illam retorqueant novitates, & Ecclesiam de novatione culpent; quàm sub prætextu parvæ, imò nullius ab intrinseco, commendationis primitiæ temporis voti in D. Virgine, uti statim in *Responsis ad hoc Telum* vidimus, ijsdem Novatoribus occasionem præbuissent explodendi tot Pontificum, SS. Patrum, & celeberrimorum Doctorum, quos pro Eliæ votis *Scuto* VI. & XVII. citavimus, junctis pluribus alijs infrà à *n.* 684. *ad n.* 690. accumulatis, authoritates, quot pro nulla, aut vix ulla, traditione, nondum à S. Sede positivè approbata, recensentur: quàm autem id sit Ecclesiæ sanctæ Dei incommodum & periculosum, satis ex præmissis *Scuto* XVIII. & *Responsis ad Telum* I. *Pharetræ* I. erui potest. Reverà concipere non possum, quomodò alicuius notæ viri talium authoritatem in displicito parvipendant, aut saltem in sensum istis adversum detorqueant, & in altero sibi beneplacito excessivè, attollant, ac in proprium sensum contorqueant; quasi istorum authoritati sua apud sapientes prævalere posset detorsio & contortio, quod sapientum nullus admiserit. RR. Patres Salinas, vega & Rhedanus pro voti Deiparæ Virginis primitia temporis nullam Bullam aut decretum Pontificium citant, aut citare possunt; nos pro voti Eliæ primitia temporis, plures Pontificum Bullas, & S. Congregationis decreta citavimus *Scuto XVII* junctis præmissis *Scuto VI*. Imò & nuperum decretum supremi S. Inquisitionis Hispanicæ Senatus. Nullos etiam SS. Patres pro illa citant, nisi sensu contorto, ut vidimus in *Responsis* ad *Telum XI. Pharetræ* 1. nos pro hac ibi & *Scuto VI*. plurimos absque ulla contortione citamus, quorum plures infra à *n* 684. *ad n*. 690. accumulamus Nullam rationem vel solum apparenter veram pro illa adducunt, uti hucusque vidimus: nos pro hac *Scuto* II. & VI. moraliter convincentes adduximus: & tamen hanc negant, & illam per fas & nefas tueri volunt: quis hoc concipiat? Concipiat, qui possit; ego autem non concipiam, quamdiu mihi firmum & ratum non fuerit, quod cuique bene stet pro authoritate & ratione voluntas, quod asseverare non auderent. Ad alia igitur.

Conclusio Authoris.

Corroboratur.

# PHARETRA IV.

## *Ex R.P. Francisco Suarez doctissimo Societatis Iesu Theologo.*

Authori favet Suarez.

519. DIxi *ex R.P. Francisco Suarez*: non verò *R.P. Francisci Suarez*; quià quidquid ex ipso malè intelligant dissidentes Amici, & obindè ex ipso sua, non ipsius, *Tela* in nos vibrent: nobis favet. Primò: *parte 2. de Religione lib. 3. cap. 1. n. 5.* aiens: *Nam licet etiam veteres per fidem in Christum aspicerent, & ità eum imitari potuerint, juxta illud, quod de Moyse scribit Paulus ad Hebr. 2.* Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi: *Nihilominùs non habebant tàm expressam cognitionem vitæ & morum futurorum in Christo, nec experimentalem earum rerum cognitionem. Et prætereà licèt cognitio illa in uno vel altero (*Elia scilicet, Eliseo & Ioanne Baptista, de quibus egit *n. 1.) fuerit sufficiens, & ideò ipsa imitatio & perfectio in aliquibus esse potuerit: tamen communiter ac regulariter non erat generalis illa tàm distincta cognitio; & ideò nec perfectio ipsa quoad statum publicum & omnibus propositum, potuit, aut debuit, esse illo tempore in eo gradu, & modo, quo nunc est.* Assentior lubenter doctissimo P. Suarez, concedenti, *cognitionem illam* in Elia, Eliseo & Ioanne Baptista *fuisse sufficientem* (quô confirmat à nobis dicta *Scuto 1.*) *& ideò ipsam* Christi *imitationem*, & Religiosi status *perfectionem in illis esse potuisse* (quod toto ARMAMENTARIO nostro contendimus) sub limitatione, quam addit: *tamen communiter ac regulariter non erat generalis illa tam distincta cognitio*; quià nobis sufficit, quod in Elia fuerit, & per Eliam communicata Eliseo ac cæteris Prophetarum Filijs, quorum, juxta SS. Patres & Doctores antiquos, Princeps & Dux fuit: imò & sub illatione, quâ infert: *& ideò nec perfectio ipsa quoad statum publicum, & omnibus propositum, potuit, aut debuit esse illo tempore, in eo gradu & modo, quo nunc est.* Quià inprimis solùm volo: *statum illum fuisse* Filijs Prophetarum, & ab illis descendentibus Essenis, particularem & proprium; non verò *publicum*, & *omnibus propositum*, prout hodiè est; siquidem concedo, istam publicationem & propositionem omnibus factam exordium sumpsisse à Christo & Apostolis; imò isti statui Filijs Prophetarum particulari & proprio non arrogo *solemnitatem, perfectionem & potestatem clavium prout Legis gratiæ*, ut patet ex præmissis *n.* 418. 433. *&* 435. sed solam perfectionem essentialem Religiosi status, prout ab his tribus præscindit.

Item favet Suarez.

520. Secundò: *ibidem numero* 15. aiens: *Tandem explicari potest in hunc modum assertio posita. Nam inprimis, si consideremus statum nostrum Religiosum, ut constantem ex solemnibus votis, nullo fundamento affirmare possumus tale genus voti fuisse in usu in Lege naturæ, aut veteri, quô scilicet, personæ fierent inhabiles ad matrimonium contrahendum, & matrimonium ritè contractum ante consummationem dirimeretur; sunt enim hæc propria Ecclesiæ Christi, nec potest afferri ullum exemplum, aut vestigium antiquitatum, quô ostendatur ante illam fuisse. Quod satis confirmant Pontifices, qui declarant hanc solemnitatem ab Ecclesia fuisse introductam, utique per specialem potestatem à Christo datam; anteà ergo quàm*

Christus

*Christus daret hominibus hanc potestatem, non fuit, nec esse potuit, inter eos usus talium votorum* Hæc omnia etiam concedo, & Eliæ votis ideò nego *solemnitatem, perfectionem, & potestatem clavium prout Legis gratiæ*; illud ipsum confirmo, prout, illô concessô, confirmat P. Suarez id, quod præcisè intendo: licèt addam, vota ista perpetuitatem accepisse *ex Dei instinctu immobilitante* voventium *affectus*, ut patet ex dictis *Pharetra* 1. *Telo* XXV. nec potuisse sine peccato violari, licèt matrimonium non dirimerent, sed simpliciter illicitum dumtaxat facerent; quià hoc non est de essentia Religiosi status præcisè spectati, prout à veteris & novæ Legis statu Religioso præscindit, ut toties probavimus suprà, ac specialiter *n.*418. 433. *&* 435.

521. Tertiò iterum ibidem n. 15. *Idem argumentum fieri potest de voto paupertatis, quatenùs hominem reddit inhabilem ad temporalium rerum Dominium, imò etiam quatenùs obligat ad illud non habendum, neque acceptandum circa ullam rem: vel nunquam, vel rarò, existimo esse cognitum à veteribus, licèt actualem usum paupertatis multi coluerint. Vndè si abstrahamus à votis solemnibus hâc speciali & legitimâ solemnitate, fortasse fieri potuit, ut aliquis tria vota emiserit priscis illis temporibus; dico tamen de nullo posse cum sufficienti fundamento affirmari: multòque minus de aliqua communitate, & ritu aliquo vivendi pro omnibus hominibus communiter proposito.* Sed hæc pro *prima parte* minus nos urgent, quàm Patres Societatis, quorum Scholastici, ut vocant, retentô suarum rerum Dominio, sunt à Gregorio XIII. declarati veri Religiosi. Attamen, sicut non est difficile concipere illum, qui vult esse verè pauper propter Deum, velle donare & abjicere rerum suarum Dominium, ne rerum suarum Dominio reipsâ sit dives, & solâ privatione usus illarum pauper; ita Eliæ sanctissimo Dei Prophetæ, de quo Ambrosius in Epist. 25. ad Vercellenses: *Elias, quem Dominus ad virtutis erudiebat perfectionem:* & Filijs Prophetarum, quos ad perfectionem instruxit, etiam ipsa Dominij abjectio facilè concedenda videtur, prout ante Societatis IESU institutionem ab omnibus SS. Patribus, & Theologis votum paupertatis cum Dominij abjectione semper intellectum fuit. An autem doctissimus P. Suarez Gregorij XIII. declarationem ibi aliter intellexerit, quàm passim intelligatur, ad scopum meum nil facit. Pro *secunda parte*, etiam favet, dum addit, *fieri potuit*: nec obstant cætera; quià intelligi debet loqui, de *nullo sufficienti fundamento* ex Scriptura, ut patebit *Telo* II. alioqui contradiceret sibi in citatis *n.*519. *&* 522. quod non credo: nec ibi Eliæ & Filijs Prophetarum denegat votum, quale Scholares Societatis IESU emittunt, *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiæ* præcisis, quod nobis sufficit. Quædam obscuritas elucidatur.

522. Quartò. Tomo 4. de Religione Tract. q. lib. 2. c. 10. *Carmelitarum Religio, quò antiquiorem creditur habere institutionem, eò minus certam, & exploratam habet originem, ac perpetuam successionem: est autem valdè recepta, & satis antiqua traditio, Religionem hanc à temporibus Prophetarum, & signatim ab Elia institutione suam ducere originem, & quasi hæreditariam successionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit: quam traditionem, ut veram suscipimus; præcipuè quià septem Summi Pontifices Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. in Bullis huic Ordini concessis, de professoribus hujus sacri instituti ità loquuntur:* tanquam Religionis speculum, & exemplar charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum Eliæ, & Elisei, & aliorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem habitarunt, successionem hæreditariam tenentes: *&c. Vndè Sixtus V. huic Religioni concessit, ut Eliam, & Eliseum, tanquam suæ Institutionis Patronos coleret, dies Festos in eorum honorem celebrando, propriaque officia in eorum memoriam recitando: quod ipsa Religio studiosè servat, & in ipso officio nomen & solemnitatem Patroni Eliæ tribuunt.* Ibi autem reflectendum ad illa verba *Religionem hanc*, quæ, sicut non est hæc Religio sine tribus votis essentialibus hujus Religionis, magis quàm sit Petrus hic homo sine prædicatis essentialibus hujus hominis: ità doctissimus Pater Suarez *ut veram suscipit traditionem*, quod *Carmelitarum Religio* in tribus votis es- Suarez evidenter confirmat sent. Authoris.

 sentialibus

sentialibus hujus Religionis à *temporibus Prophetarum, & signatim ab Elia Institutionis suam duxerit originem, & quasi hæreditariam successionem in Monte Carmelo.* Ità autem traditione attentâ ex una parte, P. Suarez *Tom.2. p.3. Disp.6. sect.3.* dicit: *ad has objectiones* de Elia, Daniele &c. *nihil aliud habeo, quod respondeam, nisi rem hanc esse incertam* certitudine S. Scripturæ ut putat, *& suscepta traditione, non admodùm ad Deiparæ laudes pertinere* &c. *quod enim* inquit, *ipsa perfectum votum virginitatis emiserit, ad perfectionem ejus pertinet; quod verò ante ipsam nullus hoc fecerit, ad ejus commendationem non admodùm refert.* Vide infrà *Resp.* I. *ad Telum* VII. in quo, deinceps efficaciter probat Eliam duxisse & produxisse vitam Eremiticam, sive solitariam, utique in tribus votis essentialibus hujus Religionis, præcisâ *solemnitate, perfectione, & potestate clavium*, quæ postmodùm in Lege gratiæ accesserunt essentiæ Religionis, prout à tempore veteris & novæ Legis præscindit, ut patet. Ex altera autem parte, fusè probat P. Suarez *Tom.3. de Religione tract.7. lib.1. cap.4.* quod in primitiva Ecclesia status Religiosus subsistebat, in personis extra Communitatem voventibus, & solitariè in Eremis, aut etiam domo paternâ, degentibus. Itaque doctissimi P. Suarez concordiâ nobiscum præmissâ, fit.

## TELUM PRIMUM.

*Argum. ab umbra status Relig. ante Legem gratiæ.*

523. P. Suarez Tom.4. de Religione Tract.9 lib.3. cap.1. n.4. *Existimo perfectionis ac Religionis statum absolutè & simpliciter, ac prout includit omnia, quæ de illius substantiali perfectione sunt, esse proprium Legis gratiæ, anteaque fuisse adumbratum, & ex parte inchoatum, non verò perfectum.*

### ENERVATIO

*Quæ Suarez ad statum Relig. requirat.*

524. Respondeo: P. Suarem inter ista omnia, quæ de Religionis status substantiali perfectione sunt: vel requirere. *Primò*: ut hic sit communi Lege approbatus pro ijs omnibus, qui illum assumere voluerint. *Secundò*: à Christo primùm tempore & quoad executionem institutus, & ab Apostolis promulgatus. *Tertiò*: in Religione, & sub Regula approbata ab Ecclesia. *Quartò*: cum ultrò, citroque coram Testibus in perpetuum obligante contractu, ac impedimento matrimonium, sub illo contractum, dirimente, ad contrahendum verò inhabilitante *Quintò*: potestatem clavium, usus Sacramentorum, Indulgentiarum &c. vel istis quinque omissis, sola sex sequentia (quæ *ibid. Tract 7. lib.1. cap.5.* ad statum perfectionis, quem ibi definit, aiens: *status perfectionis est quædam vitæ professio, seu quidam vivendi modus, firmus & stabilis ad propriam perfectionem vitæ Christianæ obtinendam vel exercendam institutus.*) requirit: *Primò*: ut professio sit externa. *Secundò*: ut aliquam obligationem conjunctam habeat. *Tertiò*: ut cum aliqua solemnitate fiat. *Quartò*: quod status ille ad opera perfectionis exercenda institutus sit. *Quintò*: quod actiones, ad quas hic status ordinatur, externæ sint. *Sextò*: (quod addo, ut ad mentem ejusdem P. Suaris *ibidem lib.2. cap.2. & seq.* statum perfectionis Religiosæ habeamus) quod dicta obligatio primò & per se cadere debeat in tria Consilia statui Religioso essentialia, quibus confirmetur, quô sensu *lib.3. cap.4. n.3.* ait: *status Religiosus substantialiter est in hoc, quod sit quædam vivendi ratio, in qua homo se totum Divino servitio consecrat, profitendo illa tria magna Consilia, paupertatis, castitatis, & obedientiæ.* Si priùs: quinque requirit ad status Religionis perfectionem substantialem in communi, & prout præscindit à status Religionis perfectione substantiali Legis antiquæ & novæ, sive Legis scriptæ & gratiæ, quæ ad status Re-

tus Religionis perfectionem substantialem particularem Legis gratiæ & Pontificiam requiruntur; quod non minus fallit, quàm ad perfectionem substantialem voti requirere *solemnitatem*; ad paupertatem substantialem voti, paupertatis v.g. requirere *perfectionem Franciscanam*; ad substantiam status Religiosi statim *definiti*, requirere status Religiosi *Carthusianorum* silentium, & *Minimorum* ab omni carnali abstinentiam, itaut ex Christi Institutione soli Carthusiani vel Minimi sint substantialiter Religiosi, vel illius & cæterarum Christus non sit quoad substantiam adæquatè Institutor. Imò id manifestè contradiceret Gregorio XIII. in Bulla *Quantò fructuosius*: in confirmationem Societatis edita an. 1582. ubi declarat: *eos, qui absque professione solemni per tria vota simplicia Societati incorporantur, verè & propriè Religiosos esse, & tales esse ab omnibus judicandos & appellandos*. Præcipiendo, *ne quispiam hoc in dubium revocare audeat*. Undè: sicut doctissimus P. Suarez ista quinque ad perfectionem substantialem voti in communi, prout præscindit à simplici & communi non requirit, imò id *ibidem lib. 2. cap. 1. ad* 10 fortiter impugnat; ità nec ista quinque requirit ad perfectionem substantialem Religiosi status in communi, prout præscindit à simplici & solemni, Legis antiquæ & novæ, sivè Legis scriptæ & gratiæ; cum sit inter utrumque evidens paritas: nec quidpiam obstat, nè, etiam hodiè, S. Sedes talem Religiosum statum approbet tanquam verè & propriè Religiosum, uti approbavit *eos, qui absque professione solemni per tria vota simplicia Societati incorporantur, verè & propriè Religiosos esse, & tales esse ab omnibus judicandos & appellandos*, etiam præcipiendo, *ne quispiam hoc in dubium revocare audeat*: præsertim si votum paupertatis fieret cum abdicatione Dominij, prout Eliam fecisse diximus suprà. Imò Gregorius XIII. refert in Bulla *Ascendente Domino* Bonifacium Papam *cap. unic. de voto in 6* dicentem: *voti solemnitatem solâ Ecclesiæ constitutione inventam esse*. Si posterius: ista sex ibi requisita, reperiuntur in Religioso statu ab Elia instituto, ab hoc exclusis illis quinque in priori requisitis, ut consideranti patebit: quæ cum sint propria Legis gratiæ; non potest quidem status Religionis Eliæ dici simpliciter & absolutè status perfectionis ac Religionis Legis gratiæ, sed hujus figura & umbra dumtaxat, quod solùm prætendere potest P. Suarez: sed absolutè & simpliciter, verè & propriè, dici potest perfectionis ac Religionis, præscindendo à statu perfectionis & Religionis Legis gratiæ: nihil certè consequentius ac manifestius; istóque sensu loqui doctissimum Suarem, patet ex eo, quod habet *ibidem n. 5. & ideo nec perfectio ipsa quoad statum publicum & omnibus propositum, potuit, aut debuit esse illo tempore in eo gradu, & modo, quô nunc est*. Vide suprà n. 519. Favet Suarez.

# TELUM II.

525. P. Suarez ibidem n 6. *Negare non possumus, quin aliqui ex veteribus Sanctis fuerint virgines, ut de Elia, Eliseo ac Filijs Prophetarum affirmat expressè Hieronymus suprà, & de illis, & alijs, Ignatius, Ambrosius, & Damascenus, quos cum alijs retuli in 2 Tom. 3. p. Disp. 6. ubi etiam dixi, licèt hi virginitatem servaverint, incertum tamen esse, an per votum illam Deo consecraverint: nam de hac re nulla mentio, aut significatio in Scriptura fit.* Argum. ab in certitudine voti ELIÆ.

## ENERVATIO

Exponitur P. Suarez.

526. RESpondeo: P. Suarem solum velle, id esse incertum ex Scriptura, ut satis patet, ex ratione, quam subdit. Neque ego dico, id esse certum ex Scriptura præcise; sed junctis Patribus, Doctoribus antiquis & Pontificibus ipsis, à nobis citatis *Scuto* VI. XVII. & *Responsis* 2. *&* 3. *ad Telum* IX. *Pharetra I.* & aliàs sæpè. Alioqui si vellet, his non obstantibus, id esse incertum; quià de hac re nulla mentio vel significatio in Scriptura fit: satisfactum est Responsis ad *Telum* LIV. V. *&* VI. *Pharetra I.* Et sibi contradiceret locis *n.*519. *&* 522. citatis, quod de tanto viro non credo.

# TELUM III.

Argum. à speciali revel. necessari ad votum virginit.

527. P. Suarez ibidem: *Nec ex eo solum, quòd voti sanctitatem & perfectionem agnoscebant, sufficiens conjectura sumitur, ut dicamus, illos virginitatem seu castitatem vovisse, tum quia virginitas non erat in communi observantia illius temporis, nec in Lege consulebatur; sed potius videbatur commendari fœcunditas: & ideò fortasse, licèt illam servarent, quamdiu aliud Deo placere eis non constabat; non tamen in perpetuum promittere auderent, sine speciali Dei revelatione. Sic enim etiam de Beatissima Virgine & Iosepho multi Patres sentiunt, non vovisse virginitatem sine speciali Dei revelatione, vel Spiritus Sancti instinctu, ei æquivalente. Tùm etiam; quia licèt vota de singularibus actionibus, & præsertim de Sacrificijs & oblationibus, essent tunc in usu: tamen vota de rebus perpetuis, & quæ varios ac difficiles poterant habere eventus, non fiebant eo tempore; quià superabant perfectionem illius status; & ideò fieri potuit, ut etiam viri sancti talia vota non emitterent. Nec ex locis illis Isaiæ, aut Sapientiæ, aliquid sufficienter probatur: nam licèt admittamus ibi esse sermonem de Eunuchis spiritualibus per votum castitatis; non est tamen necesse, ut illa verba ad mores, vel homines illius temporis referantur.*

## ENERVATIO

Nil ibi contra Authorem.

528. RESpondeo: P. Suarez ibi non negare Sanctis istis specialem Dei revelationem, vel Spiritus Sancti instinctum ei æquivalentem, ex quo dicimus, Eliam vovisse, & Filios Prophetarum ex illius instructione. Vide dicta *Scuto* I. & *Responsum* 6. *ad Telum* I. Item *Responsa ad Telum* XI. & *Resp.* 3. ad *Telum* VII. *Pharetra I.* Quod verò vota ista perfectionem illius status non superarent, satis probatum est *n.*446. etenim si decalogus perfectionem illius status non superarit, multò minus consilia de illis votis emittendis; sive, si observantia decalogi fuerit isti statui conveniens, non est unde observantia consiliorum potuerit illi esse disconveniens, præsertim cùm hæc sit libertatis, sive spontanei amoris; amanti autem nihil difficile: illa necessitatis; nec probetur Deum tunc minus fuisse paratum ad dandum gratiam horum, quàm illius, observantiæ necessariam: unde meritò de solo possibili, *fieri potuit* &c. non de facto, loquitur R.P. Suarez; nos verò sic factum asserimus, ut oppositi possibilitatem non negemus. Vide dicta à *n.*422. *ad* 428. sed specialiter *n.*426.

TE-

# TELUM IV.

529. P. Suarez ibidem numero 13. *De his ergo Essenis, qui inter Iudaeos fuerunt, licèt constet modum Religiosae vitae tenuisse; tamen quòd non veri Religiosi fuerint, ostendi potest. Primò: quià etiam illo tempore non creduntur habuisse veram & sanam fidem, ut ex Iosepho colligitur, & ex Epiphanio; sine vera autem fide, nec vera Religio esse potest. Secundò: ex Iosepho lib. 18. Antiquit. cap. 2. & Philone lib. Quod liber sit probus: eos non servasse veram paupertatem; sed habuisse divitias, undè viverent. Tertio: de observatione castitatis & obedientiae, nihil certó affirmare possumus; multoque magis incertum est, an vota emiserint, praesertim perpetua Nam de his omnibus, qui castitatem servabant in Lege veteri, certius creditur regulariter solùm pro aliquo tempore illam servasse.* Argum. ab Essenis non Religiosis.

## ENERVATIO

530. R Espondeo: doctissimum P. Suarez, quoad primam partem nobis favere; quoad limitationem verò obscurè loqui. *Primò*: quià inter Essenos Judaeos non distinguit malos à bonis, falsos à veris, quos esse distinguendos, efficaciter probatum est *Scuto* VII. Secundò: quià non probat, Essenos illos bonos & veros non servasse paupertatem, similem illi, quam servant Scholares Societatis, quorum divitiarum retentum Dominium non obstat, nè sint à S. Sede declarati verè & propriè dicti Religiosi, & ante declarationem tales fuerint. Vide dicta *n.* 521. *Tertiò*: dum dicit *nihil certò affirmare possumus*, ut consonanter loquatur ijs, quae ex ipso praemisimus ad *Telum I.* subaudire debet *ex Scriptura*: alioqui ab authoritate Summorum Pontificum, SS. Patrum, & antiquorum Authorum celeberrimorum, *Scuto* VII. & XVII. *Pharet. I Telo* XI. & XXIV. ac infrà pleniùs *Pharetra ult. Telo ult.* Satis constat, Essenos bonos & veros fuisse veros & propriè dictos in substantialibus, praecisis *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiae*, Monachos; ac proindè vovisse etiam castitatem & obedientiam, quod non obscurè affirmat in praemissis ad *Telum I. à num.* 519. *ad* 523. Favet quoad 1. partem, quoad 2. obscurè loquitur.

# TELUM V.

531. P. Suarez ibidem n. 15. *Posterior autem status*, externus, publicus & apud Ecclesiam, *praeter tria vota apud Deum, requirit specialem potestatem in hominibus acceptandi illa nomine Dei, & traditionem quandam, quae in statu Religioso cum illis conjuncta est. Quae potestas supernaturalis est, & propria Legis novae; nec cum probabili fundamento potest antiquioribus tribui, magis quàm potestas ligandi, & solvendi, quae in Evangelio data est. Et per has satis responsum est rationibus dubitandi in principio positis.* Argum. à defectu potestatis ELIAE acceptandi vota.

## ENERVATIO

532. R Espondeo 1. licèt fortè *acceptatio* spectet ad potestatem clavium, secùs tamen ipsa *traditio*: nam singulis diebus videmus Virgines se Religioni tradentes absque ulla ex parte sua potestate clavium: & quamvis nec in se, nec in Abbatissis, illam habeant, ab illis tamen, potestate quâdam dominativâ, poenis & mulctis corporalibus cogi possunt, ut vota Deo promissa observent. Verumtamen aliundè Sacerdotes Exponitur P. Suarez.

## ENERVATIO

Exponitur P. Suarez.

526. RESpondeo: P. Suarem solum velle, id esse incertum ex Scriptura, ut satis patet, ex ratione, quam subdit. Neque ego dico, id esse certum ex Scriptura præcise; sed junctis Patribus, Doctoribus antiquis & Pontificibus ipsis, à nobis citatis *Scuto* VI. XVII. & *Responsis* 2. & 3. *ad Telum* IX. *Pharetra I.* & aliàs sæpè. Alioqui si vellet, his non obstantibus, id esse incertum; quia de hac re nulla mentio vel significatio in Scriptura fit: satisfactum est Responsis ad *Telum* LIV. V. & VI. *Pharetra I.* Et sibi contradiceret locis *n.* 519. & 522. citatis, quod de tanto viro non credo.

# TELUM III.

Argum. à speciali revel. necessari ad votum virginit.

527. P. Suarez ibidem: *Nec ex eo solùm, quòd voti sanctitatem & perfectionem agnoscebant, sufficiens conjectura sumitur, ut dicamus, illos virginitatem seu castitatem vovisse, tum quia virginitas non erat in communi observantia illius temporis, nec in Lege consuebatur; sed potius videbatur commendari fœcunditas: & ideò fortasse, licèt illam servarent, quamdiu aliud Deo placere eis non constabat; non tamen in perpetuum promittere auderent, sine speciali Dei revelatione. Sic enim etiam de Beatissima Virgine & Iosepho multi Patres sentiunt, non vovisse virginitatem sine speciali Dei revelatione, vel Spiritus Sancti instinctu, el aequivalente. Tum etiam; quia licèt vota de singularibus actionibus, & præsertim de Sacrificijs & oblationibus, essent tunc in usu: tamen vota de rebus perpetuis, & quæ varios ac difficiles poterant habere eventus, non fiebant eo tempore; quià superabant perfectionem illius status; & ideò fieri potuit, ut etiam viri sancti talia vota non emitterent. Nec ex locis illis Isaiæ, aut Sapientiæ, aliquid sufficienter probatur: nam licèt admittamus ibi esse sermonem de Eunuchis spiritualibus per votum castitatis; non est tamen necesse, ut illa verba ad mores, vel homines illius temporis referantur.*

## ENERVATIO

Nil ibi contra Authorem.

528. RESpondeo: P. Suarez ibi non negare Sanctis istis specialem Dei revelationem, vel Spiritus Sancti instinctum ei æquivalentem, ex quo dicimus, Eliam vovisse, & Filios Prophetarum ex illius instructione. Vide dicta *Scuto* I. & *Responsum* 6. *ad Telum* I. Item *Responsa ad Telum* XI. & *Resp.* 3. ad *Telum* VII. *Pharetra I.* Quod verò vota ista perfectionem illius status non superarent, satis probatum est *n.* 446. etenim si decalogus perfectionem illius status non superarit, multò minus consilia de illis votis emittendis; sive, si observantia decalogi fuerit isti statui conveniens, non est unde observantia consiliorum potuerit illi esse disconveniens, præsertim cũ hæc sit libertatis, sive spontanei amoris; amanti autem nihil difficile: illa necessitatis; nec probetur Deum tunc minus fuisse paratum ad dandum gratiam horum, quàm illius, observantiæ necessariam: unde meritò de solo possibili, *fieri potuit* &c. non de facto, loquitur R.P. Suarez; nos verò sic factum asserimus, ut oppositi possibilitatem non negemus. Vide dicta à *n.* 422. *ad* 428. sed specialiter *n.* 426.

TE-

# TELUM IV.

529. P. Suarez ibidem numero 13. *De his ergo Essenis, qui inter Iudaeos fuerunt, licèt constet modum Religiosa vita tenuisse; tamen quòd non veri Religiosi fuerint, ostendi potest. Primò: quià etiam illo tempore non creduntur habuisse veram & sanam fidem, ut ex Iosepho colligitur, & ex Epiphanio; sine vera autem fide, nec vera Religio esse potest. Secundò: ex Iosepho lib. 18. Antiquit. cap. 2. & Philone lib. Quod liber sit probus: eos non servasse veram paupertatem; sed habuisse divitias, undè viverent. Tertio: de observatione castitatis & obedientiæ, nihil certò affirmare possumus; multòque magis incertum est, an vota emiserint, præsertim perpetua. Nam de his omnibus, qui castitatem servabant in Lege veteri, certius creditur regulariter solùm pro aliquo tempore illam servasse.* Argum. ab Essenis non Religiosis.

## ENERVATIO

530. Respondeo: doctissimum P. Suarez, quoad primam partem nobis favere; quoad limitationem verò obscurè loqui. *Primò*: quià inter Essenos Judæos non distinguit malos à bonis, falsos à veris, quos esse distinguendos, efficaciter probatum est *Scuto* VII. Secundò: quià non probat, Essenos illos bonos & veros non servasse paupertatem, similem illi, quam servant Scholares Societatis, quorum divitiarum retentum Dominium non obstat, nè sint à S. Sede declarati verè & propriè dicti Religiosi, & ante declarationem tales fuerint. Vide dicta n. 521. *Tertiò*: dum dicit *nihil certò affirmare possumus*, ut consonanter loquatur ijs, quæ ex ipso præmisimus ad *Telum I.* subaudire debet *ex Scriptura*: alioqui ab authoritate Summorum Pontificum, SS. Patrum, & antiquorum Authorum celeberrimorum, *Scuto* VII. & XVIII. *Pharet. I Telo* XI. & XXIV. ac infrà pleniùs *Pharetra ult. Telo ult.* Satis constat, Essenos bonos & veros fuisse veros & propriè dictos in substantialibus, præcisis *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratia*, Monachos; ac proindè vovisse etiam castitatem & obedientiam, quod non obscurè affirmat in præmissis ad *Telum I. à num.* 519. *ad* 523. Favet quoad 1. partem, quoad 2. obscurè loquitur.

# TELUM V.

531. P. Suarez ibidem n. 15. *Posterior autem status*, externus, publicus & apud Ecclesiam, *præter tria vota apud Deum, requirit specialem potestatem in hominibus acceptandi illa nomine Dei, & traditionem quandam, quæ in statu Religioso cum illis conjuncta est. Quæ potestas supernaturalis est, & propria Legis novæ; nec cum probabili fundamento potest antiquioribus tribui, magis quàm potestas ligandi, & solvendi, quæ in Evangelio data est. Et per hæc satis responsum est rationibus dubitandi in principio positis.* Argum. à defectu potestatis ELIÆ acceptandi vota.

## ENERVATIO

532. Respondeo 1. licèt fortè *acceptatio* spectet ad potestatem clavium, secùs tamen ipsa *traditio*: nam singulis diebus videmus Virgines se Religioni tradentes absque ulla ex parte sua potestate clavium: & quamvis nec in se, nec in Abbatissis, illam habeant, ab illis tamen, potestate quâdam dominativâ, pœnis & mulctis corporalibus cogi possunt, ut vota Deo promissa observent. Verumtamen aliundè Sacerdotes in ve- Exponitur P. Suarez.

in veteri Lege acceptabant victimas Deo devotas, & in dies Administratores bonorum Templi, donaria, illi propter Deum devota, acceptant, absque ulla potestate clavium; & quidem sic, ut tradita absque Sacerdotum & Templi injuria revocari non possint: undè non apparet, cur similiter bona, corpus & voluntatem voventium in Lege veteri, non potuerint ab homine acceptari sine potestate clavium; nè alioqui similium vota in Lege veteri, Defectu acceptantis, essent nulla: siquidem, ut rectè P. Suarez ibid. lib 2. cap. 7. n. 12. *Hinc provenit, quod homo non possit Deo donare aliquid immediatè in seipso; vel quià Deus in se non est capax privati imperfectique Dominij, quale homo habet, qui non potest perfectius Dominium dare, quàm habeat; vel quià, ut rectè notat Sanctius, Dominium ordinatur ad usum & gubernationem rei, aliàs frustra esset: Deus autem non suscipit in se peculiarem usum & gubernationem alicujus rei per modum causæ proximæ & particularis; sed vult ut bona particularia per causas secundas gubernentur, & administrentur, etiamsi in cultum ejus donentur; ideoque non acceptat, nec usurpat Dominium particulare alicujus rei per seipsum; sed, si quid donatur ei, vel in cultum ejus, vult dari ministris suis, ut ab eis nomine ejus acceptetur, & administretur, aliàs facta donatio est vana & irrita, utpotè ab ordinaria providentia Dei aliena.* Sicut enim voti solemnitas non est ex traditione, aut acceptatione, ut patet ex votis Scholarium Societatis IESU; sed ex Decreto Ecclesiæ, ut patet ex *Responso* ad *Telum I.* ità nec potestas clavium est ex traditione, aut acceptatione, rei Deo per votum consecratæ; sed ex institutione Christi, huic vel isti per suos ministros illam conferenti. unde P. Suarez intelligi debet de *vota acceptandi potestate* conjuncta *potestati ligandi atque solvendi*, quam Eliæ negamus.

Coincidenter exponitur P. Suarez.

533. Respondeo 2.: mihi videri manifestum, P. Suarium ibi loqui de statu Religioso particulari & Ecclesiæ: quià ibi exponit Divum Thomam, ut patet ex verbis ab eo *ibidem* paulò ante præmissis: *unde hic accommodari potest distinctio insinuata à D. Thoma 2. 2. q. 184. art. 4. de statu hominis, vel interno, vel occulto & apud Deum, vel de externo, publico & apud Ecclesiam: prior potest* &c. *Posterior*, uti in *Telo.* Aut certè alioqui ad statum Religionis, prout à statu Religionis particulari Legis gratiæ præscindit, jurisdictionem spiritualem & potestatem clavium, prout ad hunc particularem Legis gratiæ & Ecclesiæ, requirit; quod valde absurdum esse, patet ex *Responso ad Telum I.* Imò id requirere non potest, quin sibi paulò ante *sub finem lib. 2 cap.* 18. contradicat, post hæc præmissa n. 5. *Oportet animadvertere, nomine jurisdictionis in præsenti significari potestatem spiritualem ad claves Ecclesiæ pertinentem, & consequenter à Christo Domino datam, vel derivatam, mediô Vicariô suô, vel alijs Episcopis: per potestatem autem dominativam intelligi oportet jus acquisitum Religioni, & Prælatis ejus ad imperandum Religiosis, & utendum operibus eorum, prout conveniens judicaverint: quæ potestas, si in Religione reperitur, non pertinet ad claves, nec à Christo descendit per specialem Ecclesiæ donationem factam; sed orta est radicaliter à voluntate profitentium talem regulam, & se donantium Religioni, cum promissione & obligatione obediendi secundum illam.* n. 8. dicenti: *Dico secundò hæc potestas quasi dominativa, & domestica, ut sic dicam, seu œconomica, sine alia propria spirituali jurisdictione, quæ sit in Abbate, Priori, vel alio simili Prælato proprio & immediato Religiosi conventus, sufficiens est ad verum statum Religiosum constituendum. Hanc assertionem mihi probat sufficienter argumentum sumptum ex Monasterijs Monacharum; in eis enim Abbatissa non habet jurisdictionem spiritualem (ut est communis sententia, & doctrina;) & multò minùs habet civilem; seu temporalem, ut est per se notum; quià à nullo Principe sæculari illam acceperunt, & nihilominùs Moniales illi subjiciuntur, ut matri, tenenturque illi parere secundum Regulam, quam sunt professæ. Et hæc potestas ex parte Abbatissæ, & subjectis ex parte aliarum, sufficit ad veram Religionem in tali statu constituendam. Ergo propria jurisdictio extrinseca (ut ità dicam) existens intra congregationem Religiosam in proprio ejus Prælato, ad substantiam Religionis non pertinet. Idem argumentum sumi potest ex antiquis Monasterijs Monachorum. Nam verisimile est, instituta fuisse sine speciali jurisdictione, quæ præfectis talium Monasteriorum communicata fuisset. Tum quià*

commu-

*communiter tunc Monachi, etiam Abbates, non erant clerici; ut etiam de S. Benedicto affirmat Bonaventura in expositione sua regulæ c.7. & ità verisimile est, non fuisse illis aliquam spiritualem jurisdictionem communicatam. Tùm quià de hac re nulla mentio est in Historijs, nec tales jurisdictionis effectus peculiares legimus; quià nec voluntariam jurisdictionem exercuisse legimus, dispensando in præceptis Ecclesiæ, vel in votis; nec etiam involuntariam, ferendo censuras. Nam excommunicationes quædam, quæ in Regula Benedicti leguntur, non erant censuræ propriæ, sed corporales pœnæ, & quasi exilia quædam, aut separationes, vel domesticæ incarcerationes.* Ex quibus apparet evidenter hoc & præcedentia *Tela* à dissidentibus Amicis, qui non satis pensatè verba doctissimi Suarez legerunt, gratis in nos vibrari; cum attentis præmissis in hucusque *Responsis* & *Preambulo* hujus *Pharetræ*, omninò nobis faveant. Sed videamus, an sequentia vibrent attentiùs. Reflexio Authoris.

# TELUM VI.

534. P. Suarez ibidem cap.2. n.3. *Dico ergo primo: Status Religionis secundum se & quoad substantiam à Christo Domino immediatè traditus, & institutus fuit: atque ità dici potest esse de jure Divino, non præcipiente, sed consulente. Hæc est sententia omnium Catholicorum rectè sentientium.* Argum. ab Instit. Christi.

## ENERVATIO.

535. Respondeo: secundùm præmissa suprà *in Præambulo*: P. Suarem posse intelligi *Primò*: de *statu publico & omnibus proposito, in eo gradu, & modo, quo nunc est*; quià ab hujus solius traditione & institutione Eliam & Eliseum excludit, ut ibi vidimus. *Secundò*: de instituto per Evangelium, quià *n.5.* sic scribit: *fundatur autem præcipuè hæc veritas in Evangelio, in quo Christus homines ad tria consilia paupertatis, castitatis & obedientiæ exhortatur.* Ex quo non sequitur, Eliam non fuisse ex speciali Dei instinctu prius suos Discipulos ad tria istorum vota hortatum sed quod *non per Evangelium* dumtaxat ad illa exhortati fuerint. *Tertiò*, de instituto, non per solam doctrinam; sed per collatam à Christo potestatem nomine Dei traditionem, quæ fit in votis, acceptandi; quià *n.12.* sic scribit: *dicitur autem à Patribus instituisse hunc statum; ergo ei aliquid addidit* (nota, & junge ex ipso dicta in *Præambulo*, quibus admittit aliquem statum Religiosum priùs tempore ab Elia institutum) *suâ potestate*: quod sic explicat n.14 *In Religiosa professione obligatur, & traditur homo Deo, non immediatè in seipso, sed mediò aliquò homine per externam traditionem, & donationem irrevocabilem, quam oportet exteriùs etiam acceptari per Ecclesiam, ut D. Thom. dixit quæstione 184. articulo quarto. Hic status est publicus, & in foro Ecclesiæ. Ob hanc ergo causam necessarium fuit publicè acceptari per specialem potestatem à Christo datam. Quantum ad hoc igitur institutus est hic status à Christo Domino, non per solam doctrinam, sed per institutionem specialem, & collationem dictæ potestatis, quam Petro dedisse credendum est: & per illum communicari alijs; quià ad pastoralem potestatem pertinet, & ad eum, qui Vicarius Christi est, & dispensator bonorum ejus: atque adeo ad potestatem ligandi & solvendi optimè revocari potest.* Nos verò cum doctissimo P. Suare lubenter concedimus, istô triplici sensu statum Religionis secundum se & quoad substantiam à Christo Domino immediatè traditum & institutum; modò nobis concedat, quod ibi non negat, nec tangit, statum Religiosum secundum se & quoad substantiam, (præcisis istis tribus. Primò nempè: institutione *per publicationem & omnibus propositionem, in eo gradu, & modo, quo nunc est.* Secundò: institutione *per Evangelium.* Tertiò: institutione *per collatam à Christo potestatem dictam ligandi & solvendi*) esse prius tempore & executione (licèt posteriùs natura intentione & imitatione) ab Elia & Eliseo; quod, ut dixi,

Exponitur Vac. e P. Suarez.

Confirmat expositionem n.532 in fine datam.

Consensus Authoris cum P. Suarez.

ut dixi, nec ibi negat, nec tangit: undè, triplici R. P. Suaris sensu, Christo status Religiosi secundum se & quoad substantiam deferimus institutionem; ita ut nihil habeant, quod ratione doctissimi Patris Suaris contra nos conquerantur dissidentes Amici, cum indè etiam clarè pateat ad id, quod dicit lib. 1. de Instit. Societ. cap. 5. n. 6. *Licèt vulgare sit, Monachos ab Elia tempore incœpisse, & Ioannem Baptistam Monachatum professum fuisse: tamen, ut suprà dixi, id magis intelligendum est de usu operum pertinentium ad illum statum, ut sunt solitudo vitæ asperitas, contemplatio, quàm de proprio statu, quoad integram formam substantialem ejus, secundum quam proprius est Evangelicæ Legis & Christum habuit institutorem*, putà in tribus statim addictis, quæ ab anteriori Monachatu præcidimus. Adde: Eliæ Monachatum potuisse esse ex Institutione Christi ab Elia Spiritu Prophetico præcognita, ut patet ex P. Suare *n* 519. citato & præmissis *Scuto I.* quod etiam sufficit ad *Telum* istud ex mente P. Suaris & aliorum enervandum.

## TELUM VII.

Argum. negativum à Scriptura.

536. P. Suarez Tom. 2. in 3. p. Disp. 6. sect. 3. *Quod ad ordinem temporis attinet; licèt multi, ante Virginem, castitatem servaverint, ut suprà vidimus; nullus tamen ante illam creditur hoc votum emisisse* &c. *Illud verò certum ex S. Scriptura de nullo alio colligi posse ante Virginem hoc votum emisisse, & hôc sensu, ut minimum erit certum, ipsam esse primam in virginitate vovenda.*

### ENERVATIO.

Exponitur P. Suarez.

537. Respondeo primò: doctissimum P. Suarem meritò dubitanter dicere, *creditur*, ut nostræ parti relinquat probabilitatem; & cum addat: *illud verò certum ex S. Scriptura de nullo alio colligi posse ante Virginem hoc votum emisisse & hôc sensu* (nota) &c. sub ly *creditur* subaudiendum videtur, *eâ fide, quâ S. Scripturæ creditur:* alioqui *credi* propter traditionem fatetur in *Praambulo* suprà; & credidit ipse, ut patet ex *ibidem* relatis, quòd principaliter prætendimus: authoritates autem, quas profert, non posse intelligi de primitia temporis, efficaciter probatum *Resp. 2. & 3. ad Telum XI. Pharetra 1.* nisi agat de primitia temporis virginitatis in ea perfectione, quâ B. Virgo illam vovit, quod colligi potest ex eo, quod ibidem ait: *Secundò (quod ad dignitatem & perfectionem attinet) dicendum est absque ulla dubitatione, in virginitatis perfectione inter omnes puras creaturas Deiparam primatum tenuisse*, sic ut velit, neque ante, neque post ipsam, in ista virginitatis perfectione ullam creaturam virginitatem vovisse. Vide dicta *n.* 430. Malim tamen dicere, ipsum loqui, juxta primam expositionem, aut alioqui, juxta secundam statim dandam.

Exponitur etiam aliter.

538. Respondeo secundò: P. Suarez ibi loqui de primitia temporis voti B. Virginis, qualem agnoscit in Christo, cui illam minus negare potest, cum præferenter ibi dicat, *cum votum virginitatis ad statum perfectionis pertineat, decuit, ut in Lege gratiæ haberet initium in Christo & in Matre ejus.* Quod correspondet D. Bonaventuræ in 4. Dist. 30. q. 2. *Decuit Virginem Deo virginitatem vovere, ut esset mulieribus totius virginitatis exemplum: sicut enim Deus Christum viris proposuit in exemplum, sic ejus Matrem proposuit in exemplum fœminis.* In Christo autem nonnisi in esse causæ exemplaris fuit primitia temporis voti virginitatis, cum tempore priùs Christo B. Virgo illam voverit; prout ipse ibidem *sect. 2.* docet: *Dicendum primò est, B. Virginem ante Filii sui conceptionem, absolutum & perfectum votum castitatis emisisse.* Quod omninò confirmat *ibidem* subdens: *Deindè etiam dici potest primis tempore, quæ proposita est, tanquam Dux & exemplar hujusmodi voti, & hunc existimo esse sensum sanctorum Patrum.* Uti & præmissis in hujus *Pharetra Præambulo.*

Nota pro Æmulis.

Notent ista dissidentes Amici, qui ab au-

ab authoritate P. Suarez à se malè intellecti, sua in nos *Tela* vibrant. Nec illis favet id, quod immediatè subdit: *addo tamen fortassè etiam in reipsa fuisse primam*: quià suum *fortassè* fundat in eo, quod immediatè præmisit: *certum est ex Scriptura de nullo alio colligi posse, ante Virginem, hoc votum emisisse*: priorem verò à se scriptam veritatem, in traditione, quam in *dicto* Præambulo, *ut veram suscipit*. Undè P. Salinas, dissidentium amicorum præcipuus, ut patet ex dictis Pharetra I. *In cap. 2. Ionæ q. 25. n. 219.* de Suare Tom. 4. *de Religione Tract. 9. lib. 2. cap. 10. n. 1.* istam traditionem approbante, ait: *Aliam sequitur à priori* (de qua *Tom. 3. de Religione cap. 2.* ut *ibidem* citat) *sententiam*: sed à contradictione, cujus ipsum male culpat, eum purgavimus *Resp. ad Telum VI.*

Salinas contradictionem Suari tribuit.

539. Respondeo tertiò: Doctissimum P. Suarem intelligi posse, licèt minus, ut quidem arbitror, menti SS. Patrum congruè, de *nullo* ex Tribu Juda, cujus erat B. Virgo; quià *sect. 1.* præmittit: *Quod precipuè verum videtur in illis fœminis, quæ erant de Tribu Iuda propter spem Messiæ, quod indicat Augustinus Tom. 6. lib. de bono conjugali cap. 9. dicens, in illis primis temporibus debuisse sanctos viros* (hîc vim pono) *uti conjugio propter Dei populum propagandum, ex quibus Christus nasciturus erat.* Elias autem non erat de Tribu Juda, sed de Tribu Aaron juxta illud S. Epiphanij de Prophet. vita & interitu. *Helias Propheta ex Thesbis erat, è continente Arabum, de tribu Aaron Levita; morabatur autem in Galaad, quoniam Thesbis erant ædes sacerdotibus consecratæ. Quem quum eniteretur parens ejus, ejusmodi Sobac patri visio apparuit. Viri niveum quendam præ se ferentes habitum, pusionem salutabant, matrisque uberibus in ignem alluebant, quin & flammam ignis cibi loco ministrabant.* Ibi quidem subdit: *Augustinus lib. 14. contra Faustum cap. 23. tractans hæc verba ex* Deut. 25. *Maledictus, qui non suscitaverit semen in Israël.* Sed notandum, quod addit: *quæ tamen verba in vulgata editione non habentur*, quod notaveramus suprà *n.* 331.

Aliter exponi potest, sed SS. Patribus minus congruè.

540. Ex præmissis autem ad *Tela* præcedentia satis constare videtur: doctissimum P. Suarem Eliæ votis favere omninò; Amicis verò nostris dissidentibus adversari, dum ex ipso malè intellecto perperam contendunt, nostrâ Thesi ipsius lædi authoritatem: idemque dicendum de authoritate celeberrimi P. Vasquez, cujus authoritatem nobis opponit P. Salinas in cap. 2. Ionæ q 35. n. 220. *Post Suarium non leviter, sed eruditè, & acriter pro primatu voti virginalis Mariæ decertat, sapientiâ & ingeniò, quô solet noster Gabriel Vazquez, Tom. 2. in 3. part. Disput. 124. cap. 5. Pro eaque refert Bernardum, Rupertum, Bedam, Origenem, Ambrosium, Hug. Hieronymum, & S. Bartholomæum, & in eadem sententia omnes Ecclesiæ Patres esse testatur, si rectè inspiciantur,* num. 83. *duo tamen asserit indubitata esse.* Unum est, *ait*, ex sacra Scriptura colligi non posse aliquam, ante Beatam Virginem, virginitatem vovisse, & ità, hôc sensu saltem, certum esse, ipsam fuisse primam, hoc est, non constare aliquem fuisse ipsâ priorem. Alterum est, ipsam fuisse cæteris omnibus tanquam ductricem propositam, ut votum virginitatis emitterent. Ego verò existimo plures quidem, ut diximus in secundo capite, virginitatem, & castitatem perpetuam laudabiliter in Lege veteri servasse, & in hoc Beatam Mariam primam non fuisse, nullum tamen ante ipsam de virginitate servanda votum Deo nuncupasse. Nam authores, qui de alijs testantur in virginitate vixisse, non dicunt ex voto eos castitatem servasse; at qui de virginitate Mariæ loquuntur, planè asserunt eam votum Deo nuncupasse, & ideò meritò cæteris ut ductricem castitatis imitandam proponi. *Hæc Vazquez, & meritò. Nam mirabile est profectò, quod Patres omnes Ecclesiæ, dum de castitate Virginis agunt, statim ejus votum ingerunt, & illi, qui de virginitate Eliæ & aliorum aliquô modô loquuntur, nullatenus voti meminerunt.* Sed quàm immeritò patet. Primò: quià dicit *post Suarium*; & tamen Suarez *Tom. 3. de Religione cap. 2. n. 3.* supra objecto, citat *Vasquium*. Secundò: quià P. Vasquez ibi non certat pro primatu voti virginalis Mariæ, ante omnes SS. Viros; sed ante omnes fœminas dumtaxat, ut statim patebit, nec plus

Conclusio Authoris.

Objectio P. Salinæ ex Vasquez.

Notatur P. Salinas.

Exponitur P. Vasquez.

evincunt authoritates, quas refert. Tertiò: quia P. Salinas verba *unum est* usque ad *Ego*, citat tanquam Vasquij, quæ sunt illorum, de quibus ibi ait, *verum enim verò hoc difficile sanè quibusdam videtur* Quartò: in verbis P. Vasquij dicit *aliquem*, *nullum*, & Vasquez impress. Antverp. 1662. expresse habet *aliquam*, *nullam*. Quintò: licèt P. Vasquez di ceret *nullum*, intelligi deberet, juxta expositionem datam ad mentem P. Suarij *Resp* 2 ut patet ex his verbis, *& ideò meritò cæteris ut ductricem castitatis imitandam proponi.* Sextò: quod addit, *& meritò* &c. ostensum est esse evidenter falsum *Responso* 2. & 3. ad *Telum XI. Pharetæ* 1 & infrà *Pharetra ultima Telo* 2. magis patebit. Undè non est similibus hallucinationibus, quæ dissidentibus Amicis sunt nimis communes, diutius hærendum: mirum tamen est, quod viri alioqui sapientes, re indiscussâ, istis tàm facilè adhæreant.

# 541. PHARETRA V.

## *Ex Doctissimo P. Miranda Ord. S. Francisci obs. Regul.*

Cur Sherlogus, secus Miranda omittatur.

542. PRætermitto *Tela*, quæ ex R. P. Pauli Sherlogi *Doctissimis in Cantica cogitationibus* in nos ab Amicis dissidentibus vibrari possent; quia nullum reperio, quod sufficienter ex præmissis, præsertim *Pharetra I.* enervatum non sit: prætermisissem quoque *Tela* sequentia ex Doctissimo P. Miranda ob eandem rationem; sed cum obscuritate sermonis dissidentes fallat Amicos, alioqui valde oculatos, operæ prætium duxi ejus revelare sermonem, nè imposterum dissidens putetur, qui revelato sermone apertè confidens est Amicus.

## TELUM PRIMUM.

Argum. ab Instit. Christi.

543. P. Miranda *Manualis Prælat.* Tom. 1. q. 3. articul. 1. Conclus. 1. *Religio & Religiosorum status, non ab homine, & per purum aliquod inventum humanum, in terram effluxit; sed supremo Dei beneficio è Cœlo in terram descendit, atque immediatè institutus fuit à Christo.*

### ENERVATIO

Solutio remissiva.

544. REspondeo: P. Mirandam ibi nihil plus velle, quàm doctissimo P. Suari concesserimus *Responsis ad Telum I. & V. Pharetra IV.* ut consideranti patebit. Vide etiam *n.* 535. *in fine.*

TE-

# TELUM II.

Argum. & censura. P. Salinas.

545. P. Miranda ibidem art. 2. quærit: *utrum ante tempora & adventum Christi Domini, fuerit aliqua vera, & propria Religio, ad modum, quô in Ecclesia sunt Religiones hodiè.* Subdit, P. Salinas *in cap. 2. Ionæ q. 35 n. 212.* hanc difficultatem, *ait*, moveo ad excludendum quemdam vulgi errorem, atque stultitiam multorum, quàm maximam, qui harum rerum prorsus ignari, nonnullos Religiosos ex his, qui sunt in Ecclesia hodiè (Carmelitas vocant) ab Elia Propheta ortum & originem immediatè duxisse existimant; ac proindè esse hunc Ordinem antiquissimum, utporè qui incœperit ante tempora & adventum Christi, & ante sanctos Apostolos. *Hæc & alia ibi Miranda: vocat ergo stultitiam & vulgi errorem, constituere ante Christum veram aliquam Religionem.*

## ENERVATIO

Solutio remissiva.

546. Respondeo primò: P. Mirandam, etiam hîc non plus velle, quàm doctissimo P. Suario concesserimus *Responsis ad Telum I. & V. Pharetra IV.* ut patet ex Titulo Quæstionis, *utrum ante &c.*

Notatur P. Salinas in duobus.

547. Respondeo secundo: P. Salinam de proprio addidisse: *nonnullos*, cum P. Miranda habeat *nullos*: hæc enim sunt ejus verba: *hanc difficultatem moveo, ad excludendum quemdam vulgi errorem, atque stultitiam multorum quàm maximam, qui harum rerum prorsus ignari, nullos Religiosos ex his, qui sunt in Ecclesia hodie (Carmelitas vocant) ab Elia Propheta ortum & originem immediatè duxisse existimant; ac proindè esse hunc Ordinem, omnium antiquissimum, utpotè qui incœperit ante tempora & adventum Christi Domini, & ante Apostolos. Non negatur hîc à nobis, neque in Controversiam adducitur, quod D. Elias fuerit quodammodò veteris & antiqui temporis Religiosus, aut quod ipsi* Carmelitæ *non eundem imitentur perfectissimè pro suo posse.* Quæ cum verissima sint, & approbet P. Miranda, stante termino *nullos*, nonnisi inconsideratè (ne dicam, quod modestia vetat) P. Salinas ly *nullos* de proprio mutavit in *nonnullos*, ut suum diffidium hôc trunco firmaret, *vocat ergo stultitiam & vulgi errorem, constituere ante Christum veram aliquam Religionem*: sed dum omittit hanc, ipsius etiam Tituli *Quæstionis*, limitationem, *ad modum, quô in Ecclesia sunt Religiones hodiè*. illationem illam, certè acerbam nimis, facit suam, quæ, istâ limitatione additâ, nil habet acerbitatis: cur igitur, dum Amicus, eam omisit?

Consentit & favet Authori P. Miranda.

548. Respondeo tertiò: vocarit P. Miranda, *stultitiam & vulgi errorem: constituere ante Christum veram aliquam Religionem, ad modum, quô in Ecclesia sunt Religiones hodiè.* prout ipse limitat immediatè subdens: *Sed quod quæritur in præsentiarum, est, utrum illo tempore fuerit in Ecclesia aliqua vera & propria Religio, quæ mereatur verè & propriè Religionis nomen ad instar earum, quæ in Ecclesia sancta versantur hodiè.* Id est *cum solemnitate, perfectione & potestate Clavium prout Legis gratiæ*: prout *in Ecclesia sunt & versantur hodiè Religiones.* Hoc ipsum similiter stultitiam & vulgi errorem ultrò vocamus, & obindè hæc tria à votis Eliæ ac Religione, quam instituit, excludimus: sed hoc nullatenus favere P. Salinæ & alijs diffidentibus Amicis, contra Eliæ vota & Religionis substantiam ab istis præscindendo, hucusque ostendimus; &, ni fallor, omninò evicimus. Undè P. Salinas probare debet P. Mirandam vocasse *stultitiam & vulgi errorem*, constituere, ante tempora & adventum Christi, veram aliquam Religionem quoad votorum essentialium substantiam præcisè, sive *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratia* præcisis; ac proindè non *ad modum, quô in Ecclesia sunt Religiones hodiè*; neque *ad instar Religionum, quæ in Ecclesia sancta versantur hodiè,*

Onus probandi P. Salinæ.

Alioqui reus est.

*tur hodiè*, quibus similia non habet P. Mirandæ textus: aut certè, si id probare non possit, se reum istius commenti fateri debet, præsertim cum hæc sit expressa P. Mirandæ conclusio. *Quamvis in veteri Lege, & ante adventum Christi Domini, & sanctorum Apostolorum, Religionis, sive Religiosi status aliqua præcesserint vestigia, symbola atque figuræ; nulla tamen verè & propriè Religio instar earum, quæ in Ecclesia sunt hodie, fuit ante tempora Christi Domini & sanctorum Apostolorum.* Quibus negat antè Christi & Apostolorum tempus, fuisse verè & propriè Religionem instar earum, quæ in Ecclesia sunt hodiè; & affirmat, fuisse aliquam ut vestigium, symbolum & figuram hujus, quod subsistit, licèt tria vota substantialia, præcisâ *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiæ*, continuerit, uti hucusque, ac specialiter *Pharet. I. Telo XIII. Pharet. II. Telo IV.* & *V. Pharet. III. Telo V.* & *Pharet. IV. Telo I.* efficaciter probavimus. Undè tantum abest, ut P. Miranda nobis adversetur, quin potius faveat, nec plus prætendamus, quàm ipse nobis expressè concedit; præsertim si attendatur ad *Responsum* datum *Telo I.* & quod velit *ibidem q. 6. art. 2. Concl. 1. in fine*, discrimen votorum nostrorum à votis istius temporis ante Christum oriri à solemnitate voti: *nostrorum autem*, inquit, *Religiosorum votum est perpetuum, de qua perpetuitate & profitendi modo, & obligatione, quæ oritur ex solemni voto, in subsequentibus plura dicemus.* Debuisset P. Salinas supponere, nos non ignorare consilia de votis demum per Evangelium esse promulgata, clavium potestatem esse primitùs à Christo acceptam, & ante illum, hancque potestatem ab eo traditam, Monachismum non fuisse usu Sacramentorum novæ Legis, indulgentiarum, Privilegiorum & indissolubilitatis (præterquam authoritate summi Pontificis) perfectum, quibus attentis & subintellectis, Concilium Meldense *cap. 6.* dicit *S. Ordinem Monasticum ab ipsis Apostolis fundatum &c.* Abbas Ioachim in *lib.* introd. in Apoc. cap. 20. *Ordinem Religiosorum institutum esse ab Apostolis in Ecclesia primitiva.* Supremus Inquis. Hispanicæ Senatus tulit *decretum*, quod sub initium *Pharet. I.* retulimus: his enim suppositis, vidisset statim *Telum* istud in nos vim non habere, seque suum potius debere *Telum* continere, quàm in aerem vibrando, amicum offendere.

Conclusio Authoris.

# PHARETRA VI.

## *Ex R. P. Francisco Bordono tertij Ordinis S. Francisci.*

Præfatio Authoris.

549. Hic quidem Pater difficultatem, quam hucusque elucidare, & contra dissidentes Amicos propugnare, studuimus, minus penetrasse videtur, quàm suprà repulsi RR. PP. Societatis Iesu, qui in cortice litteræ hærere non solent, sed cor attingere: verumtamen, quià multa opponit, quæ vel solâ Operum suorum ac nominis celeberrima commendatione, Thesis nostræ veritati obesse possent, operæ pretium duximus, etiam talia qualia ab ipso in nos vibrata *Tela* evitare. Igitur sit.

TE-

# TELUM PRIMUM.

550. R. P. Franciscus Bordonus *Tom.5. cap.1.* de professione Regulari n.54. *Ante Christum in veteri Lege nulla erat vera Religio sub tribus votis, in quibus consistit propriè Religio; sed tantùm in umbra, figura, nomine, & cortice. Id probatur: tùm authoritate S. Pauli 1. Corint. c.11.* Hæc autem omnia in figura contingebant illis. *Et initio hujus capitis dixerat:* Patres nostri omnes sub nube fuerunt. *Quidquid ergò egerunt SS. Patres veteris Testamenti, erat figura, umbra, & nubes eorum, quæ in re futura erant per Christum; ac proindè etiam Religio Eliæ fuit in figura, & nube, non in re & veritate. Tum Doctorum, qui omnes docent Religionem nostram fuisse adumbratam in Lege veteri, cum Bellarm. c.5. de Monachis, Pontio lib.7. de Matrim. c.1. n.2. Lezana par.1. c.1. n.2. Miranda Tom 1. q.3. art.2. qui hæc habet:* Quamvis in veteri Lege, & ante adventum Christi Domini, & sanctorum Apostolorum Religionis, seu Religiosi status, aliqua processerint vestigia, symbola, atque figuræ, nulla tamen verè & propriè Religio instar earum, quæ in Ecclesia sunt hodiè, fuit ante tempora Christi. Argum. ab umbra & figura Rel. ante Christum,

551. *Probatum igitur est, in veteri Lege statum Religiosum non extitisse, nisi in nube, & umbra; ac proindè ab Elia, qui fuit veteris Testamenti; priori modò non descendisse Ordinem Carmelitanum in ratione Religionis, & Regulæ; quia non potuit Sanctus vir hæc duo communicare Carmelitis, nisi in umbra, quam ipsi nolunt, sed lucem, quam ab eo nunquam consecuti sunt; quia nemo dat, quod non habet, cap. Daibertum 24. 1. q.7. Elias enim non habebat statum Religiosum, sed illius tantum umbram, quam communicavit illis, & nihil aliud ultra.*

## ENERVATIO

PRo efficaciori hujus Teli Enervatione.

552. Supponendum primò: Ipsum *ibidem numero 1.* sic scribere: *Religionis vocabulum tribus modis accipitur, à baptismo, clericatu, & professione.* Primò: *à baptismo; nam Ecclesia, quam Christus sanguine suo acquisivit, vocatur Religio, quô nomine nuncupatur in oratione Apostolorum Petri, & Pauli, ibi,* Da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum, per quos Religionis sumpsit exordium. *Supple propagationis; quià exordium acquisitionis, institutionis, & fundationis fuit à Christo Domino. Quilibet autem homo per receptionem baptismatis ascribitur, & fit membrum, & pars Ecclesiæ, & Religionis Christianæ; ideò vocatur Religio à baptismate ad distinctionem aliorum duorum modorum* Numero 4. ad rem nostram. *Tertiò: nomen Religionis accipitur à professione regulari trium votorum, quæ substantialia vocantur, à qua professi nuncupantur Religiosi; per hanc enim promissionem Deo factam religantur novis obligationibus, præter eas, quas in baptismate contraxerunt. Conveniunt intentè hæ tres species Religionis in eo, quod novam obligationem inducunt in religato, seu Religioso ex baptismo, clericatu, & professione.* Item ibidem: *Neque de professione Regulari Apostolorum quisquam dubitare debet; quià, in sententia omnium, Apostoli fuerunt veri Religiosi sub tribus votis substantialibus ex D. Thomæ 2.2. q.88. art 4. ad 3. Pontio Augustiniano lib.7. de Matrim. cap.2. Tambur. Tom.1. Disp.25. q.1. n.38. aliorcitantibus* Numero 17. *ex communi vita, quam faciebant Apostoli cum Christo, colligitur vita Regularis; nam continuò eum sequebantur, cum illo comedebant, cum illo orabant, cum illo prædicabant, & alia hujusmodi exercebant de illius jussione* &c. *In primitiva igitur Ecclesia Discipuli ad fidem conversi, cum Apostolis vitam agebant communem, quod indicat eos propriè fuisse Religiosos.* Numero 20. *Religio post Apostolos propagata continuè fuit à fidelibus, sine ulla interruptione, in solitudinibus à S. Antonio, qui incæpit vivere secundum Regulam sub sanctis Apostolis constitutam.* Numero 34. *Religionem definit Bellarm.* lib.2. de Monachis cap.2. Supponitur 1. ex Bordono.

sic: Re-

sic: *Religio status est hominum ad perfectionem Christianam per paupertatis, continentiæ & obedientiæ vota tendentium: non placet; quia deest authoritas Sedis Apostolicæ, sine qua nulla consistit Religio.* &c. Sed advertendum, quod R.P. Bordonus ibi agat, non solum de Religiosa professione post Baptismum, ut patet ex *n* 4. sed & post S. Sedis decretum, Religionum approbationem ab ea peti jubens, ut patet ex *n*.20 Quæ punctum nostræ difficultatis, de vera Eliæ & filiorum Prophetarum veteris Testamenti Religione in tribus votis essentialibus præcisè, sive istis ac *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiæ* præcisis, nullatenus tangunt. Deinde ex vita communi Apostolorum, infert: *eos propriè fuisse Religiosos.* Quidni à fortiori pro Elia & filijs Prophetarum ex eorum obedientia, paupertate & castitate, idem infert? Hæc certe magis vitam verè & propriè Religiosam concernunt, quàm vita communis; quia sine hac, illa datur in Religiosis solitarijs; sine illis verò dari non potest.

Suppositum 2. ex eodem.

553. Supponendum secundò P. Bordonum ibidem *n*.35. sic Religionem, de qua hîc agit, definire. *Religio est Congregatio fidelium utriusque sexus tendentium ad perfectionem, professione trium votorum substantialium Paupertatis, castitatis, & obedientiæ, observandorum à professis usque ad mortem secundum Regulam à Superiore approbatam. Hæc definitio bona est, adæquatè declarans naturam Religionis; constans genere, quod est congregatio, per quam Religio convenit cum alijs, quæ congregationes nuncupantur; convenit cum Ecclesia, quæ est congregatio fidelium baptizatorum profitentium fidem sub Pontifice Romano, cum Collegijs, Confraternitatibus, Universitatibus, quæ congregationes appellantur. Constat differentia per sequentia verba, quæ referuntur ad professionem, quæ est ejus ratio formalis, sine qua subsistere non potest. Colligitur hinc septem esse de ratione Religionis. Professio, Regula, Superior, Subditus, perpetuitas, Habitus, & approbatio. Professio est ejus formalis ratio, & primus conceptus objectivus differentialis, quò primum constituitur in esse; quià autem Novitius aliquid determinatum profiteri debet, nimirum tria vota substantialia, quæ cum sint communia omnibus Religionibus in genere, ideò hæc limitantur per regulam, secundùm quam Novitius professionem legit, ideò regula est de ratione Religionis, à quo professi denominantur Regulares.* &c. Sed notandum, quod R.P. Bordonus ista Religionis definitione non comprehendat ea, quæ ad illam supposito 1. requisivit, videlicèt Baptismum, & S. Sedis authoritatem, quod magis attendere debuisset, dum obinde Em. Bellarmini communiorem & meliorem reijcit definitionem. His autem suppositis.

Nil contra Authorem probat Bordonus.

554. Respondeo primò; P. Bordonum solum probare, Religionem sub tribus votis essentialibus in Lege veteri fuisse umbram, figuram, nomen, & corticem *Religionum, quæ in Ecclesia sunt hodiè.* ut patet ex verbis P. Mirandæ, quæ pro se citat, & exposuimus *Pharetra V.* in *Responsis* ad *Telum* 2. Et ulteriùs patet. Primò: ex eo, quod *n*.1. velit Religionem, de qua agit, partim sumi *à baptismo*; quod *n* 5. confirmat, dicens: *primum locum tenet Religio à baptismate* &c. *nullus enim fieri potest clericus, aut professus, nisi sit baptizatus.* Secundò: ex eo, quod *n*.34. varias Religionis definitiones reijciat, ex *defectu Sedis Apostolicæ authoritatis, approbationis* &c.

Quid probare debebat.

555. Respondeo secundò: P. Bordonum, ut quidpiam contra nos obtineret, debuisse probare in veteri Lege, non fuisse Religionem in tribus votis essentialibus præcisè, prout præscindit à baptismo, S. Sedis Apostolicæ authoritate, approbatione &c. alioqui, ut patet, difficultatem ipsam supponit intactam, non tollit.

556. Respondeo tertiò: nos facilè concessuros R.P. Bordono, in antiqua Lege nullam fuisse veram Religionem, supposito, quod ad eam prærequiratur *Baptismus, S. Sedis Apostolicæ approbatio, solemnitas, perfectio, & potestas clavium prout Legis gratiæ,* quod sit *secundum consilia Evangelica de facto promulgata, secundum Regulas à S. Sede Apostolica approbatas,* & similia accidentia Religionis substantialiter in tribus votis essentialibus præcise consistentis: sed

tis: sed umbram & figuram hujus dumtaxat; modò illam, pro qua sola contendimus, Eliæ & filijs Prophetarum in veteri Lege concedat, eâ ratione, qua concedere debet, in ea fuisse verum & proprium matrimonium, licèt fuerit solùm umbra, & figura hujus ut Sacramenti novæ Legis: sive etiam prout Religio sumpta pro *cultu Dei* in antiqua Lege fuit vera & perfecta quoad substantiam Religionis pro *cultu Dei*, licèt fuerit solùm umbra & figura Religionis Evangelicæ pro *cultu Dei* à Christo instituto. Imò si, eô non obstante, nobis concedat, quod non auderet, Religionem à Christo institutam, fuisse quidem veram quoad substantiam, sed umbram & figuram tantùm Augustinianæ, Franciscanæ &c. ut talium, sive secundum regulam talem & Pontificum decreta talia, uti clarè sequitur, in paritate sistemus: indeque clarè videbit, quàm parum nostram difficultatem penetraverit.

557. Respondeo quartò: P. Bordonum, absque ullo fundamento, ad verè & propriè dictam Religionem in genere potius requirere *baptismum, S. Sedis Apostolicæ authoritatem & approbationem*, quàm *solemnitatem*; de hac autem ità scribit Tom. 3. p. 2. Resol. 85. n. 14. *Solemnitas professionis, quæ importat acceptationem professionis ex parte Religionis, non est de essentia status Religiosi in genere; ità quod necessariò concludi debeat in omni specie status Religiosi: sed aliqui status reperiri possunt sine dicta solemnitate constituentes veros Religiosos. Id non aliô probatur fundamentô, quàm ex eo, quod deducitur ex Bulla Gregorij XIII. præcipuè, quandò asserit Iesuitas, de quibus ibi, per emissionem votorum simplicium, non solùm esse propriè & verè Religiosos, post editam Bullam; sed tales fuisse etiam ante constitutionem ipsius Bullæ; quos tales fuisse declaravit absque ulla dispensatione, neque privilegio, cum de his in Bulla non fit mentio: ergo cum Iesuitæ ante dictam constitutionem fuerint verè & propriè Religiosi, licet inferre solemnitatem non requiri ad statum Religiosum ut sit, quasi eam imbibat, & includat in sua natura: nam si hoc esset verum, non sufficeret Pontifici declarasse Iesuitas fuisse, & esse verè & propriè Religiosos; sed præterea debuisset dispensare in parte requisita ad essentiam status Religiosi, quod potuisset facere; si enim aliquem extra statum illum ponere potest simpliciter, eo magis auferre aliquam partem, & conditionem intrinsecam, seu essentialem; neque enim in his moralibus ità strictè moralizandum est, sicut in naturalibus; moralia enim sunt composita virtute & potestate hominum, quibus etiam limitari, ampliari, & auferri possunt hôc vel illô modô. pro quo facit prima regula. Res per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur. Confirmatur: quia solemnitas voti formaliter, & in vigore consistit in acceptatione voti facta à superiore, licèt dicat respectum ad traditionem ipsius Novitij, cujus professio & votum supponitur, ut acceptari possit à Superiore: quare cum ratio voti professionis subsistat, quod est de intrinseca ratione status Religiosi, ex vi ipsius status, ut patet ex dictis præcedenti quæstione, nihil videtur deesse statui Religioso de sua natura, & in genere; undè supradictæ conditiones in casu præsenti locum habent absque dicta solemnitate, de qua consultò in præcedenti quæstione, in qua statuimus necessaria ad statum Religionis in genere, ne verbum quidem diximus.* Sed, cur plus dixerit de Baptismo, & Sedis Apostolicæ approbatione, respectu status Religiosi in genere, non apparet, & cur malè plus dixerit, paritas suadet: nam sicut eâ ratione, quâ votum secundum se præscindit à solemni & simplici, eadem ab his præscindit professio Religiosa secundum se: ita eâ ratione, quâ votum secundum se præscindit à Lege nova & veteri, Ecclesia & Synagoga, baptismo & alio peccati originalis remissivo, approbatione S. Sedis Apostolicæ & S. Sacerdotis antiquæ Legis, eâdem ab his præscindit professio Religiosa secundum se, quam si Eliæ & filijs Prophetarum in veteri Lege concesserit, uti votum secundum se, nobis sufficit.

Bordonus quædam requirit sine fund.

# TELUM II.

*Argum. à definitione Religionis.*

558. P. Bordonus ibidem numero 35. 36. 37. *Religio est Congregatio fidelium utriusque sexus, tendentium ad perfectionem professione trium votorum substantialium, Paupertatis castitatis, & obedientiæ, observandorum à professis usque ad mortem secundum Regulam à Superiore approbatam. Hæc definitio bona est adæquatè declarans naturam Religionis, constans genere, quod est congregatio, per quam Religio convenit cum alijs, quæ congregationes nuncupantur, convenit cum Ecclesia, quæ est congregatio fidelium baptizatorum profitentium fidem sub Pontifice Romano, cum Collegijs, Confraternitatibus, Universitatibus, quæ Congregationes appellantur. Constat differentia per sequentia verba quæ referuntur ad professionem, quæ est ejus ratio formalis, sine qua subsistere non potest. Colligitur hinc septem esse de ratione Religionis. Professio, Regula, Superior, Subditus, Perpetuitas, Habitus, & Approbatio. Professio est ejus formalis ratio, & primus conceptus objectivus differentialis, quo primum constituitur in esse; quià autem Novitius aliquid determinatum profiteri debet, nimirum tria vota substantialia, quæ cum sint communia omnibus Religionibus in genere, ideò hæc limitantur per regulam, secundum quam Novitius professionem legit, ideò regula est de ratione Religionis, à qua professi denominantur Regulares.*

## ENERVATIO

Bordonus in probatione deficit.

559. Respondeo primò: P. Bordonum non probaturum particulas *usque ad mortem*, magis esse ex natura rei de essentia verè & propriè dictæ Religionis in genere, etiam Legis gratiæ, ex parte Religiosi professi, quàm ex parte Superioris aut Religionis professionem Religiosam acceptantis sic nempe, ut sicut ille eam facit usque ad mortem, ita hic illam acceptare debeat usque ad illius mortem; ex parte autem hujus non esse, constat ex verè & propriè dicta Religione Scholarium Societatis, qui à Superioribus ex Pontificum declarationibus à votis absolvi possunt, quod anteà in usu Ecclesiæ non erat; & ideò ipse P. Bordonus, paulò antè citatus, dicit: *Solemnitatem professionis, quæ importat acceptationem professionis, ex parte Religionis non est de essentia status Religiosi, ità quod necessariò concludi debeat in omni specie status Religiosi; sed aliqui status reperiri possunt sine dicta solemnitate constituentes veros Religiosos*, &c. Cur, obsecro, idem non dicit pro parte Religiosi, professi, cum addat: *Id non aliò probatur fundamentò, quàm ex eo, quod deducitur ex Bulla Gregorij XIII. præcipuè, quandò asserit Iesuitas, de quibus ibi, per emissionem votorum simplicium; non solum esse verè & propriè Religiosos post editam Bullam; sed tales fuisse etiam ante constitutionem ipsius Bullæ, quos tales fuisse declaravit absque ulla dispensatione, neque privilegio?* Numquid fortè putat P. Bordonus Summum Pontificem non potuisse idipsum è contra declarare in favorem professi, quod declaravit in favorem acceptantis professionem? Hoc numquam probabit, cum illius *traditio* ex natura rei proportionari possit *acceptationi*, in cujus favorem id declaratum est: Unde patet R. P. Bordonum confundere accidentia cum essentia verè & propriè dictæ Religionis in genere.

Quæstio ad hominem.

560. Respondeo secundò: Quærendo à P. Bordono, de qua *Regula* ibi agat, & ut illam definiat secundum substantiam, prout præscindit quoad substantiam à Regula Apostolorum, Augustinianorum, Franciscanorum, &c. antequam asserat, quod Elias caruerit Regula, & Albertum Patriarcham Ierosolymitanum Carmelitis tradidisse primam Regulam. Frustra enim similia asserit, priusquam de illa certò statuerit; cum *n.* 181, ipsemet ità scribat: *Lessius lib. 2, cap. 41, n. 5. & ex eo rescribit Bassæus Capucinus.*

Lessius.

spiciunt. v. Religio n. 5. *Ad essentiam status Religiosi non requiri regulam, præter eam, quæ Divinis mandatis, & ipsis votis continetur: quià hæc absolutè sufficiunt, ut ducant hominem ad perfectionem. Confirmat; quià ad reliqua non est obligatio in singulis præsertim essentialis; potest enim quis eximi à choro, ab esu carnium, &c. Sed quià Papa non consuevit hujusmodi statum approbare sine Regula, ideò ea est necessaria, non per se, sed per accidens.*

561. Verum quidem est, quod istam doctrinam impugnet, dicens. Primò: *Christus ipse, dum primò in Apostolis erexit statum Religiosum, illis præscripsit Regulam Evangelij speciali modò nimirum ad observationem consiliorum sub vinculo voti, in quibus consistit eorum Regula, sub qua obligatione cæteros fideles non subdidit.* Secundò: negatur, *absolutè sufficere vota sine adminiculo Regulæ ad ducendum Monachum ad perfectionem: sicut enim Apostoli tendebant ad perfectionem, non solum per observationem trium votorum; verum etiam per prædicationem & administrationem Sacramentorum; ità omnes alij Religiosi ad eandem tendunt observatione suarum Regularum & Constitutionum.* Tertiò: impugnat confirmationem, dicens: *ex eo, quòd Papa professum super votis dispensare potest, non infertur, vota accidere statui Religioso; ergo neque ex eo, quòd dispenset in nonnullis statutis in Regula, non rectè arguitur, Regulam accidere statui Religioso.* Objectio Bordoni.

562. Sed contra primum est: quòd clarè sequatur ex *Respons.* ad *Opposit.* minùs constare de ista præscriptione Regulæ Evangelij speciali modô illô, quam de votis Apostolorum modô in ista *Respons.* oppositô: neqûe est textus Evangelij specialem istum modum insinuans: neque est necessarius, cum sufficeret vovere tria vota essentialia in materia quacumque conducente ad majorem perfectionem, prout conscientia dictaverit, prout Deus inspirarit, prout Christus voluerit, dum illa occurrit; quandoquidem moderni Religiosi passim non putent se magis votô speciali obligatos ad ea omnia, quę sunt in Evangelio, quàm sint cæteri fideles. Si tamen, opportunè importunè, quod non probabit, velit: Apostolos vovisse tria vota essentialia, secundum contenta in Evangelio (præterquam quòd sic faciet penè omnes modernas Religiones à sua primæva institutione Christi degeneres, quod valdè absurdum est, & improbabile:) eâdem ratione dicam, Eliam vovisse tria vota essentialia secundum contenta in antiquo Testamento, conducentia ad majorem perfectionem. Quòd enim nunc Pontifices, Religiones non approbent, nisi sub certa Regula, non est, quòd certa & determinata sit de substantia Religionis, prout præscindit à Religione veteris & novæ Legis, Apostolorum & modernorum Religiosorum; sed quòd velint, aut Religiones inter se distinguere, aut Religiosos ad hanc vel illam restringere, ut sciant, ad quos sua decreta, approbationes, gratias & privilegia extendant, vel non extendant; alioqui à principio non fuit sic, ut omnes fatentur, & etiam patet in Canonizatione Sanctorum, quæ à principio solâ voce populi fiebat, & sufficiebat, etsi modò Ecclesiæ solemnis requiratur. Solvitur 1. pars.

563. Contra secundum etiam est: quòd quidem *Apostoli tendebant ad perfectionem, non solum per observantiam suorum votorum, verum etiam per prædicationem & administrationem Sacramentorum.* Sed non ex voto Evangelico: aliàs, qui de his vota non facerent, non essent Religiosi secundum Christi institutionem: aut certè, sicuti sine horum votis dantur veri Religiosi, ab Ecclesia secundum Christi institutionem approbati, ab Ecclesia approbari possent veri Religiosi, vt v. g. Episcopi, Pastores sive Curati, secundum Christi institutionem sub horum voto dumtaxat; nam ut illa ab hoc, ità hoc ab illis separari posset. Si tamen hoc concesserit, frustrà pugnat pro tribus votis essentialibus ad Religionis substantiam requisitis, ut patet. Solvitur 2. pars.

564. Contra tertium denique est: quòd Lessius & alij velint, Religiosum, manentem Religiosum, posse dispensari in choro, esu carnium &c. quià semper sufficientia restant, in quibus votum obedientiæ exercere possit, & manere Religiosus Solvitur 3. pars.

 secundum

secundum substantiam Religionis, licèt non maneat Religiosus secundum accidens quale est talis Regula respectivè ad substantiam Religionis, prout præscindit à Religione Apostolorum & modernorum, vt ante dictum est: nam reverà moderni Religiosi manent Religiosi secundum institutionem Christi, licet voto non obligentur ad omnia contenta in Evangelio, quod vult, esse regulam à Christo pro Religiosis institutam; sed malè, ut vidimus: vel clarius; Religiosus manens Religiosus, transit de una Regula ad aliam, uti de una Religione ad aliam; ergo regula est tantum accidens respectu substantiæ Religionis.

Mala P. Bordoni illatio.

565. Quantumvis tamen id bene velle concederem, uti & regulam aliquam determinatam esse de substantia Religiosi status: non rectè infert, Eliam non habuisse certam Regulam, & Carmelitas ante Albertum caruisse Regulâ. *Primò*: quià Elias pro Regula habuit antiquum Testamentum, & alios Spiritus Sancti instinctus ad majorem perfectionem conducentes: filij Prophetarum verò usque ad Apostolos, idem Testamentum, & Eliæ traditiones. *Secundò*: à tempore Apostolorum habuerunt Evangelium & Acta Apostolorum, prout Apostoli, & Eliæ traditiones istis congruas, usque ad Ioannem XLIV. Patriarcham Ierosol. qui eis pro Regula dedit librum suum *de Institutione Monachorum in Lege veteri exortorum & in nova perseverantium*, à se ex istis tribus an. 412. compositum, & Caprasio montis Carmeli Priori traditum & consecratum. Verum quidem est, quod R.P. Bordonus librum illum reijciat, scribens, *non esse Regulam, sed historiam S. Eliæ & aliorum Prophetarum*: sed inconsequenter, dum admittit, Evangelium fuisse Regulam Apostolorum, quæ etiam est historia Christi, & Discipulorum ejus: sicuti enim non obstat, nè historia hæc sit Regula servandi vota essentialia; quià, præter historiam, multa continet ad perfectionem conducentia: ità est de Ioannis XLIV. historia, quæ præter consilia Evangelica, plena est S. Scripturæ & Evangelij locis ad veram perfectionem conducentibus, ut patet ex dictis *n.72*. Juvabit tamen hîc audire admodum clari nominis authorem Aubertum miræum nostratem, in *Præfat. ad lectorem Tract. de Ord. Carmelitano*, ubi præmissis illius primordijs, sic scribit: *Nova igitur Christi agmina, conceptô fidei Orthodoxæ calore, validius dimicantia virginis auxilio, feliciter egerunt; & Carmelus cœlestibus iam viris, quàm plantis fœcundior, cœpit animos excelsos procreare, ac in hunc modum, non tam scripto* (nota,) *quàm traditione instructus, usque ad annum à Christi natali quater centesimum perduravit. Creverat mirum in modum nova Virginis proles, quam scriptis iam legibus temperari opus erat: quamobrem Ioannes Ierosolymitanus Patriarcha XLIV. (quem Molanus inter Sanctos refert) Regulam è Scripturæ Sacræ consilijs, & veterum Patrum, qui ab Eliæ tempore Carmelum incoluere, documentis contextam ei præscripsit. Series verò longa sub ea Regula per annos plurimos excurrit, multisque laboribus; & infestationibus Carmelus afflictus est; ad annum quippe sexcentesimum usque numerosa proles increvit, ac post hac persecutionibus gravissimis Ecclesiæ hostium exagitata in Patrio monte, quò se velut in asylum tota recepit, usque ad octingentesimum annum perseveravit. Post eum verò annum Pontifices summi (à Leone illo, qui Pontificatum ad annum 848. gessit usque ad Gregorium VII) statum rerum adversarum commiserati gentem afflictam Privilegijs augere perrexerunt: verum interlapsis annis aliquot, Aymericus Lemovicensis, Antiochenus Patriarcha, & Apostolicæ Sedis in Oriente legatus, institutionem Eliæ pene collapsam conspicatus, Regulâ Ioannis è græco in latinum traducta, & à multis latinis, qui eò commigraverant exactius percepta: dejectos animos in avitam observationem erigere studuit, & Eremitas Carmeli ad communem vitæ rationem latinorum Monachorum moribus consentaneam induxit.* Cap. autem 1. subdit: *est in Syria mons Carmelus quarto lapide ab Acone seu ptolomaide urbe, ob triennalem olim obsidionem nobili: in eo monte Eliam olim Prophetam, & discipulum ejus Eliseum, aliosque Prophetas vitam egisse solitariam sacris ex Litteris constat. Horum exemplo, post Christum natum, plurimi exinde anachoretæ locum illum tenuere, qui demum Aymerici Malefaidæ Lemovicensis Patriarchæ Antiocheni, Sedisque Apostolicæ trans mare*

legati.

*legati, operâ in unum, certis legibus, uno sub capite, seu præfecto, coiêre.*

566. Respondeo tertiò: etiam hæc verba, *secundum Regulam à Superiore approbatam*, quoad ly *à Superiore approbatam*, propter nimiam obscuritatem, pati difficultatem ab ipso insuperabilem. Vel enim agit de Superiore proportionato tempori, in quo emittuntur vota: vel de Christo approbante omnem Regulam Evangelio conformem, prout ipsum Evangelium approbavit: vel de Superiore juxta exigentiam Sacrorum Canonum postmodùm à S. Sede emanatorum: & idem est proportionaliter de *approbatione* quærendum. Si primum: non est, cur Elias sanctissimus Dei Propheta sufficiens non fuerit ad probandam vitæ formam, quam ex speciali Dei instinctu instituit, cum tunc nec Christus, nec S. Sedis Canones essent, id vetantes. Si secundum: non agit de Religione in genere, & prout à perfectionibus per Christum acceptis præscindit; sed de Religione in specie, & prout has perfectiones includit, respectu cujus Elianam fuisse imperfectam ultrò admittimus: & eadem est ratio de *tertio*. Undè P. Bordonus priùs suam confusionem tollere debet, quàm se in illa confundat; præsertim, cum non sit efficaciter probaturus aliquam Regulam Religiosam fuisse aliter statim post tempora Apostolorum approbatam, quàm per conformitatem ad Evangelium & Acta Apostolorum, eò quod alij desuper nondum emanassent Ecclesiæ Canones. Vide dicta *Pharetra IV.* n.524. Dilemma P. Bordono difficile.

# TELUM III.

567. P. Bordonus ibidem n.54. *In omnium sententia Religio est status hominum ad perfectionem Christianam tendentium per vota paupertatis, Castitatis & obedientiæ à Christo Domino institutus.* Ità ex D. Th.2. 2. q.186. *Bellarm.* cap.2. de Monach. *Pontius* lib.7. c.1. n.1. *Palaus* part.3. tract.16. disp.1. part.1. n.1. *De Christo ejus institutore idem Bellarm.* c.4. *Platus* de bono statu c.20. Vasq.1. 2. disp.165. c.5. à n.44. ad 49. *Azor.* part.1. lib.11. c.23. q.5. *ex illis Sanch.* lib.5. cap.1. n.15. *Nullus contradicit: Elias sub hoc statu Christi non erat; cum fuerit ante Christum; ergo Carmelitis non potuit communicare statum Religiosum, qui nondum erat in re. Et licèt fuerit Elias sine uxore, sine facultatibus, Deo obediens, & vixerit in rigida paupertate: non ideò tamen erat verè Religiosus; quià sub voto ea non præstitit: ea enim observantia more Religiosorum, nisi constet eam exerceri sub vinculo professionis, arguere* (videtur omissum *non*) *potest statum Religiosum, cum multi sæculares servi Dei vitam degunt voluntariè in paupertate, & cœlibatu, ut quotidie id patet experientiâ; etiam Novitij hæc observant, & tamen non sunt Religiosi, quales sunt tantùm illi, qui professione iam sunt constituti in statu Religioso. Non possunt ergo Carmelitæ gloriari de hac descendentia per propagativam generationem status Religiosi à Sancto Elia, cum nihil eorum habuerit, quod eis communicare potuerit, nisi simplicem cœlibatum, & voluntariam paupertatem carentia perfectione status Religiosi. Quare descendentia, & successio hæreditaria, de qua Authores citati ab Adversario, intelligenda est de æquivoca per imitationem, & denominationem tantùm, & non de descendentia univoca per generationem propagationis status regularis; aliter hujusmodi Authores ignorarent essentiam Religiosi status, quod dicendum non est.* Argum. ab Inst. Christi.

## ENERVATIO

Etiam pro efficaciori hujus Teli evirátione,

568. Supponendum P. Bordonum hæc ad istiusmodi descendentiæ elucidationem præmittere. *Dicitur autem tribus modis aliquis ab alio descendere, generatione, denominatione, & imitatione; loquor moraliter de generatione, quomodo Paulus Apostolus dixit:* Ego vos per Quid descendentia ex Bordono.

 Evange-

Evangelium genui. *Erit ergo sermo de generatione per professionem Regularium.*

Per generationem.

569. *Generatio igitur regularis, quâ unus Religiosus ab alio descendit, & ei succedit, in eo consistit, quòd descendens ab ascendente accipiat statum Religiosum, & Regulam.*

Per denominationem.

570. *Descendentia per denominationem contingit ratione loci: undè professores Sancti Benedicti denominantur, & descendunt à monte Cassino. Carthusienses à monte Carthusiæ. Præmonstratenses à loco Præmonstrati. Hanc descendentiam aliqui tribuunt Carmelitis Rodr. Tom. 1. q.5. art.5. inquit:* Ordo Carmelitarum habuit originem in Oriente, & nomen à monte Carmelo duxit. *Ioan. XLIV. Patriarcha Ierusalem de Inst. Monachor. c.17. dicit:* Interea sciscitans, dilecte Caprasi, quâ ratione Monachi, in hac Religiosâ disciplina conversantes, appellantur Carmelitæ? Cum namque Elias conversationem hanc non in Carmelo, sed in Carith jussu Divinô inchoaverit, *&c.*

Per imitationem.

571. *Descendentia demùm per imitationem est imitari bona eorum, à quibus quis descendit, opera exercendo, hâc ratione Religiosi descenderunt ab Apostolis in eo, quòd illis successerunt in professione, præsertim paupertatis, continentiæ, & in prædicatione, Gloss. 11 Apostol. cap. videntes 16. 12. q. 1. & sic Carmelitæ descenderunt ab Elia, dum illum imitantur in austeritate vitæ, in continentia, & alijs exercitijs spiritualibus. In his duobus modis descendendi nulla est difficultas, sed tantum in prima, pro qua.*

Arguit à generat. nat. ad moralem Religionum.

572. *Sciendum est: nobis esse philosophandum à generatione naturali ad moralem propagationis Religionum; nam descendentes secundum naturam habent communicationem sanguinis, cognominis, & sualitatis ad bona etiam mortalia suorum ascendentium, quibus succedunt jure hæreditario; nam heres ejusdem est juris, & potestatis, quorum fuit defunctus l. 60. ff. de Regul. jur. ac proindè, per additionem hæreditatis, omnia jura, quæ erant apud defunctum tempore mortis, quæ tunc non erant extincta ipsô jure transeunt in heredem l. cum heredes 23. de acquir. vel amitt. possess. Pari ratione, qui moraliter descendunt à patre spirituali per professionem jus acquirunt successionis ad ejus bona spiritualia, quæ in re hac sunt status Religiosus & Regula, cum jure alimentorum Ordinis. Hæc est vera, & germana, in genere moris descendentia propagativa Religionis; quæ constituit in suo esse alumnos Religiosos, & dicitur univoca, quâ non solùm nomen, sed res nominis per descendentes quæruntur. Alij duo modi descendendi priorem supponunt in propagatione Religiosa; non enim quis dicitur descendere à monte Cassino, qui non acquisivit statum Religiosum professione Regulæ S. Benedicti; nec ut Religiosus imitari bona opera aliorum Religiosorum, nisi sit priùs positus in statu Religioso per professionem Regulæ approbatæ.*

Supponit præsupposita certa.

573. *Ex his suppositis, tanquam certis à nemine negandis probandum modò est, Carmelitas non posse descendere à S. Elia per generationem; sed tantùm per denominationem, & imitationem, sub qua ratione intelligendi sunt Patres, Doctores, & Pontifices, qui ab adversario adducuntur, narrantes Carmelitanos esse successores hæreditarios Eliæ, quandocumque probatur, illos ab eodem descendere per generationem propagativam Religionis. Id autem probatur multis modis.* His suppositis.

P. Bordonus eget distinct.

574. Respondeo primò: ly *Christianam*, uti notavimus suprà, pati obscuritatem: nam si per illam intendat excludere Synagogicam, tendentem ad Christianam Spiritu Prophetico præcognitam, principium petit, oppositumque patet ex dictis *n. 8. & 287.* Item quod addit: *nullus contradicit*, istô sensu evidenter falsum est; siquidem contradicunt Summi Pontifices, SS. Congregationes, Historici, Geographi, & communis SS. Patrum, antiquiorum Theologorum ac totius Ordinis Carmelitarum traditio, ut vidimus *Sectio I. VI. XVII. & n. 339. ad 345. ac infrà n. 663. ad 668.* Idem est de his verbis: *à Christo Domino institutus*, si agat de prima Christi institutione *ordine executionis*, & non solum *ordine intentionis*, sic ut dicat, sanctissimum Prophetam Dei Eliam Spiritu Propheticô futuram Christi institutionem non prævidisse, quoad ea, quæ Christi executionem non requirebant, prout patet in D. Virginis tribus votis, vel saltem voto virginitatis ejusdem, ac per consequens etiam votis obedientiæ & paupertatis, quæ Christi institutionis executionem præcesserunt. Si verò non intendat excludere Synagogicam, & solum agat de prima Christi institutione ordine intentionis:

tionis, tàm evidenter falsum est hoc P. Bordoni argumentum: *Elias sub hoc statu Christi non erat, cum fuerit ante Christum; ergo Carmelitis non potuit communicare statum Religiosum, qui nondum erat in re*; quàm hoc: *D. Virgo sub hoc statu Christi non erat, cum fuerit ante Christum; ergo ipsa non potuit habere votum virginitatis Religiosum, quod nondum erat in re.* Quià, si id non intendat, & solum agat &c. status ille tàm ab Elia, quàm à D. Virgine, priùs executione & tempore, ad exemplum institutionis Christi præcognitæ futuræ, esse potuit, ut patet. Vide dicta *Scuto I.* ac n. 533. & 544.

575. Respondeo secundò; ad *locis*, &c. locis statim præcitatis oppositum esse à nobis efficaciter probatum, & iam satis *Telorum*, quæ contra vibrant dissidentes Amici, *evitatione* confirmatum: mirum sanè est, quod dissidentes Amici id continuò supponant, nunquam vel solum illius umbram ponant; idem semper repetunt, & ne semel quidem id aliquô apparenti argumentô, quod prætactam superet traditionem, probant. Solutio remissiva.

576. Respondeo tertiò. Ex statim præmissis duobus *Responsis*, P. Bordoni illationem *non possunt ergo P. Carmelitæ gloriari de descendentia* &c. meram esse hallucinationem; indeque clarè evinci, attentis ijs, quæ *locis* ibi *citatis* dicta sunt, Carmelitas habere omnia, quæ necessaria sunt ad descendentiam ab Elia per status Religiosi propagativam generationem. Videat insuper P. Bordonus *Scutum XVIII. & Resp. ad Telum I. Pharetra I.* & statim apprehendet, ni fallor, similibus ratiunculis contra dictam traditionem insistere, esse valdè periculosum. Hallucinatio P. Bordoni.

# TELUM IV.

577. P. Bordonus ibidem n. 54. *Tertio probatur irrefragabili authoritate Ecclesiæ & oratione Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli 29. Iunij ibi*: Da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum, per quos Religionis sumpsit exordium. *Ecclesia, cui magnum piaculum est contradicere, ut etiam Adversarius asserit, declaravit in ea oratione, exordium ministeriale Religionis sumptum fuisse ab Apostolis. Non erat Religio ante Apostolos, in quibus Christus initium dedit status Religiosi, tales enim erant Apostoli, quorum Prior, & Abbas erat Christus. Divus Th. 2. 2. q. 88. art. 4. in fine. Pontius lib 7. c. 2. Tambur. Tom. 1. disp. 25. q. 1. n. 38.* Argum. ab Oratione de Apostolis.

578. *Neque quis dicat: nomine Religionis non venire statum Regularem in ea oratione; sed Ecclesiam Catholicam, quàm Christus sanguine suo fundavit in Apostolis. Nam Religio Christiana ex baptismo Christi dividitur in plures species, & immediatè potissimum in Regularem & Sæcularem ab ineunte Ecclesia. Dum ergo Ecclesia declaravit Religionem à baptismate exordium accipere ab Apostolis, non excludit, sed comprehendit, omnes ejus species; ac proindè Religionem à professione, cum omnis species contineatur sub suo genere.* Bordonus præoccupat solutionem.

## ENERVATIO.

579. Respondeo primò: P. Bordonum hîc iterum valdè hallucinari: quià loquitur de exordio Religionis, quæ baptismum præsupponit, ut patet ex verbis ejusdem *Telo I. suppositio 1.* citatis, & alijs ejusdem *ibid. Resp.* 1. de qua inter nos, ipsum & alios dissidentes Amicos, uti toties recantatum est, nulla difficultas: nam sicuti ultrò concedimus, baptismum esse à Christo post Eliam tempore institutum; ità & Religionem quà baptizatorum: sed contendimus, hanc Religionem esse Legis gratiæ & specialem, ab hacque & Eliana abstrahendam unam in tribus votis essentialibus utrique, ut vidimus n. 418. communem quæ essentialiter, tanquam genus suis specie- Hallucinatio P. Bordoni.

speciebus, vel si malis, tanquam substantiam & subjectum commune suis accidentibus, Elianæ & isti conveniat: tantum abest autem, ut hoc impugnet, quin potiùs convictus omninò dissimulare videatur, nè in pugna deficiens revocare debeat, quod *Tomo* 3. uti statim videbimus, inconsideratè docuit; quasi verò quispiam suas hallucinationes argutijs impertinentibus defendere possit.

Exponitur objecta Oratio.

580. Respondeo secundò: Orationem illam esse intelligendam, juxta illud Apostoli 1. ad Corinthios 4. *Per Evangelium ego vos genui*, putà *in Christo* IESU, Christi fideles, Christi Religiosos &c. quoad perfectiones Lege scripta adumbratas, & Lege gratiæ adimpletas: quod non obstat, nè vera fides, verus Decalogus, ac per consequens vera paupertatis, castitatis & obedientiæ vota, præcesserint, & per Evangelium confirmata sint, juxta illud sapientissimi nostri Waldensis Tom. 1 Doctrinalis fidei lib. 3. art. 1. cap. 10. *Nam Augustinus 15. de Civitate, & Eusebius primô Ecclesiastica historia cap 2 probant. Religionem Ecclesia Christi incœpisse ab Abel, & sic descendisse per Patres; & tunc alijs ritibus utebantur Patres veteres, & alijs utimur nos. Sicut ergo variatis ritibus Religionis Christi communis, per varias mundi ætates, eadem non minus mansit in substantia* (nota) *sic variatis ritibus Religionis peculiaris, Religio eadem manet in substantia. Sed hoc ergo satis est, probasse scilicet à primævo tempore fuisse Religionem quandam peculiarem, segregatam à vulgo, sicut arctioris professionis, ità longè meriti altioris, laudatam à Deo, probatam à Sancto Vulgo, exercitatam à sanctissimis Patribus, professam* (nota) *à Prophetis* (nota) *continuatam ab Apostolis* (nota) *institutam* quoad novas aliquas perfectiones *sub Evangelistis*, uti etiam docet Dionys. Carthusianus in Opusc. insign. lib. 2. cap. 6. *Cœperunt nonnulli, viventibus adhuc gloriosis & sanctis Apostolis, vitam illam communem inter se seorsim resumere, renovare, & cum multis additionibus juxta Evangelica Christi consilia continuare, viventes in omnimoda castitate, paupertate, obedientia, cum dira & ardua corporis afflictione, magnis vigilijs, jejunijs, abstinentijs & disciplinis. Porrò taliter conversantes, ab ipsis Apostolis & Apostolicis viris nominati sunt Monachi, quasi custodes unius, & uni summo bono jugiter intenti.* Vide dicta n. 548. & infrà n. 641. illud S Bernardi in Serm. ad fratres de monte Dei. *Vita Monastica est antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonstrata, iamque novæ gratiæ sole exortô, in Ioanne baptista instaurata & innovata.* Quod ibid. confirmat Em. Baronius. Quinam illi, obsecro, *resumentes renovantes, restaurati & innovati*, præter illos, de quibus Iosephus Antioch. de perf. milit. primit Eccl. cap. 12. & 17. *Prophetici instituti sectatores de monte Carmelo descendentes, Apostolorum coadjutores per Galilæam, & Samariam fidem Christi constantissimè sparserunt.* Et *lect.* 4. die 16 Julij in officio Divino à Summis Pontificibus approbato: *Viri plurimi, qui vestigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei institerant, & Ioannis baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspectâ, atque probatâ, Evangelicam fidem confestim amplexati sunt.* Undè, sicut Religionis sumptum exordium ab Apostolis non obstat, ne vera fides, Decalogus & vota, prout præscindunt ab illis quatenus Christianorum, sive à perfectionibus Evangelicis, Christum & Apostolos præcesserint; ità non obstat, nè hôc sensu, Religio, quàm propugnamus, in tribus votis essentialibus ab Elia, Christum & Apostolos præcesserit: ac proindè non satis pensatè P. Bordonus indè infert *ibidem* immediatè: *Sanctus ergo Elias, cui Carmelitæ asserunt se jure hæreditario succedere, non potuit illis communicare statum Religiosum, obligationem votorum, & alia, quæ constituunt statum regularem, cum omnibus illis caruerit, ut probatum fuit.* Quid probasti, mi Pater? Eliam caruisse statu regulari quatenùs Christianorum, & perfectionibus quatenùs Evangelicis, quæ minùs ad rem faciunt, quàm ad negationem affirmatio: hoc enim ultrò affirmamus, illud, quod infers, tanquam ad affirmationem nostram & tuam impertinens, negamus: negatum non probas, sed affirmatum confirmas, & nihil plus, cum careas pluribus.

TE-

# TELUM V.

581. P. Bordonus ibidem n.54. *Adversarius objicit diversorum Pontificum Bullas, per quas conatur probare antiquissimam descendentiam, & hæreditariam successionem à SS. Prophetis, qui tamen hujusmodi successionem aliter intelligere non potuerunt, nisi secundum denominationem, & imitationem, non autem de generativa secundum Religiosam propagationem: nè videantur negare exordium cujuslibet Religionis verè & propriè accepta, esse à Christo Domino; quod hæresis esset contra Magdeburgenses, negantes statum Religiosum in primitiva Ecclesia prodeuntem à Christo, & asserentes esse inventum hominum; quam hæresim Bellarm. cap.5. de Monachis confutat.* Argum ab Enervatione bullarum.

582. *Hinc Adversarius recognoscat suum errorem, non meum, qui dum inceptionem sui Ordinis facit ab Elia, non à Christo, fatetur esse inventum hominis, non Christi.* Item ab invento hominum.

## ENERVATIO.

583. Respondeo primò: P. Bordonum videri (quod absit) Pontificum Bullas ridere, dicens: *qui tamen hujusmodi successionem aliter intelligere non potuerunt, nisi secundum denominationem & imitationem*, cum paulò antè dixerit, *quâ ratione etiam universi aliorum Ordinum possunt se gloriari de hac descendentia per imitationem*: & eadem est ratio de universis Sæcularibus & Laicis. Numquid insignis irrisio? Simia imitatur hominem; ergo habet ab homine hæreditariam successionem. Sæcularis imitatur Religiosum; ergo à Religioso habet hæreditariam successionem. P. Bordonus Franciscanus imitatur S. Ignatium; ergo habet ab Ignatio hæreditariam successionem. Iesuita imitatur S. Franciscum, ergo à S. Francisco habet hæreditariam successionem. Quis Pontificum Bullas non similibus elusionibus irridentem non rideat: quasi verò non aliam Carmelitis concessissent ab Elia hæreditariam successionem, quàm Simiæ ab homine, seculari à Religioso, P. Bordono à S. Ignatio, Iesuitæ à S. Francisco. Vide insuper dicta suprà *n.368. ad n.373.* Notatur P. Bordonus.

584. Respondeo secundò: benè notandam P. Bordoni subtilissimam rationem: *ne* Summi Pontifices *videantur negare exordium cujuslibet Religionis, verè & propriè acceptæ, esse à Christo Domino, quod hæresis esset contra Magdeburgenses negantes statum Religiosum in primitiva Ecclesia prodeuntem à Christo, & asserentes esse inventum hominum, quam hæresim Bellarminus cap.5. de Monachis confutat.* Profectò hæc non capio; quia ipsi ob novitatem illud exordium negant Christo: ergò à fortiori Deo ante Christum, & si ob illud sint damnandi, à fortiori ob hoc. Insuper nota primò: *quod si hæresis esset contra Magdeburgenses.* Ergo hæresis contra Hæreticos, hæresis contra hæresim &c. Nota secundò: *negantes statum Religiosum in primitiva Ecclesia prodeuntem à Christo*; ergo qui nobiscum asserit, statum Religiosum, secundum esse intentionis, sive causæ exemplaris, prodijsse à Christo priùs tempore (præcisis alijs, quàm votorum prout Legis gratiæ perfectionibus) quàm Christus & Apostoli essent, & dum fuerunt prodijsse ab illis secundum istas perfectiones in esse causæ efficienter instituentis, negat statum Religiosum in primitiva Ecclesia prodijsse à Christo? Ergo qui asserit D. Virginem fuisse in illo statu, negat statum illum in primitiva Ecclesia prodijsse à Christo? Ergo Pontifices, SS. Patres, antiqui Doctores, Historici, Geographi, & totus Ordo Carmelitarum traditionem nostram *Scuto XVII.* probatam, & *Responso 2. & 3. ad Scutum I. Pharetra I.* confirmatam, asserentes sunt Hæretici Magdeburgenses? Nota tertiò: *Asserentes esse inventum hominum, quam hæresim Bellarminus confutat.* Ergo asserere institutum Franciscanorum, Augusti- Notatur ejus ratio.

nianorum, Minimorum, Iesuitarum &c. prout inter sese Regulâ & statutis præcisè distinguntur, esse, mediante Dei gratiâ, inventum S. Francisci, S. Augustini, S. Francisci de Paula, S. Ignatij &c. est *hæresis, quam Bellarminus confutat?* Notate verba, signate mysteria: nè summi Pontifices *videantur negare exordium cujus-libet Religionis verè & propriè accepta, esse à Christo Domino, quod hæresis esset.* Summi Pontifices approbant dictas Religiones prout Regulâ & statutis præcisè distinguuntur, & prout inter sese distinguuntur non habent exordium à Christo Domino, sed in solo communi omnibus Ecclesiæ Religionibus; alioqui exordium illud contineret opposita & incompatibilia prout illæ, quod implicat; & tamen obinde *non videntur negare exordium* &c. *hæresim Magdeburgensium* committere &c. Ergo nec ex eo, quod approbent generativam Carmelitarum ab Elia successionem secundùm Religiosam in tribus votis essentialibus præcisis *solemnitate, perfectione, & potestate clavium prout Legis gratiæ* propagationem; nam quoad hæc solùm omnibus Ecclesiæ Religionibus communia, quælibet Ecclesiæ Religio, verè & propriè dicta, à Christo Domino sumpsit exordium, ut patet ex dictis *Scuto VI. XVII.* & dicendis infrà *Telo II. Pharetra ult.* Reverà si hæresis sit asserere tria vota essentialia præcisè ante illud exordium, tanquam Eliæ, mediante Dei gratiâ & instinctu, inventum; consequenter erit hæresis, asserere & approbare ista post illud exordium, prout ab illo distinguuntur, tamquam prædictorum fundatorum, mediante Dei gratiâ & instinctu, inventorum: quis hoc ferat? Quis subtilissimam istam P. Bordoni rationem penetret? Cum ex illa sequatur, omnem ex speciali Dei instinctu additam austeritatis, aut cujusvis alterius supererogativæ perfectionis obligationem Religioni prout præcisè a Christo institutæ fore inventum hominum & hæresim Magdeburgensium, ac per consequens etiam ipsum specialem Dei de tali additione instinctum; quod nec capio, nec capere possum, nisi priùs efficaciter probet tot modernas Religiones sibi in diversis punctis invicem contrarias esse à S. Sede approbatas tamquam *inventum humanum & hæresim Magdeburgensium*, Religionem à Christo institutam non admittere alicujus supererogationis perfectionem, sive perfectionis supererogationem, nec Spiritus Sancti instinctum esse posse ad supererogativa contraria aut etiam disparata in diversis; quæ omnia, & alia inde sequi videntur, nec probabit unquam, cum ipsemet fidelium ac Dei famulorum status sit sub diversis legibus, additionibus & mutationibus sibi invicem in diversis punctis contrarijs ab Abel ad nos hucusque productus; quod confirmat noster Waldensis doctrinal. Fidei lib. 3. art. 1. cap. 10. *Augustinus & Eusebius probant Religionem Ecclesiæ Christi incœpisse ab Abel, & sic descendisse per Patres; & tunc alijs ritibus utebantur Patres veteres, & alijs utimur nos: sicut ergo variatis ritibus Religionis Christi communis, per varias mundi ætates, eadem non minus manet in substantia; sic variatis ritibus Religionis peculiaris, Religio eadem manet in substantia, laudata à Deo exercita à Sanctissimis Patribus, professa à Prophetis, continuata ab Apostolis, instituta sub Evangelistis.* Etenim accidentia non tollunt substantiam, sed perficiunt potius. Imò Augustinus in *Epist. ad Marcellum* scribit: *secundum diversitatem temporum Leges mutanda sunt, sicut alia in juventute, alia in senectute facienda sunt.* Quamobrem acutè noster Munoz Propugnaculi lib. 2. Tit. 11. art. 4. *Florentis enim semper ævo vivere, divinitatis character est; cætera quæcumque visuntur extra Deum, variari, quis nescit, nisi & sui ignarus, & rerum omnium imperitus.*

P. Bordoni contradictio.

565. Respondeo tertiò: P. Bordonum *ibidem*, ut patet ex dictis *Telo III.* in *Supposito*, sic scribere: *Alij autem duo modi descendendi* (scilicet per denominationem & imitationem) *priorem supponunt in propagatione Religiosa* (scilicet ab eo explicata in eodem supposito:) *non enim quis dicitur descendere à monte Cassino, qui non acquisivit statum Religiosum, nec, ut Religiosus imitari bona opera aliorum Religiosorum, nisi priùs positus in statu Religioso per professionem Regula approbata.* Ubi es, mi P. Bordone, sine fundo & filo? Certè compatior: hîc affirmas,

firmas, quod ibi negas, & è contra, hîc negas, quod ibi affirmas. Ibi enim dicis: *Pontifices hæreditariam successionem à SS. Prophetis aliter intelligere non potuisse, nisi secundum denominationem & imitationem, non autem de generatione secundum Religiosam propagationem.* Hîc econtra dicis: *istos duos modos hunc priorem supponere in propagatione Religiosa.* Et probas primò sic: *Non enim quis dicitur descendere à monte Cassino, qui non acquisivit statum Religiosum professione Regulæ S. Benedicti.* Ergo nec descendere à Monte Carmelo, qui non acquisivit statum Religiosum, professione Regulæ Sanctissimi Prophetæ Dei Eliæ; & sicuti ille descensus supponit, Regulam esse à S. Benedicto in monte Cassino traditam, vel saltem practicatam; ità hic descensus supponit Regulam esse à Sanctissimo Propheta Dei Elia in monte Carmelo traditam, vel saltem practicatam. Probas secundò: *Nec ut Religiosus imitari bona opera aliorum Religiosorum, nisi sit prius positus in statu Religioso per professionem Regulæ approbatæ.* Hæc probatio principium petit, cum P. Bordono idem sint, *Religiosus, & in statu Religioso per professionem Regulæ approbatæ positus* Deindè ista sint disparata. Quæro: an illi, qui per imitationem in veteri Testamento Eliæ hæreditariè successerunt, sint ipsum imitati, *ut Religiosi, ut positi in statu Religioso per professionem Regulæ approbatæ* &c. vel non? Si priùs: habemus intentum, ut patet. Si posteriùs: hîc negat; quod ibi affirmat, & sic sibi contradicit, uti etiam patet.

586 Respondeo quartò: de hæreditaria Carmelitarum successione à S. Elia per propagationem Religiosam, satis constare ex dictis *Scuto XV. XVI.* ac Bullis Alexandri V. Clementis VII. Pauli III. Pij V. & Gregorij XIII. quibus confirmarunt Bullam Sabathinam à Ioanne XXII. emanatam, in qua hæc habentur ex D. Virginis eidem apparitione: *Istam gratiam, & amplam meo Sancto & devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes piè concedere* (sive ut in Exemplari Romano, *habeas præconcedere.*) *per Eliam & Eliseum in monte Carmeli inchoato: quod unusquisque professionem faciens, Regulam à meo Servo Alberto Patriarcha ordinatam observabit, inviolatamque tenebit.* Numquid fortè vult P. Bordonus, Ordinem Religiosum inchoatum sine inchoatione Religiosa, ab Elia inchoatore non Religioso plusquam mille annis, ante S. Albertum, qui ab ipso traditam, verbô & exemplô absque scriptura, Regulam, scriptô ordinavit; ex quo consequenter velle debet, Ordinem S. Francisci ab hujus Atavo aliquo mille & suprà annis ipsum præcedente inchoatum; nec plus velle Pontifices istis verbis, quàm quod Carmelitarum Ordo sit ab Elia & Eliseo inchoatus, uti dici posset Ordo S. Francisci ab isto suo Atavo inchoatus? Certè ista inchoatio est nimis remota, & absurda, ut in mentem tot Pontificum, ac ipsius D. Virginis commendationem, cadere potuerit: nec ratio fuisset, cur potius ab Elia & Eliseo inchoationem illius commendassent, quàm ab ipsorum Atavis sæcularibus, nisi Elias, Eliseus, & Ordo modernus ab ipsis inchoatus, convenissent saltem in Religionis substantia, præcisis *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiæ*, propter quam præcisionem B. Virgo dicit, & confirmant Summi Pontifices, *per Eliam & Eliseum in monte Carmeli inchoato;* & obindè modò dicitur à seipso tunc inchoato distingui, uti perfectum ab imperfecto, juxta præmissa *n.* 290. 291. & 292. In ea autem substantia convenisse probatum est ipso toto *Armamentario*, ac specialiter *Scuto VI. & VII.* De Carm. succes. per propagat.

587. Respondeo quintò: Etiam de hæreditaria Carmelitarum per propagationem Religiosam ab Elia successione, satis constare ex Bullis Clementis VIII. citatis num. 180. *habuerunt olim Religionis hujus Professores, sicut à Romanis Pontificibus* (nota) *Prædecessoribus nostris memoriæ proditum est, sui instituti Authores, sanctos Prophetas Eliam Eliseum, omnibus nationibus & Gentibus notos.* Videat dicta n. 368. *usque ad* 372. Ibi enim habebit suæ Extravagantiæ *ad imitationem* sine *Religiosa propagatione*, apertam & securam reductionem. Si autem istorum Confirmationes desideret, videat Illa confirmatur ex Clem. VIII.

 *Arma-*

*Armamentarium* in quo continuo ista confirmantur, & *Telum* XI. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. ac XXIV. *Pharetra I, Telum I.* & *VI. Pharetra 4.* Et *Telum II. Pharetra ult.*

## TELUM VI.

Argum. ab Enervat. bullæ Clem. VIII.

588. P. Bordonus ibidem. *Adversarius producit Bullam Clementis Octavi incip. In Apostolica dignitatis 71. in eodem Bullario, ubi habentur hæc formalia verba:* Quorum hæredes sunt, vestigijs insistentes incumbunt, *scilicet Carmelitæ Discalceati. Ibi sermo est de hæreditate non generativa, sed secundum imitationem, ut disertè colligitur ex antecedentibus verbis, quæ sunt.* Et in utrumque instituti sui finem, priorem scilicet, ac potiorem, qui est divina unio per orationem, & contemplationem; & posteriorem, qui est salus proximorum, verbo & opere Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei, aliorumque Sanctorum Patrum, quorum hæredes sunt vestigijs insistentes incumbunt *Pondera benè totum discursum, qui fundatur super duplici vita, contemplativa, & activa, quam exercebant sancti Patres prædicti, quorum sunt Carmelitæ hæredes, dum insistunt eorum vestigijs verbo, & opere. Patet ergo apertè Romanum Pontificem loqui de successione, & hæreditate in vita contemplativa & activa: ac proindè ab his descendere secundùm imitationem; non secundùm generationem Religiosi status. Adde, quod Clemens ibidem dicit: Carmelitas hæredes, non solum Eliæ, sed etiam Elisei, & aliorum sanctorum Patrum; & tamen ipsi solitariè loquuntur, descendere ab Elia, & non ab alijs. In super descendentia secundùm propagationem regulariter est ab uno tantum capite, Cassinenses ab uno Benedicto, Prædicatores ab uno Dominico, Minores ab uno Francisco, ergo & Carmelitani ab uno tantùm, & non à pluribus; signum ergo est, descendentiam à pluribus esse æquivocam, & per imitationem tantum.*

### ENERVATIO.

Bullæ sensus.

589. RE spondeo primò: Ista verba 1. esse intelligenda ad sensum verborum ejusdem Bullæ *Resp.* 5. paulò antè citatorum: *habuerunt olim Religionis hujus professores, sicut à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris memoriæ proditum est,* sui instituti, utique in vita duplici, contemplativa & activa, quale modò habent, *Authores, Sanctos Prophetas Eliam & Eliseum.* Nam institutum Essenorum verorum, qui erant de Filijs Prophetarum, fuisse instituti in vita contemplativa & activa verè & propriè Religiosi secundùm Religionis Monasticæ substantiam, patet ex dictis *Scuto VII.* & *Responsis ad Telum XXIV. Pharetra I.* Undè exercebant quidem Elias & Eliseus vitam contemplativam & activam, sed ad normam, quam ab illis per traditionem acceperunt veri Esseni, ut vidimus *Scuto VII.* statim citato, scribitque Em. Card. Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 1. *Philo librum de vita Monachorum sui temporis inscripsit de vita contemplativa supplicum.*

P. Bordonus aberrat.

590. Respondeo secundò: Nisi lux tenebræ sint, multùm aberrare P. Bordonum, dum infert: *Patet ergo apertè Romanum Pontificem loqui de successione & hæreditate in vita contemplativa & activa, ac proindè ab his descendere secundùm imitationem, non secundùm generationem Religiosi status.* Præterquam quòd enim ex *Responso* 1. & præmissis ad Telum V. *pateat apertè Romanos Pontifices loqui de successione & hæreditate in vita contemplativa & activa secundùm generationem Religiosi status, non secundùm imitationem dumtaxat.* Vita illa contemplativa & activa, quam Eliæ concedit, satis innuit Eliæ institutum fuisse tale quale verorum Essenorum, quibus omnes passim concedunt Institutum & statum verè Religiosum, ut vidimus *Scuto VII.* & in *Responsis* ad *Telum XXIV. Pharetra I.* Videat etiam *Scutum VI.* &

*Responsum*

*Responsum* 2. & 3. ad *Telum XI.* ejusdem *Pharetra I.* Ubi de Eliæ votis egimus; sed copiosius infrà *Pharet. ult. Telo* 2. ubi SS. Patres in unum collectos reproducimus.

591. Respondeo tertiò: Id quod addit, minus pensi habere; quià Clemens VIII. per hoc firmat hæreditariam, numerando descendentèr, Carmelitarum ab Elia successionem, licèt S. Eliam habeat Religiosæ propaginis & descendentiæ Caput & stipitem unum: pro Cassinensibus autem, Dominicanis, Franciscanis &c. plures non nominantur; quià de ipsorum hæreditaria successione à tàm remoto Capite & stipite, non est mota difficultas, prout super illa in Universitate Cantabrigiensi mota est anno 1374. cujus resolutionem habes n. 236. quæ vel sola P. Bordono sufficere deberet Refellitur id, quod addit.

# TELUM VII.

592. P. Bordonus ibidem: *Descendentiam à S. P. Elia probat ex Lectione Officij S. Petri Confessoris Carmelita, ibi:* Elias namque ejus Institutor, iam olim à Filio meo. *Iste Sanctus sæpius oravit ad Beatam Virginem, & ejus Filium mediante S. Eliâ. ut dignaretur sibi revelare perseverantiam suæ Religionis usque ad finem sæculi. Maria Deipara respondit ea verba. Ergo, inquit Adversarius, temerarium est, negare institutionem hujus Ordinis ab Elia.* Argum. ab Enervat. officij de S. Petro Thoma.

593. *Respondeo: hujusmodi institutionem referendam esse ad successionem secundùm imitationem, non generationem Religiosam. Credo objectum Revelationis, quod scilicet, Ordo Carmelitus sit usque in finem sæculi duraturus per intercessionem etiam S. Eliæ, non propter propagationem, sed propter imitationem: dignus enim erat Servus Dei, qui cum cæteris Professoribus, propter tantum honorem, & cultum, quem continuò exhibent sancto Eliæ, ut sanctus Pater, eis non ingratus benefactor, impetraret huic Ordini, sibi specialiter devoto, perpetuam stabilitatem sibi benefacientibus: Ecclesia ergo approbat factum, non circumstantias sine quibus potest stare veritas facti. Suadeo simile, Ecclesia approbavit Officium S. Bonaventura cum proprijs Lectionibus pro Ordine Minorum, in cujus 4. Octava ejusdem die sic legitur.* Anno salutis 1274 & suæ ætatis quiquagesimo tertio, hora Matutina, diei Dominicæ, quæ Mensis Julij erat decima tertia ex humanis sublatus est. *Non omnia consideravit, sed tantùm principale ejus scilicet mortem eo anno, & mense, non curando de circumstantia diei hebdomadalis, quæ ad veritatem facti non facit; sufficit enim scire obijsse anno 1274. die 13. Iulij. Falsum est decessisse die Dominico, cùm mortuus sit die Veneris, uti probavi Decis. 55. quod colligitur ex Actis Concilij Lugdunensis.* Nostrum Fundam. præoccupatur.

## ENERVATIO

594. R Espondeo primò: Vix quidpiam absurdiùs occurrere posse, quàm Institutorem status verè ac propriè Religiosi, prout erat Carmelitanus tempore S. Petri Thomæ, interpretari *de institutione secundùm imitationem, non secundùm propagationem*, ut patet ex Responsis ad *Telum* v. & præmissis ad *Telum* XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. & XXII. *Pharet. I.* Etenim qui talem statum instituit, utramque intendit. Undè meritò, uti possem verbis Philonis lib. Quod omnis probus sit liber. *Hæc ad confirmationem, de qua quæritur, mihi sanè sufficerent; sed quoniam medici solent varijs morbis adhibere varia remedia, necessarium duco istis, ut videntur, paradoxis propositionibus propter novitatem, alias insuper probationes*, sive Responsiones, *apponere: quidam enim vix continuatis argumentationibus convicti errorem suum agnoscunt.* Igitur. Absurdum.

595 Respondeo secundò. speciem veritatis non habere, quod ibi respondet P. Bordonus: quod *Ecclesia approbet factum, non circumstantias*, per factum cum ipso intelligendo Aberrat P. Bordonus.


gendo

gendo *honorem & cultum, quem Carmelitæ continuò exhibent S. Eliæ; non verò circumstantias* de Elia *olim* Ordinis Carmelitarum *Institutore*. Primò: quià quod approbandum erat in substantia, erat ipsa revelatio, de Ordinis ab Elia Instituti perpetuâ duratione, in cujus, non in Carmelitarum erga Eliam devotionis & cultus, prodigium, ibi revelatio ista refertur. Secundò: quià ex alijs etiam præcitatis Bullis, constat satis, Eliam fuisse Carmelitarum Ordinis Institutorem: undè meritò, attentâ controversiâ circa Eliam istius Ordinis Institutorem, creditur id revelasse D. Virginem, & in ista *Lectione* 5. à S. Congregatione approbata relatum. Tertiò: S. Petrus Thomas non petivit à Sancta Deipara, Ordinis sui Patrona singulari, confirmationem honoris & cultus ab eo S. Eliæ exhibiti; sed sui Ordinis à S. Elia instituti, ut patet ex verbis Revelationis à D. Virgine factæ: *Confidito, Petre; Religio enim Carmelitarum in finem usque sæculi est perseveratura: Elias namque ejus Institutor iam olim etiam à Filio meo id impetravit*. Quartò: totus Ordo facit Officium de S. Elia tanquam Ordinis Fundatore, & Institutore; in Officio, & Missa *de S. Spiridione*, hanc habet orationem: *S. Spiridionis Confessoris, atque Pontificis nos Domine festa tueantur, & sicut ille Religionis à Propheta Elia institutæ, orationibus, & operibus fuit fidelis imitator*, &c. Undè mirum est, quod P. Bordonus contradicat, cum *ibidem* scribat: *Tertiò probatur irrefragabili authoritate Ecclesiæ ex oratione sanctorum Apostolorum Petri & Pauli 29 Iunij ibi*. Da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum, per quos Religionis sumpsit exordium. *Ecclesia, cui magnum piaculum est contradicere, ut etiam Adversarius asserit, declaravit* &c. Numquid fortè vult R.P. Bordonus SS. Petrum & Paulum ibi solùm vocari Religionis exordium, propter honorem & cultum, quem continuò illis exhibet Ecclesia, aut Sacram Congregationem in istius orationis approbatione, nil præter istud sentire, approbare factum, non circumstantias &c. Hoc sanè magnum esset piaculum, in quod volens, nolens irruere videtur: de exordio tamen Religionis, de qua hic agimus videat dicta *n*.548. 580. *&* 584

Cur istæ P. Bordoni Glossæ. 596. Respondeo tertiò: similes extravagantes glossulas, satis evincere, P. Bordonum commenta quærere, ne victus suum fateri debeat errorem, in eo, quod *Tomo* 3. *Resol*. 86. *n*.136. scripsit, aiens: *Carmelitarum Ordo cœpit circa annum* 1160. Quòd quàm falsum sit hucusque præmissa demonstrant, quod etiam magis patebit *Pharet. ult. Telo* I.

# TELUM VIII.

Argum. ab ELIA non Religioso. 597. P. Bordonus ibidem: *Adversarius objicit antiquitatem Conventuum, præsertim in Turcia inter annum* 272. *&* 1164. *Ergo non incœpit sub anno* 1160.

598. *Respondeo; dicendo ex determinatis, quod eo tempore inhabitabantur à pijs viris Sancto Eliæ devotis, sub cujus protectione, & denominatione erant, imitantes illum in vita contemplativa, & activa: nondum tamen erant Religiosi; quià Sanctus Elias statum Religiosum, quo carebat, eis communicare non poterat per Religiosam propagationem.*

## ENERVATIO

Bordonus aberrat. 599. RESpondeo primò: satis patere ex communi Ecclesiæ sensu juxta authoritates *Scuto XVII*. allatas, & copiosius infrà *Telo II. Pharet. ult.* afferendas, ac dictis *Scuto VII*. quod illi, qui in primitiva Ecclesia vitam contemplativam & activam exercebant, fuerint veri Religiosi; ac proindè cum P. Bordonus S. Eliæ vitam contem-

contemplativam & activam concedat his verbis : *imitantes illum in vita contemplativa & activa*. non potest affirmare S. Eliam statu Religioso caruisse, quin consequenter communem Ecclesiæ sensum falsitatis insimulet, in quo est periculum majus.

600. Respondeo secundò : P. Bordonum, asserentem Carmelitis ab Elia hæreditiariam successionem imitationis, ut vidimus, in vita contemplativa & activa, ut sequitur, *imitantes illum in vita contemplativa & activa*. velit, nolit, consequenter asserere, Carmelitas, ante adventum Christi usque ad Eliam, imitatos esse in vita contemplativa & activa sanctum Patriarcham suum Eliam : ac proindè tùm non minus fuisse veros Religiosos, quoad Religionis substantiam, quàm fuerint Eremitæ illi, qui post adventum Christi, & promulgatum Evangelium, vitam contemplativam & activam exercebant; quos ità fuisse veros Religiosos ex communi Ecclesiæ sensu ac præmissis *Scuto* VII. diximus. Sequela contra Bordonum.

601. Respondeo tertiò : P. Bordonum petere principium, dum scribit : *Nondum tamen erant Religiosi; quià S. Elias statum Religiosum, quo carebat, eis communicare non poterat per Religiosam propagationem* : utrumque enim constanter negamus, & pernegamus, oppositumque *Scuto* III. VI. VII. *&* XVII. efficaciter probavimus, nec minus efficaci, ni fallor, *Telorum* hucusque in nos vibratorum *Enervatione* confirmavimus, quæ si P. Bordono non sufficiant, infra videre poterit *Enervationem Teli* II. *Pharetra ult.* Ubi pro istis penè innumeras authoritates accumulamus. Bordonus principium petit.

# TELUM IX.

602. P. Bordonus ibidem : *Colligitur ex his, in meo libro præcedentia, jure dixisse, Ordinem de monte Carmelo non incæpisse ante Albertum Patriarcham Hierosol. qui dedit illis primam Regulam, quod est secundum, quod urget Adversarios, asserentes habere suum Ordinem Regulam aliam antiquissimam.* Argum. ab Alberto Authore.

603. *Dixi hunc Ordinem ante Albertum carere Regula; ac proindè antea non fuisse Religionem. Adversarius conatur probare Regulas alias habuisse, tùm Eliæ, tùm cujusdam Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani.*

604. *Probat Regulam ex Sancto Eliæ auctoritate Thomæ de* IESU *Mariæ sui Ordinis Reformato, qui asserit extitisse Regulam ante Christum collectam ex tredecim præceptis S. Eliæ.*

605. *Hoc simplex assertum, cui sine probatione credendum non est, ex Sacra Scriptura, in qua ejus vita exactè habetur, hujusmodi præcepta non colliguntur, nec ex aliquo ejus scripto; quià S. Elias nihil reliquit scriptum, ut asserit Aresius Episcopus Dertunensis, super Apocal. Velitat.3 Excurs.18. §. 3. Deindè, ante Christum nulla erat Religio ex probatis, ergo nulla Regula; unum enim sine altero non datur.*

606. *Proponit Adversarius aliam Regulam (forsam titubans de prædicta) compositam à Ioanne* XLIV. *Patriarcha Hierusalem, traditam per ipsum cuidam Monacho Caprasio.*

607. *Sed contra est; quià illud Ioannis opus inscriptum de Institutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in nova perseverantium, quod* Lezana expendit Tom.3. Annal. fol.35. cap.48. *comprehensum. Regula non est; sed Historia S. Eliæ & aliorum Prophetarum ejus Discipulorum. In Regulis enim Patrum Basilij, Augustini, Benedicti, & Francisci, quæ dicuntur quatuor Regulæ principales, non leguntur acta ipsorum Institutorum, neque aliorum suorum prædecessorum; sed tantum præscribuntur ea, quæ conducunt Religiosos ad observationem trium votorum. In eo autem opere Ioannis nil tale legitur; ergo Regula non est. Adde, quod prima Regula est illa, quam dedit Albertus, ut infrà probatur, ergo gratis confinguntur prælibatæ Eliana, & Ioannis.* Bordonus Adversarium refellit.

ENER-

## ENERVATIO.

Bordonus male colligit.

608. RESpondeo primò: Esse frustraneam omninò P. Bordoni collectionem; cum colligat, quod non seminavit, nihil probaverit eorum, quæ colligit, nec quidquam opponat, præter extravagantias tanto viro indignas, ut patet ex præmissis.

De Regula Alberti.

609. Respondeo secundò: Verum quidem esse, quod S. Albertus Patriarcha Ierosolymitanus Carmelitis primam Regulam dederit à S. Sede approbatam, sed quam à suis prædecessoribus per traditionem acceperat, prout & Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus, uti probavimus *Scuto* XI. Indè autem, tàm absonè infert Carmelitas, ante S. Albertum caruisse Regula, quàm inferret, omnes primitivæ Ecclesiæ Eremitas & Monachos, imò & sanctos Apostolos ante scriptum Evangelium, caruisse Regula, ac proindè ante scriptam ipsorum Regulam, eamque à S. Sede approbatam, non fuisse veros Religiosos. Vide dicta *loco citat* & *n.*584.

Bordoni quæstio vana.

610. Respondeo tertio: P. Bordonum omnino frustrà quærere Regulæ à S. Elia verbô traditæ probationem per aliquod S. Eliæ scriptum, aut S. Scripturam, cum ad hoc sufficere debeat ipsa de tradita traditio, ut efficaciter probatum est in *Responsis* ad *Telum I. Pharetra I.* Et ipsemet Ioannes XLIV. n.222. citatus scribat, se suam instructionem *ab antiquis suæ Conversationis sectatoribus intellexisse*. Et ibidem toto *Scuto* XVII. & XVIII. traditionem illam ab authoritate, quàm ejus sit, incomparabiliter majori confirmaverimus: qui autem Eliam probat Monachorum Patriarcham & Ducem, illis ab eo datam instructionem & regulam supponere debet, nisi illum inanimem quodammodo fuisse velit Patriarcham & Ducem.

De libro Ioannis XLIV.

611. Respondeo quartò: Dici posse Ioannem XLIV. nobis *Librum de Instit. Monach. in Lege veteri exortorum, & in nova perseverantium* non tradidisse per modum Regulæ, sed per modum relationis eorum, quæ ab antiquioribus suis Confratribus per traditionem acceperat, ut coævi & successores indè per modum Regulæ juxta Eliæ institutum sibi assumerent regulariter vivendi formam, eâ ratione, quâ SS. Basilius, Augustinus, Franciscus, Dominicus & alij, ex relatis actis & traditionibus Apostolorum, ac prædecessorum suorum Monachorum, aut Eremitarum, sibi Regulam assumpserunt: ex quo non sequitur Apostolos, & prædecessores suos Monachos, aut Eremitas, caruisse Regula, sed solùm verbô & factô absque Regula scripta, suos subditos regulasse, ac direxisse; quod quidem est carere Regula scripta, sed non est carere Regula verbô & factô tradita, cujus solius usum fuisse in primitiva Ecclesia, & à fortiori in Synagoga, patet ex dictis *n* 100. & 101.

Dici potest Regula.

612. Respondeo quintò: Librum istum Ioannis XLIV. eâdem ratione posse dici Regulam scriptam, quà Christi Evangelium & acta Apostolorum SS. Paulo, Antonio, & alijs primitivæ Ecclesiæ primis Monachis fuerunt Regula; quia etiam historias dictorum & actorum Christi Domini & Apostolorum continent; non obindè tamen Evangelium & acta Apostolorum non sunt Regula communis & perfectissima omnium modernorum Religiosorum: nec ullâ ratione dici posset illos, qui præcisè secundum Evangelium & acta Apostolorum tria vota paupertatis, castitatis & obedientiæ emitterent, non posse à S. Sede approbari tanquam veros Religiosos, ut sequitur ex doctrina sapientissimi P. Suarez Tom. de Relig. Tract.7. lib.1. cap.15. n.5. *Conditio una esse potest, ut talis professio sit secundum aliquam Regulam ab Ecclesia probatam, & aliter facta non valeat: hac autem necessitas non est absoluta; quia potuisset Ecclesia nihil tale statuere, sed in solo naturali ac Divino jure rem totam relinquere; & tunc sine Ecclesiæ approbatione*

Suarez.

*posset*

posset Religiosus status assumi, servando tantum ea, quæ suppositâ fide, secundum rectam rationem & Christi doctrinam ac institutionem, ad talem statum sufficiunt. Undè meritò Honorius III. in Confirmatione Regulæ S. Alberti ait: *ut vivendi normam regulariter à bonæ memoriæ Hierosolymitano Patriarcha editam, quam, ante Generale Concilium, vos dicitis humiliter suscepisse, imposterum vos, & successores vestri, quantum cum Dei adjutorio poteritis, observetis, in remissionem vobis injungitur peccatorum.* Et S. Cyrillus Constantinopolitanus: de processu & varijs Reg. Ord. Carm. capite 1. *Sacra hujus Religionis prisci Professores institutionem suam dudum in divina Scriptura, tanquam in amœno Paradiso, speculabantur ubi & Fundatorum dicta Religionis virtuosa exemplaria, ab eis imitanda, ipsi intuebantur à Prophetis commendata, & multis sacrorum voluminum testimonijs approbata. Ex quibus dicti Professores diversos profunda sapientia tractatus deducebant, quibus tanquam copiosis dapibus reficiebantur.* Prosequitur. Honorius III. S. Cyrillus.

613. *Fuit autem tempore Arcadij & Honorij Imperatorum in Monte Carmeli Pater dictorum Religiosorum, quidam vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros consortes suos, ejusdem montis Monachos, exemplo suo, & Magisterio sollicitè inducebat ad perfectionem inquirendam, secundum propheticam disciplinam vitæ Monasticæ, per Eliam Prophetam institutæ; quam Ioannes eis exponebat ex diversis Dictis, tàm veteris, quàm novæ Legis, & ex nonnullis Tractatibus editis à Professoribus prædecessoribus suis. Qui tandem propter eius sanctitatem in Pontificem Ierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatus, Apostolo Iacobo in Episcopatu ejusdem Ecclesiæ XLIV. successit. Hunc Ioannem, charissimus ejus discipulus, nomine Caprasius, ejusdem montis & Religionis Monachus, suppliciter flagitavit, ut quæ de Institutione hujus Religionis, & primis ejus Fundatoribus, & de perfectione ad exemplum eorum acquirendâ frequenter disserverat, dignaretur sibi, & suis consortibus breviter redigere in unum volumen, in quo omnia per ordinem intuerentur; ne oporteret eos librorum numerositatem evolvere. Ioannes ergo cernens, quòd propter occupationem suscepti officij non posset ulteriùs jugem in monte Carmeli residentiam trahere, quod Caprasius ab eo flagitaverat, opere complevit. Scripsit enim eidem Caprasio Librum de Institutione nostræ Religionis, eloquio, & litteris Græcis (quibus tunc Terra Sancta Ecclesia maximè utebatur,) in quo libro primariam nostræ Religionis institutionem, & Fundatorum ejusdem dignitatem, atque priscorum Professorum gesta sancta, & gloriosas virtutes, exterioremque habitus ornatum, prædictus Ioannes propterea brevi & lucidò eloquiò ordinatè descripsit; ut successores dictorum Patrum in illo libro, tanquam in nitido speculo, institutionem suam intuentes, eam observare propensiùs conarentur, & sanctam vitam, ac virtuosos mores dictorum Patrum ex totis præcordijs, imitarentur. Quam librum ipse Ioannes sodalibus suis Religiosis Eremitis montis Carmeli legendum, & observandum tradidit, tempore Honorij Imperatoris anno Domini 412. Et ex tunc Professores nostræ Religionis satageruit ad perfectionem, & finem vitæ solitariæ tendere, secundum formam Institutionis Prophetæ Eliæ per dictum Ioannem in præfato libro descripta. In cujus disciplina usque ad tempora Heraclij Imperatoris, per annos circiter ducentos quinque, ad exemplum Fundatorum, & priscorum Patrum dictæ Religionis, pacificè in Terra conversati fuerunt.* Prosequitur Cyrillus.

# TELUM X.

614. P. Bordonus Tom. III. Resol. 87. n. 160. *Adversarius Probat quartò: argumento desumptò ex multorum Conventuum antiquitate, tùm non ampliùs possessorum, & tum possessorum, qui recensentur fundati multo tempore ante annum 1160.* Argum. 3 non statu Relig.

615. *Respondeo: quod antiquitas eorum Conventuum non arguit statum Religiosum; sed certum modum vivendi, ut colligitur ex approbatione Ordinis Carmelitici, facta per Honorium III. Bulla incip.* Ut vivendi normam. *Non appellat Regulam, sed normam, quæ posteà per approbationem transivit in Regulam perfectam ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano anno 1171. in Achon idibus Ianuarij, ut dicitur in Bullario Honorij.*

## ENERVATIO

Bordoni hallucinatio.

616. RESpondeo primò: Hîc P. Bordonum hallucinari: dum negat *Religiosè vivendi normam* ante Innocentij III. Decretum prohibens: *ne quis novam Religionem inveniat*, scilicet, *ne nimia Religiosorum diversitas gravem in Ecclesia Dei confusionem inducat*. esse Religiosè vivendi Regulam, defectu approbationis S. Sedis. Quasi verò hæc approbatio sit de essentia veri & propriè dicti status Religiosi in genere, cujus oppositum communiter tenent Doctores, nè alioqui negare debeant ante Innocentium III. in primitiva Ecclesia fuisse statum Religiosum verè & propriè dictum: ac proindè nec Antonium, Basilium, Augustinum, & Benedictum, sanctarum Religionum Authores sanctissimos, fuisse Religiosos verè & propriè dictos; quià tunc Regulam à S. Sede approbatam non habebant, juxta illud Em. Card. Bellarmini lib. 2. de Monachis cap. 4. *Antonius, Basilius, Augustinus, Benedictus, Authores Religionum fuerunt, nec ullam leguntur à Pontifice approbationem quæsivisse, proptereàquòd nondum extaret jus Ecclesiasticum id præcipiens.* Lessij de jure & relig. lib. 2. cap. 41. Dub. 1. n. 12. *Religiones enim antiquæ sanctorum Antonij, Basilij, Augustini, Benedicti non videntur initio fuisse sic approbatæ; sed ab Episcopis, quibus suberant, ipsô usu admissæ sunt, non repugnante Pontifice; Deindè sensim à Concilijs & Summo Pontifice laudatæ & confirmatæ.* Et Suaris Tom. 3. de Relig. Tract. 7. lib. 2. cap. 15. n. 15. *Innocentius III. decrevit, ut nulla Religio sine approbatione Summi Pontificis de novo erigeretur. Undè notanda est differentia inter hanc necessitatem seu obligationem, ante vel post Ecclesiasticam prohibitionem: nam ante prohibitionem non peccaret, qui suô prudenti judiciô & arbitriô* (nota) *modum Religiosè vivendi inveniret; & honestum, & ad perfectionem utilem, eum judicando, erigeret, & socios reciperet, qui secum illum profiterentur*, modô explicatô in secunda opinione, ex quo ibi intulit: *Hinc ergo concluditur ratio; nam illa omnia possunt validè fieri sine positiva Ecclesiæ approbatione, & illa sufficiunt ad hominem verum Religiosum constituendum* (quid clarius pro Eliæ Monachatu & Religione) *quià sufficiunt ad perfectam abrenuntiationem & abnegationem, ablationemque omnium impedimentorum, cum sufficienti stabilitate, quæ satis sunt ad constituendum illum in completo statu perfectionis acquirendæ: Ergo ex natura rei potest ità constitui sine peculiari Ecclesiæ approbatione, cum sola non repugnantia.* Rationem subministrat Em. Bellarminus locô citatô; *& quidem essentia Religionum in Evangelio fundamentum habet; ut paulò post demonstraturi sumus, proindè ex hac parte non egent Religiones Pontificum approbatione.* Si in Evangelio: ergo & in veteri Testamento: Quia in Evangelio vota obedientiæ, paupertatis & castitatis sic in specie consuluntur, ut prius in genere sub consilio fuerint in veteri Testamento, juxta illud Psal. 75. *vovete & reddite* &c. & à Deo positivè pro quacumque voti materia indifferenter approbata, ut vidimus *Scuto 11. n. 16.*

Bellarminus. Lessius. Suarez. Bellarminus.

Quæstio ad hominem.

617. Quid ad hæc mi P. Bordone? Respondes quidem ejusdem *Resol. 86. n. 147. Oppositum tamen constat ex citatis Doctoribus, & locis Iuris communis, & tradit contra illos Sanchez lib. 5. cap. 1. n. 15. Ad minus semper tunc temporis præstasse. Vide Resol. præced. n. 9.* Sed non probas tale Jus commune; irritans alioqui statum verè Religiosum, tempore SS. Antonij, Basilij &c. extitisse: & potissimum pro co sistis in Lateranensi, quod *n. 148.* dicis celebratum an. 1215. Cætera autem Jura, quæ citas, sunt posteriora, super quo audi iterum doctissimum P. Suarem cap. 15. citato n. 1. *Hinc ergo nascitur dubium: utrum ante illa tempora fuerit necessaria hujusmodi approbatio: & si non fuit, quomodo posteà introduci potuerit illa necessitas. Nam, quod anteà necessaria non fuerit, probare videntur apertè verba Innocentij in D. c. ult. dicentis*: Ne nimia Religionum diversitas gravem in Ecclesia confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat; sed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat. *Nam illa particula,*

Suarez.

 firmiter

firmiter prohibemus, *& illa*, ne quis de cætero, *apertè ostendunt, illud esse Ius novum. Idemque ostendit ratio prohibitionis*, Ne nimia Religionum diversitas, *&c. Nam supponit, ante illam prohibitionem fuisse in Ecclesia magnam Religionum diversitatem à suis Fundatoribus inventam, & saltem magna ex parte sine Ecclesiæ approbatione introductam. Idque magis confirmat Gregorius X. referens, non obstante illa prohibitione, aliquas Religiones, sine Pontificis approbatione, temeraria præsumptione fuisse inventas, quas ipse revocat, & prohibet. Et in §. satiè. Sancti Augustini & Carmelitarum Ordines permanere decernit; quià ante prohibitionem Innocentij III. fuerant instituti: significans, sine ulla speciali approbatione inductos fuisse, & usque ad illa tempora perseverasse: quià prohibitio Innocentij ad præterita non extendebatur; sed tantùm ad futura. Denique antiquæ Religiones sine speciali approbatione inductæ sunt, ut in sequentibus videbimus. Non erat ergo necessaria Pontificis approbatio ante illam Innocentij III. prohibitionem.* Certè, mi P. Bordone, nisi Jus cites, tempore anteriùs Antonio, Basilio, Augustino, positivè irritans vota, emissa in Religione, saltem ab Episcopo *positivè*, prout opponitur *negativè* pro *non repugnantia*, non approbata, te solidissima convincit R.P. Suaris doctrina: potiusque isti, & n.616. citatis adhærere debuisses, quàm *Tom.5. cap.1.n.157.* scribere. *Approbatio est de intrinseca ratione Religionis cujuslibet, & talis semper fuit.* Et n.165. *Ordo, cujus Regula approbatur, de non esse recipit esse.* Unde fateri debes, Religionem (à qua *Ordinem* non distingui doces *Tom.3 Resol.85. n.54*) SS Antonij, Basilij, Augustini, &c ipsorum tempore, non magis fuisse in rerum natura defectu approbationis (quàm defuisse isti asserunt,) quàm si nunquam fuisset; quod non ausim asserere, & indubiè suos habebit reclamatores. Notatur Bordonus.

618. Respondeo secundò. Sive P. Bordonus post Honorium III. modum vivendi Carmelitarum ante Regulæ S. Alberti ab eodem Honorio III. approbationem, vocet *vivendi normam*; sive *Regulæ* Institutum, Carmelitarum *Ordinem*, sive *Religionem*, nobis perindè esse; cum fuerit quoad substantiam Regula, quidquid nomine sit, similis illi, quam SS. Patres Religiosissimi Antonius, Basilius, Augustinus &c. servaverunt: nos enim ante tempora Honorij usque ad Eliam non prætendimus majorem Religiosi status Carmelitarum perfectionem: undè sive unum sive alterum dixerit, intentum nostrum confirmabit. Intereà videat dicta *num.524.* & *num. 562. ad 567.* Potius ibi favet Bordonus.

# TELUM XI.

619. P. Bordonus ibidem Tom.III. Resol.87. *Sed quæro ab istis Patribus, si Ordo est tàm antiquus ex Lege veteri, immò etiam ex Lege nova; quià asserunt S. Dionysium Papam hujus Ordinis alumnum, floruisse de anno 272. & sic ante S. Augustinum à fortiori & sine scrupulo ante Dominicum & Franciscum, sanctos Institutores suorum Ordinum. Cur inter quatuor Ordines Mendicantium obtinet ultimum locum, cum ex antiquitate deberet habere primum locum.* Id *autem est certum argumentum, quod Ordo iste quoad perfectionem status Religiosi est posterior cæteris, qui ideò præferuntur, quia priores sunt quoad status perfectionem.* Argum. à nomine & loco post alios Ord.

## ENERVATIO

620. Respondeo primò, Ordini quidem Carmelitarum, cæterorum omnium antiquissimo, primum inter mendicantes locum, attentâ antiquioritate, deberi: nam cum sit prior tempore, prior est jure. *Regul.* qui prior *de Regul. juris* in 6. *Cap.* Antiqua de Privil. *cap.* Renovat 22. *l.* qui prior *ff. de Iud.* D singulorum, *Instit. de rerum divis.* quæ Regula locum habet etiam in honoribus & sessionibus. Unde Armacanus Favet Bordonus.



macanus

macanus Primas Hiberniæ in *serm.* de concept. *Ordo Carmelitarum igitur gaudet præ cæteris ordinibus antiquitatis honore* &c. Cassanæus de Glor. mund. p 4. Conf. 70 *Carmelitæ præferendi sunt fratribus Prædicatoribus* &c. Anton. Gam decis. 1. n. 52. *Ordo Monachorum ratione antiquioris institutionis cæteros præcedit.* Genebrardus in *Chron.* circa annum 1178. *Carmelitæ primi sunt mendicantium; quia eorum origo repetenda est ab Elia & Eliseo.* Unde miror, quod R. P. Bordonus nobis istam objectionem, cum ipsemet proprijs verbis eam solvat ibidem n. 151. scribens: *Respondeo approbationem retrotrahi ad diem instituti Ordinis ab aliquo fundatore: sed præcedentia ob alias causas plerumque conceditur.* Quorum ultimum confirmant.

Prosper Fagnanus. 621. Primò: Illustrissimus D Prosper Fagnanus utriusque signaturæ Apostolicæ Refendarius ad cap. Cum certum X. de majoritate & obed. n. 22 *delata ad S. Congregationem Concilij controversia de præcedentia inter Dominicanos, Franciscanos, Augustinianos, & Carmelitanos, sumpta fuerunt informationes, & repertum consuetudinem ità inolevisse, & observatum semper fuisse, ut ea Religio, quæ prius in loco habuit Monasterium, illa præcedat: quam consuetudinem Sanctissimus jussit observari, & nihil innovari: & secundum hoc posteà edita fuit Constitutio ab eodem Gregorio* XIII. *incipien. Exposcit* 15. *Iulij* 1583. *quâ definitum est, inter Fratres Mendicantes, nec non inter Confraternitates Christi fidelium in processionibus, tàm publicis, quàm privatis, ij præcedere debeant, qui sunt in quasi possessione præcedentiæ. Quod si de quasi possessione hujusmodi non constet, inter Fratres quidem Mendicantes præcedere debeant ij, qui antiquiores in loco controversiæ: inter Confratres verò inter se litigantes, qui priùs Sacris usi sunt.* Tres autem alij Mendicantium Ordines non solùm fuerunt à S. Sede ante Carmelitarum Ordinem approbati; sed Romæ prius tempore in Capella præcedentiæ possessionem acceperunt, obindè etiam per consuetudinem in Capella & Bullis Pontificum prælati sunt, juxta illud, quod refert R. P. Daniel à Virgine Maria Vineæ Carmeli n. 1142. *Ideò Prædicatores & Minores tanquam priùs in hominum frequentia conversantes, & magis & prius noti præponuntur dictis Fratribus Ordinis B. M. de monte Carmeli.* Si quidem hi, usque ad tempora Innocentij IV communiter extra Civitates convivebant, & demùm ab Innocentio IV sunt ad Fidei prædicationem & populi obsequium coassumpti: & idem est de Eremitis S Augustini, quorum Religiosa Institutio Dominicanos & Franciscanos præcessit &c. si tempore Augustini fuerint, de quo controvertunt alij.

Iulius Cæsar Fagnanus. 622. Secundò: Clarissimus D Julius Cæsar Fagnanus, prædicti Nepos, in quadam Controversia de præcedentia Romæ nuperrimè agitata: *In Concilio Niceno prima omnium ratio habita fuit qualitatum, Vrbium & Provinciarum, ut refert Salmasius* de primatu Papæ cap. 8. *in fine, ubi etiam, quod pro Vrbium & Provinciarum amplitudine, Patriarchæ Patriarchis prælati sunt, ut latè prosequitur Iacobus Andreas Crusius* Tract. de præeminentia lib. 1. cap. 6. n 29. *& habetur in Can.* Sacrosancta 2. *& Can. seq.* dist. 22. *& ob eandem rationem cum esset contentio inter Episcopos Arelatensem & Viennensem, de primatus honore certantes, definitum est in Concilio Taurinensi celebrata an.* 397. ut qui ex ijs comprobaverit suam Civitatem esse Metropolim, is totius Provinciæ honorem primatus obtineat, *ut refert Petrus de Marca* in dissert. pro primatu Ecclesiæ Lugdunensis n. 2. *ubi n. 39. testatur eâdem ratione, Civitatem Lugdunensem simili honore decoratam fuisse à Gregorio* VIII.

Idem. 623. Item: *Quod multò magis observandum est in casu nostro; quià in hoc Ordine, prout etiam in alijs Regularibus, præcedentia in Capitulis Generalibus non sumitur ex Primitate temporis promotionis Officialium Provinciarum; sed ab ipsismet Provincijs, quibus non ob solam rationem antiquitatis, sed*

Lezana. *propter alias quoque hujusmodi causas, & qualitates præcedentiam esse attributam testatur Pater Lezana* Annal Relig ad Annum 1235 numero 2. *& ad Annum* 1354. numero 4. *Et animadvertit Rota* decisione 91. numero 3. et 4. parte 6. recen. *adeò ut, cum Provincia Tusciæ fuisset divisa in duas, quarum altera remansit Tuscia; illa, licèt Romana, tamen eundem locum 5. in Ordine habuit, quem potiebatur Provincia Tuscia; altera verò, licèt nomen Tusciæ & antiquissi-*

*antiquissimum Conventum Senensem retinuerit, tamen XV. locum obtinuit, & hoc factum est ob excellentiam Urbis. Idem Lezana dicto* TOM. 4. AD ANNUM 1337. NUMERO 4. *ut benè refertur infra & , quæ plurimi Conventus moderniores, quibus ob hujusmodi qualitates delata est præcedentia suprà vetustiores, ut asseruit P. Ugo à S. Francisco* PART. P. IDEÆ VERI PRÆLATI CAP... *Idem Lezana* IN ANNAL. TOMO 3. AD ANNUM... Undè si alij Ordines prædicti primò locum habuerint in Metropoli totius Ecclesiæ, meritò, non obstante suæ fundationis posterioritate, primô locô nominantur, non habuisse tamen innuit noster Lezana *Annal. Tom. 4. ad An. 1219. n. 16*

624 Tertiò; Clarissimus D. Prosper Bottinus Romæ S. Consistorij Advocatus in eadem Controversia *loci qualitatem & magnitudinem esse circumstantiam, quæ tribuit prærogativam, habetur ex Concilio Provinciali Taurinensi* CAP. 10 IBI: *cujus magnitudinem penitus nesciremus, quam ipsi potissimum deferretur* & infrà *pro dirimenda Controversia inter Episcopos Arelatensem & Viennensem, qui de primatus honore certabant, dicitur à S. Synodo definitum, ut qui ex eis comprobaverit suam Civitatem esse Metropolim, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineat. & D. Petrum in fundandis tribus Ecclesijs Patriarchalibus, Romana videlicet, Alexandrina & Antiochena habuisse rationem magnitudinis & Nobilitatis harum Urbium ex Leonis Epistola 84. ad Anastas. circa finem.* inquit *Bellarminus de Roman. Pontific. lib. 1. cap. 24. versic. & quamquam prout etiam licet omnes quatuor Patriarchæ sint pares dignitate, tamen inter eos præfertur Constantinopolitanus; quamvis posterius ordinatus* inquit *Reverendissimus Fagnanus in cap. Cum certum numero 19. de Majorit. & obed.* Prosper Bottinus.

625 Item: *Comprobatur hoc ex observantia hujus S. Religionis; etenim Anno 1333. Provincia Tuscia divisa fuit in duas, relictô uni nomine* TUSCIÆ, *& alteri tributô nomine* URBIS, *& quamvis Prior retinuerit suam primævam denominationem & Conventum Senensem, qui est antiquior cæteris, nedum Italiæ, sed etiam Europæ, utpote fundatum Anno 797. ut pro argumento vetustatis Ordinis adducit* LEZANA *Tom. 4. Annal. Anno 1177. numero 3. tamen Provincia Tuscia cessit suum locum Provinciæ Romanæ, & ultimum obtinuit. ut refert P. Lezana Anno D. 1333. n. 4. ibi dividendo in duas Provinciam Tusciæ, itaut illarum una* ROMÆ *vocaretur, quæ locum quintum in Provinciarum Ordine teneret, quem pridem Tuscia obtinebat, alia antiquo nomine reservato diceretur* TUSCIA, *quæ quindecimum locum in ordine Provinciarum haberet.* Unde patet ex præmissis à n. 621 præcedentiam deferri Provinciæ, non quæ Conventum fundatione habuerit antiquiorem, sed in metropoli & præcipua civitate. Idem.

626 Quartò Clarissimi DD Thomas Stapletonus, Ioannes Liser, & Nicolaus Du Bois Regij Professores Lovanij in eadem Controversia. *Denique evidenter hic militant rationes, quas ipsimet Apostoli, ipsique Summi Pontifices Petri Successores attenderunt, & quas respectivè referunt* ANACLETUS EPIST. 2. ET 3. *Et Greg. VII.* LIB. 6. EPIST. 35. Thomas Stapletonus & alij.

627. Prior, Epistola secunda habet: *Provinciæ, multò ante Christi adventum, divisæ sunt maxima ex parte, & posteà ab Apostolis, & Beato Clemente, Prædecessore nostro, ipsa divisio est revocata: & in capite Provinciarum, ubi dudum Primates Legis sæculi erant, ac prima judiciaria potestas, ad quos, qui per alias Civitates commorabantur, quandò eis necesse erat, qui ad Aulam Imperatoris vel Regum, confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus, vel injustitijs suis, ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in Lege eorum præceptum erat: ipsis quoque in Civitatibus, vel locis nostris, Patriarchas, vel Primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, Leges Divinæ & Ecclesiasticæ poni, & esse jusserunt, ad quos Episcopi si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent, & ipsi Primatum nomine fruerentur, & non alij: reliquæ verò Metropolitanæ Civitates, quæ minores Iudices habebant (licèt majores Comitibus essent) haberent Metropolitanos suos, qui prædictis justè obedirent Primatibus, sicut & in legibus sæculi olim ordinatum erat.* Epistola autem tertia, ità: *Episcopi non in Castellis, aut modicis Civitatibus debent constitui, sed Presbyteri per Castella, & modicas Civitates atque Villas debent ab Episcopis ordinari & poni: singuli tamen per singulos titulos suos: & Episcopus, ut dictum est, non ad modicam Civitatem, ne vilescat nomen Episcopi,* Idem.

 *sed ad*

*ed ad honorabilem Vrbem titulandus, & ordinandus est; Presbyter verò ad quemcumque locum, vel Ecclesiam in eo constitutam est praficiendus, atque in ea diebus vitæ suæ duraturus.*

Idem. 628. Ac denique Gregorius VII. ità *Quià unamquodque tunc salubriter completur officium, cum fuerit unus, ad quem recurri possit, Præpositus: Provinciæ autem, multò ante Christi adventum tempore, divisæ sunt maximâ ex parte, & posteà ab Apostolis, & Beato Clemente, prædecessore nostro, ipsa divisio est revocata, & in capite ut statim. Eaque ratione dixit Imperator in novella 11 posteà. Attilanis temporibus eisdem locis devastatis, Apemius Præfectus Prætorio de Sirmitana Civitate in Thessalonicam profugus venerat: tunc & ipsam Præfecturam Sacerdotalis honor sequutus est, & Thessalonicæ Episcopus, non suâ authoritate, sed sub umbra Præfecturæ meruit aliquam prærogativam.* Hæc autem confirmant dicta in fine n. 626.

Barbosa. 629. Quintò: Clarissimus D. Barbosa de officio Episcopi p. 3. allegat. 78. n. 27. *In præcedentijs & possessionibus debet attendi consuetudo loci, cui regulariter, & ut plurimum defertur. Cassan.* in catal. gloriæ mundi p. 4. consid. 33. in fine, & consid. 37. 39. 40. 41. in fine, *Navarr.* cons. 1. n. 3. de major. & obed. *Chopin.* monast. l. 2. tit. ult. nu. 23. *Paul. Paris.* cons. 149. à n. 1. vol. 4. *Bab de Anna* cons. 40. à n. 1. *Besold.* in desert. juridica politica de præcedent, & sessionis prærogativis c. 3. n. 8. *Valenzuela* to. 2. consil. 201. n. 42. cum seqq. *Medices* Marchiæ decis. 21. *Surd.* de Neapol. illustr. c. 27. n. 22.

Canonistæ. 630. Sextò: Secundum omnes Canonistas *consuetudo & observantia sufficienter præscripta, in materia præcedentiæ, debet attendi, non secus ac si esset lex; ita ut neque requirat titulum pro suo fundamento & initio, etiam quandò repugnaret Iuri communi.* Gratianus *Discept.* c. 945. n. 1. putà, ut *minus dignus præferendus sit digniori.* Illustrissimus D. Fagnanus *ad c. Cum certum X. de major. & obed. n.* 16. ubi decisionem Rotæ adfert, & addit: quod *hâc ratione, licèt omnes quatuor Patriarchæ sint pares dignitate, tamen inter eos præfertur Constantinopolitanus, etiam posteriùs ordinatus.*

Prosper Fagnanus & a ij. 631. Item Illustrissimus Prosper Fagnanus loco præcitato n. 16. *contraria consuetudo, quæ præcipuè attendi debet in honoribus exhibendis, c. cum omnes, de Constit. c. Cum olim, de consuet. secundum Innocent. hic in fin. Bald. in d. c. Cum olim, n. 1. Cardin. cons. 62. incipien. In Ecclesia Bellunen. n. 1. Mantic. decis. 244. n. 2. Rota in Oriolen. Iuris sedendi. 24. Octobris 1586. coram Blanchetto, & calaguritana Præeminentiarum 13 Novembris 1591. coram Seraphino, ut in ejus decis. 264. n. 1. Quod procedit, etiamsi talis consuetudo repugnaret Iuris dispositioni, putà, ut minus dignus præferendus sit digniori, ut in casu dictæ decisionis Oriolen. in qua datus fuit locus dignior Cantori suprà Sacristam, licèt digniorem, ex notatis per Hostien. in c. Indecorum. de ætat. & qualit. cum alijs congestis per Menoc. in cons. 52. n. 99. lib. 1. ut per Seraph. ubi suprà.* Consuetudo autem, undecumque processerit, favet præcedentiæ aliorum Mendicantium Ordinum in Capella Urbis

Conclusio contra Bordonum. 632. Ex quibus manifestum est P. Bordonum, absque ratione & fundamento, scripsisse: *Cur inter quatuor Ordines Mendicantium obtinet ultimum locum, cum ex antiquitate deberet habere primum locum: id autem est certum argumentum, quod Ordo iste quoad perfectionem status Religiosi, est posterior cæteris; qui ideò præferuntur, quia priores sunt quoad status perfectionem,* siquidem hæc causalis in plerisque similibus fallit, ut statim vidimus, & ex sequela evidenti sibi contradicit *Tom. 2. Resol. 7. n. 138.* scribenti: *Casus accidit in Capucinis, qui paucis ab hinc annis cœperunt erigere Crucem, & lite ortâ inter ipsos, & Tertij Ordinis Regulares, prætendentibus illos præcedere, quia antiquiores erant in Vrbe Mediolani, Sacra Congregatio contra Capucinos pro Tertiarijs respondit in hæc verba.*

S. Congregatio. 633. Congregatio Sacrorum Rituum ad tollendas controversias, quæ post concessam Fratribus Capucinis propriæ Crucis erectionem inter Regulares circa præcedentiam in Processionibus ortæ sunt, censuit, Illustriss. Millino referente, Capucinos cedere debere digniorem locum ijs Regularibus, qui sub propria Cruce, & in proprio loco in Processionibus incedebant, antequam ipsi propriam Crucem deferrent.

ent. die Sabbati 23. Martij 1619. *Hæc responsio extat apud me authentica sigillo, & manu Illustrissimi Cardinalis Galli Episcopi Ostiensis, Petro Ciammarecono Secretario.* Igitur

634. Respondeo secundò: Cum Reverendissimo P. Philippo à Sanctissima Trinitate Theologiæ Carmelitanæ q. 12. art. 1. *Quod licèt Religio Carmelitana sit antiquissima, & prima omnium aliarum, ut dictum est: quià tamen ejus initium; & continuata successio fuit in Carmelo, & alijs partibus Orientis; ac ultima quatuor Mendicantium apparuit. aut fuit approbata in Italia, & alijs partibus Occidentis; indè est, quod in publicis actibus indicatis sedet, & procedit ultima; non tamen ubique:* undè tribus alijs Ordinibus favere potest loci præeminentia, prioritas à S. Sede approbationis, possessio, consuetudo, præscripto: nullatenus Religionis verè & propriè dictæ, prout erat ante Innocentij III. decretum, antiquioritas, uti hucusque efficaciter probatum est. Philippus à SS. Trinit.

# PHARETRA VII.

## *Ex Eminentissimo Cardinali Cæsare Baronio.*

635. HIc est luminare majus, quod ità dissidentium Amicorum nostrorum lumina minora Eminentissimo luminis sui fulgure obfuscasse videtur, ut offenderint ad lapidem pedem suum, illud sine opticis, quibus debet, intueri volentes, ut statim videbimus. Sit igitur. Præfatio Authoris.

## TELUM PRIMUM.

636. EM. Card. Baronius ad Annum Christi 1181. *Constantior illa videtur Assertio, quod Ordo Religiosorum Carmelitarum, qui in Palæstina in ipso Carmeli monte fixere sedes, sub eodem Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem; quoto autem anno ejus Pontificatus habetur incertum. Horum autem Promotor, Propagator, & Custos fuit ille, qui fungebatur in Oriente Legatione Apostolicæ Sedis, Aymericus Patriarcha Antiochenus, qui considerans quàm plures ex Occidente, qui venerant vitam Eremiticam acturi, in Terra Sancta, hinc indè dispersos, expositos Barbarorum incursibus, collegit eos in unum, duxitque in montem Carmelum Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum. Fuere ista principia, ex quibus; ut ex parva scaturigine flumen, immensus est auctus cœtus Religiosorum virorum.* Hæc Baronius. Argum. ab Origine Carm. sub Alexandro.

### ENERVATIO

637. REspondeo primò: Verbis sapientissimi Patris nostri Lezanæ Annal. Tom. 4. ad Annum Christi 1181. n. 4. & seq. *Sed nos menda, quæ in ipsa irrepsisse videntur (bona ipsius gratiâ,) excutiamus.* Constantior, *inquit*, illa videtur assertio *Hic sistamus. Quomodò* constantior; *quæ constans non est? Quomodò enim constans quæ, si ab aliquo recipitur Authore, statim repudiatur? Cujus exemplum in doctissimo viro Genebrardo conspicitur, qui, cum* lib. 4. Chronolog. circa annum 1182. *Baronij placitum sequutus fuerit, dicens:* Ordo Carmelitarum, Solutio Lezanæ.

tarum, qui tunc variegata Chlamyde induebantur, initium habuit in desertis Syriæ Aymerici Antiocheni Antistitis operâ, *palynodiam proximè canens, subjunxit:* Sed eorum origo altius repetenda est; nempe à Prophetis Elia & Eliseo, qui Carmelum montem Terræ Sanctæ primi consecrarunt, & discipulos ibi reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat. *Quomodò etiam* constantior, *vel etiam constans* assertio *vocari poterit. cujus adversam partem Summi Pontifices in Suis Diplomatibus constanter recipiunt? Hos in primo Tomo referimus. Sunt autem Sixtus Quartus in Bulla.* Dum attenta meditatione pensamus, *quæ est Mare Magnum Religionis, sub anno 1476. ubi Carmelitas vocat* Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei, & aliorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes. *Et in alia Bulla ejusdem initij sub anno 1477. ubi hæc,* Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei, & Enoch, necnon & aliorum SS. Patrum, qui montem Sanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam tenentes. *Quam etiam approbavit, & innovavit, Iulius Secundus in Bulla,* Ad sacrum Ordinem, *anno Incarnationis* 1504. *Eadem verba, quæ Sixtus Quartus habet Gregorius* XIII. *in Bulla* Ut laudes *anno 1577. His Pontificibus jungitur Clemens* VIII. *qui in Epistola ad Sciahabam Persarum Regem, quæ habetur apud Franciscum de S. Maria* in Histor. Prophet. Hispan. lib. 1. cap. 10. & in Historia Pontificali, *Doctoris Babia, sic habet de Carmelitis:* Habuerunt olim Religionis huius Professores, sicut à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris memoriæ proditum est, sui Instituti Authores SS. Prophetas Eliam, & Eliseum, omnibus nationibus, & gentibus notos. *Quibus junguntur antiquissimi Pontifices Leo* IV. *Hadrianus Secundus, Sergius* III. *& Alexander secundus. Gregorius* VII. *& alij, qui, ut Tomo præcedenti afferimus, Indulgentias Ordini concesserunt. Pro qua re videatur Petrus* Wastelius in Apologet. pro Monachism. Ioann. in Carmelo cap. 22. *ubi hæc verba Baronij examinat.*

Idem.

638. *Tandem: quàm parum constans, ne dum* constantior, *Baroniana hæc assertio sit, de prima Carmelitici Ordinis sub Aymerico origine, satis comprobant, quæ in superioribus retulimus circa ann. 1142. & quæ pro Patriarchatu Eliæ in totam Monasticem, eam præsertim partem, quæ Carmelum incoluit, in toto primo, secundo, & tertio Tomis scribimus, ac denique singula fermè ex ijs, quæ hoc quarto Tomo ab anno 1141. præsertim de Eremitorijs vel Cœnobijs nostrorum diximus. Undè ea omittimus.*

Exponitur Baronius.

639. Respondeo secundò: attentis authoritatibus summorum Pontificum, SS. Patrum & aliorum Doctorum irrefragabilibus, quibus *Scuto* III. *&* VI. probavimus eum obedientiam, paupertatem & castitatem servasse, & de illis tria vota essentialia verè, & propriæ dictæ Religionis secundum se & præcisè, sive præcisis *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiæ,* emisisse. *Scuto* IV. *&* XVII. eum fuisse Patriarcham, Institutorem & fundatorem Monachorum è monte Carmelo descendentium, ac sic Ordinis Carmelitarum: & junctis *Telorum,* quæ contra hucusque vibrarunt dissidentes Amici, *Enervationibus,* quas vir tantus ingenij sui acie facilius, quam nos penetrare poterat: mihi omninò persuasum esse Em. Cardinalem Baronium prorsus evictum, ut his verbis, *duxitque in montem Carmelum Elia habitatione egregiè olim nobilitatum,* significaret se ibi non agere de Ordinis Carmelitarum origine simpliciter & absolute prima, à primæva & primaria illius institutione & fundatione desumpta; sed de posteriori & secundaria aliqua accidentali, à restauratione, reformatione, restitutione, aut positiva S. Sedis confirmatione accepta, quo solo sensu verum est; uti locis citatis præmissa evincunt, quod hìc dicit; *constantior illa videtur assertio, quod Ordo Religiosorum Carmelitarum, qui in Palæstina in ipso Carmeli monte fixere sedes, sub eodem Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem;* quia de illa origine simpliciter & absolutè vix ullus unquam ante ipsum hanc fecit assertionem: imò nequidem ipsum hanc fecisse.

Expositioni favet 1.

640. Probant satis primo: ea, quæ *ad Annum Christi 328. n. 16.* de S. Antonio scribit, aiens:

ens: *Complura condidit Monasteria, Cœnobiticaque ipse primus vitæ iecit in Eremo fundamenta, adeò Cœnobitarum Monachorum idem Institutor sit habitus, vel potius Restitutor, si Essenorum, qui in Ægypto sub Marco primo Alexandrinorum Episcopo floruerunt, ratio aliqua habenda esse videatur, quos Christianos fuisse suò locò superius perspicuè demonstravimus.* Essenos autem hæreditaria successione ab Elia descendisse, quod nusquam negat Em. Baronius, probatum est *Scuto* II. ac insuper *Scuto* VIII Regulam à S. Alberto Carmelitis scriptô traditam, illam fuisse, quam Dei Propheta Elias; filios Prophetarum, Essenos &c. verbô & exemplô docuit. Dicit autem subdubitanter *si Essenorum* &c. ob rationem dandam *n* 650. Videtur enim solam rationem in suis Annalibus habere voluisse Cœnobitarum prolixioris Regulæ conscriptæ, quàm Essenorum, uti satis ibi insinuat.

641. Probant secundò satis; ea, quæ *ibidem* subdit n. 20. *Licèt enim nunquam antea defuerint viri sancti, qui seorsum ab alijs agerent solitarij, atque persecutionum ingruentium occasione potissimum laterent (quod de his similibus loquitur Apostolus) in speluncis & cavernis terræ, circumeuntes in melotis, & pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat Mundus: ut tamen essent, tàm virorum, quàm mulierum cœtus, qui Monasticam exercerent disciplinam, id primum accepit Roma ab Antonio isto magno, per Athanasium Episcopum Alexandrinum: à Romana verò Ecclesia, velut è promptuario disciplinæ, aliæ omnes Occidentales Orbis Ecclesiæ mutuatæ sunt; omnes, ex more, cupidè amplexantes, quod vidissent Romam esse secutam.* Ubi omnia, quæ de illis viris sanctis præmittit, maximè conveniunt Eliæ & Eliseo, ut patet ex dictis *Scuto* III. & VI. cumque de illis loqui *n. seq* patebit, ex his verbis, *in quibus*, scilicet Pachomio, Hilarione &c. *sunt innovata antiqua miracula Prophetarum* (nota) & *Apostolorum*: juxta illud S. Bernardi in Serm. ad Fratres de monte Dei: *Vita Monastica est antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonstrata, iamque nova gratiæ sole exortô, in Ioanne Baptista instaurata & innovata.* Quod non obscurè confirmat Dionysius Carth. in Opusc. insign. lib. 2. cap. 6. *Cœperunt nonnulli, viventibus adhuc gloriosis & Sanctis Apostolis, vitam illam communem inter se seorsim resumere, renovare, & cum multis additionibus juxta Evangelica Christi consilia continuare, viventes in omnimoda castitate, paupertate obedientia, cum dira ac ardua corporis afflictione, magnis vigilijs, jejunijs, abstinentijs & disciplinis: porrò taliter conversantes, ab ipsis Apostolis & Apostolicis viris nominati sunt Monachi, quasi custodes unius, & uni summo bono jugiter intenti.* Favet 2.

642. Probant tertiò satis: ea, quæ addit ibidem n. 25 *Negari quidem non potest, fuisse Monachismum, seminarium in Ecclesia Dei sanctissimorum Episcoporum, ex quo Basilij, Gregorij, Chrysostomi, & alij, tàm in Oriente, quàm in Occidente, viri spectatissimi prodière; quorum omnium, qui Antonium magnum dixerit Patriarcham, veritatis scopum attinget: in quo mille signis, atque virtutibus, quàm sit Deo gratum, relictô sæculô, & quæ sæculi sunt, vita concupiscentijs, Monasticam vitam diligere, ac profiteri, fuit evidentissimè declaratum, & in alijs ejusdem genus vitæ agentibus Domini calculô firmissimè stabilitum, ut in Pachomio, Hilarione, Macharijs, Ioanne, Ammone, & alijs fermè innumeris, his similibus, in quibus sunt innovata antiqua miracula Prophetarum & Apostolorum.* Quænam hæc miracula Prophetarum in istis innovata? Nisi illa, quæ de istis Viris sanctis paulò ante ex *eodem n.* 20. retulimus: quibus evidenter confirmat, ante Antonium & hos omnes, Prophetas Dei Eliam & Eliseum fuisse Monachos, quorum innovata est vita Monastica in Sanctis istis enumeratis: & Antonium quidem fuisse Cœnobitarum Monachorum Patriarcham, Restauratorem, & Innovatorem; sed istos Prophetas, Viros sanctos, fuisse illorum Patriarcham simpliciter & primævum; quæ asserimus, & nihil plus prætendimus. Vide dicta *n* 580. Favet 3.

643. Probant quartò satis: ea, quæ sequuntur ad An. Christi 340. n 8 *Erat quidem in Oriente summum illud vivendi genus instar Eliæ, ac Ioannis Baptistæ, cunctis hominibus, etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipsis venerandum, sed & impijs quoque Hæreticis reverendum, atque adeò cœlestibus Civibus admirandum; utpotè qui se in terris concives habere lætantes, cum eisdem tanquam gentilibus suis amicè* Favet 4.

*suis amicè assiduò versarentur. Factumque feliciter est, ut, Athanasiò propalante, inferretur, ac pariter coleretur in Urbe, sublime illud vivendi genus, cujus in montibus atque desertis locis tantum cernebantur impressa vestigia: nec detrectavit universus Christianus Orbis in Occidente sectari, quod sciret in Ecclesia Romana susceptum; quæ hæc omnia accepta fert Athanasio.* Quod videtur sumptum ex Symeone Metaphraste in *vita S. Pachomij* apud Surium *Tom.* 3. die 14. Maij. *Erat enim reverà præstantissimi exercitatoris Patris nostri Antonij vita ad imitationem magni Eliæ, Elisei, & Ioannis Baptistæ, qui erant Cives solitudinis & amatores cœlestium, æternorumque bonorum.* Attendant obsecro, qui nobis opponunt locum ex Em. Baronio suprà objectum, an hæc verba: *summum illud vivendi genus instar Eliæ ac Ioannis Baptistæ*, non supponant aliquam ab istis priorem Monachorum Originem, quam fuerit sæculo XII. sub Alexandro III. Illam autem fuisse Ordinis Carmelitarum tamquam certum sustinemus ob authoritates *Scuto* XVII. allatas, & infrà ad *Telum II.* adferendas.

Confirmat. 644. Confirmat *Tom.* I. ad Annum Christi 31. n. 15. *Contra Centur. Magdeburgenses* scribens: *eò devenerunt stultitiæ, vel potius meræ iniquitatis, ut malint corrumpere verbum Dei, & Ioannem vitæ otiosæ, & delitiosæ, infamare, quàm Monasticam ab eodem Ioanne dimanantem vitam, in Ecclesia altissimis defixam radicibus, Evangelii à attestatione, ut surripi & evelli nequeat, adstipulari & profiteri velle.* Hoc ipso verò, quòd vitam Monasticam à Ioanne dimanantem asserit, ab Elia acceptam supponit, ut patet ex verbis ejus statim n 643. relatis: *Erat quidem in Oriente summum illud vivendi genus instar Eliæ ac Ioannis Baptistæ.* Unde

Baronius id ipsum potuisset de Elia dicere. 645. Potuisset quidem Em. Baronius ea, quæ de Ioanne Baptista *n.* 644. dixit, ad Eliam retrotrahere, & sic monasticam vitam à suo primævo fonte dimanantem altius repetere, prout fecit S. Odilo in vita S. Majoli in Bibliotheca Cluniacensi, & apud Lippomanum: *Deinde cœpit Ordo monasticus pullulare, & ut verius dicam, reviviscere, quem à Beatis Elia, & Ioanne Baptista novimus processisse*: utique ad sensum S. Bernardi *n.* 641. citati: *vita monastica est antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonstrata* (sensu dato *Scuto* VI. & VII) *tamque novæ gratiæ sole exortò, in Ioanne Baptista instaurata & innovata.* Quibus indubiè Em. Baronius contradicere noluit, cum D. Thomas *lect.* 8 *in cap.* 11. Epist. ad Hæb. *Quod Ioannes esset Elias* hôc modô explicet: *Non fuit in persona, sed in Spiritu & virtute; quoniam similitudinem ostendebat cum Elia in operibus & in modo vivendi.* Petrus Chrysologus Serm 88 sic verba Archangeli ad Zachariam: *ipse præcedet ante illum in Spiritu & virtute Eliæ*, exponat. *Ioannes Eliæ venit in Spiritu, & in ejus virtute graditur, qui totum victu, vestitu, honore, castitate, abstinentiâ, & omnibus virtutibus repræsentat.* Et legatur in Gillemani, Rubeæ

Gillemanus. Vallis Canonici Regularis, Ordinis S. Augustini, Martyrologio ad diem 29. Augusti, *Quarto Kalendas Septembris: Decollatio S. Ioannis Baptistæ, Domini nostri* IESU *Christi, & ejusdem in Spiritu & virtute Eliæ Præcursoris. Hic vitam Eremiticam, ab Elia Propheta institutam, adhuc puer assumpsit; vestium hispiditate, victus parcitate, conversationis similitudine, parique mentis rigore, Eliam semper exprimens; adeò, ut Iudæi eum, esse Eliam in persona, opinarentur. Quapropter in Sebaste, Oppido Palestinæ, à suis Discipulis inter corpora sanctorum Elisei & Abdiæ Prophetarum, Discipulorum Eliæ tanquam eorum Condiscipulus, & ejusdem Religionis observantissimus Alumnus, humatus est.* Atque etiam suprà concludens ipse Bernardus dicat: *Monasticam vitam à tempore*

Bernardus. *Prophetarum præmonstratam, tamque novæ gratiæ sole exortò, in Ioanne Baptista instauratam & innovatam*: putà per prædicationem & doctrinam Ioannis de præsentia Christi in Mundo, juxta illud Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani de Institutione Primorum Monachorum cap. 32. *Deus per Eliam, & cæteros ejusdem propositi Prophetas, instruere de adventu Christi futuro dignatus fuit* (vide dicta *Scuto* I) *ità etiam ut de præsentia Christi in Mundo per ejus Præcursorem eos doceret; disposuit, quod prædictus præcursor sic ante* IESUM *Christum in Spiritu & virtute Eliæ præcederet, ut tam in sua pueritia monasticam eorum vitam eremiticam ab Elia Propheta institutam assumeret.* Adstipulatur Onuphrius Panuinus in *Chronico Ecclesiastico* ad Annum

Ioannes XLIV.

Panvinus.

num

num Christi 1141. *Ordo Carmelitarum restitutus & reformatus ab Aymerico Malefaida Lemovicensi. Patriarcha Antiocheno, & Apostolica Sedis trans mare Legato, in monte Syria Carmelo quorum primus Prior* (putà post illam restitutionem & reformationem) *fuit Frater Bertholdus Sanctus.*

Quò sensu Theodoretus, Episcopus Cypri, suprà in *Philotheo*. sive *lib 9. de Vitis Patrum cap.4.* Adstipulantur Patres & Doctores.
dixit: *magnum quoque Eliam* &c. quò Sozomenus *Historia Ecclesiast. lib.10. cap. 12.* cui hic *de Monachorum vivendi ratione, undè cœperint, & quos Duces habuerint*, titulus; ubi illâ ratione descriptâ, subdit: *Hanc praclaram vivendi rationem primus, ut quidam memorant, instituit Propheta Elias, & Ioannes Baptista.* Theodoretus.
Cassianus lib. 1. de Instit. Monast. cap. 2. *Vastos Eremi recessus penetrare non timeant ad imitationem Ioannis Baptista. qui in Eremo tota permansit atate, Elia quoque, & Elisei, atque illorum, de quibus Apostolus ità memorat, circuierunt in melotis & pellibus caprinis* &c. Sozomenus. Cassianus.
Quibus Antonius Ferdinandez *Com. in visiones vet. Test. visione 9 Pref. n.8.* addit: *Eliam verò secutus Ioannes Baptista* &c. *Spiritus ergo Elia, continuatâ serie in deserto per homines Religiosa vita, denique in Ioannem transmissus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum parentem.* Ferdinandez.
Cassiodorus in *vita D. Antonij p.2.* apud Lippomanum in Historia de Vitis Sanctorum; *hujus elegantissima Philosophia, Princeps quidem fuit, sicut quidam dicunt, Elias Propheta & Ioannes Baptista.* Cassiodorus.
S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de officijs cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum scripturarum, hujus propositi Princeps Elias & Discipulus ejus Eliseus fuerunt* &c. *hujus etiam propositi in Evangelio Ioannes Baptista extitit* &c. *Iam deindè progeniti sunt conversationis hujus nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, cateríque Patres* &c. *ad imitationem scilicet Elia & Ioannis Baptista, qui Eremi secessus penetrarunt.* Isidorus.
Petrus Abailardus, iam ab hæresi sua correctus, in Epist. contra quendam Clericum Regularem, qui Monasticum Ordinem deprimebat: *Nec solum Eliam, qui in antiquo populo tantus enituit, ut in Cælum vivus sustolli mereretur, inter nostros mirare Principes; verum etiam Ioannem in Spiritu ejus venientem, & quasi alterum Eliam.* Abilardus.
Albertus magnus in 4. dist 38 art 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Ecclesia, sicut modus juris Nazaræorum, qui votum vovebant perpetuum, & Rechabitarum, & hujusmodi illis modi erant loco Regula.* Albertus magnus.
Unde nullatenus negari potest, Em. Baronium potuisse ea, quæ de Ioanne Baptista *n.644.* dixit, ad Eliam retrotrahere, & sic vitæ monasticæ in Ioanne Baptista rivum suo primævo in Elia fonti conjungere, prout omnes illi fecerunt.

646. Verumtamen: cum agerent Magdeburgenses contra Monachos, Evangelij publicatione posteriores, opportunum non judicavit, tàm procul ad Eliam ascendere: alioqui certè, vir tantus, & Historiæ Ecclesiasticæ facilè Princeps, non solùm neglectam quodammodò contempsisset omnium, tàm SS. Patrum, quàm aliorum Doctorum authoritatem, qui Eliam Monachorum, etiam Ioannis Baptistæ, uti *n.645. & 646.* probavimus, Principem faciunt, uti etiam *Scuto IV. ac XVII.* probatum est: Cur id de Elia non dixerit Baronius.
sed etiam evidenter contradixisset Bernardo *suprà citato*, de Monastica Religione dicenti: *est antiqua hæreditas Ecclesia Dei à tempore Prophetarum demonstrata* S. Antonio de Monachis *3. p. Sum. tit. 16 §. 4.* asserenti: *videri exortos sub Eliseo; renovatos à Christo.* Bernardus.
Imò & sibi ipsi *1. ad an. Christi 340. n.8.* scribenti: *erat quidem in Oriente summum illud vivendi genus, instar Elia ac Ioannis Baptista, cunctis hominibus, etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipsis, venerandum.* Eliam autem fuisse Ioanne Baptista & Antonio priorem, constantius est ex Scriptura, quàm ut probari debeat *2. ad Annum Christi 612.* Columbanum Abbatem *Elia* comparanti, *ob Monasticam observantiam 3. ad Annum 328.* loco *n 640.* citato, expressè vocanti Antonium, *patrius restitutorem. si Essenorum* &c. quos fuisse de Filijs Prophetarum, patet ex *Scuto V. & VII.* probatis *4.* iterum *ad An. 328.* loco *n.442.* citato asserenti: in Antonio, Pachomio &c. *esse innovata antiqua miracula Prophetarum & Apostolorum.* Antonius restaurator.
Et ibidem n.17. *Erant quidem ante Antonium, qui, timore persecutionis, civitatibus* Baronius.

*derelictis, sive ruri, sive in desertis locis abditi, Angelis similem vitam ducebant, quorum nonnullos diximus ex Eusebio fuisse martyrio coronatos: reperit & horum aliquos ipsemet Antonius, cum, ut illatam Ecclesiæ persecutionem vitaret (ut dictum est) in desertum locum secessit; & ab uno illorum prima rudimenta Monasticæ Institutionis accepit, quæ perfecit delitescens in solitudine; cum posteà, Divinô afflatus numine, Monachos in unum collegit, & in diversa loca, tanquam diversis alveariis apum examina distribuit.* Ab ista autem illorum collectione & distributione ibid. *n. 16.* Antonium dixit *Cœnobitarum Monachorum Institutorem vel potius Restitutorem.* Quarè ad hunc Em. Baronij de *Antonio Institutore,* sensum.

Boronius ab accessorio Ordinem sumit.

647. Respondeo tertiò: Em. Baronium ibi *Ordinem* sumere; non ab ejus primæva *Institutione*, quam S. Eliæ tribuisse, satis constat ex præmissis: sed ab *Elianorum*, ob sævissimas Barbarorum persecutiones, Monasteriorum comburia, personarum martyria & spolia (quæ totis ferè quadringentis annis duraverant, ut liquet ex Vinea Carmeli *p. 3. cap. 25. 26. 27. 28.* Et ipsomet Em. Baronio ad Annum Christi 328. n. 16. *Porrò cum gravioribus persecutionum procellis obortis, quibus non Christiani tantum simul agentes, & conventus publicè celebrantes; sed & latentes in penetralibus, alijsque latibulis, quæsiti ab reperentur ad necem; intermitti illud cœleste vivendi genus oportuit*) cum summa confusione dispersorum *Collectione*, ut patet ex his verbis. *Aymericus Patriarcha Antiochenus considerans, quàm plures ex Occidente, qui venerant vitam Eremiticam acturi in Terra Sancta* (quam scilicet, indè fugati, extra in Occidente egerant) *hinc inde dispersos expositos Barbarorum incursibus, collegit eos in unum, duxitque in montem Carmelum, Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum*; eò quòd scilicet, Eliæ vivendi normam profiterentur, ab Elia in Carmeli monte primum acceptam, ut patet; alioqui certè eò ire recusassent, dicentes se non sequi Eliæ vivendi normam, nec justum fore, ut invaderent antiquam Elianorum possessionem: idque confirmat ipse Baronius ad An. Christi 340. n 8. *Erat quidem in Oriente summum illud vivendi genus instar Eliæ ac Ioannis Baptistæ, cunctis hominibus, etiam Ethnicis, & ipsis Imperatoribus, venerandum,* &c. Hæc itaque sit prima sensus Em. Baronij, ab ejusdem simili modo loquendi de *Antonio Institutore*, expositio.

Em. Baronij expositio prima.

Similiter Originem.

648. Respondeo quartò: Em. Baronium ibidem, *originem* similiter non sumere ab *Institutione*; sed à prædicta dispersorum *Collectione*: quia nusquam dicit Aymericum Patriarcham Antiochenum ipsos instituisse, aut ipsis vivendi normam tradidisse; sed *collectos promovisse, propagasse & custodisse*; ut patet ex his verbis: *horum autem promotor, propagator, & custos, fuit ille, qui fungebatur in Oriente Legatione Apostolicæ Sedis, Aymericus Patriarcha Antiochenus, qui considerans, quàm plures ex occidente, qui venerant vitam Eremiticam acturi in Terra Sancta, hinc inde dispersos, expositos Barbarorum incursibus, collegit eos in unum, duxitque in montem Carmelum.* suæ hæreditariæ successionis locum, *Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum.* Vide Cyrillum & Paulinum *n. 651.* citatos: & hæc secunda Em. Baronij expositio.

Em. Baronij expositio secunda.

Id familiare Baronio.

649. Respondeo quintò: Non esse insolitum Em Baronio, ab aliquo tali accidente Monastice *originem*, imò & *Institutionem* sumere: quia ad Annum 328. n. 25. Ità scribit: *negari quidem non potest fuisse Monachismum seminarium in Ecclesia Dei sanctissimorum Episcoporum, ex quo Basilij, Gregorij, Chrysostomi, & alij, tàm in Oriente, quàm in Occidente, viri spectatissimi prodiere; quorum omnium, qui Antonium magnum dixerit Patriarcham, veritatis scopum attinget.* Quod de Patriarchatu, origine & Institutione Monastices quoad substantiam indubiè intelligere non potest, quin sibi & SS. Patribus in præmissis *Resp. 1.* evidenter contradicat, ac signanter ibidem *n. 640.* à se de eodem Antonio prædictis: *complura condidit Monasteria. Cœnobiticæque ipse primus ubique jecit in Eremo fundamenta: adeò ut Cœnobitarum Monachorum idem Institutor sit habitus, vel potius restitutor si Essenorum, qui in Ægypto sub Marco, primo Alexandrinorum Episcopo, floruerunt, ratio aliqua habenda esse videatur, quos Christianos*

fuisse

*fuisse sub locò superiùs perspicuè demonstravimus.* Cur autem dixerit, *si Essenorum* &c. patet ex eò, quod loco ibi citato istis verbis subdit. *hucusque de his* Monachis *Hieronymus, qui hos similes tradit Essenis, à Philone atque Iosepho descriptis, de quibus suò locò fusiùs actum est. Sed hæc quidem generatim ipse complexus est: cum alioqui extent prolixiores, de institutis Cœnobitarum antiquorum formæ conscriptæ à Pachomio, Basilio, Cassiano, Climacho, atque demum in Occidente à S. Benedicto, & alijs recentioribus sanctissimis viris, de quibus singulis suò locò opportuniùs* Undè

650 Respondeo sextò: Dici posse Em. Baronium non loqui *de Ordinis Carmelitarum origine*, Sumpta à forma cœnobitici Instituti præcise secundum tria vota essentialia, absque regula præceptiva de agendis & practicandis conscripta, spectati, quale fuit filiorum Prophetarum, Essenorum & Carmelitarum usque ad Haymericum, & S. Bertoldum, ab eo primum totius Ordinis Generalem per electionem factum, qui tunc S. Brocardo mandavit, ut talem Regulam conscriberet, quam conscripsit, & conscriptam S. Alberto Patriarchæ Constantinopolitano recognoscendam ac corrigendam tradidit, & ab Honorio III. confirmata fuit: sed de origine sumpta à prolixiori forma Instituti Cœnobitici additâ tribus votis essentialibus Regulâ præceptivâ de agendis & practicandis conscriptâ, simili illis, de quibus ibi agit Em. Baronius, scribens: *Sed hæc quidem generatim ipse complexus est: cum alioquin extent prolixiores de Institutis Cœnobitarum antiquorum formæ conscriptæ à Pachomio, Basilio, Cassiano, Climacho, atque demum in Occidente à S. Benedicto, & alijs recentioribus sanctissimis viris, de quibus singulis suò locò opportuniùs.* Per illam autem prolixioris formæ Cœnobitici Instituti originem, aliam minus prolixam anteriorem non negat, magis, quàm qui Ordinem Carmelitarum sub Haymerico reformatum & restauratum, promotum & propagatum, asserit, ante negat institutum, ut patet. Hæc autem sit tertia Em. Baronij expositio. Em. Baronij expositio tertia.

651 Respondeo septimò: vero similiter etiam Em. Baronium attendisse ad ipsam Ordinis Carmelitarum primam à S. Sede positivam confirmationem, quæ, teste Em. Bellarmino in sua *Chronologia*, adjuncta libro *de Scriptoribus Eccles. ad an.* 1180. ab Alexandro III. facta est anno 1180. Et hâc attentâ dixit: *Ordo Religiosorum Carmelitarum* &c. *sub eodem Alexandro* III. *Pontifice sumpsit originem*, puta Ordinis positivè à S. Sede confirmati. Et hæc sit quarta Em. Baronij expositio juxta quam similiter non negat anteriorem ab Elia primævam illius institutionem, uti etiam ex toto *Resp.* 2. præmissis patet. Plura similia adferre possem in Em. Baronij nobiscum doctrinæ conformitatem; quia quo eum magis evolvo, semper plura occurrunt conformitatis testimonia sed nisi quis sponte ab Em. Baronij mente & veritate aberrare velit, ista abundè sufficiunt, ut post aberrationem, ad rectam Em. Baronij mentem & veritatem reducatur: præsertim cum S. Cyrillus Constantinopolitanus (qui obijt anno 1224.) in lib. de processu, & varijs Reg. Carm. cap 4. ità scribat: *Erat autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in Terra Sancta Apostolicæ Sedis Legatus, vir quidam amabilis Deo & hominibus, nomine Aymericus Malafarda, natione Lemovicensis, de Villâ appellata Salamiacum: qui prædictorum antecessorum nostrorum Eremitarum Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli, laudabilem conversationem attendens, eos multum specialiter, suo tempore in Domino enutrivit. Intelligens autem quosdam eorum, qui ab Occidente supervenerant, spretis seniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem Religiosæ vitæ Eremiticæ, in prædicto Ioannis libro descriptæ: & perpendens hoc ideò maximè contingere; quia Græcas litteras ignorantes nesciebant codicem illum legere; fecit librum illum de Græco in Latinum transferri. Et, ut illorum improborum coerceretur audacia, tutaque inter eos esset, seniorum Eremitarum hujus montis innocentia, ipsos omnes per obedientiæ vinculum colligavit. Statuit enim, quod ex ipsis unus, qui diceretur* Prior, *deinceps eis ità præesset; ut quilibet aliorum obedientiam ei devoveret, subeuta cujus & regimine omnes viverent. Quibus anteà licèt semper unus ex ipsis præesset, quem* Abba, *linguâ Syrâ, &* Patrem *Latinâ appellabant, sub regimine cujus etiam tunc temporis manebant; & tunc etiam tanquam Patri, secundum in-*

Em. Baronij Expositio quarta.

Cyrillus.

*dum institutionem, obediebant; nunquam ad obediendum alicui se voto speciali prius obligaverant; donec prædictus Patriarcha Aymericus omnes primò ad hoc adstrinxit. Inter quos ipse fratrem suum habuit, scilicet Fratrem Bertholdum perfectum Religiosum, sanctumque Presbyterum: quem de unanimi omnium assensu, anno Domini MC. XXI.* in primum Priorem *eis instituit, & cui curam animarum cæterorum injunxit. Et in hoc monte Carmeli in honore B. Mariæ Virginis Dei Genitricis Monasterium ædificari faciebat, murô altô circulariter circumdatum: in quo quidem eos includere intendebat; sed priusquam hoc Monasterium consummasset, sustulit eum de mundo Deus.* Et insignis Chronographus Onuphrius Panuinus *in Chronico Ecclesiastico ad Annum Christi* 1141. ista sic paucis expressit: *Ordo Carmelitarum restitutus & reformatus ab Aymerico Malafaida, Lemovicense, Patriarcha Antiocheno, & Apostolica Sedis trans mare Legato, in monte Syriæ Carmelo: quorum primus Prior fuit Frater Bertholdus, Vir sanctus.* Quia tamen manifestum est. *Primò*: quod *speciale votum* supponat quoddam aliud generale & communius ab Elia, ut patet ex dictis *Scuto* VI. Essenis & filijs Prophetarum, ut constat ex dictis *Scuto* VII. in antiqua Lege observatum, & ab Essenis circa Alexandriam, Antonio & Pachomio in Ægypto, Hilarione & alijs in Palestina tempore novæ Legis confirmatum, ut communis habet totius Ecclesiæ sensus, & patet à fortiori ex Chartagena *lib* 17. *homiliarum homil* 2. ad præcitata verba D. Cyrilli: *Certè Religionis vota in veteri Lege observata fuisse, testantur Origenes in cap.* 20. *Levitici Homil.* 11. *Isidorus lib.* 2. *de offic. cap.* 4. *Et copiosius Canisius de corrupt. verbi divini cap.* 21. Quorum plures citavimus *Scuto* VI. *&* VII. Illudque, quia eò usque ad Aymericum Ordinis Carmelitarum Monasteria fuerant per diversos Abbates absque uno omnium Generali directa, ut patet ex dictis *Scuto* XIII. *n.* 135. *ad* 144. faciebant Deo & sui Monasterij Abbati, aut Episcopo loci, non uni omnium Generali, quod nonnulli, quos S. Cyrillus dicit: *spretis Seniorum monitis non rectè ambulasse ad veritatem Religiosæ vitæ* (quæ tunc indubiè istud votum includebat) *Eremiticæ*, interpretabantur non obligare suo Abbati vel Episcopo extra illius Monasterium vel hujus Diœcesim, *ut illorum improborum*, inquit Cyrillus, *coerceretur audacia, tutaque inter eos esset seniorum Eremitarum hujus montis* à tali interpretatione, & hinc divagatione, *innocentia, ipsos omnes per obedientiæ* uni Priori Generali ut sequitur, *vinculum colligavit: statuit enim*, quô similis interpretatio & divagatio impediretur, *quod ex ipsis unus, qui diceretur* Prior, *deinceps eis ita præesset, ut quilibet obedientiam ei devoveret, sub cura cujus & regimine omnes viverent &c. nunquam ad obediendum alicui se voto speciali*, utique iam ex contextu explicato, *prius obligaverant.* Secundo: quod S. Cyrillus dicere non potuisset *intelligens autem quosdam eorum, qui ab occidente supervenerant, spretis Seniorum monitis* &c. nisi illis fuissent dicto Generali voto obligati; nec in remedium unus omnium Prior Generalis statui debuisset, cum particularis non sufficeret. Omninò congruè, imò ex contextus necessitate, præcitata verba: *nunquam ad obediendum alicui* tamquam Priori omnium Monasteriorum & Monachorum e Carmelo hæreditaria successione descendentium, *se voto speciali obligaverant*, sunt intelligenda, & ita semper totus Ordo intellexit.

Thomas Aquin. à S. Iosepho.

652. Quantum sit faciendum istud S. Cyrilli testimonium, accipe ex R.P. Thoma Aquinate à S. Iosepho Dissert. de Patriarchatu Eliæ p. 1. sect. 8 *Hactenus Cyrilli testimonium, quod quanti sit faciendum, si quis ignorat, perpendat apud se Cyrillum Aymerico adhuc superstite, Carmelitam fuisse, primum ab illo institutum Priorem agnovisse, & cum eo conversatum fuisse, monumenta etiam Ordinis, quæ suo tempore extabant, accuratè inspexisse, utpotè qui eum 27. annos summa cum laude & prudentia rexerit, quibus omnibus si addat eximiam sanctitatem, quâ ille refulsit, doctrinamque, quâ fuit præditus, nihil illo testimonio firmius, nihil solidius adferri posse, facilè deprehendes.* Dicit tamen S. Cyrillus, ut vidimus, de Aymerico: *quem*, scilicet Bertholdum, *de unanimi omnium assensu, anno Domini MC. XXI.* (sive ut Panuinus in alio exemplari XLI) *in primum Priorem* (etiam latinorum & juxta vocem Latinam) *eis instituit* &c. Em. Baronius

Baronius autem ad annum 1181. *Ordo Religiosorum Carmelitarum, qui in Palestina in ipso Carmelo monte fixêre sedes, sub eodem Alexandro Pontifice sumpsit originem.* Cui horum, an S. Cyrillo & toti Ordini: an Baronio, qui, etiam attento 1. anno è 42. annis Pontificatus Alexandri III. in Pontificem electi anno 1160. aut sub finem anni 1159. Ordinem Carmelitanorum saltem 19. annis, post electum de unanimi omnium assensu primum Priorem Generalem, vult sumpsisse originem? Judicent alij: hinc non pendet super mente Em Baronij aliunde, hoc dissimulato, sufficiens expositio, ut vidimus. Vide tamen infrà *Pratensionem* 3. RR. PP. Bollandi, Enschenij & Papebrochij, ubi istam Em. Baronij sententiam magis discutimus.

Aberratio Em. Baronij.

# TELUM II.

EM Card. Baronius ad Annum Christi 444. n 17. *Sanè quidem respuimus, atque exsufflamus, figmentum illud, incertô Authore proditum, Chronicô nimirum, quod extasse fingunt apud quemdam Franciæ Regem, quô tradunt, eundem S. Cyrillum Alexandrinum Episcopum Monachum fuisse montis Carmeli: cui quidem assertioni Trithemius leviter nimis fidem præstitit. Unde hæc, quæso, incerto Authori, si, qui certi atque probati sunt Authores ejusdem Cyrilli æquales, ejusdemque res gestas quàm diligenter prosecuti, hæc nescientes, obruta silentio reliquerunt? Vel quæ apud hujus temporis Scriptores mentio de culto Carmelo à vita Monastica professoribus? Etenim cum apud S. Hieronymum, Palladium, Evagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum Monachum, & alios sæculi hujus scriptores frequens mentio fit de Monachis in Palæstina degentibus, nusquam penitùs apud eos de Monachis Carmelitis. Facessat igitur ejusmodi de Monachismo Cyrilli in Carmelo fabella, sicut illa huic haud impar, quâ traditur & Ioannes Hierosolymorum Episcopus Origenista fuisse etiam Monachus Carmelita: sicut enim hæc leviter effinguntur ità & facilè refelluntur. Flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare. Atque de Cyrillo iam satis, quem sanctissimis viris impertiri solito honoris cultu coluit semper, tùm Orientalis, tùm etiam Occidentalis Ecclesia, ejusque scripta Catholici semper venerati sunt, ipsorumque Authorem, ut virum maximè pium assiduis benedictionibus sunt prosecuti.*

Argum. à Cyrillo non Carmelita.

Fabellam vocat.

Et delirium.

## ENERVATIO

653. RESpondeo primò: Verbis Reverendissimi P. Philippi à Sanctissima Trinitate, moderni nostrorum Discalceatorum Generalis, *Historia Prophetica* c. 11. *art.* 4. impressæ Romæ an 1665. cum approbatione Magistri S. Palatij Apostolici: *Dicendum, quod aliqui respondent, Baronium hoc scripsisse contra nos irritatum; quia quidam Carmelita contra ipsum scripserat de ejus erroribus: sed absit, ut hoc sentiam de tàm pio & justo Authore. Unde dicendum: quod non habuit sufficientem notitiam nostrarum traditionum & relationum; tot enim scripsit, quod non potuerit singula diligenter inquirere; quia, ut dicitur,* pluribus intentus minor est ad singula sensus. *Addo, præsertim circa censuram satis injuriosam Carmelitis, quod non fuit scripta ab ipso; sed inserta ab aliquo ejus in studijs adjutore. Audivi enim Romæ anno Domini 1626. à quodam Patre nostro, quod Venerabilis P. N. Petrus à Matre Dei trium Pontificum concionator Apostolicus, & ipsius Baronij amicus intimus (ut constat ex illustri ejusdem Baronij testimonio de illo, quo scribit, vix suo tempore sanctiorem apparuisse Romæ) cum ad ipsum amicabilis querelæ causa accessisset. Respondit: se hanc censuram non apposuisse, nec tunc vidisse; cum Pater subjunxisset, ut eam in sequenti* TOMO *revocaret, replicavit ipse, quod ex tam subita retractatione minueretur authoritas librorum ejus: Hæc audivi ab illo Patre, qui Testes hujus colloquij viderat.*

Solutio P. Philippi à SS. Trinit.

Præmiserat autem *ibidem*.

654. „Probatur primò Conclusio: authoritate ipsiusmet S. Cyrilli, qui se Mona- Probatur

„chum

1. Cyrillum esse Carm. ,,chum expresse nominat, & inde concluditur fuisse Monachum Carmelitam. *Tom.* ,,2. *suorum Operum Epistola* 1 juxta antiquiores impressiones, Basileensem anno 1566. ,,& Parisiensem 1606. sic ait in præfixo ejus titulo: *Cyrillus Presbyteris, Diaconis, Patri-* ,,*bus, Monachis, & ijs qui solitariam nobiscum vitam exercent &c.* Quamvis autem recentiores ,,impressiones, ut Parisiensis 1638 locô particulæ *Nobiscum* habeant *Vobiscum*; anti- ,,quiora tamen monumenta solent esse puriora, ut posset multiplici inductione pro- ,,bari; nam in multis sanctis Patribus similes irrepserunt mutationes ac corruptio- ,,nes, fortè aliquorum malitiâ, vel saltem ignorantiâ. Novissime detractæ sunt à ,,sancto Ioanne Chrysostomo *homilia de nostro Elia*, quâ authoritate? Nescio; & ab ,,operibus Trithemij *duo libri de laudibus Carmelitarum*: *& de sanctis ipsorum.* Deinde ipse ,,Cyrillus in *cap.* 7. *Michea Propheta*, exponens hæc ejus verba *Pasce populum tuum in vir-* ,,*ga tua, gregem hereditatis tua habitantes solos in saltu in medio Carmeli*, cum præmisisset in ,,monte Carmelo fuisse suo tempore viros solitarios, se à terrenis delicijs separan- ,,tes, seipsum in eorum numero constituit, undè ait: *Habitant autem separatim segrega-* ,,*ti, & electi, & digressi ab alijs, qui sola terrena sapiunt, & possessionem temporalium magni faciunt, &* ,,*carnis voluptatibus indulgentes, ad quidvis infandum non mediocriter propendent: quamobrem tran-* ,,*quillum possidentes animum, & turbis vanis atque abominandis eum liberantes extra alios constitui-* ,,*mus, venerandamque & admiratione dignam vitam agitamus, & seorsim sumus, sicut nimirum &* ,,*Propheta Ieremias; ait enim Domine Omnipotens non sedi in consilio eorum ludentium, sed timui à fa-* ,,*cie manus tua, seorsum sedebam quia amaritudine repletus sum.*

Probat 2. alijs auth. 655. ,,Secundò probatur: aliorum authoritate. Inter quos primus sit Isidorus Pe- ,,lusiota Epistola 25 qui improperando ei vocat ipsum Monachum, sic autem ait:

Isidori. ,,*Quid tibi utilitatis affert Ioannis in locum desertum secessio, quam olim studiosè imitatus es? cum eum* ,,*nunc minimè imiteris, verùm ad privatas curas te referas, atque in solitudine tumultueris, & ab ho-* ,,*minum cœtu remotus perturberis: etenim externo habitu ac specie quiescere, mentis autem perturbatio-* ,,*nibus inquinari; tùm sensum caligine perfundit, tùm susceptos iam labores extinguit, atque perturba-* ,,*tionibus animi pronam ac facilem victoriam reddit, efficitque ut miles abjecto scuto fugiat: Porrò, ne-* ,,*mo militans Deo implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat, à quo in militiam ascitus est; verùm* ,,*arma omni ex parte gestat, ad id certamen, quod Tribuno militari placuerit se comparans.* Sic autem ,,Isidorus improperavit Cyrillo, ut ipsum revocaret à prædicta aversione contra

Legati in Ephesino ,,Sanctum Ioannem Chrysostomum. Secundus est Legatus Regis Galliæ in Con- ,,cilio Ephesino, cui S. Cyrillus præsedit, in una Epistola sic ait: *In Concilio Ephesino,* ,,*quod fuit celebratum per ducentos Episcopos anno Domini* 418. *præsidebat loco Papa Cœlestini* 1. *Beatus* ,,*Cyrillus Monachus montis Carmeli, qui ob sanctitatem vita, admirabili scientiâ & doctrinâ disputans* ,,*contra Nestorium, Patriarcham Constantinopolitanum, qui maculam posuit in B. Virgine Maria, &* ,,*in ejus Filio Iesu Christo, eum superavit:* Hoc testimonium velut authenticum valde ad-

Tritemij. ,,ducitur à multis authoribus, tàm domesticis quàm extraneis in originali idioma- ,,te Gallico, quos citat Lezana ad Annum Christi 371. Tertius est Abbas Trithe- ,,mius, qui libro de Sanctis Ordinis nostri, sic ait: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus, Do-*

Palæonidori. ,,*ctor Græcus, montis Carmeli quondam decus & cultor insignis.* Quartus & ultimus est Palæo- ,,nydorus (ut cæteros omnes ex nostris prætereamus) lib 2. cap. 7 ait: *Tempore prædi-* ,,*cti sancti Ioannis* (intelligit nostrum Ierosolymitanum) *mortuo Patriarcha Alexandrino* ,,*Theophilo, anno Domini* 403. *Cyrillus Eremita montis Carmeli Episcopus Alexandrinus* 28. *Or-* ,,*dinatur, vir vitæ sanctissima, fideique Catholicæ fidelissimus propugnator, strenuusque Hæreti-* ,,*corum debellator; fuit verò contra Timotheum, qui ad Patriarchatum aspirabat, totius popu-* ,,*li assensu assumptus: Hic apud Alexandriam nedum claris, sed & Christianis ortus parentibus,* ,,*ab avunculo suo Theophilo Athenas missus, adeò profecit, ut in brevi adipisceretur Doctoris in-* ,,*signia: audiens autem S. Ioannis in Hierusalem bonam famam, dum ipsius præsentia aliquamdiu*

,,*fruitus*

,,*fruitus fuisset: junctus Fratribus Carmeli in Religione, speculum dedit illis fulgentissimæ sanctitatis.* ,,

656 ,,Tertiò probatur universali & antiqua traditione nostræ Religionis Carmelitanæ, & authoritate Ecclesiæ, suppositis prioribus fundamentis, quibus innititur traditio nostræ Religionis, quòd S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus fuerit ejus alumnus; undè à multis sæculis festum ipsius celebravit, & officium recitavit, ut constat ex antiquis ejus Kalendarijs etiam manuscriptis, præsertim ex Mechliniensi, quod est quadringentorum penè annorum: propterea S. Carolus Borromæus, quondam nostræ Religionis Protector, in ejus Capitulo Generali Præsidens anno Domini 1564. approbavit, quod Festum S. Cyrilli cum octava celebraretur. Summi verò Pontifices Gregorius XIII. Sixtus V. & Urbanus VIII. lectiones Officij S. Cyrilli confirmarunt, sequenti tenore: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus, claris parentibus, Theophili item Episcopi Alexandrini ex fratre nepos, à quo Adolescens Athenas studiorum causâ missus, cum plurimum profecisset, ad Ioannem Episcopum Ierosolymitanum ut Christiana vita perfectione imbueretur, se contulit; cujus consuetudine in Carmelum montem secedens, ibi cum aliquot pijs hominibus, illic degentibus cælestem vitam in terris aliquandiu egit.* Quæ ultima verba nihil aliud videntur importare, quàm S. Cyrillum cum viris Religiosis, in monte Carmelo viventibus, Monasticam vitam, exercitio virtutum omninò cœlestem, duxisse. Qui plures desiderat authores pro nostra Conclusione, legat Wastelium in *defensione Ioannis 44. Ierosolymitani*, & Lezanam *Tom. 3. Annalium*, qui eos magnô numerô referunt,, Quamobrem. — Probat 3. à traditione.

657. Respondeo secundò: Verbis sapientissimi P. Lezanæ *Annal. Tom. III ad Annum 444. n. 4.* ,,Hæc Eminentissimus Baronius. Quæ si quis perlegerit, satius, & optabilius nobis esse putabit, prudenti dissimulatione, silentio obruisse, quàm ad perpetuam, ut dicitur, memoriam, nostris Annalibus commendasse. Hæc quidem sæpius sic cogitavimus. Quia tamen de communi totius Ordinis æstimatione agitur, & qui ea protulit, magnæ apud omnes (& meritò) authoritatis habetur; vulnusque ab ipso Carmelitis inflictum in dies recrudescit, adeò ut propter ipsum quidam in nostros garriant obloquentes; nec desint magna veritatis fulcra, quibus ea, quæ Baronio haud arrident, corroborari queant; idcircò Christianam, & Religiosam modestiam, ac humilitatem, simulque antagonistæ reverentiam debitam præ oculis semper habentes, ejus placitum tanto viro, & veritate ipsa, indignum esse comprobare nitemur. — Solutio P. Lezanæ.

658. ,,Et primò: quia Dominus Cardinalis, tàm acri stylô, pungenti calamô, nigrôque atramento in sibi insontes, & innocuos Carmelitas, vir alioquin pius, & in Deo sacratas personas prædevotus, insurrexit, proculdubio existimandum videtur, gravissimâ aliquâ ad id causâ perurgente, ità fecisse. *Et sanè quidem* (prout ipse dicere cœpit) plurium ex nostris hæc est consensio, ut propterea credant sic se gessisse, quod viderit, vel audiverit, quendam Ordinis nostri alumnum, librum quendam hoc titulo prænotatum *De centum erroribus Baronij* scripsisse, qui titulus, operisque materia, bilem ipsi excitare potuere. Innuit hoc nobilis quidam ex nostris Pater, qui apud Wastelium *in Apologetic. pro Ioannis Monachismo in Carmelo cap. 37.* dicit Dom. Baronium *antequam ad Cardinalatus fastigium assumeretur, à quodam nostri Instituti offensum fuisse, indè occasionem sumpsisse, cur in nos tàm leviter magno suo dedecore scriberet.* Clarius Casanate *in Apologet. pro Ioann. Ierosolymit. Tract. 1. discurs. 1. præmiss. 4. & præmiss. 7.* Authorem ejus opusculi *Belgam Carmelitam* vocans. Verumtamen, tanti viri probitate perspectâ, vix de ipso tale facinus vel cogitare possumus, ut propterea existimemus totam Almæ Virginis candidissimam familiam nigrâ ambitionis, & falsitatis fuligine, denigrare voluisse, quod unum vel alium ejusdem familiæ suis scriptis adversari videret. — Ejusdem.

,,Quis enim æquus judex propter unius privati piaculum totam Communitatem
,,exosam habet?

Item. 659. ,,Vera ergo: & genuina ratio, ob quam in Carmelitarum rebus, tàm tur-
,,batè, vir alioquin de tota Ecclesia meritissimus, se gesserit, est: quod (dolendum
,,valdè) ipsorum historiæ, ac monumenta ad ejus manus nunquam pervenerint;
,,nec ipse quia gravissimis & communibus distendebatur negotijs, ea quæsierit, po-
,,stulaverit, multovè minus perlegere potuerit: hinc enim ortum habuit, ut veluti
,,in re omninò aliena, licèt alias in historia incomparabilis, in nostra cœcutiens,
,,cum sui, & nostro præjudicio cespitaverit. Quod commodiori ratione fulciri non
,,potest, quàm ea afferendo, quibus Domini Cardinalis placitum funditus everti,
,,& nostræ traditionis veritatem roborari, constat. Ad ea igitur pergamus.

Item. 660. ,,Et primò: mittenda verba illa *respuimus, atque exsufflamus*, Authoris mode-
,,stissimi indigna, in re præsertim, neque ad fidei dogmata, minus ad fidelium
,,mores; sed ad meram historiam spectante. Illud, quod additur *figmentum*, & posteà
,,*fabella* dum suprà Monachatum Ioannis Ierosolymitani, & Cyrilli in Carmelo,
,,cadunt, Baroniano calamo irrepsisse, sequentia demonstrant. Magna ex parte ex
,,ijs, quæ de eàdem controversia *Tom. 2. sub ann.* 371. & alijs locis scripta reliquimus
,,deprompta. Fulcra autem Cyrilli Monachismi plura sunt.

Item ab Ecclesiæ Authoritate. 661. ,,Inter quæ, primum obtinet locum, Ecclesiæ authoritas, quæ in Officio
,,ejusdem S. Cyrilli pro die 28. Ianuarij in Carmelitano Breviario, & quartâ le-
,,ctione sic dicitur: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus, claris parentibus ortus, Theophili item Epis-*
,,*copi Alexandrini ex fratre nepos, à quo adolescens Athenas studiorum causa missus, cum plurimum pro-*
,,*fecisset, ad Ioannem Episcopum Ierosolymitanum, ut Christianæ vitæ perfectione imbueretur, se contu-*
,,*lit. Cujus consuetudine in Carmelum montem secedens, ibi cum aliquot pijs hominibus illic degentibus*
,,*cœlestem vitam in terris aliquamdiu egit.* En iam quomodò Ecclesiæ calculô evincitur,
,,Cyrillum Carmeli accolam aliquamdiu egisse cum pijs hominibus, illic degenti-
,,bus. Quæ, ne quis suspicetur, vel clanculum, vel subreptitiè obtenta esse, anim-
,,advertat approbata primitus fuisse sub Gregorio XIII (ut antiquiora, de quibus
,,non constat, prætermittamus) anno 1584. in Bulla *Vt Breviarij* ab ipso edita, in qua
,,Officia, & festivitates, quæ in dicto Breviario iacent, Pontifex approbavit, *remo-*
,,*tis inde incertis, & apochryphis scripturis* (inquit Papa,) quæ notet Lector, ut historiam
,,istam de Monachatu Cyrilli in Carmelo non incertam, aut apochrypham censeat.
,,Deindè sub Sixto V. in Bulla *Eximium quod in nobis* anno 1589. die 27 Junij edita *in 2.*
,,*Tom. Bullarij*, revidentibus, & approbantibus Cardinalibus Carrafa, & Vincentio
,,montis Regalis, pro PP. Discalceatis nostri Ordinis, & Quinterno ipsorum.
,,Præterea sub Paulo V. anno 1609. à S. Congregatione Rituum, quæ dicti Offi-
,,cij, & aliorum revisionem mandavit D. Cardinali Bellarmino, & ipsa fuerunt *ab*
,,*ipso diligenter recognita, & subscripta*, prout in decreto ejusdem S. Congregationis habe-
,,tur, subscripto etiam à Cardinali Pinello, & P. Mucantio Congregationis Secre-
,,tario. Ac denique quartò, sub Urbano VIII. ab eadem S. Rituum Congregatione
,,de anno 1628 recognoscente, & subscribente Cardinali de Torres, ac signante
,,Fulvio Benignô à Secretis. Videat iam pius Lector, quò Jure Eminentiss. Baronius
,,*figmentum* appellare potuit, quod iam quater à Sede Apostolica (his maximè tem-
,,poribus, in quibus specialiori discussione similia tractantur) approbationem ob-
,,tinuit. Aut quid heterodoxi Ecclesiæ jurati hostes dicere possent, si quod toties
,,Romanæ Sedis calculum meruit, unus ipsius propugnator acerrimus *figmentum*
,,appellat?

Corroboratur. 662. ,,Sanctam porrò Sedem non leviter id fecisse, quis refragabitur? Ansam et-
,,enim

,,enim ad id habere potuit ex vetustissima Ordinis traditione, Breviarijs, Missalibus, Kalendarijs, Menologijs, publicisque Tabulis exarata, à gravissimis ejusdem Instituti Authoribus, antiquitate, & doctrina venerandis (quorum aliquos infrà adducimus) recepta; & Chronologis, historicis, alijsque rerum domesticarum Scriptoribus comprobata. Quorum testimonijs standum nullus, vel mediocriter in Jure peritus, renuere poterit: cum constet ex *cap. super prudentia* 14. *qu.* 2. ,,*& cap. nuper de testib.* alijsque juribus, & Doctoribus relatis *Tom.* 1. *in Apparat. cap.* 10. ,,*n.* 2. *&* 3. Religiosos Testes esse idoneos in causis, & negotijs ad eorum familias ,,spectantibus.

663. ,,Ne verò quis, quod Christo quidam dixêre: *Tu de teipso testimonium perhibes,* ,,*testimonium tuum non est verum*. Ordini nostro objiciat: audiat exterorum testimonia. ,,Primum sit S. Isidori Pelusiotæ (quod loco citato paulò ante *Resp* 2. retulimus) ibi ,,enim conceptis verbis, in ea Epistola, quæ est 25. ad Cyrillum Alexandrinum ,,scripta, sic eum carpit: *Quid tibi utilitatis affert Ioannis in locum desertum secessio, quam olim* ,,*studiosè imitatus es? cum eum nunc minimè imiteris, &c.* Sive enim per Ioannem hic indicatum intelligatur Baptista sive potius Ierosolymitanus Ioannes, proculdubio, nisi ,,cœci esse velimus, manifestant Cyrillum *olim*, & *studiosè*, imitatum esse Ioannem ,,*in locum desertum* secedendo. Quonam gentium ergo hoc desertum fuit? Num in Ægypto, Thebaide, Scythi, Nitriæ? Ostendant. Nostri subsidium præstant, dum ,,dicunt, quod in Carmelo. Cur ipsis non credendum, Ecclesia testante, quod *in* ,,*Carmelum montem secedens, ibi cum aliquot pijs hominibus illic degentibus cælestem vitam in terris* ,,*aliquamdiu egit?* Testantibus quoque de exteris authoribus (quorum plures post ,,Dom. Baronium scripsêre, ejusque scripta legere potuere) Eisengrineo, Arnoldo à Villanova, Christiano Massæo, Anonymo Guillelmitano, Renato Choppino, Ioanne Trithemio, Alphonso Villegas, Ioanne Rioche, Basilio Sanctoro, ,,Guillelmo Pipino, Carolo de Tapia, Ioanne Carthagena, Philippo Lopezio, & ,,Laurentio Beyerlinck eo loco *ex* 2. *Tom.* relatis, alijs prætermissis, quos non re- ,,ferimus.

Objectionem præoccupat.

664. ,,Sed unus Ioannes Trithemius, quem unicum Dom. Baronius legit *in lib. de* ,,*Scriptoribus Ecclesiasticis* dicentem: *Cyrillus Episcopus Alexandrinus, Doctor Græcus, montis Car-* ,,*meli quondam decus, & cultor insignis.* ipsum excitavit, ut diceret: *cui quidem assertioni Tri-* ,,*themius leviter nimis fidem præstitit.* Cæterum: an hæc veritati congruè aptentur, dicta ,,& dicenda evincunt. Pro Trithemio autem reticendum non erit, ipsum diligentissimum Authorem fuisse, vix ullum abnegasse. In rebus etiam ad Carmelitarum ,,Ordinem spectantibus non oscitanter, aut negligenter, sed studiosissimè adlaborasse, duo illi libri, quos *de laudibus Carmelitarum*, & quæ *in Vrticeto*, & in Tractatu *de* ,,*luminaribus Germaniæ*, ac in communi illo Opere *de Scriptoribus Ecclesiasticis* conscripsit, ,,manifestè denuntiant; & quod nullus externorum est, qui intelligendæ, evulgandæ antiquitati, & historiæ Carmelitanæ totum se sic impenderit. Ipsa quoque, ,,quæ de Cyrilli Monachatu in Carmelo scripsit, sui non oblitus, inculcavit etiam ,,secundò illo libro relato *de laudibus Carmelitarum*, dicens: *Sanctus Cyrillus Ordinis Carme-* ,,*litici Monachus, posteà Episcopus Alexandrinus &c.* Posteà etiam loquens de Divo alio Cy- ,,rillo, nostri quoque Ordinis egregio alumno, ne aliquis falsò putaret eundem ,,utrumque Cyrillum esse, prout quidam parum periti autumaverant, subjungit: ,,*Errant, qui hos duos Cyrillos unum esse putant: cum nec tempus in eis consonat, nec Ordo gestorum.* ,,*Primum enim sub Theodosio in Ephesino Concilio claruisse certum est, & istum sub Henrico VI. ut di-* ,,*ximus.* En iam Trithemium constantem potius, quàm levem, in Monachatu Cy- ,,rilli asserendo.

Motus Baronius à Trithemio.

Satisfacit Baronio pro 1. Parte Reli.

665. „Offendit etiam Dom. Baronium Chronicon illud Gallicum, à nostris relatum, ex quo adstruunt hanc de Carmeli incolatu Cyrilli historiam. Cæterum „hujusmodi Chronicon non incertæ authoritatis esse, non solùm confirmat, „quod ipsum retulerint Generalis Bernardus Olerius à trecentis fermè annis in *li-* „*bro*, seu *informatione ad Papam*. Thomas Scropus Episcopus Dromoriensis suprà du- „centos annos, Balduinus Leersius circa idem tempus, Ioannes Paleonydorus à „centum, & quinquaginta, quos posteriores alij, Coria, Romanus, Sarracenus, „Munozius, Wastelius, & alij sequuntur, prout attulimus *loco citato ex secundo Tomo*; „sed (quod magni ponderis est) quod Marcus Antonius Calanate, illud legisse in „Hispania in Cœnobio *de la Oliva* Cisterciensis Ordinis, testis oculatus referat; ut „proindè verba ipsius Chronici Gallicè scripta, & latinitati donata eo loco retuleri- „mus. Hujusmodi autem monumenta vetusta, etsi lacera, corrosa, & tineis expo- „sita sæpius veritatis comprobandæ legitima instrumenta esse ex eodem Baronio „millies habebit studiosus Lector, & in Chronicis Ioannis Biclarensis, Luitpran- „di, & similibus docti suffragium ferent. Præterea de isto Chronico, seu libello „hæc habet Saracenus in Menologio in vita S. Cyrilli, quæstiunc. 1. *Repertus est enim* „*in Bibliotheca S. Ludovici XI. Galliarum Regis, ut creditur, ex Oriente deportatus. Amplectendus est* „*ex collectore, qui ipsum citat, est enim Magister Nicolaus Gallus Doctor Parisiensis, cujus sanctitatis* „*fama adeò insignis, ut assumptus ad Generalatus apicem, cum per aliquot annos sanctissimè rexisset,* „*officio renuntians, ad Eremum, privatâ conversatione contentus, reversus est. De ipso Everardus in fas-* „*ciculo Temporum Iacob. Philip. fol.* 248. *& alij.* Subjungit deindè de eodem Chronico, „quod *libellum* appellat: *Amplectendus est demum ob insignem virum, cui dirigit informationem* „*suam Generalis ille celebris. Est enim Petrus Grossus de S. Ægidio nepos Clementis IV, de quo Ciaco-* „*nius asserit, quod pauperes amavit & maximè Prædicatores, Minores, & Eremitas omnes, quos multis* „*honoravit privilegijs.* Sed quidquid de his omnibus sit, cum Ordo noster in Carmeli- „tano Monachismo pro Cyrillo astruendo non innitatur, veluti potissimo fulcro, „ejusmodi Chronici authenticæ veritati; sed quasi subsidiario, & auxiliario funda- „mento (cujus signum est, quod Hildensinus, Bacconius, Thimetius, Molinius, „Ribotius, Grossus, Waldensis, Sorethius, Brunius, Bostius, Lillanus, Man- „tuanus, Currifex, nullam de ipso mentionem habent, prout Wastelius *in vindic.* „*Ioann. Ierosolymit. libr. de Institut. Monach. sect.* 4 *ar.* 1. §. 5. disertè notat.) sed potius Ec- „clesiæ testimonio in Officio ejusdem Cyrilli relato, ac traditioni Patrum ejusdem „cœtus, antiquitate vel ipsâ venerandæ, non debuerat sapientissimus Baronius „solam hujus Chronici dubiam, & incertam authoritatem nobis objicere. Multò „magis prætermittere fas erat illud, *apud quendam Franciæ Regem*, quod individuum „vagum, & incertum notat: non enim Nostrates, id dixere; sed *apud Franciæ Regem*, „quod denotat Regum Franciæ Bibliothecam, vel Galliarum Regis aulam Regiam. „De quo eruditè, ut solet, Wastelius *eo* §. 5. *& 6 seq.* Nos verò ad alia.

Satisfacit pro 2. de Cyrillo.

666. „Illud primitus, Baronij nempè fundamentum, ut Cyrillum à Carmelo au- „ferat. Inquit enim: *Qui certi, atque probati sunt Authores ejusdem Cyrilli æquales, ejusdemque* „*res gestas quam diligenter prosecuti, hæc nescientes obruta silentio relinquerunt.* Illud etenim fra- „gile nimis est. Nam primum, *Authores Cyrilli æquales, qui ejus res gestas prosecuti*, sunt So- „crates & Theodoretus, ex quibus Socrates fuit Novatianus, Theodoretus verò, „Nestorianus, & uterque Cyrillo valdè infensus (ipsô Baronio comprobante:) „quomodò ergo *certi, & probati authores* dici merentur quoad res gestas Cyrilli: Isido- „rus autem Pelusiota, qui etiam coævus fuit Cyrillo, ejus Monachatum in Car- „meli quoque deserto satis apparenter demonstrat, juxta dicta in præcedentibus. „Deindè, esto authores Cyrillo æquales ejus Monachatus non meminerint, ex hoc „solum

„solum elicitur, authoritate, ut inquiunt Logici, negativâ, Baronij intentum fulciri; hoc porrò genus argumenti levidense prorsus ijdem Logici in Topicis, Theologi ac sacri Doctores passim proclamant. Unus pro mille Bellarminus, etsi ad aliud intentum, videlicet *lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 8.* sic: *Respondeo, nihil concludi ex argumentis ab authoritate negativa; non enim sequitur: Lucas, Paulus, & Seneca, non dicunt, Petrum fuisse Romæ; igitur non fuit Petrus Romæ. Non enim isti tres omnia dicere debuerunt, & plus creditur tribus testibus affirmantibus, quàm mille nihil dicentibus.* Expendat quoque Lector Baronianum illud, *quàm diligenter*, quô notare contendit *res gestas* Cyrilli ab Authoribus, qui de ipso scripserunt, *quàm diligenter* prosecutas fuisse; & percurrat Socratem, Theodoretum, Nicephorum, & alios, qui de ipso tractarunt, ac inveniet paucissima, ea maximè, quæ egit post Athenas decursas, & reditum in patriam (quo tempore Carmelum coluit,) ab ipsis recenseri, nec *quàm diligenter*, sed brevi compendio, & quàm plurimis prætermissis.

667. „Pergit Dom. Baronius: *vel qua apud ejus temporis Scriptores mentio de culto Carmelo à vita Monastica professoribus?* Cæterum, præterquam quod hujusmodi argumentatio, sicut & præcedens, ob debilitatem negativæ authoritatis, à qua petitur, prorsus claudicet, ut dictum manet; plura ad ipsam retundendam suppetunt, quæ quia in præcedentibus sunt in medium producta, nunc solum tangenda. Et primò interpellandus Antagonista sic. Cum Gregorius Nazianzenus hujus temporis decor *in Apologetico* dixit: *Elia Carmelum animo agitabam*, seu, ut Bilibaldus reddidit: *Carmelum præferebam*; & cum in Oratione *de fovenda paupertate* dixit: *Pulchra sunt solitudo & quies, quod me Elia docet Carmelus*; & cum alter ipsi compar Gregorius, Nyssenus nempè, *in orat. de S. Baptismate* scripsit: *Quæro Elia Propheta Carmelum.* Procul dubio non propter rupes, saxa, arbusta, plantas, quæ in Carmelo erant ab ijs piissimis Patribus meditata hæc fuere. Quorsum enim tàm viliter sentiendum de tantis viris: Igitur, propter anachoresim, asceticamque vitam, quam eo in monte exerceri sciebant ab Eliæ, Elisei & Filiorum Prophetarum sectatoribus, quorum consortium desiderabant. Tales ergo tunc erant in Carmelo. Rursus: cum, juxta Hieronymi, Palladij, Sozomeni, Theodoreti, & aliorum ejus ætatis Scriptorum placitum, infinita fermè per Syriam, Palæstinam, seu Phœnicem Monachorum examina, Ægypti instar, fuere, quis sibi persuadeat, solam inclytam Carmeli Eremum, tantorum Prophetarum quondam habitatione celebratam, ascetis hujusmodi derelictam mansisse? Si totam mente percurramus Palæstinam, vel Syriam, vix locum anachoresi, Monasticæque vitæ excolendæ Carmelo aptiorem, ob fertilitatem, solitudinem, maris propinquitatem, quondam incolarum sanctitatem, similesve pias commoditates, reperire poterimus: & nihilominus eum solum desolatum æqui judices existimare poterunt? Eas ob causas, etiam hoc tempore, quandò hæc scribimus, eum montem non solùm Christiani veri anachoretæ, sed & ficti quoque, Mahumetani videlicet, colunt, quos *Santones* vocat; quià indignum censent, tàm pium locum incolis piam vitam gerentibus carere. Quis ergo similia non credet de Cyrilli tempore, quô tota illa Regio, non sub Sarracenorum, sed Christianorum ditione erat? Adhæc; cum cuncti tùm illius, tùm vicinorum sæculorum Monachi, Eliam Prophetam ipsorum veluti prototypon, & vexilliferum in Monastica exercitatione suspexerint, prout dicta *Tom. 1. Annal. in Appar. cap. 5.* ostendunt. Et conspicitur in Antonio, magno Monastices Ductore, de quo tùm Athanasius *in ipsius vita*, tùm author vitæ Pachomij dicunt, Eliæ fuisse æmulatorem: & in Gordio Eremita de quo Basilius *homil. in ipsum* inquit, in vita Eremitica secutum fuisse *Eliæ exemplum*: & in ipso Magno Basilio, de quo ipsius amicissi-

Baronij argum. negativum.

,,mus Nazianzenus *in Orat. funeb. de ipso* ait, *cum Elia & Ioanne qui admodum Philosophi erant, solitudinem amplexum fuisse*: ac maxime in Honuphrio, insigni Eremita, de quo Paphnutius *in ipsius vita*. & Menologium Græcorum ad 12. Junij, inquiunt, titulo *patrem nostri* Eliam commemorasse. Alia scientes prætermittimus, de quibus *loco relato*, & sparsim sæpius in *secundo Tomo*.

**Argumentatur ex præmissis.**

668 ,,Ex his verò ad intentum nostrum tale argumentum elicimus. Si cuncti hujusmodi Monasticæ vitæ cultores, Eliam, ut primum sui Instituti Patriarcham agnoscebant, cur credendum vel aliquos ipsorum ob tanti parentis venerationem locum ab ipso cultum, Carmelum videlicet, non coluisse? Non sic faciunt Benedictini, Carthusiani, Camaldulenses, Præmonstratenses, Dominicani, Franciscani, & alij Ordinum professores; magnam enim sibi sortem contigisse putant, si loca illa, quæ primi ipsorum parentes habitarunt, colere possint.

**Corroborat.**

669. ,,Accedit etiam quod Helena Constantini Mater, teste Nicephoro Calisti *lib 8. Ecclesiast. Histor. cap. 30.* ad sacrum Iordanem, *circa speluncam, ubi olim domicilium Baptista habuit, perpulchram ædem erexerit, aliamque ad acclivitatem montis*; idest, in Promontorio Carmeli ut explicat Adrichomius *in Theatro Terræ Sanctæ in Tribu Isachar, n. 21.) Eliæ Thesbitæ*. Quibus enim hujus Ecclesiæ in solitudine sitæ curam incubuisse putes, præterquam loci istius Monachis? Erant ergo in Carmelo Monachi. De his latè Waltelius relatus, *art. 4. & sequentib.* Ubi etiam *art 4.* quod Scriptores quarti, & quinti sæculi, de quibus Baronius loquitur, exiguam Cœnobiorum mentionem fecerint; sed solum veluti in genere Monachos Ægypti, & Palæstinæ, inter quos *Carmelitæ* censentur, sub communi titulo Monachorum, ascetarum &c. nominabant Quià, ut in *art. 9* probat idem Waltelius, apud antiquos Scriptores, loca Monasteriorum nominare, vix erat in usu: ex quo machina contraria deiecta corruet. Si namque Monachorum Chronologi vix aut unquam de specialibus Monachorum Cœnobijs, locis, aut asceterijs, mentionem fecerunt, quidni id fecerint cum Carmelo nostro? Eò etiam quòd præ ceteris alijs ab Urbibus disiunctus erat, in ultima veluti terræ parte, & suprà mare situs.

**Evertit.**

670 ,,Sed quo magis Baronianum placitum insigniter evertitur, illud est, quod Ioannes noster Ierosolymitanus Antistes, testis domesticus, & oculatus hujus sæculi, de quo clarissimus Baronius sermonem instituit, librum edidit *de Institutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in nova perseverantium ad Caprasium* Carmeli montis Monachum, in quo totis, ut aiunt, nervis, contendit eum montem, sicut in Lege veteri ab Elia, Eliseo, & Filijs Prophetarum excultus fuit, sic & in nova à Monachis *Carmelitis* vocatis, quorum mores instruit, & describit. At valdè, maximeque dolendum, quod Dominus Baronius nunquam hunc librum vidit, minus legit, aut evolvit; prout manifestè elicitur ex eo, quod nullam unquam de ipso mentionem fecerit, quod facere non omisisset, ob Ioannem ipsius authorem, quem semper præ oculis habebat; ex quo sibi ansam in nostris historijs cæcutiendi, & nobis cum tanto viro manus conferendi, præbuit. Ejus porrò libri authorem Ioannem fuisse, nunc supponimus; quià latè probavimus ex innumeris ferè authoribus, qui ante ipsum Baronium, & post ipsum scripsere *tom. 1. in Appar. cap. 9.* quo adeat Lector veritatis studiosus

**Baronij placitum.**

**Item ejus fundamentum.**

671. ,,Adhuc tamen *in salebra*, ut dicit, *hæremus*, propter illa: *Etenim, cum apud S. Hieronymum, Palladium, Evagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum Monachum, & alios sæculi hujus Scriptores frequens sit de Monachis in Palæstina degentibus mentio, nusquam penitus apud eos de Monachis Carmelitis*. Cæterum illa, etsi propter authoritatem dicentis ponderosa videantur, nihilominus pondere suòpte corruunt ex dictis. Primò quidem: quia

,,cum

„cum sint ab authoritate negativa petita, flaccida sunt, & debilia, ut tritum est apud omnes, & nos etiam superius inculcavimus n.13. Imò liceat ex ipsis authorem sic "reconvenire in hoc Cyrillo Monacho, quem magni facit. De hoc Cyrillo, neque "Gennadius, nec Illephonsus, Isidorus, Honorius, Trithemius, Sixtus, Gesne-"rus, aut Bellarminus, qui Scriptorum Ecclesiasticorum catalogos ediderunt, *us-„quam penitus* meminerunt; præter unum vix solum Baronium, & Possevinum ex „ipso; ergo *figmentum & fabella*? Diceret sanè Eminentissimus Author, etsi isti de ipso mentionem non fecerint, non indè colligi fictitium, aut suppostitium autho-"rem existimari debere. Nec nos id dicimus, cum is Cyrillus à Molano, & alijs, "nobis etiam credatur verus author vitæ SS. Sabæ & Euthymij; imò ab alijs etiam "Actorum Theodosij, Ioannis Silentiarij Cœnobiarcharum, & Quiriaci Anacho-„retæ. Dumtaxat ergo intendimus argumentum authoritatis negativæ, quò Cardina-„lis utitur, inefficax esse simili argumentô ad hominem, ut dicitur, ex eodem Cy-„rillo petito.

672. „Imbecillitas autem fundamenti ex D. Hieronymo, Palladio, Evagrio, „Cassiano, Theodoreto, & hoc Cyrillo Monacho desumpti, quod videlicet Car-melitarum Monachorum mentionem non egerint, ex eo quoque conspici-"tur, quod, nec ipsis necessarium pro suo scopo erat, sed omninò extra illum. Is "namque fuit non tam de Cœnobijs, aut Monachorum, collegialiter degentium lo-"cis, quàm de solitarijs & Anachoretis majoris pretij ejus sæculi, historiam texere. „Ut patet in Palladio, Evagrio, & Theodoreto, qui nec unius Cœnobij Palæsti-„næ meminerunt; & in D. Hieronymo, qui solum de suo Bethleemitico Mona-"sterio; & Cassiano, qui de Bethleemitico etiam mentionem interserunt. Ut quid "ergo in Testes vocandi, quod Carmelum non nominaverint, in quo præcipuè "Cœnobitica vita gerebatur? Idem constat in Rufino, Socrate, Sozomeno, & au-„thore Tripartitæ, qui vix etiam de uno vel alio Oliveti, Ierosolymæ, & Geraræ „Cœnobijs, aliquid dixerunt. Ad hæc, ut rectè Matthæus Galenus *in epist. dedicat. operis sui Monastici*, & noster Wastelius *suprà art.7.* hujusmodi Scriptores veteres de "Cœnobitica vita parum curantes, quod cernerent eam vulgarissimam, & inferio-"ris pretij, solum ad posteros eorum tantum famam transmittere curabant, qui soli-"tariè & ab alijs secessi, quasi suprà humanæ vitæ conditionem separatim vivebant. „Meritò ergo Carmelæos omittere poterant, quos sciebant ejus montis incolas esse, „Cœnobitarum præsertim instar (etsi non sine aliquali anachoresi per montis late-bras, & spelæa) ad Dei laudes, & Virginis Matris concinendas in Sacello ipsi di-"cato, juxta dicta *Tomo præcedenti*, convenientes. Consulantur pro intento Wastelius "*supr. ar 9. & 10.* & Casanate *in Apologetic. pro Ioann. Ierosolymit. Tract.2. discur. unic. cap.13.* Fundamenti imbecillitatem aperit.

673. „Porrò illud: quod Dom. Baronius *fabellam* vocat; neque quod *Ioannes Iero-„solymorum Episcopus Origenista fuisset etiam Monachus Carmelita*: quamvis *Tomo præcedenti*, & suprà *sub ann.412. & 415.* Evacuatum prorsus sit; nihilominus, nè difficultatem fu-"gere videamur, aliqua circa illud tangenda. Et primò: quam veritatem contineat "nota illa *Origenista*, quâ veluti tessera decoratur Ioannes Ierosolymitanus, dicta „*locis relatis* satis superque demonstrant. Unum silentio haud tradendum: quod si „Ioannes iste *Origenista* à Carmelitis comprobatus fuisset, imprudentissimè sanè pro hæretico homine suo Carmelo adjudicando contenderent. Quod verò ipsi adjudicari "debeat, utpotè, quià verè Carmelum montem coluerit, & in ipso Monasticen "quandoque egerit, sufficienter ostendunt, quæ suprà *n.8* ex Officio S. Cyrilli "ab Ecclesia, & S. Rituum Congregatione sæpius approbato adduximus. Ibi enim „dilucidè exprimitur quod Cyrillus, *Ioannis Ierosolymitani*, quem, *ut Christianæ vitæ per-*

„*fectione* Baronij censuram diluit.

,,fectione imbueretur, convenerat, *consuetudine. in Carmelum montem secedens. ibi cum aliquot piis hominibus illic degentibus cœlestem vitam in terris aliquamdiu egit.* Ex quibus dilucidè quoque ,,demonstratur, Ioannem etiam Carmelum *cum hujusmodi piis hominibus* incoluisse. Imò ,,*consuetudine*. quæ non breve aliquod tempus; sed prolixum, & continuatum denotat, ,,prout Jura, & Juristæ notant. Ipse quoque Ioannes *in libro de Institutione Monachorum* ,,(quem ipsius legitimam prolem esse, contra quosdam parum in ipso versatos, ostendimus *Tom. 1 in Apparat. cap. 9.*) satis id clarè confitetur: siquidem *cap. 1.* loquens de exercitatione Monastica in Carmelo, cum Caprasio Carmelita inquit, *Hujus nostræ conversationis;* & *cap 48.* aliàs *cap. 41. hac de nostræ Religionis Habitu &c.* Idem corcorditer docent ,,Authores cuncti, qui historias nostras texuere: ac de exteris non solum illi, quos in ,,magno numero retulimus *eo cap. 9 n 15* hunc librum ipsi adscribentes, quibus etiam plures alios jungere possemus, nisi prolixitatis notam conaremur effugere, sed ,,& illi quoque per Ioannem, nostris, ac suis consocijs Carmelitis Regulam tradidisse, scribunt, quos & in copioso numero relato *cap. 9. n. 12.* recensuimus, & suprà *sub anno 412.* commemoravimus. Expressè quoque vir magni nominis, apud Baronium etiam, Ioannes Mosanus in suo Martyrologio *ad 12. diem Ianuarij* in ultima ,,editione, eum inter Carmelitas censet; quod & faciunt Anonymus Guillemitanus, & Philippus Lopezius, quos *Tomo superiori sub anno 371.* adduximus, ac Reverendiss. Didacus Iepes Tiriasonensis Episcopus, & Philippi II. prudentissimi Hispaniarum Monarchæ à confessionibus *in l. 1. vit. S. Theresiæ cap. 1.*

674 ,,Ex quibus: iam pius Lector (quem interpellamus) judicium ferat de illis, ,,quæ idem Em. Baronius subjungit; scilicet *: sicut enim hæc leviter effinguntur, ità & facilè refelluntur.* Quomodò enim leviter efficta dici possunt, quæ Ecclesiæ testationi, & ,,approbationi; Ordinis pervetustæ traditioni; ingenti gravissimorum Authorum, ,,tùm ejusdem Ordinis, tùm de exteris assertioni; ac historiæ, cui nullus ante ipsum obstitit, innituntur? Leviter enim ea creduntur ut ex D. Bernardo *ep. 190. ad Innoc.* habetur, quæ *ante rationem*; hæc porrò quæ adduximus satis, superque rationabilia sunt,, Deindè contra Em. Baronij Authores nostros refert concludens.

675. ,,Ex quibus: unus est B. Cyrillus Constantinopolitanus, de cujus sanctitate, ,,Divinarum rerum illustratione, ea maximè, quam habuit ante annos 450. quæ *Oraculum Angelicum* vocitantur; non solùm Ecclesia in Officio Canonico ipsi concesso, ,,& à S. Sede Apostolica vicibus repetitis approbato; sed innumeri authores scribunt, quorum plerosque retulimus *Tom. 1. horum Annalium in Apparat. cap 10. n. 5.* Alter est Ioannes Bacco illustrissimus Theologus, de quo vix ullus sine laude loquitur, quin à Sixto Senensi *in Bibliotheca* vocatur *Theologorum sui temporis Princeps.* & quem ,,idcircò commendant, ac inter egregios Ecclesiæ Scriptores connumerant Trithemius, Bergomensis, Iacobus de Plebe, Possevinus, Pitseus, Bellarminus, & ut ,,unô dicatur verbô, cuncti fermè omnes, sive Catholici, sive Hæretici, qui Catalogos Scriptorum Ecclesiæ compilarunt; floruit hic egregius Doctor ante annos 300. ,,Alter etiam est Reverendissimus Bernardus Olerius Ordinis Generalis Archimandrita à 300. circiter annis in Religione florens, in libello supplici ad Papam (ad ,,quem non nisi certa referri deberent.) De eo Possevinus, & Ordinis monumenta plura loquuntur. Alius Reverendissimus etiam Pater Ioannes Grossus Ordinis ,,Prior Generalis à 250. annis cum illustrans, & quem ut illustrem commemorant ,,Paulus Langius, Guillelmus de la Perriere, Nicolaus Bertrandus, Einsengrineus, Tritheminus, & alij, quorum aliquos retulimus eo *cap. 10. n. 14.* Alius, Philippus Ribbotus Cataloniæ Provincialis, quem aliqui Sanctum cognominant, ,,sed saltem celebris author fuit, prout Trithemius, Possevinus, Einsengrineus,

,,Petrus

„Petrus Lucius, & alij de ipso loquentes testantur, quos nos sequimur eo *cap.* 10. n. „13. Florebat etiam ante 250. annos alius quoque ijs Patribus coævus, Ioannes Hyldesheym B. Petri Thomæ discipulus, & in Ordine singularis venerationis, ut „propterea eum cum laude commemorent Eysengrineus, Trithemius, Possevinus, Harpsfeldius, Pitseus, & alij. Alius præterea, qui solus sufficeret pro intento fulciendo, est magnus ille Thomas Waldensis, Ecclesiæ Catholicæ propugnator acerrimus, Hæreticorum, Wiclephistarum præsertim, terribilis mastix, & de quo vix unus est, qui sine laude eum commemoret. Unde suorum operum approbationem à Martino V. & honorificam mentionem ab innumeris authoribus meruit. Ex quibus Einsengrineus eum absolutè *Sanctum* vocat, alij *Beatum*, plurimi quoque ipsum commendant, inter quos Ioannes Cochlæus, Cardinalis Hosius, Harpsfeldius, Pitseus, Possevinus, Andreas Vega, Alphonsus à Castro, Fabianus Justinianus, Volaterranus, Bergomensis, Bzovius, Iacobus Gualterus, Bellarminus, & multi alij cum omnibus Carmelitis. Alius hujus egregij Ecclesiæ luminaris discipulus, & auditor, qui est Illustrissimus Thomas Scropus Episcopus Dromoriensis, ac suffraganeus Nordovicensis, quem etiam ut insignem Authorem commemorant, Einsengrineus, Possevinus, Pitseus, ac alij. Alter, ipseque gravissimus, ob vitæ sanctimoniam, & Præsulatus dignitatem, est Reverendissimus & venerabilis Pater Ioannes Soreth Ordinis insignis Generalis reformator, de cujus laudibus, & scriptis loquuntur Trithemius, Einsengrineus, Fasciculus temporum, Philippus Bergomensis, Possevinus, & alij; quorum aliqui eum inter Sanctos connumerant, & miraculis coruscasse scribunt. Nos autem, quoad hoc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ speramus decisionem. Celeberrimus alius adest in Ecclesia author pietate, doctrina, & monumentis editis clarissimus, Baptista Mantuanus, vel solo nomine apud omnes perinsignis. Unde ut talem eum celebrant ipse Dom. Cardinalis Baronius, Petrus Canisius, Ascensius Badius ejus Commentator, Ioannes Picus Mirandulanus, Ioannes Iovianus Pontanus, Philippus Beroaldus, Cardinalis Bellarminus, Trithemius, Possevinus, Petrus Opmerus, Marcus Guazzus, & cuncti fermè, qui Scriptorum insignium Catalogum ediderunt. Alius & inter Ordinis Scriptores celebris, est Arnoldus Bostius Gandensis, tantæ æstimationis apud exteros, ut Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileiæ, & R. E. Cardinalis, ac Robertus Guaguinus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Generalis Minister, & celebris scriptor, libros suos ipsi dicaverint. Hinc ipsum cum laude commemorant Trithemius, Iacobus Philippus, Einsengrineus, Marcus Guazzus, Guicciardinus, Possevinus, & plures alij. Ultimus Ioannes Palæonydorus Batavus, Ordinis insignis Historicus, qui ut talis habetur à Valerio Andrea, Possevino, Francisco Suwertio, & alijs. Omittimus plures quoque alios minoris notæ celebres Authores. Item illos, qui post Dom. Baronium scripsere, qui proindè ipsius Censura non comprehenduntur, etiamsi de ipsius authoritate nihil soliciti traditionem Ordinis de Monachatu Ioannis, & Cyrilli in Carmelo receperint, & contra ipsum, acriter etiam, defenderint. Dumtaxat ergo eos retulimus, quos Eminentissimus legere potuisset, quod quià non fecit, in tam rigidam censuram contra ipsos inauditos incidit; oppositum proculdubio dicturus, si relata à nobis fundamenta inspexisset, & unum vel alterum ex adductis obviasset. Quis enim de tàm pio authore, timoratæ conscientiæ viro, veritatis, & justitiæ Zelatore, hoc non autumet?„ Ita Lezana suprà citatus.

676. Respondeo tertiò versimiliter & benignius: Em. Baronium intelligi posse locutum de Monachis, secundum formam Instituti Monastici prolixiorem, simi- *Solutio Authoris benignior.*

Baronius. lem illi, quam ad Ann. 328. n. 28. Pachomio, Basilio, Cassiano, Climacho & S. Benedicto tribuit, aiens: *Hucusque de his Monachis S. Hieronymus, qui hos similes tradit Essenis à Philone atque Iosepho descriptis, de quibus suo loco fusius actum est: seu hæc quidem generatim ipse complexus est, cum alioqui prolixiores de institutis Cœnobitarum antiquorum formæ conscripta à Pachomio, Basilio, Cassiano, Climacho, atque demum in Occidente à S. Benedicto, & alijs recentioribus sanctissimis viris, de quibus singulis suò locò opportunius.* De his autem solis, à quibus prolixiores de institutis Cœnobitarum antiquorum formæ erant conscriptæ, videtur habere voluisse rationem, dum ibidem *n.* 16. de S. Antonio scripsit: *adeò ut Cœnobitarum Monachorum idem Institutor sit habitus, vel potius restitutor, si Essenorum, qui in Ægypto sub Marco primo Alexandrinorum Episcopo floruerunt, ratio aliqua habenda esse videatur, quos Christianos fuisse, suo loco superius perspicuè demonstravimus.* Carmelitæ autem nondum amplexi erant aliquam prolixiorem de institutis istorum Cœnobitarum antiquorum formam; sed antiquiorum Essenorum antiquiorem sequebantur formam, ut patet ex *libro de institutione Monachorum* Ioannis XLIV. in quo omnia Essenis communia referuntur, & confirmantur per Regulam postmodum à S. Alberto acceptam, uti *Sent.* XI. demonstravimus: undè Em. Baronij verosimilis & benignior sensus esse potest. *Sanè quidem respuimus & exsufflamus figmentum illud, incertò authore productum, Chronicò nimirum, quod extasse fingunt* (vide infrà *n.* 896) *apud quendam Franciæ Regem, quò tradunt, eundem Cyrillum Alexandrinum Episcopum, Monachum fuisse montis Carmeli* prolixioris formæ, quàm Essenorum; *cui quidem assertioni Trithemius leviter nimis fidem præstitit: unde hæc quæso incertò authore, si qui certi, atque probati sunt authores ejusdem Cyrilli æquales, ejusdemque res gestas, quàm diligenter prosecuti, hæc nescientes, obruta silentiò reliquerint? vel quæ apud hujus temporis Scriptores mentio de culto Carmelo à vitæ Monasticæ* prolixioris formæ *professoribus? Etenim, cum apud S. Hieronymum, Palladium, Evagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum Monachum, & alios sæculi hujus Scriptores frequens mentio sit de Monachis* prolixioris formæ *in Palæstina degentibus, nusquam penitus apud eos de Monachis* prolixioris formæ *Carmelitis. Facessat igitur ejusmodi de Monachismo Cyrilli* prolixioris formæ *in Carmelo fabella, sicut & illa haud impar, qua traditur, & Ioannes Ierosolymorum Episcopus Origenista fuisse etiam* prolixioris formæ *Carmelita: sicut hæc leviter effinguntur, ità & facilè refelluntur. Flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare.* Hunc autem Em. Baronij verosimilem & benigniorem sensum facilè admittemus.

Objectio apparenter fortis. 677. Eodem sensu arbitror esse intelligendum illud *B. Hilarionis Historia cap.* 9. ex S. Hieronymo, apud nostrum Lezanam *Annal. tom.* 2. ad An. Christi 315. n. 3. *Necdum enim tunc Monasteria erant in Palæstina, nec quisquam Monachum ante S. Hilarionem in Syria noverat, ille fundator & eruditor hujus conversationis & studij in hac provincia primum fuit. Habebat Dominus* IESUS *in Ægypto senem Antonium, habebat in Palæstina Hilarionem Iuniorem.* Id corroborat noster Lezana *ibid.* Ex ijs enim conijci datur, nullum Monachum, nullumve Monasterium in Palæstina ante Hilarionem fuisse.

Lezana. *Si ergo ita est* (verba sunt Authoris, cui nomen Geometra) *& ante Hilarionem non erant Monasteria in Palæstina; ubi erat Monasterium montis Carmeli? Deinde si sacrum hoc Monasterium ob sacellum Deiparæ Virgini sacrum à Palæstinis, Phœnicibus, Galilæisque maximè fuit frequentatum: quomodò ante Hilarionem nemo Monachum in Syria noverat? An Monasterium frequentabatur, & Monachi nesciebantur? Præterea si ab hoc monte, ut à fonte quævis alia Monachorum instituta derivata sunt (hoc enim volunt Authores hujus opinionis) quomodo Hilarion in Syria Monasticæ conversationis, & studij primus fundator & eruditor? An dicemus Hieronymum hæc omnia ignorasse, qui ipse Monachus inter Syriæ Monachos bonam ætatis partem trivit, qui toties Palæstinæ loca sacra lustratus est, qui Monachorum, non tantum Syrorum, sed & Ægyptiorum instituta sectatus est, vitas descripsit, Historias prosecutus est?*

Hieronymus. Alioqui contradiceret sibi Hieronymus in Epist. ad Paulinum dicenti: *Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macharios, & ut ad Scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias,*

*noster*

*noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum.* Imò & omnibus SS. Patribus, ac Doctoribus & Historicis Ecclesiæ antiquissimis, infrà à *n.679. ad n 688.* citandis. Unde meritò sapientissimus Lezana *ibidem. Si ante Hilarionem Monachatus in Syria & Palæstina agnitus non fuit: quid respondendum innumeris Patribus & Doctoribus, qui Monachorum institutum post Apostolos ab Essenis Alexandrinis, qui Palæstinorum proles & successores erant* (uti vidimus *Scuto* VII.) *Originem ducunt?* Lezana.

678. Sed plana & clara est nostra solutio ex Em. Baronio n.642. citato. *In Antonio mille signis, atque virtutibus, quam sit Deo gratum, relicto seculo, &, quæ seculi sunt, vita concupiscentijs, Monasticam vitam diligere ac profiteri fuit evidentissimè declaratum, & in alijs ejusdem generis vita agentibus Domini calculo firmissimè stabilitum, ut in Pachomio, Hilarione, Macharijs, Ioanne, Ammone, & alijs fermè innumeris his similibus, in quibus sunt innovata antiqua miracula Prophetarum & Apostolorum*, puta in Sancto & Religioso vivendi modo. Quomodò hæc innovata? Nisi ad sensum, quo n.650. citatus de Antonio ait; *complura condidit Monasteria, cœnobiticæque ipse primus vitæ jecit in Eremo fundamenta, adeò ut Cœnobitarum Monachorum, idem Institutor sit habitus, vel potius restitutor* (cui affine est illud Hieronymi in Epist. ad Eustochium: *ipsius vitæ author Paulus, illustrator Antonius, & ut ad superiora conscendam Princeps Ioannes Baptista* &c) *si Essenorum, qui in Ægypto sub Marco primo Alexandrinorum Episcopo floruerunt, ratio aliqua habenda esse videatur, quos Christianos fuisse, suò locò superius perspicuè demonstravimus.* Pro Essenis autem Palæstinæ, & aliorum locorum, vide Dicta *Scuto* VII. VIII. IX. X. & XI. Sed quomodò Antonius Essenorum Restitutor? Nisi, ut *ibidem* subdit: *Hucusque de his Monachis Hieronymus, qui hos similes tradit Essenis, à Philone atque Iosepho descriptis de quibus suo loco fusius actum est. Sed hæc quidem generatim ipse complexus est, cum alioqui extent prolixiores de Institutis Cœnobitarum antiquorum formæ, conscripta à Pachomio* (idem de Hilarione) *Basilio* &c Unde manifestè sequitur B *Hilarionis Historiæ cap.* 9 esse hoc sensu intelligendum: *Necdum tunc Monasteria erant* innovata *in Palæstina, nec quisquam Monachum* prolixioris formæ *ante S. Hilarionem in Syria noverat, ille fundator & Eruditor hujus conversationis & studij in hac provincia primùm fuit*, uti S. Antonius *Restitutor*, & hoc sensu *Institutor, si Essenorum* &c. in Ægypto. Adstipulatur noster Lezana loco citato n.4. sic argumentum illud ac fomentum dissolvens: *magis ergo genuinè & perspicuè hujus obiectionis difficultas evincitur, si dicamus, juxta dicta & pluribus firmata sub annum 36. & 253. familiarissimum, tum sacris, tum prophanis litteris esse, ut is primus alicujus rei Author vocitetur, qui eam ab alis cœptam valde perficit, aut amplificat: sic Paulus in Thebaide primus Eremita, sic Antonius in Ægypto primus Monachorum, sic quoque Basilius in Ponto primus Archimandrita à pluribus cognominantur, prout suis in locis diximus & dicemus. Cum ergo Hilarion in Palæstina id fecerit plurimorum Monachorum Pater & moderator existens, plurima Monasteria condens Monachatum illustrans, potuit propterea procul dubio à S. Hieronymo commendari*, ut fundator & eruditor hujus conversationis. *Egregius utique, clarior & illustrior cæteris, qui ipsum eo in studio præcesserant.* Si tamen sistendo in cortice litteræ aliam expositionem sententiæ Hieronymi; & refutationem incautæ Glossæ D. Laurentij Landtmeter, quem Geometram vocant, habere desideres: adi Eximium P. nostrum Wastelium *Vindiciarum* Ioannis Ierosolymitani Art.11. 12. & 13. *Quorum est hic Titulus: Complura Cœnobia in Ægypto ac Palæstina à temporibus Apostolorum, ante Antonium & Hilarionem Patres Anachoretarum.* Item nostrum Danielem à Virgine Maria *Vinea Carmeli p.8. cap.7. pag.633. & seq.* Et ibi plenam accipies satisfactionem: nobis autem hic & nunc, donec occurrerit D. Laurentij Landtmeter in fonte suo videre Glossam, sensus expositus sufficit. Dissolvitur efficaciter. Baronius.

679. Adducor autem, ut credam, talem esse Em. Baronij, totius Orbis Historiographorum Primatis Illustrissimi, mentem & sensum: eò quod alioqui evidenter sibi, SS. Patrum, Summorum Pontificum, & aliorum authoritati irrefragabili evidentissimè contradiceret. Motiva Authoris ad illam.



680. Pri-

Ex Baronio Catholici omnes.

680. Primò: Quià *ad Annum Christi 31. n. 15.* ità scribit: *Porrò ejusmodi vitæ genere Ioannem iecisse vitæ Monasticæ fundamenta; non tantùm, qui suprà, Isidorus; sed & Catholici omnes fatentur, eâque de causâ Chrysostomus eundem Ioannem Monachorum Principem nominat, cum ait in Marc. Homil.* 1 Sicut Sacerdotum Principes sunt Apostoli, ità & Monachorum Princeps Ioannes Baptista. *Et iterum Homil. de Ioa. Baptist.* Considerate, Monachi, dignitatem vestram: Ioannes Princeps vestri est dogmatis; ipse Monachus, statim ut natus, in Eremo vivit, in Eremo nutritur. *Et ad Eustochium Hieronymus Epist. 22. in hunc modum*: hujus vitæ author Paulus, illustrator Antonius, & ut ad superiora conscendam, princeps Ioannes Baptista. *hac ille. His cum invideant Novatores, eò devenerunt stultitiæ, vel potiùs iniquitatis, ut malint corrumpere verbum Dei, & Ioannem vitæ otiosæ & deliciosæ infamare, quàm Monasticam ab eo dimanasse vitam, in Ecclesia altissimis defixam radicibus, Evangelicâ nempè attestatione, ut subripi aut evelli nequeat, adstipulari vel profiteri. Sed in his non immoramur diutius: quandòquidem omnium sententia, sibilis potius & risu, quàm ampliori confutatione digni sunt: licèt ad illos imperitiæ, dementiæ, ac (ut uno verbo dicam) perfidiæ summo jure redarguendos, non defuerit vigilans studium eruditissimi ac maximè pij viri Petri Canisij, ad quem, qui talia cupit, amandamus; nos interim textum ipsum historiæ Evangelicæ prosequemur.* Ioannem Baptistam autem fuisse verè & propriè Monachum Eliæ sanctissimi Dei Prophetæ Instituti, patet ex dictis suprà.

Chrisostomus.

Hieronymus.

Ex eodem.

681. Secundò: Quià *ad Annum 328. n. 16.* agnoscit Essenos ante Antonium fuisse Monachos, de illo aiens: *adeò ut Cœnobitarum Monachorum idem Institutor sit habitus, vel potius Restitutor, si Essenorum, qui in Ægypto sub Marco primo Alexandrinorum Episcopo floruerunt, ratio aliqua habenda esse videatur.* Ad Essenos autem reducit omnes illos, quos locis *Responso 2. ad Telum 1.* Antonio præsupponit, ut patebit relegenti, & confirmat *in Notis Martyrologij Romani ad diem 19. Octobris* sic annotans: *Complures Monachos sub Maximiniano circa Annum Domini 238. Martyrio coronatos esse, non tantum ex Martyrologijs expressum habes, sed apud Eusebium Hist. lib. 8. Porrò ipsum Monachorum institutum non est recens, sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse, ex his, quæ scribit Philo de Esseis, & quæ habet Dionysius Areopagita, & alij, facilè intelliges, licèt nomen ipsum non adeò vetus fuerit.* Quibus addi potest illud Augustini homil 47. in Ioan. contra eos, qui Carmelitæ nomen post filios Prophetarum, essenorum &c. arguunt novitatis: *sunt enim Doctrinæ Religionis congruentes verborum novitates, sicut & ipsum nomen Christianum, quando dici cœperat, sicut scriptum est: in Antiochia primùm post Ascensionem Domini appellati sunt discipuli Christiani, sicut legitur in Actibus Apostolorum cap. 6. v. 26. Xenodochia & Monasteria postea sunt appellata novis nominibus, res tamen ipsa, & ante nomina sua, & Religionis veritate firmantur, quâ etiam contra improbos defenduntur.*

De essenis.

682. Mentem autem Em. Baronij de origine Essenorum habes suprà *Scuto VII.* Ubi ad Annum Christ. 64. n. 7. scribit: *Cæterum haud incongruum erit dicere, Essenos à Rechabitis descendere; nam etsi Rechabitarum instituta cessassent; non tamen genus illorum extinctum est: de eis enim Dominus dixerat Hierem. 35.* Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Hegesippus apud Eusebium Hist lib. 2. cap. 22. de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi justi.* Rechabitas autem cœlibes ab Eliæ instituto descendisse, patet ex Hieronymo in Epistola ad Paulinum: *Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iordanis. de his sunt & illi filij Rechab, qui vinum & siceram non bibebant, qui morabantur in tentorijs, & qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiet de stirpe eorum vir stans coram Domino.* Abulensi in 1. Paralip. cap. 2. q. 21. ubi de Rechabitis loquens ait: *isti erant veri Religiosi in veteri Testamento, sicut nunc sunt Monachi.* Suida pag. 1049. sic ait honorificè illos describens: *Esses Iudæi Ascetæ, majores Ionadab filij Rechab illius justi, inter se amantes, voluptatem ut vitium aversantur, temperantiam verò & continentiam, & ab animi perturbationibus vacuitatem virtutem putant; Conjugium apud ipsos despicitur, alienos filios adiunc*

Hegesippus.

Hieronymus.

Abulensis.

Suidas.

*adhuc juvenes assumunt & docent, & suis moribus informant, omnem turpitudinem abjiciunt, & cæteras omnes virtutes exercent; in contemplatione plerumque perseverant, undè Essæi vocantur, hoc est contemplatores.* Quod verò tàm hic, quàm ille, velint fuisse Eliani instituti paulò infrà patebit. Iacobo Bolduco lib 3. de Eccles. ante Legem cap.6. *Constat ex libris Regum, mul-* Bolducus, *ta ac frequentia filiorum Dei, qui posteà Filij Prophetarum sunt appellati, in illa aut circa illam tribum extitisse Cœnobia; nempè in Galgalis, Bethel & Iericho, præter illud celebre Haberis in Querceto, quod dicebatur Sennim juxta Cades, atque in illis maximam fuisse multitudinem utriusque sexus (ut colligere est ex strenua illa Iahel uxore Haber Cinæi, quæ peremit Sisaram) quorum Archimandritam posterioribus sæculis fuisse Eliam, cui successit Eliseus, ambigendi non datur locus: Eliæ autem & Eliseo successit in officio vir sapientia & sanctitate celeberrimus Ionadab, qui passim in Scriptura dicitur filius Rechab; non ut multi putant, quòd à quodam hujus nominis viro (quem Scaliger militarem virum fuisse contra illa quæ de illo habet Ieremias audet asserere, propter Iehu ad eum verba, & quia in ejus currum fecerit eum ascendere; nempè horreret Scaliger sanctum aliquem Monachum simili honore à Rege præveniri) secundùm carnem genitus sit, cum talis non reperiatur, & tàm illustris familiæ parentes, & caput non inveniri incongruum planè videatur, sed quia filius, id est discipulus fuit eorum, qui primi hoc nomine Rechab honoris causa vocati sunt; isti autem fuerunt Elias & Eliseus, ille quidem ab isto quandò sursum ferebatur per turbinem in cœlum vidente, iste verò à Ioas Rege Israel, cum ægrotaret infirmitate, quâ mortuus est (currus enim Hebraicè dicitur Recheb sive Rechab) ab illo ergo die nomen Rechab honorabile factum est, ita ut præcipuus filiorum Prophetarum Archimandrita, qui hoc munere successit Eliseo, filius Rechab, quasi utriusque Rechab; nempè Eliæ & Elisei discipulus appellatus sit, & omnes sodalitatis illius alumni, qui primo Enoscai, deindè Cinæi, posteà Cenezzæi, ad hæc Hebræi, Nazarei, & Filij Prophetarum nuncupati fuerant, deinceps Rechabitæ sunt appellati; quod idem est, ac si Eliaitæ vel Elisaitæ dicerentur: quæcumque alia fabricari posset hujus nominis etymologia, multiplici absurditate scatere videbitur; confirmat quæ dicimus nuper citatus Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus, qui docet dictum Ionadab fuisse discipulum Elisei Prophetæ.* D. Sonnio Episcopo Sylveducensi: *Monastice tùm temporis est præformata in Nazareis, Rechabitis, & Filijs Prophetarum.* Quod autem Esseni fuerint Eliæ & Sonnius, Elisei Prophetarum instituti, *n.*31. ex Genebrardo, *n.*32. ex Adriano Adrianio, Car- Et alij. thagena, Honuphrio, Manescalco, Miræo, & alijs *Scuto* VII. ubi per totum de Essæis egimus, citatis, satis constat. Quibus speciali nota dignus accedit Iacobus Zeglerus in *descript. Palæstinæ in monte Addunum.* fol.38. *In hujus solitudinis parte sedit Eliahu Pro-* Zeglerus, *pheta: manavit institutio, & loci Religio ad posteros: fuitque desertum hoc usque ad Engaddi habitatum ab Essenis* &c. *sub quorum institutum educatus fuit Ioannes Zachariæ, & habitus in Essenis unus prædicatæ sanctitatis* &c Hujus primam partem confirmant Nicephorus *lib.*2. *Histor. cap.*15. Nicephorus. Esseni *vitam Propheticam flagranti atque ferventi fide meditari, atque æmulari nisi sunt.* Et Eusebius Pamphilus *lib.*2. *Eccl. Hist. cap.*16. Esseni, *Prophetarum more, sanctum & severum vivendi modum sedulò imitari nitebantur.* Unde meritò Bartholomæus Cassanæus in Ca- Cassanæus, thalogo gloriæ mundi p.4. Consid.53. *Antiquitas Religionis est maxima, cum reperiatur, Monachos & Religiosos fuisse in veteri testamento: quoniam ut habetur in volumine Scholasticæ Historiæ, sub Rubrica de festis Iudæorum, esseni in omnibus ferè vitam Monasticam ducebant, omnia habentes communia.* Et Eusebius loco citato cap.17. *Quia ergo & his similia* Philo *scribit, geri ab his, qui apud Alexandriam credebant, sicut illi, qui in Ierosolymis ante crediderant, certum est, quod idem actus,* Eusebius. *eademque institutio, eamdem sine dubio & Religionis fidem designet.* Hos autem fuisse Essenos Carmelitas, evidenter sequitur, tum ex Zeglero suprà. Tùm ex Iosepho Antioche- Iosephus, no de perf. milit. primit. Ecclesiæ cap 12. & 72. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij contemplationi dediti* (quales fuisse Essenos patet ex dictis *Scuto* VII.) *Eliæ & Elisæi sequaces, qui de monte Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt.* Ex his verò Henoch de Amathim fuisse S. Marchi Alexandriam comitem, testatur Ioannes Bonifacius in *Hist. Ierosoly-*

*mitana lib. 2. de B. V. cap. 2.* aiens: *attamen quidam, nomine Henoch, Carmelitis in Christo colendos atque sequendo feliciter anteverterit; qui D. Marci comes fuisse affirmatur, & fortasse consors in illis Evangelicis Cœnobiis, quos Alexandria omnium prima vidit, Ordinandis.* & Paleonydorus lib. 1. cap. 2. de eodem Henoch: *Puer velut alter Samuel à parentibus in montem Carmeli ductus, Virgo permanens, Carmeli fratrum Rector & Praepositus fuit institutus: deinceps Ioannis Baptistae ductu, Christo junctus est; ab ipso septimus in numerum discipulorum septuaginta duorum ordinatus, Beato Marco adhaesit. Hic assumptô Henoch eremum montis Carmeli, cum Evangelio, quod ipse confecerat, perrexit in Ægyptum, ubi constructis Monasterijs, & fratribus Religiosè institutis, Henoch ad Terram Sanctam post Martyrium S. Marci reversus in montem Carmeli, deposito Nicopolitano Episcopatu, contemplationi & orationibus vacans, die 7. mensis Iulij, diem clausit extremum, anno Dom. 64.* Quibus doctè subdit noster Munoz Propugnaculæ Eliæ lib 2. cap. 2. art. 3 n 6 *Hunc cum Elia & Eliseo Pontifices summi referunt in bullis Carmelitis concessis; quia ut illis in veteri, ita in nova iste Religiosorum Legem in Carmelo primus detulit, qui sub priora tempora praefuit ante omnes Carmelo: quarè Iulius II. Gregorius XIII Sixtus IV. Clemens VIII. hac eadem verba transcripta afferunt:* Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei, & Henoch, nec non & aliorum Sanctorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli inhabitarunt, successionem hæreditariam habentes *&c.* Sed de hoc satis contra R.P. Salinam *Pharet. 1. Telo* XV. Notandum tamen, quod sicut Henoch Arimathim fuit Alexandriam S. Marci comes in Evangelicis Cœnobitis ibi ordinandis; ita & Elpidius S. Iacobi in Hispaniam, juxta illud Luitprandi in fragmentis: *magna pars eorum, qui dispersi in persecutione S. Stephani, ad varias partes trajecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant, erat ex Monachis montis Carmeli, prædicationibus Christi & Apostolorum ad fidem conversi, in quibus Elpidius & Socij, Pontifices à S. Iacobo creati, & post Martyres facti.* Item: *Mihi valde probabile est, & legitur in Orientis Historia, Elpidium & reliquos Episcopos, quos traxerat S. Iacobus in Hispaniam, & ab ipso S. Apostolo baptizatos, fuisse de numero Carmelitarum, qui in Hispania, & per alias Religiones, Monachatum introduxerunt: istos vocat Eusebius lib. 2. cap 3. Prophetici Ordinis.* Iterum: *Ordinem Carmelitanum Monachi Carmelitani ad fidem Christi conversi, in Hispaniam intulerunt: ex quibus fuit Elpidius, Toletanus præsul à S. Iacobo constitutus, qui Toleti fundavit Monasterium Virginum & Monachorum.*

Paleonydorus. Munoz. Luitprandus.

683. Tertiò: Quià ad Annum Christi 1145. non obscurè agnoscit sanctissimum Dei Prophetam Eliam fuisse Monachum, quod *Scuto* VI. imò & Monachorum Institutorem, quod *Scuto* IV. idque in monte Carmelo, quod *Scuto* VIII. & XVII. ab authoritate irrefragabili probavimus, scribens: præter alia, *Resp. 2. ad Telum* 1. relata: *duxitque in montem Carmelum Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum*: utique propter Monachos, quos *ibidem* instituit, cum de isto solo Carmeli monte, non verò locis alijs, quæ inhabitavit, dicat: *Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum.* Quod videtur sumpsisse ex S. Gregorio Nisseno, Basilij fratre, *In Baptismate Christi*, ubi sic: *Elias Carmelum incolebat; clarus autem mons propter virtutem inhabitantis.* S. Gregorio Nazianzeno Epist. 236 *Elias Carmelicola.* Et in Orat. de pauperum amore: *præclara est solitudo, & vita hominum commercio semota, idque nunc docet Eliæ Carmelus, & Ioannis desertum.* Iterum infrà: *ut ab omni negotio tranquillè philosopharer, mecumque ipsis colloquium haberem. Eliæ Carmelum cogitabam, Ioannisque desertum, ac cœlestem eorum, qui hoc genus profitentur, vitam.* Abulensi 4 Reg. 1. q. 5. *Manebat Elias in monte Carmelo: nam postquam accepit ignem à Domino pro Sacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, semper voluit manere in monte illo Religiosè vivens.* Willelmo Episcopo Tyri lib 5 de bello sacro cap 3. *Carmelus mons in Syria, Eliæ, Elisei, & aliorum Filiorum Prophetarum incolatu valdè nobilis.*

Ex eodem. Gregorius Nissenus. Nazianzenus. Willelmus.

684. Ut autem appareat evidenter, quod illa sit constantissima SS. Patrum (Pontifices enim, Sacras Congregationes, revelationes, Historicos & Geographos habes *Scuto* XVII. præcitatos) ac celeberrimorum Authorum doctrina: à nobis pro illa sunt

Pro Authore constans PP. Sententia.

sunt in ARMAMENTARIO relati, quos hîc colligimus, ut opposita juxta se posita ma-
gis elucescant. S. Macharius in Sermone ad Monachos: *Fratres charissimi* &c. *Eliam &* Macharij.
*Elisæum, ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris Testamenti Monachos, imitari curate.* Et
infrà: *hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi hujus propositi sectatores* (quidni Cyrilius
Alexandrinus) *qui idcircò laudibus extolluntur: quià à cœpto Ordine* (en alia Ordinis Carmeli-
tarum eaque primæva origo) *nullatenus leguntur deviasse.* Rupertus lib.4. in Regul. S. Be- Ruperti.
nedicti cap.12. *Monachi Filij Prophetarum, & post alijs nominibus Assidæi, sive Esseni dicebantur.* Et
in Expositione cap 4. Canticorum: *quos* (scilicet Eliam, Eliseum & Filios Propheta-
rum) *fuisse Monachos in veteri Testamento consentit authoritas venerabilium Patrum*: numquid hîc
traditio, pro qua agimus? Basilius in Isaiæ c.3. *Nonnulli sunt pauperes beati dicti, qui ardore tuendæ* Basilij.
*Religiosæ paupertatis, omnia contempserunt, & ejusmodi pauper ille Ioannes, & ejusmodi Elias.* Chryso- Chrisosto-
stomus lib.3. de providentia: *Elias ità erat pauper, ut præter melotem, nihil terrenum ei fuerit.* Et mi.
Homil.2. ad populum Antiochenum: *quid enim dic mihi Elia pauperius*? Tomo autem 5.
lib 6. de Sacerd. Eliam *Monachum* vocat, juxta illud D. Thomæ 2. 2. q.184 art.8. *Di-* D.Thomæ.
*cit enim Chrysostomus in suo Dialogo: si talem mihi adducas Monachum, qualis, ut secundum ex ag-*
*gerationem dicam, Helias fuit* &c. quod D. Thomas, de quo infrà, non improbat. Atha- Athanasij
nasius Sinaita in qq. super Scripturam q.66. *Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum* Sinaitæ.
*cælorum, hi sunt in Lege nova Apostoli & Monachi, in Lege veteri Elias, Daniel, & alij multi.* S.
Epiphanius lib.2 hæres.58. *Quinam igitur Eunuchi? Generosi Apostoli* &c. *vitam Monasticam* Epiphanij.
*degentes, & deinceps virgines* in novo Testamento &c. *Elias in veteri Testamento.* Cassianus Cassiani.
lib.1. de institutione Monachorum cap.2 *Itaque Monachum ut militem Christi in procinctu*
*belli semper positum, accinctis lumbis, jugiter oportet incedere; hoc enim Habitu, etiam illos ambulasse,*
*qui in veteri Testamento hujus professionis fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum, Divinarum*
*Scripturarum authoritate demonstratur.* Bernardus in Exposit. Regulæ S. Benedicti: *attende* Bernardi.
*benè, quod in veteri Testamento, Elias & Eliseus Monachorum inventores extiterint.* S. Isidorus Isidori.
Hispalensis lib.2. de orig. offic. cap.15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum*
*Scripturarum hujus propositi Princeps Elias & discipulus ejus fuerunt* &c. *iam deindè progeniti sunt*
*Conversationis hujus nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres.*
Igitur & Cyrillus Alexandrinus. D. Hieronymus in Epist.13. ad Paulinum: *Nos au-* Hierony-
*tem habeamus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium, &* mi.
*ut ad Scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Pro-*
*phetarum.* Epist.4. autem ad Rusticum docet: *in veteri Testamento, Monachum esse Eliam,*
*sicut in novo fuerunt Paulus, Antonius, Hilarion, & Macharius.* Abulensis autem in 4. Regum
cap.2. ad hanc q.13. *Cur ante raptum Elias cum Eliseo adierit de Galgalis in Iericho & Bethel.*
Respondet: *quia ibi erant certa Prophetarum, qualia nunc sunt Religiosorum, quorum ille Pater &*
*Princeps erat, quæ visitaret, collegia.* Vide infrà n.766. S. Odilo Cluniacensis in Bibliothe- Odilonis.
ca Patrum & vita S. Majoli: *cœpit Monasticus Ordo repullulare, & ut verius dicam, reviviscere,*
*quem ab Elia & Ioanne Baptista novimus processisse.* Abbas Ioachim in lib. de concordia vete- Abbatis
ris & novi Testamenti: *Vita Prophetica transivit ab Elia in Eliseum, qui cum maximè floreret, in-* Ioachimi.
*stituit ordinem Conventuum.* A quibus non recedit S. Antoninus tit.15. historiæ cap.1. *Elias* Antonini.
*Anachoreticam vitam duxisse videtur habitans in Carmelo.* Favetque apertè D. Thomas suprà D.Thomæ.
n.54 § *ult.* n.316. & 425. citatus.

685. Adstipulantur Ecclesiæ Authores antiquissimi (parsim suprà citati: inter quos Alij autho-
n.66. Philo Judæus de Essenis dicit: *dant operam Philosophia* (utique Monasticæ) *per ma-* res anti-
*nus accepta à majoribus.* Super quo Nicephorus lib.2. Historiæ Ecclesiasticæ capite 6. quissimi.
*vitam propheticam flagranti atque ferventi fide meditari atque æmulari student.* Cedrenus in Com-
pendio Hist. in Carolo Imp *Vatum priscorum æmulantur atque imitantur vitam.* Et infrà: *sa-*
*cras enim litteras legentes Philosophiam paternam exercent.* Porphyrius in lib.4. de rerum ani-

matarum

matarum abstinentia, apud Eusebium : *varijs lustrationibus, Prophetarumque dictis assidue atque diligenter informantur.* Sozomenus lib. 3. Histor. cap. 13. *Ad exemplum Eliæ Thesbitis pellibus se induebant, ut singuli ex pelle corporis circumjacta, ut mihi quidem videtur, semper in memoriam revocantes, strennè contra cupiditates venereas confligerent* &c. Cassiodorus in vita S Antonij p. 2. apud Lippomanum in Hist. de vitis Sanctorum : *hujus elegantissimæ Philosophiæ* (utique Monasticæ; nam Essenos fuisse Monachos, etiam ipse Em. Baronius loco citato *Scuto* VII. fatetur) *princeps quidem fuit, sicut quidam dicunt, Elias Propheta, & Ioannes Baptista.* Antiochus Palæstinus Homil. 89. de inopia : *qui se exuit possessione facultatum, Eliæ comperitur esse imitator. Ioannis, item eorum, qui dicunt, ecce nos reliquimus omnia.* Nec obstat; quod in his non fiat voti mentio; nam pro illo concludunt omninò, illudque supponunt, juxta illud D. Thomæ 2. 2. q. 88. *art.* 4. *ad* 3. ex Augustino *lib.* 17. de livit. cap 4. *Dixerunt potentes illi : Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te : hoc votum potentissimi illi voverant.* Et in Psal. 132. *Vndè Apostoli, filij Prophetarum, filij excussorum? Vndè illi quingenti, quos commemorat Apostolus Paulus? Vndè illi centum viginti, qui simul erant in uno loco, qui habitaverunt in unum, & erat illis cor unum, & anima una, & votum Deo voverunt, & appellati sunt Monachi.* Vide Hieronymum & Abulensem n. 684. Sed de voto Eliæ & filiorum Prophetarum aliunde satis constat ex dictis *Scuto* II. III. IV. V. VI. & VII. Nota tamen ad factas Augustini quæstiones illud Iosephi Antiocheni *de perfecta militia primit. Eccl.* cap. 12. & 17. *Prophetici instituti sectatores de monte Carmelo descendentes, Apostolorum coadjutores per Galilæam, & Samariam, fidem Christi constantissime sparserunt.*

Item alij ad rem proximius. Iosephus Antioch.

686. Sed ad rem nostram proximius Iosephus Antiochenus (qui teste Possevino, vixit anno Christi 130.) lib. de perf. milit. primit. Eccl. cap. 12. & 72. *Perfectorum militum Christi. Apostolorum coadjutores, surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces. Qui de monte Carmeli descendentes per Galilæam, Samariam, & Palæstinam, fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honore, in Carmeli montis declivio, fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri specialiter servierunt.*

Balbinus.

Balbinus in Epist. ad Antoninum Imperatorem An. 140. *O Antonine, inter mirabilia in hac Regione, mons est Carmelus, in quo & vetus Religio, & sanctitas ab Elia antiqua est.*

Ioannes XLIV.

Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus (qui floruit anno 412.) *de Institut. Monachorum* &c. cap. 31. de Carmelitis loquens : *Denique eorum multi ea, quæ ab Apostolis hauserant, cæteris effundentes, fidem Christi per Phœniciam, & Palæstinam prædicabant, dilatantes dogma fidei, & moribus vitæ Monasticæ conversationem Ecclesiæ Dei insignissimam demonstrantes.*

Tamaius.

Thomas Tamaius de Vargas, Catholici Regis Historici, *sua Bibliotheca n.* 101. ex fragmentis Luitprandi (qui claruit circa annum Christi 960.) *S. Elpidius, quem S Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita Monachus fuit, & in prima Petri concione conversus ad fidem,* putà novi Testamenti, *cum socijs multis venit in Hispaniam, & Toleti fundavit Monasterium Virginum, & Monachorum, ubi posteà fuit Agaliense, quod fuerat B. Virgini curæ, Monialium harum Matri.* Ibidem etiam n. 171. sic legitur : *Magna pars eorum, qui dispersi in persecutione S. Stephani, ad varias partes trajecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant; erat ex Monachis montis Carmeli prædicationibus Christi & Apostolorum ad fidem conversis, in quibus Elpidius & socij, Pontifices à sancto Iacobo creati, & post Martyres effecti.*

Gemblacensis.

Sigisbertus Gemblacensis, qui claruit anno 1110. & refert Lezana Annal. Tomo 1. An. Christi 34, in *Hist. Ieros.* dicens : *Cum Carmelitæ in sancta pœnitentia perseverassent à tempore sanctorum Eliæ & Elisei Prophetarum tandem Christum prædicantem audierunt. Qui Religiosi fidem Catholicam profitentes in Christo Baptizati sunt : deindè perseverantes in Doctrina Apostolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, veritatis Evangelicæ Nuncij fideles, & Religionis Christianæ legitimi confessores, legitimè effecti sunt.*

Romanorum Chronica.

Antiquissima Romanorum Chronica apud Lezanam Annal. Tomo 1. anno Christi 34. n. 50. *Ipsi* (scilicet Fratres de monte Carmeli) *tempore B. Petri Antiochiæ cathedrati, in circumquaque Regione adjacente, diversis locis, Catholica*

*tholica pro fide insistebant.* Item Armacanus apud Waldensem *Tomo 3. de Sacramental tit. 9 cap. 89.* illis verbis: *Insuper in principio nascentis Ecclesiæ, in partibus illis prædicando Evangelium sollicitissimè laboraverunt.* Idem sequuntur Judocus Badius, Ascensius, & Sebastianus Murrho Commentatores Baptistæ Mantuani circa illa ejusdem Mantuani *lib. 3. Parthenices* ea de re carmina. Armacanus. Mantuanus & alij

*Namque ipsi se mox, ut vulgata salutis*
*Fama fuit, Christi magnis iunxere ministris,*
*Fautores operis sancti, sociosque laborum.*

687. Ioannes Bonifacius de Histor. Virgin. lib. 2. cap. 1. ubi post alia: *Neque solum se Apostolorum benevolos, & dociles auditores, sed etiam adjutores præbuerunt, & cum ex monte Carmelo descendissent, Christi fidem per Galilæam, Samariam, & Palæstinam universam constantissimè prædicarunt.* Ioannes Carthagena Tomo 4. *Homiliarum Homil. 4.* Waldensis *Tomo primo Doctrinalis fidei lib. 4. articulo 2. cap. 27.* Idem confirmans testimonio Iosephi Antiocheni superius relati, & Ioannis Ierosolymitani citati, sic concludens: *Nec dedignentur Clerici moderni, Monachos Religiosos in Ecclesia Dei coadjutores habere, quos sancti Dei Apostoli dedignari nolebant, cum tamen præsentes Clerici non sint suis Patribus peritiores, sed nec sanctiores Apostolis.* Accedunt qui à trecentis circiter annis floruerunt Ioannes Grossus Ordinis Carmelitarum Generalis *in suo Viridario* clavi 1. sic. *Unà cum Apostolis in multis Regionibus fidem Christi constanter prædicaverunt.* Ioannes de Cimineto in Tractatulo *Speculum Ordinis* vocato cap. 3. hæc habens. *Perseverantes in Doctrina Apostolorum habentes gratiam ad omnem plebem veritatis Evangelicæ Nuncij fideles, ac fidei Christianæ legitimi defensores effecti sunt*: ac alij. Et nuper RR. PP. Bollandus & Henschenius Societatis IESU in Actis Sanctorum Tom. 2. ad vitam S. Antonij: *Consentit vita S. Pachomij his verbis: D. Antonius magni Eliæ, atque Elisei, nec non & S. Ioannis Baptistæ æmulator existens, secreta interioris Eremi studio sectatus est singulari, vitamque cœlestem in terris gessit amore virtutis. . . . Illud certò constat inter omnes, quod Antonius, magnus ille Monachus, perfectis pietatis institutis & exercitationibus, ad eam rem accommodatis, hoc vitæ genus ad summum perduxit.* Ioan. Bonifacius. Chartagena. Waldensis. Ioan. Grossius. Ioan. de Cimineto. Bollandus & Henschenius.

688. Item: Waldensis Doctrinal. fidei lib. 3. art. 1. cap. 4. *Elias zelans multiplicare Religionem Prophetarum sanctorum, sollicitè huic operam dedit: Elisæum primò instituens, & palliò suò induens; & demùm post eum magno numero* &c. *quidam autem manserunt in monte Carmelo* &c. Abulensis in Paralip. 2. q. 21. *Rechabitæ erant viri Religiosi in veteri Testamento, sicut nunc Monachi.* Card. Damianus Tom. 3. Opusculorum vitæ Eremit. cap. 2. *Hujus vitæ normam, ut anteriora prætercam, Elias cœpit; Elisæus verò aucto Discipulorum Collegio, dilatavit.* Card. Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 39. *Veteres Patres, Eliam & Ioannem Baptistam Eremitas & Eremitarum Principes faciunt, ut Basilius in Epist. ad Chilonem, Nazianzenus in Apologia postquam à fuga redijt. Chrysostomus homil. 96. in Matth. Hieronymus in Epist. de virginit. ad Eustochium. Isidorus lib. 2. de offic. cap. 15.* Dominicus Gravina lib. Vox turturis p. 2. cap. 5. *Eliam primum colendæ virginitatis Authorem Patres & Doctores appellant, obedientiæ & paupertatis prototypum, & Principem Monachorum.* Cap. autem 26. *Non ad momentum Spiritum permansurum reliquit Elias; sed ad posteros transmisit continuâ successione non sopitum in quocumque eventu.* Gillemannus Canonicus Regularis Ord. S. Augustini in Martyrologio ad diem 29. Augusti: *Hic Ioannes Baptista vitam Eremiticam ab Elia institutam adhuc puer assumpsit.* Trithemius de ortu & laudibus Carm. cap 3. *Monastici propositi Princeps fuit Elias, & discipuli ejus.* Et infrà: *De Monachorum institutione dicit Hieronymus, noster Princeps Elias est, Dux noster Elisæus* &c. Ægidius Camartus Minimorum Generalis lib. de Elia Thesbite. *Elias id habet præeminentiæ suprà illos, quod non solùm virginitatem coluit, sed & prætereà Author fuit, cur plurimi discipulorum ei se penitus addixerint:* Waldensis. Abulensis. Damianus. Bellarminus. Gravina. Gillemannus. Trithemius. Camartus.

Nn

*xerint: collegia enim, quæ ibi instituit, viris in cœlibatu degentibus plena erant. quo fit, ut Hieronymus, Ioannes Ierosolymitanus, Cassianus, & alij, quotquot de Monasticis rebus scripserunt, asseruerint Eliam omnium Monachorum Parentem fuisse. qui tria essentialia Religionis vota primus opere adimplevit.*

Bradleyus. Thomas Bradleij ad An. 1444. in lib. de instit. Ord. B.M. Virginis de monte Carmelo cap. 1. *Elias obtentu contemplationis Divinæ & desiderio sublimioris perfectionis longè ab urbibus recedens, & seipsum cunctis terrenis & mundanis exuens, Religiosam & prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cœpit* &c. *discipulos etiam congregavit, quos, priùs in Eremo Carith, docuit servare castitatem, paupertatem & obedientiam* &c. Alcazar. Alcazar in Apocalyp. 11. num 111. *Vitæ Evangelicæ exemplum eminet in Elia, quippè non virginalis solùm pudicitiæ, sed vitæ etiam Religiosæ fuit, & parens, atque author cœlestis illius vitæ.* Sanchez. Gaspar Sanchez in cap. 17. lib 3. Regum: *Elias extra montem Carmelum Religiosum habuit cœtum, quem tamen posteà in montem Carmeli secum adduxit, ubi discipulis, qui posteà Filij Prophetarum vocati sunt, Monasticæ vitæ normam indixit.* Cornelius à Lapide in 7. Canticorum; *Elias in monte Carmelo Religiosam familiam virorum Deo servientium, qui in libris Regum Filij Prophetarum vocantur, instituit: undè ab hoc monte Religiosi Carmelitæ, quasi Eliæ posteri, nomen acceperunt.* Salianus. Salianus ad An. Mundi 3204. *Hic est, qui Religiosæ paupertatis thesauro dives* &c. *innumerabilium Religiosorum Parens atque Propagator* &c. Schentner. Paulus Sehentner in promont. malæ spei lib. 3. §. 13. *Carmelitana Religio ex Elia sanctissimo Vate, ejusque asseclis, hereditariâ successione originem suam trahit.* & Novarinus. Novarinus in *Adagijs S. Patrum* Adag. 45. & 839. *Theodoretus studita orat. funebri in laudem S.* Platonis, ait: *talis fuit noster Elias, à Domino ipso servatus ijs in locis in quibus exercitationi Monasticæ operam navabat.* S. Gregorius. Et S. Gregorius Epist. 238. *Audio te esse animo dedito successus anachoretico: atque utinam nobis fias Ioannes Baptista, aut Elias Carmeli incola.* Videantur dicta *n.* 77. & *ibidem* citati: unde meritò Societatis Iesu PP. Sanchez, Suarez, Salianus, Franciscus de Flores, & aliorum Ordinum alij *Scuto* XVII. citati, docent de Carmelitarum ab Elia in monte Carmelo origine traditionem, quam lubenter suscipiunt, eamque confirmant Summi Pontifices, & alia irrefragabilia testimonia ibidem citata.

Prosecutio. 689. Quartò: quia Cœnobitæ, de quibus loco suprà citato agit S. Hieronymus, & quos Em. Baronius ibidem *ad An.* 328. *n.* 28. vult fuisse similes Essenis, & ab his S. Basilium fuisse instructum, refert *ad An.* 362. *n.* 61. Basilius. his S. Basilij *Epist.* 79. verbis: *optabam dari aliquem ex Fratribus, cui istud vitæ genus arrideret, quo cum unà profundum vitæ hujus pelagus superare liceret. Inveni sanè multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum: deindè & alios in* Palæstina, *& in Cœlosyria, & Mesopotamia, quorum vitam admiratus sum.* Monachos autem apud Alexandriam fuisse Essenos constat ex dictis *Scuto* VII. Istos verò Essenos reipsâ fuisse Carmelitas, non solùm constat ex eo, quod iam multoties fit probatum, & pleræque præcitatorum evincant authoritates, quod unicum fuerit tunc Eliæ omnibus Monachis commune & indivisum institutum; sed hoc ipsum sequentes confirmant authoritates. Athanasius. Primò: ex S. Athanasio in vita S. Antonij: *Igitur S. Antonius secum reputans oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ* (nota) *exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere.* Author vitæ S. Pachomij. Secundò: ex Authore Græco vitæ S. Pachomij: *erat per id tempus B. Antonij vita cunctis ad imitandum præclarè proposita, qui magni Eliæ, atque Elisei, nec non & Ioannis Baptistæ, æmulator existens; secreta interioris Eremi studio sectatus est singulari, vitamque cœlestium in terris gessit amore virtutis.* Gregorius Nazian. Tertiò: ex Gregorio Nazianzeno Orat. 30. de laudibus S. Basilij: *Cum Elia & Ioanne summis Philosophis solitudinem amplectitur.* Et in Orat. ad Arianos: *Enimverò me quoque fallebat Elias Carmelus, quo currum igneum accepit, & Elisei melotes, quæ plus virium habuit, quàm fila serico & aureum vestibus per unum assutum.* Gregorius Nyss. Quartò: ex Gregorio Nysseno S. Basilij Fratre: *In seipso vestes pelliceas, & res mirabiles Eliæ expressit.* Iterum ibidem. *An etiam audebimus ad sublimem Eliam sermone ascendere, & ostendere nostrum Doctorem suæ vitæ instituto* (nota) *illius gratiæ assimulari.* Quintò: omissis alijs suprà citatis,

citatis, ex ipsomet Baronio ad An. 328. n. 19: *Non est igitur, quod quis hujusce modi vitæ instituti, quæ debentur Antonio; Basilius enim potius imitator accessit, quàm inventus sit author.* De Antonio autem n. 16. dixerat: *Complura condidit Monasteria, Cœnobiticaque ipse primus vitæ jecit in Eremo fundamenta; adeò ut Cœnobitarum Monachorum idem Institutor sit habitus, vel potiùs Restitutor, si Essenorum, qui in Ægypto sub Marco primo Alexandrinorum Episcopo floruerunt, ratio aliqua habenda esse videatur, quos Christianos fuisse suo loco superius perspicuè demonstravimus.* Essenos verò, uti Antonium & Basilium esse amplexos Eliæ Institutum patet ex statim dictis, uti etiam à simili ex his, quos *ibidem n. 23.* isti Eliæ Instituto ex S. Athanasij Epistola ad Dracontium ascribit, hæc referens: *Neque enim tu solus ex Monachis es constitutus, Episcopus scilicet, neque solus Monasterio præfuisti, neque solus à Monachis delectus es. Nosti enim Serapionem Monachum esse, & quot Monachorum præfectum. Neque à te ignoratur, quot Monachorum Pater fuerit Apollonius. Nosti Agathonem, neque ignotum habes Aristonem. Memores Ammonij cum Serapione peregrè profecti. Fortassis etiam audisti de Cue in superiori Thebaide: poteris etiam rescíscere de Paulo, qui est apud Latos, & de alijs multis: & tamen isti Episcopi constituti, non contradixerunt; sed habentes pro exemplari Eliseum, & conscij quid Elias egerit, & eruditi quid discipuli Christi Apostolique fecerint, susceperunt hanc curam, neque ministerium hoc aspernati sunt; neque propterea seipsis deteriores facti sunt, sed & laboris mercedem expectant, proficientes ipsi, aliosque proficere adhortantes:* &c. Baronius.

690. Igitur omnes isti reipsâ erant Carmelitæ: quià secundum Religiosè vivendi normam, quam è Carmelo ab Elia per traditionem acceperant, in communi vivebant, licèt passim *Carmelitæ* nondum vocarentur, & meritò *Carmelitæ* vocari poterant à sua Institutione è monte Carmelo per traditionem accepta, prout Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus, tempore S. Cyrilli Alexandrini, eos in lib. de Initit. Monachorum vocare cœpit, ad distinctionem ab illis, quos ibi, post verba Hieronymi, dicit fuisse Monachos *prolixioris formæ*. Et ratio est: quià nos modò ab omnibus passim, & ipsomet Em. Baronio loco *Telo* 1. citato *Carmelitæ* vocamur ab Essenorum istorũ, ob sævissimas Barbarorum persecutiones dispersorum, *collectione* facta in monte Carmelo, uti probatum est *Respons.* 3. ad *Telum* 1. siquidem illorum Religiosè vivendi forma brevior, ut condistincta à prolixioribus alijs, ibi ab Em. Baronio citatis, erat Essenorum, & reipsâ Carmelitarum, quorum, ut vidimus suprà, videtur noluisse habere rationem; sed aliorum dumtaxat Religiosè vivendi formæ prolixioris, quam isti non sequebantur, sed illam, quam è monte Carmelo ab Elia per traditionem acceperant, quæ, ob aliquam perfectionem restaurationis adjectam, Essenorum dicebatur. Undè, verosimiliter & benigniùs interpretando Em. Baronij mentem, factum puto, quod ipse negarit tunc temporis fuisse Monachos Carmelitas, Ioannem XLIV. & S. Cyrillum Alexandrinum fuisse Monachos montis Carmeli; licèt affirmet, Essenos tunc fuisse, & hôc sensu datô, reipsâ Carmelitas Religiosè vivendi formæ brevioris, cujus istos duos fuisse Monachos nusquam negat, etsi juxta allatam verosimilem & benigniorem interpretationem neget fuisse Religiosè vivendi formæ prolixioris, cujus solius videtur habere voluisse rationem: sed hôc sensu Em. Baronius nobis adstipulatur, & si hôc sensu ipsum intelligant dissidentes Amici, uti verosimiliter & benignius debent, iam confidentes facti sunt amici, nec ultra habent, quod nobis opponant. Verumtamen ad pleniorem eorum satisfactionem. Conclusio Authoris.

691. Sic argumentor primò: Aut Em. Baronius scribens *vel quæ apud hujus temporis Scriptores mentio de culto Carmelo à vitæ Monasticæ professoribus.* 1. Aut negat tudc temporis, vel ante, Carmelum fuisse cultum à vitæ Monasticæ professoribus. 2. Aut affirmat. 3. Aut nec negare, nec affirmare intendit. 4. Aut intendit negare dumtaxat, Carmelum tunc formâ prolixiori vitæ Monasticæ, qualem agnovit in Antonio, Dilemma Authoris pro Baronio.

 Pachomio,

Pachomio, Basilio & successoribus alijs, fuisse cultum?

*Ex Primo sequela ab omnibus reijcienda.*

692. Si *Primum*: Em. Baronius evidenter negat receptissimam Ecclesiæ traditionem, uti manifestum est ex omnibus authoritatibus præcitatis, & sibi ipsi, de traditione minus tunc temporis recepta, vel saltem tunc temporis incomparabiliter minori authoritate munita, ad annum Christi 53. scribenti n 10. *Errant igitur, qui quodam furore perciti, obstinato ac pertinaci animo negant quidquam esse in Ecclesia recipiendum, quod non fuerit Apostolicâ scriptione testatum: nam hac sua ipsorum Lege adscripti, nec ipsum Symbolum Apostolicum, nisi resiliant à pertinaci mentis proposito, recipiendi habent aliquam difficultatem.* numero 11. *Ex his igitur videas quanti ponderis sit ipsa traditio, ut ex ipsa novi Testamenti scripta omnia authoritatem acceperint: quam qui non admittunt, ab ipsis etiam Canonicis scriptis excidant, necesse est.* Numero 13. de traditione addit: *Res quidem maximi ponderis (ut quæ basis quædam & fundamentum totius Ecclesiasticæ œconomiæ esse videatur) est propensiori studio pertractanda.* Ibidem n.21. *Stephanus Papa, idemque Martyr, etsi ejus scripta exciderint, tamen ex ipsis fragmentum, quod recitat Cyprianus* ad Pom. Epist. 74 *quàm constans Assertor Apostolicarum traditionum & earum acerrimus propugnator, extiterit, facilè monstrat: sic enim dicebat adversus omnes, qui ex universo Christiano Orbe viri eruditissimi, atque sanctissimi impugnabant Baptismum Hæreticorum, quod hactenùs ex antiqua traditione Ecclesia non respuebat*: NIHIL INNOVETUR, NISI QUOD TRADITUM EST. *agatur scilicet. Hâc unâ ille sententiâ, & Apostolicæ vocis tonitruo à summâ arce culminis pastoralis intonans, non solùm Africanorum omnium, sed & Orientalium Episcoporum molitiones, atque conatus disjecit, & munimenta illorum ex mille Scripturæ Divinæ locis coagmentata & malè contexta penitùs dissipavit: ut tunc potissimùm Ecclesia Catholica experta sit, qualis quantaque vis fuerit antiquæ traditionis, cùm opus fuerit innumeras Divinæ Scripturæ sententias perperam intellectas, quæ resistere viderentur, uni cedere traditioni:* contradicit, & reipsâ traditionem reijcit, quàm solâ voce amplecti videtur; quod de tanto viro sentire nolo, nec ita sentis, ut credo, alioqui illum non objiceres, nec plus quàm contradictoria te moveret.

*Qui Primum sentit, Em. Baronio injuriam facit.*

693. Qui verò id de isto Em. viro sentit, ipsum summa injuria afficit: & quisquis Carmelitarum Æmulus ipsum nobis objicit, quasi negasset tempore S. Cyrilli Alexandrini, de quo suprà, aut anteà, fuisse vitæ Monasticæ cultum in Carmelo, & consequenter hoc ipsum negat, se & Em. Baronium in errorem ex *n.10* relatum præcipitat: tollit, & vult Em. Baronium abstulisse, traditionem, non absimilem illi, *ex qua novi Testamenti scripta omnia authoritatem acceperunt*: evertit, & asserit Em. Baronium evertisse (*quod maximi ponderis est*) *basim quandam & fundamentum totius Ecclesiasticæ œconomiæ*: consequenter docere debet, & dicere, Em. Baronium docuisse, Stephanum Papam errasse dicendo: *nihil innovetur, nisi quod traditum est*, agatur scilicet. Imò talis Æmulus, similia asserendo, & traditionem tot ac tantis SS. Patrum, Summorum Pontificum, celeberrimorum in Ecclesia virorum, ac aliorum, de quibus *Scuto* XVII. Testimonijs radicatam, negando, & Em. Baronio à se negatam tribuendo, egregium subministrat fundamentum Arianis, Macedonianis, Lutheranistis, & Calvinianis modernis, eò quòd similibus traditionibus impugnentur, ne vocem quidem admittere in animum inducendi, quæ non reperiretur ex Divinis Scripturis accepta, juxta illud Em. Baronij ad An. Christi 53. n 24. *qui, quod traditionibus impugnarentur, nullam sententiam, imò nec vocem quidem admittere in animum induxerunt, quæ non reperiretur ex Divinis Scripturis accepta.* Nos autem ab istis abhorremus, & traditionem illam propugnamus; non quidem ex delirio flagrantis cupidinis avitæ nobilitatis, sed ut istas Ecclesiæ Sanctæ Dei vitemus absurdissimas alioqui sequelas: Ac proindè mirari non debent Æmuli, si nos in isto puncto ab ipsis & Em. Baronio, si dissenserit (uti velle videntur, quod absolutè non credo) cùm tota pene Ecclesia, prout omnes debent, præmissis authoritatibus maturè perpensis, recedamus.

694. Si

694. Si *secundum*: ab Amicis diffidentibus impertinenter omninò nobis objicitur locus ille Em. Baronij; & idem est, si *quartum*: quià sic illud *secundum* affirmamus, ut in *quarti* negationem facilè consentiamus: si quidem ità affirmamus tunc & ante tempora S. Cyrilli Alexandrini fuisse Monachos quoad veri & propriè dicti Monachatus substantiam, sine qua non sunt Monachi, ut negemus tunc & ante tempora Ioannis XLIV. aut S. Cyrilli Alexandrini, fuisse in Carmelo vitæ Monasticæ prolixioris formæ professores, quàm fuerint Esseni, ex quibus S. Marcus primam Ecclesiam Alexandriæ constituit; probavimusque *Scuto* XI. modernos Carmelitas adhuc hodiè observare Regulam, quam S. Albertus eis scripto tradidit, omninò conformem istorum Essenorum Religiosè vivendi formæ. Quod si, non obstantibus istis authoritatibus, his adhuc invideant Æmuli, & Em. Baronium invidisse velint, opponam illud ejusdem Em. Baronij ad An. Christi 31. n. 15. *His cum invideant Novatores, eò devenerunt stultitiæ, vel potiùs iniquitatis, ut malint corrumpere verbum Dei* (ut à tot & tantis viris expositum est) *& Ioannem* (& sic de Elia, Eliseo, & Filijs Prophetarum) *vitæ otiosæ & deliciosæ infamare, quàm Monasticam ab eo* (& priùs ab illis juxta dicta, & prædicta n. 645.) *demanasse vitam; in Ecclesia altissimis defixam radicibus. Evangelij à nempè attestatione* (sive Evangelicorum Testium irrefragabilium) *ut surripi, aut evelli nequeunt, adstipulari vel profiteri.* — *Secundum & quartum impertinenter objiciuntur.*

695. Si *tertium* (*quartò* enim iam est abundè satisfactum:) quàm impertinenter nobis Em Baronius objiciatur lippis & tonsoribus ad oculum patet; nec proinde est, quod vanis istis in solum aerem vibratis *Telis*, ad nos ex ista Æmulorum confessione nihil pertinentibus, evitandis, tempus utilioribus destinatum perdamus. — *Tertium quoque impertinenter objicitur.*

696. Argumentor secundò: vel Em. Cardinalis Baronius (præcisâ disputatione nominis, an Eremitæ & Monachi, qui usque ad tempora S. Cyrilli Alexandrini Religiosè vixerunt secundum Religionis normam, quam è monte Carmelo ab Elia institutam per traditionem acceperunt, tempore S. Cyrilli Alexandrini sint vocati *Carmelitæ, Esseni, Therapeutæ, Rechabitæ, Filij Prophetarum*, præcisè, *Eremitæ* aut *Monachi*, quæ ad rem non spectat, ut patet) judicavit Eremitas & Monachos, qui secundum normam illam usque ad tempora S. Cyrilli Alexandrini vixerunt reipsâ potuisse vocari *Carmelitas*, vel non? — *Alterum dilemma pro Baronio.*

697. Si priùs: eâ ratione, quâ ob præmissa agnoscere debuit, Eliam montis Carmeli Monachum, & Filios Prophetarum ab eo in monte Carmelo institutos, ac postmodum per Palæstinam, & alias Orbis partes, præsertim post Ierosolymis publicatum Christi Evangelium, dispersos, negare non potuit illos reverà fuisse Carmelitas, licèt aliò nomine appellarentur, ut *Filij Prophetarum*, ab Institutione, quam ab Elia & Eliseo sanctis Prophetis acceperant, *Esseni* à sanctitate, *Therapeutæ* à contemplatione, *Iessæi* à IESU propter perfectiones gratiæ Evangelicæ superceptas &c. quià equidem omnes isti fuerunt Eliæ Instituti in monte Carmelo, sive, equidem omnes isti vixerunt secundum Religionis formam, quam è monte Carmelo ab Elia institutam per traditionem acceperunt licèt successu temporis ad Ordinis restaurationem, & cum Evangelio conformationem, novos articulos assumpserint; quià hi Eliæ Instituti substantiam non tollunt, sed perficiunt, ut per se manifestum est. Undè non apparet, cur, sicut isti Eremitæ & Monachi vocati sunt *Filij Prophetarum* ab Institutione, quam ab Elia & Eliseo sanctis Prophetis acceperant, *Esseni* à sanctitate, *Therapeutæ* à contemplatione, *Iessæi* à IESU &c. vocari non potuerint *Carmelitæ* à Carmelo suæ Institutionis loco, prout Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosolymitanus in lib. *de Instit. Monachorum*, indè illos tunc temporis, ad distinctionem ab illis, qui prolixiores formas assumpserant, vocare cœpit *Carmelitas*: siquidem hôc modô *Benedictini* vocantur *Cassinenses* à monte Cassino, — *Solvitur pro 1. Parte.*

*Brunenen ses* vocantur *Carthusiani* à Carthusia, *Franciscani* vocantur *Capucini* à Capuccio; & ipsemet Em. Baronius ut patet ex *Telo I.* Ordinem nostrum vocat *Carmelitarum* à Monachorum dispersorum *collectione facta in monte Carmelo*, quales à fortiori à sua Institutione ab Elia, in monte Carmelo facta, dici potuissent: sed voces sunt signa ad placitum & ex Institutione hominum, ut docent Philosophi. Si posteriùs: quod mihi nullatenùs persuadeo, monstri ingenium à communi sensu SS. Patrum, summorum Pontificum, Historicorum antiquorum & celeberrimorum Doctorum evidenter aberrasse dicendum erit, quod non dicam.

Solvitur pro 2. Parte.

Conclusio Authoris.

698. Igitur: ne dicamus istud ingenij monstrum aberrasse monstrose à communi sensu, & eo, quod agnoscere debuit, iterum adducor, ut dicam, ipsum verbis in *Telo* præcitatis, idipsum dumtaxat voluisse, quod *Resp.3.* & *seq.* ipsi favorabiliter & benignius concessimus, juxta Expositionem *ibidem* factam *Teli*, alioqui Ecclesiæ, ipsi, & nobis valdè injuriosi: præsertim imprimis cum objecti *Teli* argumentum sit merè negativum, ac proindè stramineum, ut vidimus *n.302. & 305.* Deinde cum fateatur Authores, quos pro se citat, frequentem mentionem fecisse de Monachis in Palæstina degentibus, qui reipsâ fuerunt Carmelitæ. Denique cum *Argumento I.* Hieronymum, Cassianum, Theodoretum, ac penè omnes Ecclesiæ Dei SS. Patres, aliosque illis, quos citat, antiquiores, imò & Pontifices, oppositum quoad rem ipsam, à nomine *Carmelitæ* præscindendo, evidenter docuisse probaverimus

Objectio.

698. Respondebunt fortè nostri diffidentes Amici Em. Baronium intendisse respuere & exufflare istius temporis Monachos Carmeli montis, sive *Carmelitas*; quià erant Essenorum Instituti, qui, defectu trium votorum essentialium, non erant verè & propriè dicti Monachi: aut certè; quià nondum à Scriptoribus Ecclesiasticis erant vocati *Carmelitæ.*

Solutio.

699. Sed contra: adversus *primum* Carmeli *Armamentarium* & *Scuta* direximus, ac *Amicorum diffidentium* occurrentia *Tela* efficaciter omninò enervavimus, ut legenti patebit. *Secundum* autem, modò res ipsa nobis concedatur, pro nihilo reputamus: quià non pro nomine, sed pro re ipsa contendimus: nè tamen mihi persuadeam, Baronium, titulô & sapientiâ verè eminentissimum, disputasse nomen *Carmelitæ* dumtaxat, obstat gravior alioqui, quàm vir tantæ sapientiæ ferre debuisset, censura, in concordia *rei*, & sola discordia *nominis*; cum Reales de rebus nobiscum disputent, soli Nominales de nominibus, istorumque nobis gravis sit disputatio, horum levis, cum res quæri debeant, & solæ multum prosint, nihil, aut parum, nomina & voces. Undè si diffidentes Amici fateantur se, & Em. Baronium Sacro Ordini nostro non denegare ab Elia in monte Carmelo hæreditariam successionem quoad *rem ipsam*, sed solùm quoad nomen *Carmelitæ*, sive *Ordinis Carmelitarum*, facilè ipsis, quod leve est, & *nominis*, concedemus: cum ipsemet Em. Baronius, ut vidimus suprà, *in Notis Martyrologij Romani ad diem* 19. *Octobris* scribat: *Porrò ipsum Monachorum Institutum non est recens, sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse, ex his, quæ scribit Philo de Essæis, & quæ habet Dionysius Areopagita, & alij, facilè intelliges, licet nomen ipsum non adeò vetus fuerit.* Sed S. Ordini nostro, quod grave est, & *rei* tenebimus idque ad honorem sanctissimi Prophetæ Dei Eliæ nostri Institutoris, Fundatoris & Patriarchæ, in æternum conservabimus, & totis viribus propugnabimus, cum scriptum sit: *Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua* Eccli, cap. 44. *Nam gloria filiorum patres eorum*, Proverb. 17.

Em. Baronius.

Solutio alia etiam benignior & valde probabilis.

700. Respondeo quartò de superabundanti, juxta *Resp.6. ad Telum I. n.65o.* Em. Baronium non loqui de Monachis montis Carmeli præcisè secundum tria vota essentialia absque Regula præceptiva de agendis & practicandis conscripta, sed solô verbô tradita, quales fuerunt Cyrillus Alexandrinus, Ioannes Ierosolymitanus & alij ipsorum

ipsorum prædecessores, qui, præter antiquum & novum testamentum, Regulam scriptam non habuerunt, ut diximus suprà *Scuto* XI. Sed de montis Carmeli Monachis, sub tribus essentialibus votis & Regula præceptiva de agendis & practicandis sub Haymerico à B Brocardo, jussu S. Bertoldi conscripta, & à S. Alberto Patriarcha Ierosolymitano correcta, ac ipsis ad observandum tradita: quæ cum contigerint octingentis circiter post Cyrillum Alexandrinum, & Ioannem Ierosolymitanum annis, Em Baronius hôc sensu meritò scribit: *Facessat igitur ejusmodi de Monachismo Cyrilli in Carmelo fabella, sicut illa huic haud impar, qua traditur & Ioannes Ierosolymorum Episcopus origenista* (quod postea examinabimus) *fuisse etiam Monachus Carmelita.* Hanc autem esse Em. Baronij mentem, vehementer persuadet id, quod scripsit *Telo I.* suprà *n* 636. dato: *Constantior illa videtur assertio, quod Ordo Carmelitarum, qui in Palæstina in ipso Carmelo fixêre sedes, sub eodem Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem.* Hôc enim suppositô, nè sibi evidenter contradiceret, non potuit de Cyrillo Alexandrino & Ioanne Ierosolymitano aliter loqui, & si intelligatur, locutus ad sensum, quô de ista origine locutus est, quem inter alios *n* 650. dedimus, non est, quod Em. Baronius nobis objiciatur, cum ad sensum istum id, quod dicit, ultrò fateri debeamus. Unde

701. Respondeo quinto: non incongruè etiam dici posse, juxta *Resp.* 7. *ad Telum I. n.* 651. Em. Baronium solummodò velle, Cyrillum Alexandrinum & Ioannem Ierosolymitanum non fuisse montis Carmeli Monachos, Ordinis tunc positivè à Summo Pontifice confirmati. Ratio est: quia sicut, attentâ solâ Ordinis confirmatione ab Alexandro Pontifice, de eo dicit, *sub eodem Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem*; ita consequenter, attentis Monachis, Ordinis tunc positivè à Summo Pontifice confirmati, de Cyrillo Alexandrino & Ioanne Ierosolymitano dicit: *non fuisse montis Carmeli Monachos*, quod isto sensu unanimiter fatemur, modò cæteri nobiscum afferant, quod suprà probavimus, Summi Pontificis confirmationem tunc temporis non fuisse necessariam. Undè finio cum aurea sententia Isidori ——— ——— ———: *quia scripta medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impingunt, cum ante judicant, quàm intelligant, antè culpent, quàm iterando lecta perquirant.* Quæ attentis totâ hâc *Pharetrâ* præmissis, meritò afficit omnes illos, qui duo præmissa ex Em. Baronio *Tela* in nos vibrant, aut acrius remittunt, quasi Ordinis Carmelitarum antiquitati obessent; faxit Deus, ut deinceps non ante judicent, quàm præmissa intelligant, & *Tela* ista continebunt, nec ante Em. Baronij scripta culpent, quàm, iterando lecta a nobis præmissa, verum Em. Baronij sensum perquirant, & Em. Baronij scripta nobiscum excusabunt: Sed de Em. Baronio plura intrà §. 3. & 4.

Solutio ult. non minus benigna & probabilis.

ALIO-

# *ALIORUM AMICORUM* DISSIDENTIUM PRÆTENTIONES

Aliorum Prætentiones.

701. POst datam, ut spero, Amicorum dissidentium præcipuis satisfactionem, quâ cæterorum prætentiones consequenter elidi videbantur, occurrunt prætendentes alij, qui suis pretentionibus suas quoque expectant solutiones, aut certè, per satisfactionem alijs datam, sibi consequenter per eam abundè satisfactum exigunt demonstrari; quod ad universalem concordiam libenter demonstrabimus. Itaque sit

## §. I.

## PRÆTENTIONES

### *Ex R.D. Laurentio Landtmeter S.T. Licentiato Ordinis Præmonstratensis.*

### PRIMA

Objectio 1. contra Monachos montis Carmeli ante Hilarionem.

702. DOminus Laurentius Landtmeter *lib. 1. de vetere Clerico, Monacho &c. cap. 3.* dicit: *Et quidem si sermo sit de vita cœnobitica Monachorum Palæstinorum, occurrit mihi de Monachis montis Carmeli dubium intricatius, quàm nodus Gordius. Scribit S. Hieronymus in vita Hilarionis*: necdum tunc Monasteria erant in Palæstina, nec quisquam Monachum ante Hilarionem in Syria noverat: ille fundator & eruditor illius conversationis & studij in hac Provincia primùm fuit. *Verba apertissima sunt, quæ non admittunt ullam tergiversationem.* Unde hic nodus Gordius ab authoritate S. Hieronymi in tribus consistit. 1. quod ante Hilarionem nullus fuerit Monachus in Syria. 2. quod antè ipsum non fuerint monasteria in Palæstina. 3. quod ipse fuerit in Syria, sive Palæstina, monasticæ conversationis & studij primus fundator & eruditor.

SOLU-

# SOLUTIO.

Fuerunt in Palæst. monachi ante Hilarionem.

703. RESpondeo 1. Ad primum: fuisse in Syria, sive Palæstina, Monachos ante Hilarionem, constare.

Hieronymus.

704. *Primò*: quia Eliam fuisse Monachum efficaciter probavimus *Scuto III. & VI.* Monachorum institutorem *Scuto IV.* Carmelitarum Patriarcham, *Scuto XVII.* Item Eliseum, & filios Prophetarum, & Essenos fuisse Monachos *Scuto V. & VII. ac n. 684. ad n. 690.* pro quibus D. Landtmeter sufficere debuisset unus solus Hieronymus, cum huic soli insistat, *Epist. 13. ad Paulinum*, ubi sic: Nos *autem habemus propositi nostri Principes; si ad Scripturarum authoritatem redeam, Princeps noster est Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum. Huius Etiam propositi in Evangelio Baptista Ioannes author extitit. Iam deinde progeniti sunt huius conversationis nobilissimi Principes Paulus, Antonius, Hilarion* (nota) *Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per Vniversum mundum adolevit sancta institutio monachorum.* Imò Ioannes natione Sarracenus, Actorum S. Epiphanii Scriptor, eiusque discipulus, ibi scribit: *Hilarionem in Palestina monasterio sub Luciano Abbate à iuventute sua monasticem fuisse professum.* Quod autem hoc monasterium fuerit distinctum à Gazensi, de quo infrà nu. 719. videtur manifestum; quia S. Hieronymus in vita eius cap. 8. 9. 28. scribit Gazense fuisse à S. Hilarione extructum an. 330. ætatis eius 38.

Myræus. Waldensis. Solinus. Henriquez. Genebrardus. Balbinus. Ioseph. Antiochenus. Greg. Nyssenus. Nazianzenus.

705. *Secundò*: Eliam, & Eliseum, ac filios Prophetarum, fuisse Monachos in Syriæ & Palæstinæ monte sive Carmelo, etiam efficaciter probatum est *Scuto VIII. & XVII.* Si verò, istis non obstantibus, plenius instrui cupiat, accipiat dogmata Authorum celeberrimorum in ARMAMENTARIO citatorum: Myræi n. 32. *Illi verò filij Prophetarum, Essenique Palestinam incolentes (quemadmodum & Esseni postea in Ægyptum traducti) miris exemplis captam institutionem vsque ad Virginis partum produxerunt.* Waldensis n. 34. ad hæc verba 4. *Regum 6.* Ecce locus, in quo habitamus &c. *Multi manserunt* ibid. *iuxta littus Iordanis; quidam autem in Carmelo* etc. Camarti ibid. *Celebres discipulorum scholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho* &c. *Tot enim discipulos velut propagines, in ipso Carmeli capite coegit Elias* &c. *Et postremò tot discipulorum collegia à nostro Elia instituta, montes, deserta, vicos omnes obtinuerunt à mari, cui adhæret Carmelus, ad flumen vsque Æthiopiæ* &c. vide eumdem n. 71. Caij Solini n. 40. *Interiora Iudaæ Esseni tenent.* de quibus Henriquez *Sum.* tom. 2. lib. 12. cap. 5. *Ab Elia fertur Essæorum Religio ortum habuisse in monte Carmelo.* Genebrardi n. 66. *Eliseus construxit cellas Prophetis in Hierichuntis solitudine, manavit institutum, & loci Religio ad posteros, fuitque desertum hoc vsque ad Engaddi ab Essenis habitatum.* Item n. 70. *Essenorum origo altius repetitur, nempe à Prophetis Elia & Eliseo, qui Carmelum montem terræ sanctæ primitus consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura filios Prophetarum appellat,* vide dicta n. 682. Balbini in *Epistola ad Antoninum Imperatorem.* Anno 140. vbi exclamat: *O Antonine inter mirabilia in hac Regione, Mons est Carmelus, in quo, & vetus religio, & sanctitas ab Elia antiqua est.* Iosephi Anthiocheni de milit. primit. Eccles. *Speculi* cap. 12. & 72. *Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadiutores, surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces: qui de Monte Carmelo descendentes, per Galileam, Samariam & Palæstinam, fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in virginitatis Mariæ honorem, in Carmeli Montis declivio fabricantes oratorium, Salvatoris Matri specialiter servierunt.* Gregorij Nisseni in Baptismate Christi: *Elias Carmelum incolebat; clarus autem Mons propter virtutem inhabitantis.* Gregorij Nazianzeni Epist. 236. *Elias Carmelicola.* Et in orat. de pauperum amore: *præclara est solitudo, & vita hominum commercio semota, idque nunc docet Elias Carmelus, & Ioannis desertum.* Et infra: *vt ab omni negotio tranquillè philosopharer, mentemque ipsi colloquium haberem. Elias Carmelum incolebam, Ioannisque*

Abulensis. *desertum, ac cœlestem eorum, qui hoc genus profitentur, vitam.* Abulensis 4. Regum. 1. q. 5. *Manebat Elias in monte Carmelo: nam postquam accepit ignem à Domino pro sacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, semper voluit manere in monte illo religiose vivens.* Will. Episcopi Tyri lib. 5, *de bello sacro c. 5.*
Tyrus. *Carmelus mons in Syria. Eliæ, Elisei & aliorum filiorum prophetarum incolatu valde nobilis.* Dominici
Gravina. Gravinæ. *lib. vox turturis p. 2. cap. 5.* vbi de monte Carmelo, Elia, & eius alumnis, scribit: *mons verè celeberrimus, in quo fructuosus ille palmes Elias commoratus, solitariam, ab hominum consortio semotam professus est vitam, quem primum colendæ virginitatis authorem Patres & Doctores appellant, obedientiæ & paupertatis prototypum, quem principem Monachorum Hieronymus vocat, cum Eliseo, cum filijs prophetarum, qui habitabant in agris & solitudine, & ædificabant sibi tabernacula iuxta fluenta*
Baronius. *Iordanis* Vnde meritò Em. Baronius ad annum Christi 1145. *Duxitque in montem Carmelum Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum.* Quod conforme est ijs, quæ præmisit ad an. 340. n 8. *Erat quidem in Oriente summum illud genus instar Eliæ ac Ioannis Baptistæ cunctis hominibus, etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipsis venerandum* &c. vide dicta n. 686 & 687.

706. *Tertiò:* quia idipsum fatetur author, cujus objectionem solvimus *ibid. cap. 2.* scribens: *Institutum Monachorum cœpit, ut ex Dionysio diximus, à temporibus Apostolorum* (de quibus *cap. 1.* ait: *licet Apostoli ex Christi ordinatione essent Clerici, monasticem tamen quoque profitebantur, ut meritò Bellarminus* lib. de Monachis cap. 5. *vocet eos* primos Christianorum Monachos. *Vovisse Apostolos author est S. Augustinus* lib 17 de Civitate Dei cap. 4. (alium locum insuper ex Augustino vide n. 685.) *& sequitur S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 11. ad 3.* dixerunt potentes illi (*inquit Augustinus*) ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te; hoc votum potentissimi illi voverunt.] *Vnde Eliam, Eliseum & filios prophetarum veteris Testamenti Monachos vocat S. Hieronymus* Epist. 4 ad Rusticum: *de quibus Apostolus ad Hebræos 11.* circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & cavernis terræ. *In novo Testamento jure Patriarcham sibi esse Monachi gloriantur Ioannem Baptistam, ac verissimè de eo scripsit Chrysostomus Homil. 1. in Marcum:* sicut Sacerdotum Principes sunt Apostoli, sic Monachorum Princeps Ioannes Baptista. *Proximè hunc sequuntur Essæi, sive ut eos vocat Epiphanius, Iessæi, quorum vitam admirabilem latius descripserunt: Philo, Iosephus, Hieronymus* &c. Nunquid Apostoli, Elias, Eliseus, filij Prophetarum, Ioannes Baptista (pro quo vide *n. 645.*) & Essæi, fuerunt ante Hilarionem Monachi in Syria, & Palæstina? & quidem Monachi eô sensu, quô *ibidem cap. 1.* dictus author præmittit: *Tertiò (& propriè), S. Dionysius de Eccles. Hierarch. cap. 6. Monachos sic appellatos dicit,* à puro Dei famulatu, individuaque ac singulari vita, promissione ac votô firmata (*nota,*) quæ eos unum efficit rerum divinarum conjunctionibus, atque cum uno conjungit, & cum sacra Monade colligit *&c.* Quod *de promissione ac voto*, efficaciter probavimus *Scuto* II. VI. VII. ac alijs *locis n. 682. 684. 685. & n. 704. citatis.*

Addit quidem præfatus author ibid. *Neque enim, quando Therapeutas, aut Monachos, nominat Dionysius, eos intelligit, qui in vastis solitudinibus oberrantes, solitarij vivebant* silvicolæ & exules vitæ. *Sed eos dixit Monachos, qui licet ex vi instituti monastici laicorum ordinem non transcenderent, majorem tamen vitæ sanctimoniam profitebantur* &c. Sed in eo contradicit Dionysio dicenti: *singulari vita promissione ac votô firmatâ*, nisi velit Ioannem Baptistam, Apostolos, & modernos Monachos suâ vitâ promissione ac votô firmatâ laicorum Ordinem non transcendere, quod indubiè velle nequit.

Cassianus. 707. Quartò ipsemet Cassianus, ipsi Hieronymo coævus, in Operum suorum Præfat. *ad Castorem Pontificem*, in qua D. Hieronymi Opera numerat & extollit, dicit: *In eo quoque præceptis tuis satisfacere studebimus, si quid fortè non secundùm typum majorum antiquissima constitutione fundatum, sed pro arbitriô uniuscujusque instituentis monasterium, vel diminutum vel additum in istis Regionibus comprobaverimus, secundum eam, quam vidimus, monasteriorum Regulam per Ægyptum*

*gyptum vel Palæstinam* (nota, ibidem præmisit; *poscis, præcipisque ut instituta monasteriorum, quæ per Ægyptum ac Palæstinam custodiri conspeximus* in monasterijs antiquitus fundatis, ut sequitur) *antiquitus fundatorum, fideli sermone vel adijciam, vel recidam: nequaquam credens rationabilius quippiam vel perfectius, constitutionem novellam in occiduis Galliarum partibus reperire potuisse, quàm illæ sunt instituta, in quibus ab exordio prædicationis Apostolicæ à Sanctis ac spiritualibus Patribus fundata monasteria ad nos usquè perdurant.* Si *ab exordio Apostolicæ prædicationis* in Palæstina erant monasteria ergo ante Hilarionem: ergo S. Hieronymus alio sensu loquitur, quem *n.*712.713.*&*714. adferemus.

708. Respondeo 2. ad secundum: fuisse in Syria & Palæstina Eliæ, Elisei, filiorum Prophetarum, Essenorum &c. Monasteria ante Hilarionem, etiam constare.

709. Primo: quia id omninò evincunt præmissa ad *Primum*; sive, in rigore grammaticali sistendo, *Monasterium* sumat pro *unius* Monachi *statione*, mansione aut habitaculo, quomodò videtur intelligendum illud Ruffini lib. 2. *de vitis Patrum* cap. 5 *In qua, scilicet* Urbe Hiericho in Thebaide, *erant plura monasteria quàm domus, ut nec portæ ipsæ Civitatis, nec turres, aut ullus omninò locus Monachorum habitatione vacaret.* Sive pro multorum Monachorum per modum unius habitaculo, juxta illud S. Augustini *super Psalm.* 132. Ecce quam bonum: *qui ergò sic vivit in unum, ut unum hominem faciat, ut sit illi verè cum fratribus anima una, rectè dicitur μονὸς, id est unus solus.* Et hoc sensu loquitur Hieronymus in Epist. ad Rusticum: *mihi placet, ut habeas Sanctorum contubernium &c. ut doceam te, non tuò arbitriò, sub unius Patris disciplina, consortioque multorum.* Et Severus Sulpitius *Dialogo* 1. cap. 5. & 11. *Habitant in uno loco plerumque centeni, quibus summum jus est, sub Abbatis imperio vivere, nihil arbitriò suò agere, omnia ad nutum illius potestatemque pendere.* Evincunt inquam, saltem pro 1. Parte, cum indubiè Monachi isti non manserint sub dio, sed suas sibi habuerint speluncas, casas & habitacula, juxta illud Hieronymi in Epist. 13. ad Paulinum: *Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces, filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudine, & faciebant sibi tabernacula, juxta fluenta Iordanis,* &c. Item Epist. ad Rusticum: *filij Prophetarum, quos Monachos in veteri Testamento legimus, ædificabant sibi casulas prope fluenta Iordanis, & turbis urbium derelictis, polentâ & herbis victitabant.* Quoad 2. partem verò illud 4. Regum 6. *Ecce,* dicebant Eliseo filij Prophetarum, *locus, in quo habitamus coram te angustus est nobis, eamus usque ad Iordanem, & tollamus singuli de silva materias singulas, ut ædificemus ibi locum nobis ad habitandum.* Quid, obsecro, *locus, in quo habitamus,* & *locum nobis,* aliud sonat, quàm multorum Monachorum per modum unius habitaculum, sive monasterium? Addit Waldensis loco citato *n.* 34. *Et sic tandem manserunt multi ibid. juxta littus Iordanis; quidam autem manserunt in Carmelo* &c. Abbas Ioachim in lib. concor. vet. ac novi testam. *vita Prophetica transivit ab Elia in Eliseum, qui cum maximè floreret, instituit ordinem Conventuum.* Bolducus lib. 3. de Ecclesi. ante Legem cap. 6. *Constat ex libris Regum, multa ac frequentia filiorum Dei, qui posteà filij Prophetarum sunt appellati, in illa, aut circa illam Tribum, extitisse cœnobia, nempe in Galgalis, Bethel, & Iericho. Præter illud celebre Haberis in Querceto, quod dicebatur Somnium juxta Cades* &c. Camartus n. 34. citatus: *Celebres discipulorum scholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho* &c. *tot enim discipulos velut propagines in ipso Carmeli monte cœgit Elias* &c. & *postremo tot discipulorum collegia à nostrò Elia instituta, montes, deserta, vicos omnes obtinuerunt, à mari, cui adhæret Carmelus, ad flumen usque Æthiopiæ* &c. Genebrardus *n* 66 citatus: *Eliseus construxit cellas Prophetis in Hierichuntis solitudine, manavit institutum, & loci Religio ad posteros, fuitque desertum hoc usque ad Engaddi ab Essenis habitatum.* Quid obsecro *cœnobia, scholæ discipulorum Eliæ, collegia eorumdem, conventus, constructio cellularum Prophetarum filijs,* aliud, quàm Monachorum habitacula, sive monasteria? Certè nihil, nisi de nomine disputetur; præsertim cum Eminen. Baronius *in Annotat. ad Martyrolog. Rom. sub die*

Quid monasterium.
Ruffinus.
Augustinus.
Hieronymus.
Sev. Sulpitius.
Hieronymus.
4. Reg. 6.
Waldensis.
Abbas Ioachim.
Bolducus.
Camartus.
Genebrardus..

19. *Octobris*, ex Augustino scribat: *Unde Augustinus in Ioannem tract. 97 sic ait monasteria & Zenodochia postea sunt appellata novis nominibus; res autem ipsa ante sua nomina erant.* Et sub anno 301. sic argumentetur: *planè, si Asceta erant, oportuit Ascetaria quoque fuisse, in quibus continerentur.* Id est, *si Monachi & monasteria* &c.

Corollarium.

Obiectio ex Hieronymo præoccupatur.

Colliges ex præmissis, quid respondendum ad alterum locum S. Hieronymi, in *Prologo* vitæ S. Pauli: *Inter multos sæpè dubitatum est, à quo potissimum Monachorum Eremus habitari cœpta sit: quidam enim altius repetentes, à Beato Elia & Ioanne Baptista sumpsere principium, quorum & Elias plus nobis Propheta videtur fuisse, quàm Monachus; & Ioannes, ante prophetare cœpisse, quàm natus est. Alij autem (in quam etiam opinionem vulgus consentit) asserunt Antonium hujus propositi caput, quod ex parte verum est: non enim tam ipse ante omnes fuit, quàm ab eo omnium incitata sunt studia.* De Elia *Monacho* patet ex dictis *Scuto* XVII. & *Pharetra ult. Telo* II. *à n.*677. *ad* 690. De Ioanne verò patebit *ex §.* II. *seq. per totum*. De Antonio satis actum est à *n.*640. *ad n.*650. Quod autem dicat S. Hieronymus: *quorum & Elias plus nobis Propheta videtur fuisse, quàm Monachus.* Præmissis non obstat: quia sicut Christus, dicens Ioannem Baptistam *esse plusquam Prophetam*, non negavit eum, qui Propheta altissimi vocatur, esse *Prophetam*; sic Hieronymus, scribens Eliam plus sibi videri Prophetam fuisse, quàm Monachum, non negavit *Monachum* fuisse, cum expressè dicat, *Quorum & Elias.* Sed Monachatui, sive votis, vitam Propheticam adunavit, juxta illud Ioannis Ierosolymitani de Instit. Monachorum cap. 10 *Quamobrem etiam sapiens S. Elia dixit:* Prophetas facis successores post te: *non ideò hoc dixit, quod Elias suis successoribus Spiritum prævidendi vel prænunciandi futura conferret: sed ideò potius, quia Elias Monachos successores post se instituit; non tantum ad vitam monasticam observandam secundum formam à Deo sibi traditam; sed etiam ad hoc officium, ut scilicet prophetarent, hoc est, ut in Psalmis & canticis, & hymnis devotè Deo psallerent; & ut Deum, non solum corde & ore, sed etiam cum instrumentis musicis laudarent, & propterea appellati sunt* Prophetæ, *id est* psallentes. Movet autem S. Hieronymus ibi quæstionem occasione S. Pauli Eremitæ; & quærit, quis instar illius vitam Eremiticam & Anachoreticam cœperit; & ostendit, plus ab Elia & Ioanne Baptista cœptum, prout à S. Augustino plusquam vita monastica in Africa est cœpta, scilicet vita monastica Clericalis; ex quo non sequitur, monasticam quoque non esse ab Augustino cœptam.

Ioannes XLIV.

Quid Eremitorium.

710. Secundo: quia sicut Eremitorium indifferenter sumitur pro unius aut plurium Eremitarum habitaculo, ita & *monasterium* pro unius aut plurium Monachorum habitaculo: si tamen D. Landtmeter velit *monasterium* à nobis aliô magis rigorosô sensu esse accipiendum, non obstabit nostræ solutioni, modò nobis istô latiori sensu acceptum, concedat fuisse ante Hilarionem in Syria & Palæstina; quia ad historiæ ac thesis nostræ veritatem non ita attendere debemus ad monasterium materiale pro tali vel tali structura lignorum, lapidum &c. uti ad formale pro vitam agentibus monasticam, sive cœnobiticam, quam ipse *lib.* 2. *cap.* 2. definit, *Plurium fidelium convictum, obedientiam, castitatem, paupertatem profitentium sub unius Patris imperio.* Et subdit: *dixi suprà, Monachos in Cœnobijs degere sub unius Abbatis, sive Patris imperio. Erat illud olim, ac in primo fervore latissimè se extendens, quando nulla alia Monachis Regula, quàm majorum traditio, & superioris arbitrium, ac ejusdem pro ratione voluntas.* (Quô confirmat à nobis præmissa *n.*100. 101. & 102.) filios autem Prophetarum talem vitam cœnobiticam egisse in monte Carmelo, Syria, & Palæstina, constat ex dictis *n.*704. & *seq.* & confirmatur ex Damiano, Abulensi, Bellarmino, Gravina, Gillemanno, Tritemio, Camarto, Bradleyo, Alcazar, Sanchez, Saliano, Schentner, Novarino *n.*688. citatis, alijsque additis *n.* 689 intellectis juxta locum ex D. Thoma & Augustino paulo ante *n.*706. citatum. Pro eorum verò obedientia, paupertate & castitate, vide *Scutum* III. V. VI. & VII.

711. Respon-

*Non plus Hilarion in Palæst. quam Anton. in Ægypto.*

*Baronius.*

711. Respondeo 3. ad tertium: id esse efficaciter præoccupatum *n.*677. & 678. *ad* 690. Non enim plus Hilarioni in Syria & Palæstina, quàm Antonio in Ægypto concedi debet: Em. tamen Baronius *n.*640. citatus dicit: *adeo ut cœnobitarum Monachorum, idem Institutor sit habitus, vel potius Restitutor* &c. Imò *n.*642. subdit: *In Pachomio, Hilarione* &c. *sunt innovata antiqua miracula*, utique monasticæ institutionis. *Prophetarum & Apostolorum.* Adstipulatur D. Bivarius lib. 4. de Monachatu Palæstinæ cap. 1. n. 1. *Vnde tanta in Palæstina Monachorum segnities, nisi ob diuturnitatem exordij? Inde est, ut cum Hilarion illuc ab Ægypto Monachus comitibus appulit, primus monasticem inducere visus est, non aliter atque Antonius in Ægypto, eam novis legibus reparando, Monachorum parens, primusque institutor judicatus est: atque in eum sensum Hieronymus de Hilarione cap 9. authore ejus*: necdum tunc erant monasteria in Palæstinâ, nec quisquam Monachum ante S. Hilarionem in Syria noverat. *&c. videlicet loquitur de monastice ad meliorem formam reducta.* Et meritò, cum Isidorus Hispalensis *lib. 2. de officijs cap. 5.* dicat: *quantum enim pertinet ad authoritatem veterum scripturarum, hujus Propositi Princeps Elias & discipulus ejus fuerunt* &c. *hujus etiam propositi in Evangelio Ioannes Baptista extitit.* &c. *tam deinde progeniti sunt conversationis hujus nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion* (nota) *cæterique Patres* &c. *ad imitationem scilicet Eliæ & Ioannis Baptistæ, qui Eremi secessus penetrarunt* (quos ante Hilarionem fuisse in Syria & Palæstina patet ex præmissis *n.*705.) Ipsemet Hieronymus in Epist. ad Paulinum: *nos autem habemus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem* (nota) *& ut ad Scripturarum authoritatem redeam, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filij Prophetarum.* Et S. Macharius (Pauli discipulus, ut varij) in Serm. ad Monachos: *fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum, ac filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris testamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà: *Hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi* (inter quos Hilarion) *hujus propositi sectatores, qui ideircò laudibus extolluntur, quia à cœpto ordine nullatenus leguntur deviasse.*

*Isidorus.*

*Hieronymus.*

*Macharius.*

712. Respondeo 4. pro prima S. Hieronymi expositione: S. Hieronymum, attentis persecutionibus, quæ ante Hilarionem in Palæstina & Syria contigerant ut vidimus *n.*647. voluisse post illas ultimas ante Hilarionem persecutiones, non fuisse ab alio restaurata inibi monasteria, nec repertos Monachos in illis unà habitantes: ac proinde Hilarionem primum illa restaurasse, & Monachos in unum collegisse, hôcque sensu S. Hieronymus dixit: *Hilarionem, fundatorem & eruditorem illius conversationis & studij in hac Provincia primum fuisse.* Quod à fortiori innuit ipse D. Landtmeter verbis *ibid. cap. 3.* citatis: *obiter tantum adverto, non ita asseruisse Illustrissimum Baronium, Antonium vitæ cœnobiticæ restitutorem, ut existimasse credendus sit, eam post primorum Christianorum tempora ad Antonium usque, prorsus ac ubique interruptam* &c. *Sed quia sanctas illas Congregationes frequentium persecutionum turbo dispersérat*: quando, *inquit idem Baronius*, non tantum simul agentes, & conventus publicè celebrantes, sed & latentes in penetralibus, alijsque latibulis, quæsiti, abripiebantur ad necem, *coacti fuere plures Monachi se in deserta loca abdere, neque prius in unum corpus convenerunt, quàm S. Antonius*, divinô afflatus Numine, dispersos per solitudinem Monachos in unum collegit, & in diversis locis, tamquam in diversis alvearijs apum examina, distribuit. *Vnde scripsit S. Hieronymus in vita* Pauli *Thebani*: eos ex parte verum dicere, qui Antonium adserunt propositi monastici caput; non tàm quod ipse ante omnes, quàm quod ab eo omnium excitata sint studia: *Ita ille.* Sed subde id, quod S. Athanasius de ipso in ejus vita scribit: *igitur S. Antonius secum reputans, oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud exemplum vitam suam debere componere* &c. Et Author vitæ S. Pachomij: *erat per id tempus B. Antonij vita cunctis ad imitandum præclarè proposita, qui magni Eliæ, atque Elisei, nec non & Ioannis Baptistæ æmulator existens* &c. Non arbitror autem ipsum probare posse, Hilarionem plus fecisse in Syria & Palæstina, quàm ibi Antonio adscribit, & adscribitur; attamen hunc ob inde so-

*Expositio I. S Hieronymi.*

*Athanasius.*

lum facit restitutorem, dispersorum Monachorum collectorem, & studiorum eorum, quodammodò sopitorum, excitatorem; à quibus non recedit Myræus apud *Lezanam Annal. Tomo 2. ad An. Christi 291.* de Hilarione è Græcorum monumentis, scribens: *Essenorum dispersorum, in Carmelo Palæstinæ reparator magnificus.* Dixi *à fortiori*: quia nullus Sanctorum Patrum, aut Historicorum Hilarioni tantum tribuit, quantum ab omnibus passim Antonio tribuitur. Et hæc sit prima mentis Hieronymi expositio.

Expositio 2. eiusdem. Lezana.

713. Respondeo pro secunda S. Hieronymi expositione: Lezanam *Annal. tom. 2. ad Annum 253. n. 3.* probare, ante Paulum fuisse Eremitas & Anachoretas, ut sequitur: *Et ut omittamus Eliam & filios Prophetarum, quos Carmeli, & Iordanis fluenta frequentasse S. Paginæ testimonijs credere convincimur, ut propterea de ipsis Hieronymus* in Epist. ad Rusticum *dixerit*: ædificabant sibi casulas prope fluenta Iordanis, & turbis Urbium derelictis. *Et in* Epist. 13 ad Paulinum, *sæpius referenda*: habitabant in agris, & solitudinibus, *& Ioannem Baptistam, qui ipsorum secutus vestigia* antra deserti teneris sub annis, *ut Ecclesia canit*, fugiens petijt. *Quia solum se dicens loqui de Eremitis post Ioannis & Apostolorum tempora: sanè etiam post illa, & ante nostrum Paulum plures fideles Eremi cultores fuisse omninò compertum cunctis esse debet. Etenim de Essenis, seu Elisenis, nostri prophetici & Eliani Instituti, ut sæpius inculcavimus professoribus, loquentes, clarè constat, inter ipsos plures fuisse, ex dictis suprà* in Apparat. cap. 1. 2. 4. & tom. 1. sub. an. 3545. n. 40. *Mariam quoque Magdalenam per 30. annos eremum incoluisse*, dicta sub anno 48. *sufficienter ostendunt. Item S. Telesphorum Papam & Martyrem ex nostrorum Anachoretarum instituto ad eam summam dignitatem evectum, quæ diximus cum tota historicorum cohorte* sub anno 142. *dilucidè demonstrant. Casu etiam quod ipse non tam Anachoreta, quam Anachoretæ filius (ut quidam putavit) censeatur, ex eo etiam illo ævo non defuisse Anachoretismi sectatores manifestè elicitur. Ad hæc, ex historiâ S. Frontonij Abbatis, quàm* ex lib. 1. Vit. Patrum *extraximus* sub an. 151. *luce clarius constat, tum ipsum, tum septuaginta alios cum eo monachos, eremi deserta longo tempore habitasse. Numquid non etiam Basilides ille, de quo* sub an. 69. *dictum, Carmeli deserta coluit?* & *Amator Veronicæ conjux, de quo* sub an. 75. *quædam recitata, in Gallijs editissimi montis colonus non fuit, ad instar eorum, qui prope Nazareth Carmeli iuga tenebant? de S. Heleno quoque celebri Abbate, Episcopo post, manifestè liquet etiam Eremiticam & Anachoreticam duxisse vitam, ex vitis Patrum, & dictis* sub an. 170 *Serapionem præterea Anachoretam aliqui volunt, quos retulimus* sub an. 189. *Addimus*: *Narcissum, Ierosolymitarum Antistitem, inter Anachoretas unum fuisse refragabitur nullus, qui legerit scripta* sub an. 186. *Et cur id non etiam dicetur de Fructuoso, de quo* sub an. 237. & 238. dictum: *& de Dionysio, hoc tempore superstite, & postea ad Pontificatum evecto, de quo* sub anno. 247. *dicere incepimus. Nonne etiam Marchion Hæresiarcha, ut* sub anno. 145. *ex Epiphanio diximus, solitariam vitam duxit? Quod & alij hæretici æmulati fuerunt, prout ex eodem Epiphanio* sub anno. 175. *multis retrò annis ante Pauli ortum, scripsimus. Pro comperto ergo sit* Paulum *nostrum, de quo in præsenti, non ex eo primum Eremitam vocitatum, quod primus omninò inter Christianos Eremi invia coluerit, desertumve habitaverit; sed quia inter eos celeberrimus à D. Hieronymo scriptis commendatus, per nonaginta annos Eremi colonus, omnibus incognitus, loco remotissimo agens, & vita sanctitate valdè conspicuus. Diximus etenim superius* sub an. 36. *familiarissimum, tum sacris, tum prophanis litteris esse, ut is primus alicuius rei author vocitetur, qui eam iam ab alio cæptam valde perficit, & amplificat; quod & in* Paulo *manifestè cernitur. Quidni? Nonne & Hieronymus ipse, qui in* vitæ eiusdem Pauli Prologo, *dum quæreret* à quo potissimum Monachorum Eremus habitari cœpta sit; *aliorumque opiniones quadantenus reijciens, suamque promens dixerit*: Paulum Thebæum Principem istius rei fuisse, *subiungit proximè*: quod non, tam nomine, quàm opinione, nos quoque comprobamus, *denotans hunc primum Anachoreticum* Paulo *tributum opinionis vulgi sensui maximè inniti. Varias sane huius clausulæ intelligentias, præsertim cum Codices maximè in ea varient, habeat lector ex Mathæo Galeno cap.* 4. *de orig. monast. & Heriberto Rosweido in annal. ad vitam S. Pauli erem.* v. 8. *Sed quam adduximus, credimus*

Eremitæ ante Ioannem — ante Paulum — Magdalena — Telesphorus. — Frontonius — Basilides — Helenus — Narcissus — Fructuosus — Dionysius — Marchion. — Cur Paulus primus Erem. dicatur.

*illi magis legitimam. Non tamen omninò à veritate discordat ea, quam Genebrardus lib. 3. Chron. ad an Christi 276. adduxit, his verbis*: Paulus Eremum primus colere incæpit. Hinc Eremitarum origo (Hieron. in eius vita,) supra tamen audiuimus è Damaso, Telesphorum, nonum à Petro Pontificem, fuisse Anachoretam. Nempe Anachoretica vita potest transigi extra deserta & inculta loca. *Cæterum nedum Anachoretas, sed etiam Eremitas aliquos, etiam ante Paulum, extitisse, sufficienter comprobant ea, quæ adduximus. Quod verò discrimen sit inter Anachoretas & Eremitas*: in Apparatu cap. 4. *dictum manet. Sed veritatis scopum apprimè attigit Iacobus Gualterius tab. Chron. 3. sæculo, ea dicens, quibus tota nostra historia maximè illustratur*: Anachoreticæ (*inquit*) seu Eremiticæ vitæ status feliciter inchoatus à S. Paulo, communiter vocato primo Eremita. Geneb. in Sixto II. Baron. an. 253. n. III. & seqq. Quamuis, si propriè loquendum sit, author potius vocetur, quod illam magnopere illustrarit, ac perfecerit, quàm quod inuenerit: siquidem (vt nihil dicam de Elia, qui vt plurimum versabatur in Monte Carmelo, vt ex libris Regum perspicuum est, & quidem pilis indutus, ac Zona pellicea præcinctus, vt 4. *Reg.* 1. 8. indicatur; nihil item de Ioanne Baptista, qui ab infantia vixit in deserto, pilis camelorum indutus, ac locustis victitans, *Matth.* 3. 1. 4. & *Luc.* 1. 8. nihil denique de alijs, qui teste Paulo Apostolo *Hebr.* 11. 37. 38. circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus) Telesphorus, vt in 2. seculi columna prima obseruatum est, Anachoreta priùs fuit quàm in Pontificem eligeretur. Adde quod non solum S. Cyprianus, ac Tertullianus meminerunt voti castitatis, velique Sanctimonialium in Ecclesia factitati, sed præterea S. Dionysius Areopagita, Pauli Apostoli discipulus, *Eccl. Hierar. cap.* 6. Monasticam professionem extollit, etiam designatâ, inter alias ceremonias: tonsurâ, atque habitus mutatione, suo tempore usitatâ. Adeo ut neque dubium cuspiam esse queat, quin vita Anachoretica, generalius sumpta, sit antiquissima, imò & ante ipsam Christi prædicationem trita: neque negare quis possit statum monasticum, ac Religiosum pressius acceptum, iam ab Apostolorum temporibus in Ecclesia Christiana extitisse *Hæc Gualterius. præclarè satis ad intentum nostræ historiæ. n* 4. autem exponit, quo sensu Paulus dici possit primus Eremita vel Anachoretarum Patriarcha; vt sequitur: *Aliter rem explicat Nicolaus Serarius lib. 4. minem. cap.* 24. *cum enim sibi obiecisset quædam Scaligeri verba, dicentis, nullos ante B. Paulum Eremitam in Ægypto fuisse Monachos, respondet nullos*, qui propriè essent Eremitæ, *id est*, qui soli solis in locis, *prout dixerat* cap 23. *degerent. Quod est dicere ad intentum, S. Paulum vocari* primum Eremitam *inter omnes, quia ipse solus in locis solitarijs nullam cum hominibus conversationem gerens per multum tempus vixerit, non aliò sensu.* Loquere proportionaliter de Hilarione, & hæc sit secunda S. Hieronymi expositio.

Gualterius.

Serarius.

714. Respondeo 6. pro tertia S. Hieronymi expositione: Eundem Lezanam *ibid. ad annum* 328. *n.* 5. & 6. Probare, ante Antonium fuisse multos monachorum Patres, Cænobiorumque Rectores, ut sequitur: *Cæterum expendamus* sententiæ Em. Baronij ad an. 328 *singula*: Cænobiticæque ipse primus iecit in eremo fundamenta. *Hoc enim subsistere non potest cum eo, quod diximus in superioribus de multis Monachorum Patribus, Cænobiorumque Rectoribus ante Antonium.* Videlicet sub anno 151. de Frontonio Abbate in Eremo cum Monachis commorante etiam in Ægypto, & sub anno 167 *de Heleno etiam Abbate in Ægypti quoque partibus, Alexandriæ videlicet in Monasterio viuente, quod Monachorum Essenorum erat, in quo Eugenia cum socijs Proto & Hyachinto, vitam aliquamdiu egit, ipso quoque Baronio testante*; & sub anno 192. *de Theodoro eiusdem Cœnobij Præfecto*; & sub an. 275. *de Charitone Lauræ Monasterio fundante*; ac sub an. 296. *de Amone Nitriensi Archimandrita, & primo illius loci Cænobiarcha.* Item sub an. 308. *de Philiberto, & Fabriciano Monasterij conditoribus in Hispania in confluenti Fe-*

Expositio 3. S. Hieronymi.

Lezan.

Monachi in Ægypto ante Antonium.

Helenus. Protus. Hyachintus. Chariton, Alij.

*narÿ*

*nary fluminis, & Tagehy, vt propterea Bivarius eo loco relatus, dixerit*, in Hispania inductum fuisse Monachorum genus antequam Antonius Monachos colligere, & instituere cæpisset. *Videat lector eo loco dicta, &* sub an. 277. *Maximè verò, quæ* sub an. 301. *attulimus, de Historia Sanctorum Inde, & Domnæ, quam Baronius eo anno commendat, & in qua habetur, Monasteria eo tempore extitisse. Adeò vt ipse eo loco relatus, dicat, errorem esse aliquorum putantium non nisi à temporibus Constantini ea fuisse: quod probat ex Essenis, & alijs Ascetis ab Eusebio commemoratis, & concludit:* Planè, si Ascetæ erant, oportuit Ascetaria quoque fuisse, in quibus continerentur. *Quomodò ab antilogia liberari poterit, cum hoc loco Antonium credat primum Cœnobiarcham, sub Constantino? Deinde id satis ex vita ipsius Antonij ab Athanasio descripta* c. 3. *non obscurè elicitur: videlicet etiam in Ægypto, ante ea tempora, Cænobia fuisse. Dicitur enim* Necdum autem tam crebra erant in Ægypto Monasteria. *Aliqua ergo erant, etsi non tam crebra, ante Antonij disciplinam. Adhæc, si, vt idem egregius auctor, eo sub anno* 5. quod audis, *Virginum Collegia etiam à tempore Ignatij, Apostolorum discipuli, admittis (quod & nos sæpius in præcedentibus probavimus) cur non etiam virorum essent, aut cur tempora Antonij non prævenisse autumabimus? Idem esto iudicium de illis verbis:* adeo ut Cœnobitarum monachorum idem institutor sit habitus *quod latè* Baronius. *reiecimus locis relatis.* Sed addo hîc ponderandam Em. Baronij disiunctivam: *vel potius restitutor, si esse eorum, qui in Ægypto sub Marco primo Alexandrinorum Episcopo floruerunt, ratio aliqua habenda esse videatur.* Puta respectiuè ad Monachos prolixioris Instituti, formæ, sive Regulæ, dequo nos supra *n.* 640. Dictum autem Hieronymi iuxta istam particulam disiunctivam, inde sufficienter colligitur. Vide quartam expositionem infra *n.* 719.

## SECUNDA.

Obiectio 2 contra monasterium Carmeli ante Hilarionem. 715. D. Laurentius Landtmeter *ibid.* scribit: vt sequitur: *verba Hieronymi apertissima sunt, & quæ non admittunt vllam tergiversationem. Si ergo ita est, & ante Hilarionem non erant monasteria in Palæstina, vbi erat monasterium Montis Carmeli?*

## SOLUTIO

Obscura mens obiicientis. 716. Respondeo 1. me non capere mentem D. Landtmeter, cum ipse, vt vidimus supra *n.* 706. evidenter contradicat S. Hieronymi à se obiecti verbis, dequibus dicit: *apertissima sunt, & quæ non admittunt vllam tergiversationem*, nam contradictio in apertissimis est apertissima tergiversatio. Dicit enim 1. de Apostolis, qui indubiè in Palæstina & Syria fuerunt, *Monasticem tamen quoque profitebantur:* Hieronymus autem dicit: *nec quisquam Monachum ante Hilarionem noverat*: unde vel nullus novit istos Apostolos in Syria, vel si quispiam noverat, evidenter Hieronymo contradicit: non novisse autem nullus sanè fidei & mentis dixerit. Si verò Apostoli monachi in Syria seu Palæstina, ergo & tempore Apostolorum ante Hilarionem in Palestina. Loquere proportionaliter de Carmelitis Palæstinæ monachis, Apostolorum coadiutoribus, & eorum Monasterijs in Palæstina, iuxta illud Iosephi Antiocheni

Ioseph. Antiochenus. in *Speculo* perfectæ militiæ primit. Eccl. cap. 12 & 17. *Perfectorum militum Christi coadiutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces: qui de monte Carmeli descendentes per Galilæam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt &c.* Unde Ioannes XLIV. Patriarcha Ierosol. de Instit. Monach.

Ioannes XLIV. cap. 38. (iuxta Wastelium.) *denique eorum*, scilicet Eremitarum Carmel. *multi qua ab Apostolis hauserant, cæteris effundentes, fidem Christi per Phœniciam & Palæstinam prædicaverunt.* Et Ioannes Grossus Generalis in *Viridario* clavi 1. *Unà cum Apostolis in multis Regionibus fidem*

Grossus. *Christi constanter prædicaverunt.* An etiam hi prædicaverunt in Palæstina, nec quisquam eos no-

eos novit ante Hilarionem in Palestina? An hi monachi in Palæstina, & ante Hilarionem non erant monasteria? Si monachi & monasteria vide dicta *n.* 714. Hæc sunt verba Lezanæ ex Em. Baronio de prompta: *planè, si ascetæ, oportuit Ascetaria quoque fuisse, in quibus continerentur. dicit.* 2. *Vnde Eliam, Eliseum, & Filios Prophetarum, veteris Testamenti Monachos vocat S. Hieronymus Epist. 4. ad Rusticum.* Hieronymus autem dicit: *nec quisquam. Monachum ante Hilarionem in Syria noverat.* Ac proinde, vel nullus novit Eliam, & Eliseum, & Filios Prophetarum in Syria, qui ex dictis *n.* 704. 705. 709. *&* 710. indubiè in Palæstina fuerunt; vel si quisquam noverat, evidenter Hieronymo contradicit, & Hieronymum sibi evidenter contradicentem adducit: non novisse autem nullus sanæ fidei & mentis dixerit. Dicit 3. *In novo Testamento jure Patriarcham Monachi gloriantur Ioannem Baptistam, ac verissimè de eo scripsit Chrisostomus Homil.* 1. *in Marcum*: Sicut Sacerdotum Principes sunt Apostoli, sic monachorum Princeps Ioannes Baptista. *Proximè hunc sequuntur Essæi &c.* Infero: ergo vel nullus novit Ioannem Baptistam & Essenos in Syria, qui indubiè ex dictis *Scuto VII.* in Syria & Palæstina fuerunt; vel si quisquam noverat, evidenter Hieronymo contradicit, & Chrisostomum Hieronymo evidenter contradicentem adducit: non novisse autem, quantum ad Ioannem Baptistam spectat, nullus sanæ fidei & mentis dixerit. Idem dic consequenter de istorum omnium monasterijs: vel enim per ipsum isti omnes habuerunt Monasterium in Syria & Palæstina, sensu datô *n.* 709 *&* 710. vel non habuerunt? Si prius: toties contradicit Hieronymo dicenti, *necdum tunc Monasteria erant in Palæstina*: Si posterius: satisfacere debet authoritatibus *n.* 709. citatis, quæ ut minus D. Hieronymi æquipollent authoritati; imò & ipsius Hieronymi, quæ illis inseritur. Certè debuisset D Landtmeter prius ad has omnes suas contradictiones attendere, quàm verbis S. Hieronymi subscriberet, *verba apertissima sunt, & quæ non admittunt ullam tergiversationem*, cum tales ipsius contradictiones sint plusquam apertissimæ tergiversationes, quas difficulter vitabit, nisi ad nostram S. Hieronymi expositionem confugerit; intereà quidquid ad suas evidentes contradictiones & appertissimas tergiversationes vitandum, aut excusandum, attulerit, ad intentum, & Hieronymum pro illo exponendum, sufficiens erit. Chrysostomus. Illatio Authoris premens.

717. Respondeo 2. Etiam hæc verba Hieronymi de filijs Prophetarum in *Epist. ad Paulinum*: *ædificabant sibi casulas prope fluenta Iordanis*, & sic de alijs aliorum *n.* 709. præcitatorum, *clarissima sunt, & non admittunt ullam tergiversationem*; hæc tamen exponere debet, nisi velit S. Hieronymum sibi contradixisse in *vita S. Hilarionis* dicenti: *necdum tunc*, id est huius tempore, *Monasteria erant in Palæstina*. Eodem autem iure, quô illa exponet, nos hæc exposuimus: & cùm pro illis nudè & simpliciter acceptis stet communis sensus & authoritas, secus pro his etiam nudè & simpliciter acceptis, nos hæc potiori iure exponimus vt S. Hieronymum ipsum alioqui communi sensui contradicentem excusemus, quàm ipse illa exponet, vt se & Hieronymum communi sensui exhibeat contradictorem. Vnde D. Landtmeter falsum supponit, & ex falso supposito quærit, *ubi erat Monasterium montis Carmeli ante Hilarionem*, quod facillimô studiô *ibidem* reperire poterat, si falsum suum suppositum Authorum ferè myriadi, à Carthagena viro doctissimo pro horum probatione congestorum, non prætulisset; nam sic *ibidem* scribit: *congestis præterea pro horum probatione Carthagena, vir doctissimus*, de Arcanis Deiparæ, lib. 17. Homil. *Authorum ferè myriadem*; nec eorum vel uni aliter satisfacit, quàm falsô suô suppositô præoccupatus, addendo: *Ego hic hæreo, nec nodum solvo, faciat, qui voluerit, et poterit.* quas ipse vnus sistere possit mille, quorum cuilibet cedere debet, quasi falsum ipsius suppositum, nodus esse possit uni verè myriadi Authorum ipso longè celebriorum indissolubilis: Ego certè è contra *hic hæreo*, & sic *nodum*, quem Responsio urgens contra Landtmeter. Hæret Landtmeter, sed frustra.

ipse in scirpo quæsivit, & sibi soli indissolubilem fecit, facilè solvo.

## TERTIA.

Obiect. 3. contra Sacellum Carmeli ante Hilarionem.

718. D. Laurentius Lantmeter *ibidem* sequentia habet, ex quibus tertia nobis obiectiò est: Deinde si hoc montis Carmeli ante Hilarionem *Monasterium ob sacellum Deiparæ Virginis sacrum* à Palæstinis, Phœnicibus, Gallilæisque maximè fuit frequentatum, *quomodo ante Hilarionem* nemo Monachum in Syria noverat? *An Monasterium frequentabatur, & Monachi nesciebantur?*

## SOLUTIO

Retortio ex S. Hieronymo.

719. Respondeo 1. Retorquendo argumentum: *si ante Hilarionem nemo Monachum in Syria noverit*, quomodo S. Hieronymus in *Epist. ad Rusticum* de filijs Prophetarum scripsit: *ædificabant sibi cellulas prope fluenta Iordanis.* Et in Epist 13 ad Paulinum: *nos habemus nostri propositi Principes: Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, & vt ad scripturarum authoritatem redeam, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & faciebant sibi tabernacula iuxta fluenta Iordanis.* Numquid videt D. Landtmeter S. Hieronymum & suos habere non potuisse tot sui propositi eâdem principalitate Principes, nisi tales vocet illos, qui nobilem aliquam in vita monastica assumpserunt præfecturam, in qua ante, cum ab vnoquoque illorum primum incœpisse supponatur, prorsùs non erant Monasteria, nec vllus notus Monachus, nisi ipse in illa fundator & eruditor istius propositi? fuit igitur S. Hieronymi & suorum Princeps Elias in una præfectura Syriæ & Palæstinæ; fuit quoque suorum Princeps Hilarion, sed in altera præfectura Syriæ & Palæstinæ, in qua, cum ante Hilarionem non esset, ante ipsum non erant Monasteria, nec vllus notus Monachus. Quæres forte: quænam fuerit ista alia nova prefectura Hilarionis in Palæstina. Respondeo: fuisse, iuxta Nicephori lib. 11. cap. 39. *Fratres circa Bethlaem vicum Præfectura Gazæ studia virtutis exercentes, habuerunt & hi Hilarionem Magistrum.* Gazensem. Adstipulatur Sophronius apud Metaphrastem: *Gazenses incitant impium Imperatorem, ut ad fundamenta quidem usque eruerent illius* scilicet Hilarionis. *Monasterium.* Imò & S. Hieronymus, vitæ eius cap. 28 *Vrbs Gaza, destructô monasteriô &c.* Undè dum Hieronymus in vita S. Hilarionis dicit: *Necdum tunc Monasteria erant in Palæstina, nec quisquam Monachum ante Hilarionem in Syria noverat: ille fundator & eruditor huius conversationis & studij in hac Provincia primum fuit*: evidenter figuratè loquitur, ne alioqui evidenter sibi contradicat, ut vidimus, & Hilarionis novam ac nobilem illam in Syria & Palæstina *Præfecturam* vocat *Syriam & Palæstinam*, vt sit sensus: *necdum tunc Monasteria erant in Hilarionis nova ac nobili illius Syriæ Præfectura; nec quisquam Monachum ante Hilarionem in illius nova ac nobili Syriæ Præfectura noverat. Ille fundator huius conversationis & studij in hac huius Provincia Præfectura primùm fuit.* Et hæc sit quarta S. Hieronymi loco supra citato expositio, quæ videtur omnino consona Em. Baronio ad annum Christi n. 328. n. 25 *Negari quidem non potest, fuisse Monachismum Seminarium in Ecclesia Dei Sanctissimorum Episcoporum, ex quo Basilij, Gregorij, Chrysostomi & alij, tàm in Oriente, quàm in Occidente Viri spectatissimi prodiere, quorum omnium, qui Antonium magnum dixerit Patriarcham, veritatis scopum attinget: in quo mille signis, atque virtutibus, quàm sit Deo gratum relictô sæculô, & quæ sæculi sunt vitæ concupiscentijs, monasticam vitam diligere, ac profiteri, fuit evidentissimè declaratum, & in alijs eiusdem vitæ genus agentibus Domini calculo firmissimè stabilitum, ut in Pachomio, Hilarione, Macharijs, Ioanne, Ammone,*

Baronius.

*& alijs*

*& alijs fermè innumeris, his similibus, in quibus sunt innovata antiqua miracula Prophetarum & Apostolorum.* Quod videtur sumptum ex S. Bernardo in Serm. ad Fratres de monte Dei: *Vita Monastica est antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonstrata, iamque nova gratia sole exorto, in Ioanne Baptista instaurata.* Dequo Gillemannus Rubeæ Vallis Canonicus Regularis Ord. S. Augustini, in *Martyrologio* ad diem 29. Augusti: *Hic vitam Eremitieam ab Elia Propheta institutam, adhuc puer assumpsit* &c. *adeò ut Iudæi eum esse Eliam in persona opinarentur. Qua propter in Sebaste, Oppido Palæstinæ, à suis discipulis inter corpora Sanctorum Elisei & Abdiæ Prophetarum, discipulorum Eliæ, tamquam eorum condiscipulus, & eiusdem observantissimus alumnus, humatus est.* Reflecte 1. Em. Baronius & S. Bernardus dicunt *innovata*; ac proinde volunt tantum illos esse antiqui Eliæ instituti Innovatores & Restauratores, quod dum de Ioanne Baptista, Antonio, Pachomio dicitur, idem à fortiori de Hilarione concluditur. Reflecte 2. Em. Baronius dicit: *quorum omnium, qui Antonium Magnum patriarcham dixerit, veritatis scopum attinget*: ac proinde solum vult illum esse *Patriarcham*, sive *Principem*, *innovatorem*, sive *restauratorem*, quod iam de Hilarione admisimus.

Bernardus. Gillemannus.

720. Respondeo 2. Hæc verba Hieronymi: *nec quisquam monachum ante Hilarionem in Syria noverat*: intelligi debere conformiter ad hæc: *ille fundator & eruditor illius Conversationis, & studij in hac Provincia primum fuit.* Quæ intelligi debere juxta tres expositiones *n.* 712. & 718. datas, vel saltam juxta alterutram illarum, videtur manifestum, ut sit sensus, *nec quisquam monachum in Syria propagatum, innovatum, restauratum ante Hilarionem in Syria propagatorem, innovatorem, restauratorem in Syria noverat*: sic enim etiam intelligitur illud Em. Baronij ad annum Christi 328. *n.* 10. *Vt tamen essent, tam virorum, quàm mulierum cœtus, qui monasticam exercerent disciplinam, id primum accepit Roma ab Antonio isto magno per Athanasium Episcopum Alexandrinum*: ex quo à pari sequitur, *nec quisquam monachum ante Athanasium Romæ viderat.* Attamen noster Lezana in *Annal. tom.* 2. *ad annum Christi* 340. *n.* 4. probat, quod, ante Athanasium, Roma monachorum, & monialium propositum noverit, nullum refragari posse, ut sequitur: *Primò namque Telesphorum, & Dionysium Romanos Pontifices ex monachis, seu anachoretis assumptos fuisse, ea quæ diximus in superioribus, abundè satis confirmant. Deinde Virginum Deo sacrarum ritum Romæ ante hoc tempus fuisse, vel ex eo, quod de Flavia Domitilla juniore sub Clemente Papâ sacro velamine consecratâ diximus* sub an. 98. *liquidò innotescit. Quibus similia fermè de S. Petronilla S. Petri Apostolorum Principis filia dicta* sub an. 65 *recitavimus. Præterea, Eugeniam Virginem, Protum & Hyacintum Socios, monasticam vitam egisse Baronius ipse* sub an. 188. *testatur, & tamen Romanam incoluisse urbem pro comperto est ex dictis* sub an. 205 255. & 262. *Item S. Hyppolytum Portuensem Antistitem monachum fuisse, colligi potest ex eodem Baronio* sub an. 229. *& alijs, quos retulimus de eo tempore loquentes; & tamen Romam tantum virum agnovisse sub Calisto Papa ibidem diximus. Quò ergò iure affirmari potest, hoc primum tempore, quo Athanasius urbem invisit, in ea nomen monachorum innotuisse? Sanè ipse Baronius seipsum, & D. Hieronymus veluti explicans, nodi solutionem attigisse videtur, dum inquit*: Licet monachi nomen vilum sit urbi novum, res tamen ipsa votus, sed in tanta Ecclesiæ pace legibus quibusdam exculta fœcundiori germine propagata. *Quò etiam sensu, tam ipse, quàm alij, qui Antonium primum monastici instituti Patrem minus attentè vocant, exponi debent, juxta dicta* sub an. 328. *Subindicat etiam eo §. At quibusdam urbis exemplo, totum occiduum orbem monachatum, in eam ab Athanasio inductum, suscepisse. Cæterum, ante hoc tempus Antonij, & Athanasij, monachos, moniales, & Cœnobiticam vitam in Occidentis partibus extitisse, ea, quæ diximus* sub an. 36. 40. *& alijs locis de Elpidio, & sancti Iacobi Apostoli discipulis, monachismi in Hispaniam autoribus, & de S. Victoria* sub an. 255. *Eulalia, Leocadia* sub an. 301. *Philiberta, & Fabritiano* sub an. 308 *sufficienter ostendunt.* Sicut & illud, *quod de Treverensi Monasterio Ordinis & Regulæ Orientalium Monachorum diximus ex Bruscio* lib de Monaster. Germ. sub an 333. *Vnde Franciscus Bivarius, Cisterciensis monachus, erudi-*

Baronius.

Lezana.

Romæ Monachi ante Athanasiũ.

*eruditione clarus author. ex eo. quod Dexter eo anno mentionem faciat de prædictis Philiberto, & Fabritiano Martyribus, ipsos monachos appellans. & quod in Hispanico S. Isidori Breviario Abbates vocitentur, hac desertè animadvertit*: Cùm Monachorum, seu Abbatum audis nomen, ne quæso veniat in mentem institutum observasse Basilij, Augustini, aut Benedicti, qui necdum nati erant; sed illud monachorum genus, quod à S. Marco sumpsit initium, & de quo S. Dionysius Areopag. in Gallia existens scripsit in lib. de Eccles. Hierarch Unde habemus in Hispania inductum fuisse monachorum genus, antequam S. Antonius monachos colligere, & instruere cœpisset, ut ex natali ejusdem, & anno Martyrij SS. Monachorum Fabritiani, & Philiberti facilè constat, quæ & nos suprà notavimus. *Quod est luculentum testimonium pro eo, quod sæpiùs inculcavimus de origine monachorum ab Essenis, eorumque vetustate ante monachos Basilianos, Augustinienses, &c. Notet insuper Lector Flavium Dexterum loco relato, non solum præfatos Philibertum, & Fabritianum Monachos compellasse, sed de eis quoque dixisse, quod in Confluenti Fenarij fluminis, Tagonyque, Monasterium Deo optimo maximo, & Beatæ Virgini dedicarunt. Enervatur ergo ex ijs Baronij sententia, dum Monachatum in Occidentis partibus solum Athanasij exemplo, & adventu in Urbem invectum esse autumat.* Unde Hieronymus intelligi debet, iuxta unam ex quatuor Expositionibus supra allatis.

## QVARTA.

Obiectio 3. contra fundatorem in Palæstina ante Hilarionem.

721. D. Laurentius Landtmeter; pro obiectione quarta subministrat sequentia ibidem. *Deinde, si ab hoc Carmeli Monte ut à fonte, quævis alia Monachorum Instituta derivata sunt (hoc enim volunt Authores illius opinionis) quomodò Hilarion in Syria Monasticæ Conversationis & studij primus fundator & eruditor? An dicemus Hieronymum hæc omnia ignorasse, qui ipse Monachus inter Syriæ Monachos bonam ætatis partem trivit, qui toties Palæstinæ loca sacra lustratus est, qui Monachorum, non tantùm Syriorum, sed & Ægyptiorum, Instituta scrutatus est, vitas descripsit, Historias prosecutus est? Non legerat Hieronymus Ioannis Ierosolymitani Institutiones (si quidem verè eas scripsit) hominis sibi synchroni, optimè noti, & cuius libros diligenter evolverat, quod diceretur Ioannes ille ad errores Originis declinare?*

## SOLUTIO

Solutio.

722. R Espondeo 1. *A Carmeli Monte, ut à fonte, quævis alia monachorum instituta esse derivata*, efficaciter probari ab authoritate. 1. Philippi Abbatis Hieropolytani in cap. 1. Ioannis. *O Carmelitarum religio, quàm magna facta es in domo Domini: numquid olim à modico fonte Elia Dei* Propheta *principium habuisti? Et ecce nunc in magnum fluvium crevisti* &c. *sicut enim olim de te processerunt* Patriarchæ *&* Prophetæ, *sic nunc de te procedunt Sacerdotes & Levitæ, Doctores & Evangelistæ, qui* Patres *&* Patroni *omnium* (nota) *religiosorum facti sunt.* 2. Iudoci Clictovæi insignis Sorbonæ Theologi in Serm. de sanctis cit. n. 204. *Hi sunt, qui primam Carmelitano ordini præstiterunt originem, ut Elias, & Eliseus, qui ex Iudæis nati sunt, qui verò cæteris Religionibus dederunt fundamentum ex gentibus progeniti sunt. Constat itaque antiquiorem Carmelitarum Religionis quàm aliorum ordinum, esse originem, & ratione exordij cæteris* (nota) *præstare.* 3. S. Odilonis Abbatis Cluniacensis, magni Benedicti filij, in vita S. Maioli scribentis: *deinde cœpit ordo monasticus pullulare, &, ut verius dicam, reviviscere, quem ab Elia, & Ioanne Baptista novimus processisse, & ita, per Apostolicam conversationem & vitam, & incrementa virtutum, & exercitia Sanctorum ac Spiritualium Patrum, ad nos usque gaudemus pervenisse.* Dominici Gravinæ lib. *vox turturis p. 2. cap.* 5. n. 715. citati. Cardinalis Damiani *tom.* 3. opusc. de Origine vitæ Eremiticæ capite *Veruntamen rei ordo postulat, ut antequam ramos Conversationis attingam, ipsam radicis originem solerter inquiram, & qui huius institutionis Authores fuerint, evidenter expediam dignum scilicet arbitror fontem prius aspicere, ut post securius valeam rivos haurire*

AbbasHieropolit.

Clictoveus

S. Odilo.

Gravina.

*baurire Huius vitæ normam, ut anteriora prætercam, Elias cœpit, Eliseus verò, aucto discipulorum collegio dilatavit.* Emin. Card Bellarmini lib. 2. de Monachis cap. 39. *veteres Patres Eliam & Ioannem Baptistam Eremitas & Eremitarum Principes faciunt. ut Basilius in Epist. ad Chilonem Nazianzenus in Apologia postquam à fuga rediit. Chrisostomus Homil. 96. in Matth Hieronymus in Epist. de Virginit. ad Eustoch. Isidorus lib. 2. de officijs cap.* 15 Certè tot nobis occurrunt pro ista veritate authoritates, & quidem inter eas S. Macharij, ipsiusmet D. Hieronymi in *Epist. ad Paulinum*, Isidori Hispalensis *lib. cit.* etiam *cap.* 2 Tritemij. Ioannis Cassiani, Bernardi, Ægidij Camarri minimorum Generalis n 33 citatorum, ut à pluribus citandis abstinere debeam, nè Amicum diffidentem velle authoritatibus opprimere & confundere videar? Si plures desideret, videat *responsa ad Telum II Pharetra ultimæ.* & infra. §. 4. *prætent.* 5. Mihi sufficit, quod id debeat supponere certum, tanquam certò suppositô, ipsemet, non istius probationes quærere, quæ cuius & hoc istius materiæ Historico notorissimæ sunt; sed menti Hieronymi de Hilarione expositionem à nobis datam applicare, ut consideranti patebit. Insuper tamen. Bellarminus.

723 Respondeo 2 Non solum Hieronymum, in cuius authoritate sistit in *Epistola* 13. *ad Paulinum* scribere: *Nos autem habemus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium. & ut ad scripturarum authoritatem redeamus. noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum &c* ac proinde & *Hilarionis*: sed & S. Bernardum in *Serm.* ad fratres de Monte Dei: *Vita Monastica est antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonstrata iamque nova gratiæ sole exortô, in Ioanne Baptista instaurata & innovata* Cui respondet illud Em Baronij ad annum Christi 340 n 8. *Erat quidem in Oriente summum illud genus viven di instar Eliæ ac Ioannis Baptistæ* (numquid forte iuxta Dom. Laurentium Landtmeter S Hilarion præcessit in oriente Eliam ac Ioannem Baptistam?) *cunctis hominibus, etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipsis venerandum &c* iunctis ab eo præmissis ibidem n. 25. *Negari quidem non potest, fuisse Monachismum, Seminarium in Ecclesia Dei sanctissimorum Episcoporum, ex quibus Basilij, Gregorij, Chrisostomi, & alij, tam in Oriente, quàm in Occidente, viri spectatissimi prodiere,* &c. *& in alijs eiusdem vitæ genus agentibus Domini calculô firmissimè stabilitum, ut in Pachomio, Hilarione, Macharijs, Ioanne, Ammone, & alijs fermè innumeris, his similibus, in quibus sunt innovata antiqua miracula Prophetarum & Apostolorum.* Ista autem à Ioanne Baptista *in Oriente, instauratio & innovatio* aliam vitæ Monasticæ ab Elia originem & institutionem præsupponit, ut patet, tum ex authoritatibus præmissis, tum ex plurimis alijs, ut Ferdinandi Vellosilli in *Advertentijs Theologicis, ad S. Ambros.* quæsito 13. *Iosephus lib* 18. *antiquit. ait, ante Christi adventum fuisse in deserto Iudææ collegium Essenorum, more nostrorum Religiosorum, & Anachoretarum, qui sanctissimam ducebant vitam, ab uxoribus abstinentes, quorum institutum secutus est Ioannes Baptista.* Dominici Soto in 4. sentent. dist. 30. q. 2. art. 1. *Veritas est: ante Christi adventum Essenorum collegium in deserto Iudæ, more nostrorum Anachoretarum sanctissimam deguisse vitam, ab uxoribus prorsus, & ab omni fœmineo conspectu semotissimam, quorum institutum secutus est Ioannes Baptista.* Carthagenæ 4. tom Homiliar. Homil. 2 obiect. 10 *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis illis inter filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Eliæ disciplinam profitebantur.* Iacobi Zegleri in descriptione Palæstinæ in monte Adumini fol. 38. *In huius solitudinis parte sedit Elias Propheta, & Eliseus construxit cellas Prophetis: manavit institutio & loci religio ad posteros, fuitque desertum hoc usque ad Engaddi habitatum ab Essenis, hominibus incredibilis continentiæ, sub quorum institutis educatus fuit Ioannes Zachariæ, & habitus in Essenis novus prædicator Sanctitatis.* Laurentij Beyerlinck *Tom* 6. *Theatri vitæ humanæ* lib 18. *verbo* relig *Igitur, ut Elias religionem Carmeli inchoavit in lege veteri, sic in nova S. Ioannes circa Iordanem, & B. Enoch quidam in Carmelo eam continuarunt, alijsque post se tradiderunt* Philippi Abbatis Hieropolitani in illud Ioan. *miserunt Iudæi &c. miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Levitas ad Ioannem Baptistam habitantem cum Carmelitis Con-*

Solutio. 2. Hieronymus. Bernardus. Baronius. Ferdinandus. Soto. Chartagena. Zeglerus. Beyerlink. Abbas Hieropolis

 *fratribus*

*fratribus suis in Eremo prope fluenta Iordanis.* de his plura, compendij causa, taceo, quæ præclarè discussa videri possunt apud nostrum Lezanam. *Tom. 1 Annal. ad annum mundi* 4051. quæ etiam multum serviunt ad retundendum ea, quæ *Scuto* VII. § *V. n.* 50. sub finem dixit D. Bivarius, ut consideranti patebit. Igitur si ista à Ioanne Baptista in Oriente instauratio & innovatio supponat, prout verè supponit, aliam à Ioanne Baptista priorem illius originem & institutum, à fortiori supponere debet, non solum aliam priorem Hilarione in Oriente instaurationem & innovationem, sed & priorem Ioanne Baptista ab Elia originem & institutionem.

Solutio. 724. Respondeo 3. D. Laurentium Lanotmeter debere asserere: aut S. Hieronymum sibi & irrefragabilibus omnium præcitatorum authoritatibus contradixisse; aut illis consentiens hîc de Hilarione loqui, iuxtà alterutram quatuor expositionum à nobis datarum supra *n.* 712 713. 714. 719. *&* 720. Illud prius incongruè omninò dici, videtur manifestum: & alioqui sic argumentum istud retorqueo. *An dicemus Hieronymum à seipso, & omnes illos ab Hieronymo, recessisse, quasi ipse ista ignoraverit, qui monachus inter Syriæ monachos, bonam ætatis partem trivit, qui toties Palestinæ loca sacra lustravit, vitas descripsit, Historias prosecutus est: non legerat Hieronymus Ioannis Ierosolymitani institutiones (siquidem verè illas scripsit) hominis sibi synchroni optimè noti, & cuius libros diligentissimè evolverat.* Hic enim illarum *cap.* 2. sic scribit: *Hic Propheta Dei Elias, Monachorum Princeps primus extitit, à quo primæva institutio exordium sumpsit.* Quod ipsemet Hieronymus in *Epist. ad Paulinum* sic confirmat: *nos autem habemus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filij Prophetarum* &c. Confirmant & alij, ut Cassianus *lib.* 1. de instit. Monachorum cap. 2. *Itaque monachum ut militem Christi in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere; hoc enim habitu, etiam illos ambulasse, qui in veteri testamento huius professionis fundavere primordia. Eliam scilicet & Eliseum, divinarum Scripturarum authoritate demonstratur.* Isidori Hispalensis Episcopi *lib.* 2. de orig. offic. cap. 2. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, huius propositi Princeps Elias, & discipuli eius fuerunt* &c. *iam deinde progeniti conversationis huius nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres.* Leandri Granatensis, Benedictini Monachi, *in vita S Getrudis* sub initiū, ubi post probatam ordinis Carmelitarum ab Elia originem eumdemque esse, qui hodie in Ecclesia Christi viget, cum illo, qui ab eo in monte Carmelo originem accepit: *existimo, quod optimè & verissimè ad hanc religionem reduci queant omnia Orientis Cœnobia, omnes viri illustres sanctitate & doctrinâ, qui ex illis prodierunt, omnes Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, qui orientalem Ecclesiam rexerunt; hi enim quasi omnes Religiosi fuere,* &c. Cui adstipulatur illud Caroli de Taphia Iurisconsulti Neapolitani in opere *super Authentica* ingressi cap. 7. n. 10. *Circa annum* 320. *Sylvestro Pontifice Maximo, & Constantino Magno Universi orbis Imperatore, plures eius montis* (subaudi Carmeli, de quo agit) *accolæ fuerunt, ut Hilarion Antonij Magni discipulus, Magnus Basilius, S. Euthytius Prior Montis Carmeli, Gregorius Nyssenus Basilij germanus, Petrus Eubolus, Amphilochius, Gregorius Nazianzenus, & Ioannes Damascenus: & eodem tempore S. Melania vidua viginti quinque annis in Monasterio Sepulchri Domini fuit cum quinquaginta Virginibus. Quo etiam tempore multi alij claruere. Et circa Honorij & Arcadij Imperatorum tempora, qui regnare cœperunt anno.* 398. *Romanam Ecclesiam gubernante Syricio, & postea Anastasio, & deinde Innocentio I. produxit Carmeli uberrima vinea Cyrillum Patriarcham Ierosolymitanum II. III. Ioannem. Item Ierosolymitanum Præsulem LIV. Caprasium, qui, Hæreticorum Eutychianorum persecutionis tempore, suos misit discipulos, ob Christianæ fidei defensionem, Ioannem Chrysostomum, Cyrillum Alexandrinum Patriarcham* 28. Et inferius n. 13. *Dividitur* (scilicet Carmelitarum ordo) *in Provincias* 32. *Constantini autem Magni tempore* (scilicet circa annum 320.) *quatuor in Provinciis venerabatur: una erat terra sancta, alia Cypri; Tertia Thebaide; & quarta Ægypti.* Item illud Cle-

Margin notes: Retortio. — Ioannes XLIV. — Cassianus. — Isidorus. — Leander Granat. — Carolus de Tapia. — Carmel. provinciæ 4. an. 320.

Clementis Rayneri ex familia S. Benedicti in *discept. Historia de adventu Benedictinorum in Anglia* mihi pag. 164. *Vnde constat & verisimilitudo sententia, quam superius de primis Monachis Britonum & Scotorum diximus, eos ex Ægypto & Palæstina in Britanicas insulas Monachatum detulisse; & illud etiam, quod antea disputavimus, meritò Carmelitas ( cum successionem minimè interruptam ab antiquis Palæstina Monachis deducant ) earumdem Provinciarum Sanctos antiquos suo ordine adscribere.* denique Ildefonsi Villegas authoris clarissimi, in *vita S. Romani Martyris*. Antiochiæ passi, prope annum Christi 310. edita Toleti anno 1507. Hispanice, & Venetijs Italice anno 1512. *Patres Carmelitani numerant inter Fratres sui ordinis S. Romanum, qui sine dubio est hic, meô judiciô, quia tempore, quo floruit* ( scilicet, ut ipse putat anno 310 ) *Non erant Alexandriæ, Antiochia, aut in tota Syria, alij Monachi, quam huius S. Instituti* Et sic de plurimis alijs *ad Telum II. Pharetra* ultimæ citatis. Si posterius habemus intentum. An autem Hieronymus Ioannis XLIV. *lib. de Institut. Primorum Monachorum viderit aut non viderit?* Negat noster Lezana loco *n.* 670. citato: affirmat D. Landtmeter, qnod ad ipsum refellendum nos iuvat, & hîc sufficit

Clemens Rayneri.

Villegas.

## QVINTA.

725. D. Laurentius Landtmeter pro obiect. 5 ibidem subdit: *Denique, si verum est, in illo monte ab illius Religionis fratribus primum Deipara sacellum dedicatum, vicinarum gentium peregrinatione celeberrimum: quid est, quod Paula Romana omnia sacra loca religiosissimè visitans, Carmelum Præteriÿt? aut si non præteriÿt, quid est, quod S. Hieronymus, totam sanctæ illius fœmina peregrinationem accuratè describens, hoc tacuit, præsertim cum disertis verbis expresserit Sareptam Sidoniorum, in qua turris Eliæ, Dor urbem quondam potentissimam, turrim Stratonis sive Cæsaream, inter quæ medius iacet Carmelus.*

Obiectio 5. contra 1. Sacellum D. V. in Carmelo.

726 Respondeo 1. Dubitare de luce in meridie D: Laurentium Landtmeter, dum scribit: *si verum est* &c. id enim indubitatum relinquunt sequentia testimonia. Primò: lectiones secundi nocturni Breviario nostro in officio *Commem. solennis*, insertæ, de mandato S. Congregationis Rituum sub Paulo V. & Urbano VIII. *Cum Sacra pentecostes die Apostoli, cœlitus afflati, varijs linguis loquerentur, & invocato augustissimo* IESU *nomine, mira multa patrarent, viri plurimi, qui vestigijs Sanctorum Prophetarum Eliæ ac Elisei insistebant, & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspectâ, atque probatâ, Evangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu Beatissimam virginem ( cuius colloquijs, ac familiaritate feliciter frui potuere ) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nebulam virginis typô insignem conspexerat, eidem purissimæ virgini sacellum construxerint. Ad novum ergo Sacellum sæpè quotidiè convenientes, ritibus pijs, precationibus ac laudibus beatissimam virginem, velut singularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices, non modò confirmarunt, sed & indulgentias peculiares ijs, qui eo titulo vel Ordinem, vel Fratres singulos nuncuparent, concessêre.*

Solutio.

Officium divinum.

727 Secundò: testimonium Iosephi Antiocheni, Christi primô sæculô florentis, *in speculo perfecta militia primitiva Ecclesia*, cap 12. & 17. *Perfectorum militum Christi Apostolorum Coadiutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmeli descendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæstinam, fidem Christi constantissimè receperunt. Quique virginis Mariæ honore in Carmeli montis declivio fabricantes oratorium, Salvatoris Matri specialissimè servierunt.* Quæ reperuntur in Sorethanis Constitutionibus, approbatis à Clemente septimo, sub. 1524 2. Aprilis.

Iosephus Antiochenus.

728 Tertiò: Armachani in quodam *sermone* coram venerabili cœtu Cardinalium in festo Concept. Glor. V.M. habito anno 1342. inter alia dicentis: *ut dicunt historiæ*

Armachanus.

*fide digna,*

*fide digna, à tempore Eliæ, & Elisei, qui sæpius morabantur in Monte Carmeli, iuxta civitatem Dominæ nostræ ad tria miliaria, solebant homines devoti secretius habitare, usque ad tempora Salvatoris: & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apostolis, inter cæteros sunt conversi, & in latere ipsius Montis primò Ecclesiam seu Oratorium in honorem Beatæ Mariæ virginis construxerunt. Et ob hoc nimirum Dominæ nostræ primitus sunt ascripti, ut dicerentur Fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo.* Hæc ille, referente R. P. Daniele à Virgine Maria *vinea Carmeli num.* 93. Quæ etiam reperies apud Thomam Waldensem de Sacrament. *tom.* 3. *tit.* 9. *cap.* 83. & hinc apud Lezanam *tom.* 2. *Apparatus cap.* 6. *num.* 7.

Trithemius. 729. Quartò: Ioannes Trithemus in *lib.* de ortu & laudibus Carmelit. cap. 7. *Enimverò non diu post Domini passionem, crescente per Iudæam fide Christianâ, Fratres Montis Carmeli Capellam, in eiusdem montis latere, in Dei Genitricis honorem construxerunt: eamque in ordinis sui Advocatam, & Patronam elegerunt, & Fratres eius deinceps appellati sunt. Sicut ergo à Carmelo Carmelitæ ita à Capella, quam ædificarunt, usquè in hodiernum diem, Fratres Beatissimæ Dei Genitricis, & Virginis appellantur. Et digna quidem Carmelitis denominatio, ut qui Dei Matrem speciali semper amore venerantur, etiam illius sint titulo clariores.* Et infrà: *Nec dubium mihi est, quin Dei parens Maria hunc Ordinem speciali favore prosequatur, quem & loco vicinum, & tempore primum, sibi & filio in obsequium exortum recognoscit.*

Ascensus Badius. 730. Quintò: Ascensus Badius ad hos versus Baptistæ Mantuani *lib* 3. *Parthenices.*

Propterea montana viri spelæa colentes,
Audito illius fatô, sublime sacellum
Apricis posuere iugis, primi atque quotannis
Sacra instaurantes, hymnos & thura ferebant.

Auditô fatô, *id est morte illius, scilicet virginis*, posuêre primi sacellum, *id est templum parvum (vulgus capellam vocat)* sed sublime, quia in apricis iugis, *id est sub vertice Carmeli*, ac ipsi instaurantes, *id est renovantes*, sacra *id est solemnitatem*, quotannis, *id est singulis annis*, ferebant, *id est efferebant et Hymnos & thura.* Quod confirmat Sebastianus Murrho, alter eiusdem Mantuani scholiastes super eadem ipsius carmina, sic: *propterea dicit Beatissimæ Virgini auditô eius fatô, id est excessu, viros, qui speluncas Carmeli habitabant, tetricam, ac sanctam illic ducentes vitam, primum sacellum in Carmelo Virgini posuisse, quotannis sacra hymnis & thure festitasse. Apricis posuêre iugis, id est cacuminibus, iugum montis, cacumen græcè. Apricus compositum ab à & phricu, frigus, quasi sine frigore*; Virgilius

MITIS IN APRICIS COQUITUR VINDEMIA SAXIS.

Post illorum verò Antiquiorum de exteris authorum citationem noster Lezana loco citato.

Clictoveus. 731. Sexto: Iudocus Clictovæus Neoportuensis in *Concione* de Excellentia Ord. Carm. apud Lezanam *tom.* 2. Apparat. cap. 7. n. 26. *Secundo: huius religionis utilitas eò innotescit, quod ipsa fuerit exemplar omnibus alijs monasticè vivendi legibus: quibus, ut perfectione, ita quoque & tempore multò prior extitit, quandoquidem omnes cæterarum Religionum professores ab hac una suum institutum & regulam desumpserunt. Quod luculentissimè Baptista Mantuanus in Parthenices Marianæ libro exprimit hoc carmine.*

Quidquid habent montes alij pietatis, ab isto
Ducitur: hâc unâ plures è vite racemi
Diffusi, latè terras, atque æquora complent.

732. Addit 1. noster Lezana *tom.* 2. *Apparatus cap.* 6. impresso Rom. cum Approbat. M.S. Palatij n. 7. *Hos vetustiores sequuntur ex Recentioribus Doctor Navarrus* in Tractatu de horis

horis Canonic. cap. 21. n. 27. *Mantuani mentem eius carminibus relatis, amplectens. Didacus Yepes Tirasoniensis Episcopus* in vita S. Theresiæ cap. 1. *Alphonsus Cassarubius* in compend. Privileg. Mendic. *Dum de Ordine Carmelit. Carolus de Tapia.* in Authent. Ingressi verbo Monasteria cap. 17. num. 2. & *Hieronymus Platus* de bono statu Religiosi lib. 2. cap. 22. *Emmanuel Rodriguez* tom. 1. q. q. Regul. q. 2 art. 5. *Ioannes Carthagena* tom. 4. quem R. P. Daniel à Virgine Mariæ *Vinea Carmeli num.* 332. ita commendat: *de eodem sacello latè tractat insignis Homiliographus Ioannes de Carthagena* lib. 17. homilia 3. *ubi adfert rationes, ob quas hic Ordo singularem B. Virginis Mariæ amorem ac patrocinium promeruerit.* Accedit, *inquit*, secunda ratio, quam gravissimi authores tradunt; nempe, quia Fratres Carmelitæ fuerunt primi, qui in Ecclesia Dei templum, seu sacellum in honorem B. Mariæ Virginis erexerunt. *Deinde adducit Authores, qui de illo sacello scribunt. tandemque illud fuisse primum in toto orbe templum seu Oratorium, Beatissimæ Virgini consecratum sic concludit.* Vetustius autem à Carmelitis fuisse constructum templum Virgini sacrum, gravissimorum virorum authoritas, quos supra retulimus, luculenter confirmat, quidquid Vincentius, Volateranus, Beuterius & Bassæus scribant. Nam cum historiæ fides ex numero, & testium gravitate crescat, tot sunt pro hac sententia testimonia simul cum antiquissima eiusdem Religionis traditione, ut ab authoritate paucorum, ac singularium testium minimè superari queant

733. Addit secundò: *De nostris autem primus id docuit Ioannes Ierosolymitanus* lib. de Instit, Monachorum, *cap.* 36. alias 43. sic: Et in memoriam visionis de ortu huius virginis præostensæ sanctò Prophetæ Eliæ. sub specie nubeculæ, ascendentis de mari in Carmelum: Monachi prædicti, anno Incarnationis Filij Dei octogesimo tertio, diruentes eorum Seunion antiquum, ædificauerunt ad honorem huius primæ Virginis, Deo dicatæ, Cappellam quandam in Monte Carmeli, iuxta fontem Eliæ in situ illo, in quo Elias orans viderat nubeculam illam quasi vestigium hominis de mari ascendere in Carmelum, ubi professores prædicti seipsos huic Virgini commendantes, singulis diebus in septem horis canonicis ad effundendum dictæ Virgini, & eius Filio sedulas preces, ex tunc semper convenerunt, ibique de verbo divino, culpisque vitandis, & animarum salute procuranda, humili colloquiô ad invicem contulerunt. Et propterea cæteri etiam, ab eorum Religione externi, eos deinceps fratres B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli, semper appellaverint. *Item Ioannes Bacco perillustris Doctor* in Compend. Histor, *quod habetur* in speculo Ordinis fol. 56. *ubi* cap. 3. *dum agit de causis, propter quas Summi Pontifices titulum Fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo nostræ Religioni concedunt, inquit:* Post Incarnationem quoque Oratorium in Carmelo sub titulo Beatæ Mariæ erexerunt, propter hoc ab eo rectè sunt intitulati. *Sequitur Ioannes de Malinis vetustus etiam author* in Speculo Historiali cap 5. *his verbis.* Post Ascensionem verò Domini Iesu Christi; quia ipsi Eremitæ in Monte Carmeli ad honorem Beatæ Mariæ Virginis Capellam specialiter construxerant, ubi devotâ eidem Virgini gloriosæ Mariæ serviebant; idcircò eius titulum retinere elegerunt, & ex tunc Fratres B. Mariæ Virginis appellari voluerunt. *Dixerat autem in principio eiusdem capitis* 5. Post ascensionem Domini, cum in Iudæa & Samaria, à Christi-fidelibus ædificaretur Ecclesia, Religiosi Eremitæ de Monte Carmeli specialem devotionem Genitrici Dei habentes, in eodem Monte Carmeli, iuxta fontem Eliæ, Cappellam quamdam in honorem B. Mariæ Virginis primò devotissimè construxerunt: ubi singulis diebus, horis statutis, ad effundendum Deo preces, & eius Matri, conveniebant. *Et Ioannes de Cim neto* in Tractatulo Speculum ordinis *nuncupato* cap 4. *sic:* Fratres verò tempore, quô Ecclesia per totam Iudæam & Samariam ædificabatur, post Ascensionem Domini in eodem Monte, iuxta quendam fontem, Ord. Authores.

 ubi habi-

ubi habitauit Elias, Oratorium in honore B. Mariæ Virginis primi construxerunt. *Attinit & informatio quædam, Religionis nomine, iam olim summo Pontifici oblata per Generalem Olerium, de qua suprà* num. 1. *in qua* art. 1. *sic habetur*: qui tandem per prædicationem Apostolorum fidem Christi suscipientes, Oratorium in honore Beatæ Virginis Mariæ Dei Genitricis, in decliuio ipsius Montis construxerunt, & ipsam in specialem Patronam elegerunt ut patet ex rubrica prima antiquarum Constitutionum Ordinis prædicti. *Præterea Ioannes de Vineta in Tractatulo, qui incipit*: Cum quidam fratres, *sic ad intentum*. quorum successores, post Incarnationem Domini nostri Iesu Christi Oratorium in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ Matris Dei construxerunt, & ipsius titulum elegerunt; & ob hoc Fratres Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli deinceps per Apostolica privilegia sunt vocati. *Et infrà* cap. 3. *sic*: Anno Incarnationis Christi 83. Fratres Carmelitæ, diruentes eorum Seunion antiquum, ædificauerunt Primæ Virgini, scilicet B. Mariæ Genitrici Dei, Cappellam quandam in Monte Carmeli, iuxta Fontem Eliæ, in situ illo, in quo Elias orans viderat nubeculam, quasi vestigium hominis de mari ascendentem in Carmelum, ubi professores prædicti se ipsos huic Virgini commendantes, singulis diebus in septem horis canonicis ad effundendum dictæ Virgini, & eius filio sedulas preces, & supplicationes, atque laudes, etiam tunc semper convenerunt. Et propterea cæteri ab eorum Religione externi eos deinceps Fratres B. Mariæ de Monte Carmeli semper appellaverunt. *Ioannes verò Grossius Generalis* in suo Viridario clavi 1. *hæc habet*: Ipsi primi ad honorem ipsius gloriosæ Virginis Cappellam fabricaverunt eius eligentes titulum. *Item Baptista Mantuanus*. lib. 3. Parthenices *sic*:

Propterea Montana viri spelæa colentes,
Auditô illius fatô sublime sacellum
Apricis posuere iugis primi, atque quotannis
Sacra instaurantes, hymnos & thura ferebant.

*Et* lib. 2. de Patientia cap. 27. *sic*: At postquam Christi Mater Maria functa est vita, ipsi sacellum in eodem Monte primi construxerunt. *Item* in Apolog. pro Carmelitis *his verbis*: Sepulturæ interfuerunt, æternum valedixerunt. Demum cum summa animi amaritudine reversi mox sacelli fundamenta iecerunt Mariæ titulum imponentes, vt illuc quotidiè tamquam Mariæ domum convenirent. *Præterea Martinus Italus apud Palæonydorum* lib. 2. cap. 8. Præterea quoquè Prophetarum filij sacram ædem nomini Virginis, postquam in cælum fuit assumpta, primi dedicasse perhibentur. *Et ipse Palæonydorus ibidem*: Septima ratio est, primaria Ecclesiæ à Fratribus Eliæ in Monte Carmeli in Virginis honore constructio. In eo videlicet loco, ubi didicerant, eam cum sodalibus suis sæpè moram traxisse &c. Quibus aggregandum S. Cyrillum duxit R. P. Daniel à Virgine Maria, loco citato num. 335. aiens, *eiusdem etiam sacelli meminit S. Cyrillus* lib. de Processu & Regula Ordinis cap. 5. *his verbis*: Monasterium in hoc Monte Carmeli, iuxta fontem Eliæ Prophetæ ædificari fecit, infra cuius septa includi, ac renovari iussit Cappellam, quàm ad honorem B. Dei Genitricis Mariæ prædecessores eorum, post ascensionem Christi, construxerant &c.

Dempsterus. 734. Addo ego, quod hîc speciali nota dignum est, illud Thomæ Dempsteri in *Apparata* ad Hist. Schol. *de monast. Scotici Regni* cap. 15. *Carmeliticus Ordo, seu fratres B. M. V. de Monte Carmelo, iam temporibus Prophetarum orti ab Elisæo, principia sua ducunt. Porrò sub annum reparatæ salutis* 100. *Mons ille Carmelus, unde illi cognominationem sortiuntur, celebri Religionis gloriâ frequentabatur, usque adeò ut Gentiles eum in summa veneratione haberent, ut Oraculum inde peterent.*

ut ex

*ut ex Strabone Tacito, alijsque est clarum: illi sanctissimâ vitâ diu toleratâ, tandem à Saladino, Christiani nominis hoste, terra Sancta finibus exacti, in Europam descenderunt.*

735. Unde: cum C. Landtmeter de ista veritate immeritò dubitet, hâc tamen suppositâ nil opponat, præter duo argumenta ab authoritate negativa, *Quid est, quod Romana* &c. *quid est, quod S. Hieronymus* &c. longè prudentius & cautius ista tacuisset, quàm sic sui iudicij, alias magni, in re summi momenti, & quæ integrum ordinem tangit, imbecillitatem prodidisset, subdens. *Ego hîc hæreo, nec nodum solvo, faciat, qui voluerit, & poterit.* ubi hæret, obsecro? In dubio de veritate tot testimonijs præcitatis evicta, ut millenæ & millenæ in Historijs Ecclesiasticis reperiantur receptæ, quæ paucioribus, usque infirmioribus nitantur, Cur hæret, amabo te? ob allata duo argumenta ab authoritate negativa. de quibus Em. Bellarminus lib. 2 de Romanis Pontificibus cap. 8. sic scribit: *Respondeo: nihil concludi ex Argumentis ab authoritate negativa; non enim sequitur: Lucas, Paulus, & Seneca, non dicunt, Petrum fuisse Romæ; igitur non fuit Petrus Romæ. Non enim isti tres omnia dicere debuerunt, & plus creditur tribus testibus affirmantibus, quàm mille nihil dicentibus.* Et Theophilus Raynaudus lib. *de Scapulari Parthen: Carm* p. 2. q. 8. contra Lanoyum: *hoc argumentum* &c. *Et stramineum est, ac indignum Philosopho, cui in dialecticis rudimentis insonat vulgare effatum. de inanitate argumenti ducti ab authoritate negativa.* quibus similia plura habes supra *n.* 315 quæ ibi videre potes.

Notatur Landtmeter.

Solutio 2.

736. Respondeo secundo: de solita fidelium in Sabathis & festis in Carmelum peregrinatione satis constat ex S. Scriptura 4. *Regum.* 4 *v.* 23. ubi maritus Sunamitiden, Carmelum adire volentem, percunctatur: *quam ob causam vadis ad eum? hodiè non sunt Calendæ, neque Sabathum* quibus subdit Gaspar Sanchez: *hinc constat usitatum esse inter Hebræos, ut diebus sacris atque solemnibus, rationis ac religionis gratiâ, loca quædam adirent religioni & pietati destinata, qualia, erant oratoria & templa aut Sanctorum Cœnobia. qualia videntur fuisse illa, quæ instituerunt Elias & Eliseus, quorum præcipuum videtur fuisse in Monte Carmelo, ubi magnus habitabat Prophetarum numerus, qui divinis laudibus assiduè vacabant* Franciscus Suarez *tom.* 4. *de Religione tract.* 9. *lib.* 2 *cap.* 10. similiter subdit: *in his verbis insinuantur duo: unum est habuisse illam fœminam consuetudinem adeundi illis diebus in Carmelum, ad conveniendum Prophetam illic habitantem: aliud est, solitam esse illuc ire causa religionis ad verbum Dei cum alijs audiendum à Propheta, vel orandum & canendum divinas laudes, sicut mos est Hebræis eundi ad orationis loca in diebus Sabathorum & Calendarum, & festivis alijs, ut docuit Lyranus, & latius Abulensis q.* 30. Et infrà. *Erat igitur mons ille habitatio istorum Prophetarum, & in eo habebant locum aliquem operibus religionis & divini cultus destinatum.* & Tyrinus in 4 Regum cap. 4. v. 8 *Sunam oppidum erat in Tribu Issachar ad radices montis Carmeli: colligitur ex v.* 23, *ubi insinuatur usitatum fuisse à personis pijs, & salua religione licuisse, Sabatho & Calendis ex Sunam proficisci ad Cœnobium Elisei in Carmelo, utique ut divinis istic laudibus & sanctis exhortationibus interessent: ergo intervallum non erat nisi Sabathi iteris mille cubitorum.* Rudolphus de Saxonia, *in vita S. Annæ* in fine *libri de vita Christi* ex Petri Dorlandi Historia in compendium redacta *Septuaginta septem (ut D. Cyrillus Carmelita ait) ante Divini Verbi Incarnationem annis, floruit in Iudæa virgo quædam generosissima, ex David stirpe nata, Emerentia nomine* &c. *quæ cum parentum venia filios prophetarum in monte Carmelo visitare solita, ab eisdē moribus & prudentia ac sanctitate plurimum illustrabatur* &c. Caietanus, Serarius, & alij plures. Unde D. Landtmeter hanc in Montem Carmelum peregrinationem, ipsô Textu confirmatam, plus quam mille ducentis annis ante Paulam Romanam, ac ipsum S. Hieronymum, usitatam & solitam, agnoscit, vel non? Si prius: licèt illa de qua agit, non fuisset, subsistit fuisse in Carmelo monte ante illos agnitum, & frequentatum Monasterium, ac Monachos, quod, dubitando de peregrinatione S. Paulæ in Montem Carmelum, evertere nititur, sed frustrà, priori istâ peregrinatione in montem istum agnitâ, ut patet. Si posterius: rationem dubitandi non adfert, & fine

4 Regum 4.

Sanchez.

Suarez.

Tyrinus.

Rudol. de Saxonia.

Peregrinatio ad Carmelum antiquissima.

sine ulla ratione negat id, quod Sacer Textus ac Doctores celeberrimi affirmant: quo iure? Ipse viderit. Verumtamen illam priorem in montem Carmelum peregrinationem post erectum in illo Seunium ad Deiparæ Virginis honorem, ut vidimus supra, fuisse continuatam, &, quam ante, solemniorem factam suadet, omnibus Christianis, ad visendum loca vicina ipsi consecrata, quodammodò innata devotio, cuius deuotionis antiquitas à Catholicis deprimi non deberet, sed potius commendari: quia sicut, quo antiquior est consuetudo, traditio &c. eo magis recepta, firmior & securior est, ita & ad loca Deiparæ consecrata miraculis peregrinatio ac erga illam devotio. Finio igitur cum vulgari adagio, quod non satis ponderavit D. Landtmeter: *plus sapit stultus in domo sua, quàm sapiens in aliena.*

Adagium.

## §. II.

# PRÆTENTIONES

## *Ex R. P. M. Francisco Bivario Cistertiensi de Monachatu lib. 2.*

### PRIMA.

Obiectio 1. contra perfectionem monachatus Ioannis

R. P. Bivarius ibidem cap. 1. n. 10. *Quarè nec Ioannes ipse, omnibus veri Monachatus numeris perfectus & absolutus Monachus extitit: nam & vota eius, si quæ emisit non solùm simplicia fuere; sed à nemine sub Ecclesia nomine acceptata, præcessitque ipsam Monastici status promulgationem à Christo Domino editam in promulgatione Evangelij.*

### SOLUTIO

Solutio 1. à scriptis Bivarij.

737. Respondeo 1. P. Bivarium ex suamet doctrina convinci à Veritate deviare, nam ibidem cap. 6. n. 35 sic scribit: *licet Apostoli ipsi substantialia totius Ecclesiasticæ œconomiæ decreverint ex divina institutione, accidentia tamen suis successoribus pro temporum opportunitatibus immutanda commisere* &c. *Hinc etiam necessaria consecutione deducitur, cum Apostolica Sedes aliquam approbat religionem, non approbare de novo religiosum statum quoad substantiam, idenim & Christi Domini & Apostolorum eius approbatione & promulgatione inconcussè subnititur: sed sodalitium huiusmodi, 1. quatenus his vel illis circumstantijs & accidentibus politicæ gubernationis vestitur.* Sic argumentor. Quod vota debeant ab aliquo sub Ecclesiæ nomine acceptari, est ex decreto Apostolicæ sedis, & ad sodalitium huiusmodi, quatenus his vel illis circumstantijs & accidentibus politicæ gubernationis vestitur, nec legitur in Evangelio, aut Christi monastices institucionone. P. M. Bivarius n. 36. addit: *quamobrem quærenti: quando S. Paulus vota emisit monastica, quando S. Benedictus? Respondendum est: sanè quando statum monasticum arripuerunt, facto ipso & opere contestatos se ad omnia, quæ monachorum erant, ex tunc verissimè & ex animo obligatos fore, & esse, atque se, suaque omnia, transactione perfectâ Ecclesiæ tradidisse, ita ut deinceps ad observantiam votorum cogi possent, ab eius legitimis quoad hoc ministris; animoque incapaces redditos ineundarum nuptiarum, & dominij rerum, seu etiam illarum usus quo sunt viri Ioannis professione fructus.* Deinde cap. 7. n. 7. *Age modò ex huiusmodi adhibita consecratione*

Bivarius iterum.

*Virgin-*

*Virginitatis Deiparæ, ostendamus, nihil eorum, quæ in vera solemnis Virginitatis voti emissione intercedere solent, hic defuisse: enim verò ex parte virginis nostra vera propriissimaque traditionis reperitur ratio, quâ Deo Corpus suum tradidit cum voto perpetuæ perseverantiæ &c. Namque in traditione & acceptatione solemni Dominium virginei corporis à virgine transfertur in Deum, cui dicatur, ut deinceps non sit sui iuris virgo, sed Dei: & hoc sanè si alibi contigit, multò præstantius in præsenti, nisi quod cæterorum acceptatio à ministro Dei fit sub eius nomine; Mariæ verò virginitatem per sese Deus ipse protegendam & defendendam suscipit.* Num. autem 14. *Sed qui poterit solemne dici votum in religione approbata per Apostolicam sedem* (poterit addere & *post Evangelij promulgationem*) *non emissum? Hoc sanè obesse non potuit illi voto, quod cæterorum tanua est & exemplar: nihil enim recentiores Patres decernere de præteritis voluerunt, præcipuè de eo, quod Dominè ipsô decernente, perfectum est, & primum fuit cæterorum.* Atqui Ioannem Baptistam (& sic de Elia) fecisse, quod S. Paulo & Benedicto ascribit, nulla ratione negari potest, saltem respectivè ad istius temporis legitimos Ecclesiæ veteris Superiores ergo id non obstat, ne Ioannis Baptistæ (ac per consequens Eliæ) monachatus fuerit tam omnibus numeris quoad substantiam perfectus & absolutus, quàm S. Pauli & Benedicti: & sicut per ipsum horum vota obinde non fuerunt solum simplicia, sed tacitè solemnia, ità, Ioannis Baptistæ & Eliæ dicere debet solemnia, quod non existimamus.

738. Respondeo. 2. Quod Ioannis Baptistæ vota præcesserunt *ipsam monastici status promulgationem à Christo Domino editam in promulgatione Evangelij*, non obstare, ne fuerit *omnibus veri Monachatus numeris* quoad substantiam *perfectus & absolutus*: quia Evangelij promulgatio non magis est de substantia veri monachatus, quàm de substantia veri voti, aut votorum obedientiæ, paupertatis & castitatis votorum; hæc autem promulgationem illam præcessisse in Ioanne Baptista, ibi supponit P. Bivarius, per hæc verba *nam & valor eius* &c. non enim promulgatio veri monachatus aliter ad hunc requiritur, quàm ut cognoscatur; cognitio autem non est magis de substantia actus, quem repræsentat, quàm repræsentatio artificis, sit de substantia domus materialis, quam ædificat. Deinde, cognitio veri monachatus, aliunde, quam per Evangelij promulgationem, per specialem scilicet Dei præviam revelationem, accipi potuisse, omninò certum est: Ioannem Baptistam verò hanc habuisse (& idem est de Elia, ut patet ex dictis *Scuto* 1.) docet ipse P. Bivarius *ibidem cap.* 1. *n.* 8. hisce Magni Gregorij *lib.* 1. *dialogi cap.* 1. verbis: *Sic quippe etiam Ioannes Baptista Magistrum habuisse non legitur, neque ipsa veritas, quæ corporali præsentia Apostolos docuit, eum inter discipulos aggregavit: sed quem intrinsecus docebat, extrinsecus, quasi in libertate reliquerat.* Et in exposit. cap. 3. lib. 1. Regum: *Perfecti quippe viri, & docibiles Dei; ministri quidem in conspectu Domini sunt; sed ante faciem hominis ministri eius non sunt; quia ipsa eos intus divinitas erudit, qualiter foris, etiam vitâ & moribus, ac doctrinâ disponantur. Vnde & præcursori Redemptoris paterni oraculi laude promittitur*: tu, qui Propheta altissimi vocaberis, præibis ante faciem Domini parare vias eius. *Ante faciem quidem Domini præire describitur, qui in ministerio suô non erat secuturus arbitrium superioris hominis, sed inspirationem Divinitatis.* Subdit P. Bivarius.: *idque mihi colligo ex Luca dicente*: confortabatur, à spiritu, & erat in desertis. *A spiritu quidem confortabatur, ut Eremum incolens sanctitatis eremiticæ fastigia conscenderet, non ab homine: sic ipse Elias magisterium hominis non agnovit, non solùm in Prophetia, sed nec in solitudinis institutis.*

Solutio 2. ex scriptis Bivarij.

739. Non obinde tamen Ioannes Baptista non fuit Eliani instituti; quia *Luca* 1. dicitur: *ipso præibit ante illum in spiritu & virtute Eliæ, parare Domino plebem perfectam.* Vide pro hac doctrina irrefragab les præcitatas authoritates *n.* 645. quibus adde illud Gillemanni Can. Reg. ord. S. Aug. in *Martyrologio* ad diem 29. August. *Hic Ioannes*

Ioannes Bapt. fuit Eliani instituti.

Gillemannus.

Ferdinandez. *Baptista vitam Eremiticam, ab Elia institutam, adhuc puer assumpsit.* Antonij Ferdinandez in *visiones novi test.* in præf. ad vis. 9. n. 8. *Eliam verò secutus est Ioannes Baptista* &c. *Spiritus ergo Eliæ continuata serie in deserto per homines religiosæ vitæ, denique in Ioannem transmissus, illum quoque exibuit mundo monachorum parentem.* Et aliorum n. 78. citatorum. Imò ipsum fuisse

Zeglerus. Esseni instituti monachum insuper patet ex Iacobo Zeglero in descriptione Palæstinæ in monte Addumini folio 38. *In huius solitudinis parte sedit Elias Propheta, & Eliseus construxit cellas Prophetis: manavit institutio, & loci religio ad posteros; fuitque desertum hoc usque ad Engaddi habitatum ab essenis* &c *sub quorum institutum educatus fuit Ioannes Zacharia, & habi-*

Chartagena. *tus in Essenis un… praduatæ sanctitatis* &c. & Chartagena tom. 4. lib. 17 homil. 2. obiect 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis inter Filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui*

Isidorus, *monasticam Eliæ disciplinam profitebantur.* Quæ omnia confirmari possunt ex Isidoro Hispalensi lib. 2. de officijs cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum scripturarum, huius propositi Princeps Elias & discipulus eius fuerunt* &c. *Huius etiam propositi in Evangelio Ioannes Baptista extitit* &c. *Iam deinde progeniti sunt conversationis huius nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion cæterique Patres* &c *ad imitationem scilicet Eliæ & Ioannis Baptistæ, qui Eremi*

Bernardus. *secessus penetrarunt.* Et Bernardo in serm. ad fratres de monte Dei: *Vita monastica est antiqua hereditas Ecclesiæ, à tempore Prophetarum præmonstrata, iamque novò gratiæ sole exortò in Ioanne Baptista instaurata, & renovata.* Vide n. 644.

Solutio 3. à contradictione. 740. Respondeo 3. Absque ulla authoritate P. Bivarium scribere ea, quæ supra ex ipso nobis obiecimus. Nec solum obstant præcitatæ authoritates, sed sibi ipsi contradicere videtur *ibid. cap 7. n. 7.* dicenti: *Sed qui poterit solemne dici votum in Religione approbata* (idem est de his modernis conditionibus necessarijs *in manus Superioris nomine Dei; post Evangelium promulgatum; secundum certam regulam scriptam* &c.) *per Apostolicam sedem non emissum? Hoc sanè obesse non potuit illi voto, quod cæterorum ianua est, & exemplar: nihil enim Ecclesiæ recentiores Patres decernere de præteritis voluerunt, præcipuè de eo, quod, Dominò ipsò decernente, perfectum est, & primum fuit cæterorum.* Deum autem decrevisse vota Eliæ & Ioannis Baptistæ satis patet ex statim præmissis; & si obinde ista obesse non possint voto solemni Deiparæ Virginis, ante Evangelij promulgationem & soli Deo emisso, nec obesse possunt, votis Eliæ & Ioannis Baptistæ, quibus similem tribuere debet solemnitatem, ut consequenter loquatur.

## SECUNDA.

obiectio 2. à necessitate ministri Eccle. ad votum solemne. 741. R. P. M. Bivarius *ibid.* cap 6. n. 1. *Accedit solemne votum Religionis non fieri absque Ecclesiæ ministro, qui eius nomine illud suscipiat, & ratum habeat: hinc verò deducitur multos, præcipuosque veterum monachorum, non verè & propriè fuisse Monachos, quippe quod absque Ecclesiæ ministro ad Eremum convolaverint: eiusmodi fuere S. Paulus Princeps omnium Eremitarum, & S. P. Benedictus Monachorum Patriarcha, qui ducti à spiritu, absque arbitro, vitam monasticam primitus egerunt: nec assignari potest, quando vota professionis in manu Antistitis, vel Abbatis solemniter emiserint: Paulus siquidem fugiens persecutionem à Diocletiano excitatam, vastam Eremum per annos 98. cunctis hominibus incognitus coluit, Benedictus à Romano Monacho S. Conversationis habitum accepit, sed qui sub Abbate degeret in vicino specui Cœnobio, non tamen Abbas esset, cui vota suscipere & solemnizare concessum est; idemque de innumeris alijs veteribus monasticæ vitæ cultoribus dicendum necessariò videtur.*

## SOLUTIO.

Solutio 1. à falso supposit. 742. RESpondeo 1. P. M. Bivarium ibi falsum supponere, videlicet, ante Innocentij III. in Concilio Later. anno. 1215. ut constat ex cap. *ne nimia de relig. dom in*

*dom. in 6.* inhibitionem, ut sequitur: *ne nimia religionum diversitas gravem in Ecclesia confusionem inducat firmiter prohibemus* &c. necessarium fuisse votum religionis fieri alicui Ecclesiæ ministro, qui eius nomine illud susciperet, & ratum haberet, quod non probat, & probare debuisset, priusquam inde deduceret, *multos, præcipuosque veterum monachorum, non verè & propriè fuisse Monachos*: ne hanc prærogativam, absque ratione & authoritate auferret; non solum à SS. Paulo & Benedicto; sed & ab Elia, Ioanne Baptista, Antonio, Hilarione, Pachomio, Basilio, Augustino, Hieronymo, Epiphanio, & alijs SS. primitivæ Ecclesiæ Monachis, quorum difficulter assignabit superiorem, qui Ecclesiæ nomine vota ipsorum susceperit. Sed de his plura vide *n. 616. & 617.*

743. Respondeo 2. P. M. Bivarium *ibidem n. 2.* sic scribere: *non me latet, videri posse alicui frustrà nos hunc* solemnis voti penitius naturam enucleandi *laborem assumere, cum ex decreto Gregorij XIII. perspicuum. sit, veram religionem, quæ ex tribus decantatissimis votis redintegratur, cum votis simplicibus consistere posse, quod pridem Caietanus docuerat* in com. art. 7. q. 88. 21. *& consequenter veteres illos Anachoretas, non minus propriè & verè religiosos fuisse simplicibus dumtaxat votis adstrictos, quam nos, & cæteros huius ævi, quibus vota emittere solemnia datum est.* Quæ intellecta de Religiosis secundum Religionis substantiam præcisè, sive præcisâ *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout legis gratia* à Religiosis antiquæ legis, & novæ, qui sponte suâ soli Deo, non verò alicui homini, nomine Ecclesiæ vota acceptanti, ante Innocentium III. tria vota obedientiæ, paupertatis, & castitatis emiserint, admittimus, & hucusque propugnavimus; abundeque sufficerent ad P. M. Bivarium proprijs vincendum armis, nisi *ibidem* hoc ipsum impugnaret ut sequitur. *Cæterum minus, qui eiusmodi placiti sectator sit, perpendit, non utcumque domi suæ tria emittens vota simplicia religiosus reddi: sed necessum est, ut ea ab Ecclesia acceptentur, ut verè Pontifex acceptare se promittit ea, quæ coadiutores Societatis* IESU, *post Biennium approbationis, emittunt: enim verò absque traditione sui ipsius in religionis potestatem, non contingit aliquem religionem ingredi: esset enim sola futuri ingressus promissio, quæ religiosum nequaquam valet constituere.* Sed contra quæro: cur vota domi suæ (nam in domo cella seu casa ipsa ipsi solitudo esse potest) ante aliam Ecclesiæ ordinationem, emittens, esse non potuerit verè & propriè religiosus solitarius; & cur ad hoc non omninò suffecerit vota illa tunc temporis à solo Deo acceptari, cùm manifestum sit illum votis istis, non quidem ingredi vitam Cœnobiticam; sed solitariam & Eremiticam, quamdiu per modum fundatoris plures in unum non collegit tamquam eorum caput, prout fecerunt Elias, Benedictus & alij?

Solutio 2. à scriptis Bivarij.

744. Nec obstat 1. Quod *ibidem immediatè* subdit: *Patres autem illi, de quibus se offert difficultas, nemini se tradidisse dicuntur, qui Ecclesiæ nomine eos corpori Religionis associaret; quarè quantumcumque seorsim tria illa vota emiserint, unde propriè & verè monachi dici poterunt? nisi quis velit eatenus Monachos nuncupatos, quod suâ sponte Monachorum mores servaverint?*

Instantia.

745. Respondeo. Mihi quidem rationem illam ob præmissa statim, & ad *Prætentionem* 1. abundè sufficientem videri, si sub moribus istis tria vota concludantur: nec, stantibus ijs, quæ *ibidem n.* 36. habet, ullatenus ab ipso negari potest: sic enim scribit: *ergo Beatos illos Patres, Paulum, Antonium, Pachomium, Benedictum, & cæteros, verè & proprijssimè Monachos extitisse, votaque omnia monastica solemniter emisisse, ut nos, liberè & constanter fatemur.* Ratio ipsius est: *quippe qui, post approbatum & promulgatum, unicèque ab Apostolis commendatum Monasticum statum, sponte suâ eum arripuerint, animô perpetuò in eo permanendi, ut ratio status postulat, quo tempore nihil aliud requirebatur, ut quis in Ecclesia verè Monachus haberetur, & esset, & professio tacita erat in usu, fuitque usque ad tempora Concilij Tridentini. Quamobrem quærenti: quando S. Paulus vota emisit monastica solemniter, quando S. Benedictus? Respondendum est;*

Reiicitur.

*dum est: sane quando statum monasticum arripuerunt, facto ipso & opere contestati, se ad omnia, quæ Monachorum erant ex tunc verissimè & ex animo obligatos fore, & esse, atque se, suaque omnia transactione perfectâ Ecclesiæ tradidisse, ita ut deinceps ad observationem votorum cogi possent ab eius legitimis quoad hoc ministris, animoque incapaces redditos ineundarum nuptiarum, dominij rerum, seu etiam illarum usus, qui sunt veri solemnis professionis fructus.*

Obtestatio Authoris. 746. Sed obsecro, hæc conferat Lector, cum ipsa limitatione: *nisi quis* &c. fallor, si non judicet, hanc rationem nihil plus quàm limitationem istam, importare, ac consequenter hîc scribens: *beatos illos Patres, Paulum, Antonium, Pachomium, Benedictum & cæteros verè & proprijssimè Monachos extitisse, votaque omnia monastica emisisse*, evidenter contradicere his obiectis: *quarè quantumcumque seorsim tria illa vota emiserint, unde propriè & verè Monachi dici poterunt?* *Nisi* &c. cum hanc limitationem impugnet *ibidem n.* 2. ut sequitur: *Nisi quis velit exterius Monachos nuncupatos, quod suâ sponte Monachorum mores servaverint, sicut Elias, & Eliseus & Filij Prophetarum. Atqui parum circumspectè & reverenter is loqui convinceretur de Protoparentibus verorum Monachorum legis gratiæ: & perperam omninò; quandoquidem minus religiosos, Patres, quam Filios, aut minus verè & propriè, asserere, quis non longè à vera ratione prospicit esse; eo vel maximè, quod assignari nequeant, Leges & instituta Ecclesiastica, quæ filiorum potius eius, quàm S. Benedicti Monachatum commendant, & tamen nemo, quos ipse ad pietatem erudivit, minus propriè monachos dixerit: quales igitur Filij, necesse est Patrem fuisse. Cui accedit, eiusdem Gregorij XIII. testimonio haberi (quod superius quoque annotatum reliquimus) quod Societatis coadiutores, solis votis simplicibus verè & propriè religiosi existant, novum esse inventum, hactenus, scilicet in Ecclesia inusitatum & inauditum; cum*

Explodit nos Bivarius. *prius religiosos omnes votis se innecti consuevisse solemnibus, Bonifacij VIII. verbis prætactis luculenter expressérit. Abeat igitur facilis existimationis placitum*: sed contra impugnatio ista longè facilioris est isto placito existimationis.

Reiicitur. 1. 747. Primò: quia contra existimationem illam nihil prorsus habent præiacta ab eo Bonifacij Summi Pontificis verba in favorem votorum SS. Pauli & Benedicti, de quibus, & pro quibus agit *solemnium*; sed potius oppositum: etenim hæc sunt illius verba præiacta: *Bonifacius VIII. cap. quod votum*, de voto & voti Redempt. in 6. *decrevit*: QUOD VOTI SOLEMNITAS EX SOLA CONSTITUTIONE ECCLESIÆ EST INVENTA. Infero: ergo ante constitutionem illam, quæ non erat tempore SS. Pauli & Benedicti, non erat voti *solemnitas*: ergo vota illorum non erant *solemnia*, quod ipse probare intendit. Deinde hæc subdit: *& speciali sanctione decrevit*: ILLUD SOLUM VOTUM DEBERE DICI SOLEMNE, QUOD SOLEMNIZATUM FUERIT (*quod spectat ad Monachos*) PER PROFESSIONEM EXPRESSAM VEL TACITAM ALICUI EX RELIGIONIBUS PER SEDEM APOSTOLICAM APPROBATIS. Sed contra his meritò impugnatur; quia SS. Pauli & Benedicti votis non conveniunt, cum solemnizata non fuerint *per professionem expressam vel tacitam alicui ex religionibus per sedem Apostolicam approbatis*; quia approbatio hæc demum ab Innocentio III. anno. 1215. requisita est.

Reiicitur 2. 748. Secundo: quia Gregorij testimonium ab eo ante *cap.* 15. citatum habet quidem: *Decernimus, tria vota huiusmodi, etsi simplicia, ex huius sedis institutione, ac nostra etiam declaratione & confirmatione, esse verè substantialia Religionis vota* &c. *Et quoscumque, qui in ipsa Societate admissi, Biennio probationis quolibet eorum peracto, tria vota substantialia prædicta, tametsi simplicia, emiserint, aut emittent in futurum, verè & propriè religiosos fuisse, & esse, ac fore, & ubique, semper, & ab omnibus, censeri & nominari debere, non secus atque ipsos, tum Societatis tum quorumcumque aliorum Ordinum, professos Regularium* &c. Sed si quis hæc conferat cum præcitatis Bonifacij VIII. *Decrevit, quod voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inventa*, statim videbit, quod tria vota substantialia ante Ecclesiæ constitutionem, ex qua sola *solem-*

*solemnitatem* decernit *inventam*, fuisse substantialia religionis, & tamen non solemnia: ac proinde tria vota substantialia, itidem simplicia, constituere verè & propriè religiosum, non esse *novum inventum* Gregorij XIII. quasi recessisset àb antiquissima, & eo usque continuata totius Ecclesiæ traditione; sed reductionem trium istorum votorum simplicium ad statum, quem habebant, ante voti solemnitatem ex sola constitutione Ecclesiæ inventam, decernente ac testante Bonifacio VIII. Alioqui certè dicendum foret, quod tria vota substantialia ex natura rei sint solemnia, quod evidenter repugnat decreto Bonifacij VIII. indeque sequeretur, quod quicumque in Societate Iesu illa tria vota emittunt, sint ex natura rei solemniter professi, quod est contra mentem Pontificum, atque etiam Societatis Iesu praxim, quâ suos vota simplicia professos, ob rationes, dimittit, & dimissi liberè nubunt; ac totius Ecclesiæ sensum, quô vota perpetua dividuntur in simplicia & solemnia, quæ ex natura rei confundi deberent, cum non sit ratio dicendi, unum potius esse ex natura rei solemne, quàm aliud, ut consideranti patebit, ex ipso citata *n.* 740. de voto Deiparæ Virginis extra religionem à S. Sede approbatam.

749 Tertiò: Non est ratio, cur minus circumspectè & reverenter de Protoparentibus loquatur, qui dicit, eos sponte suâ tria vota substantialia Deo emisisse, non homini, quàm qui dicit, eos tria vota substantialia extra religionem à S. Sede approbatam, non in à S. Sede approbata: hoc autem passim dicunt omnes, cum S. Sedis approbatio, nondum esset requisita, ut videmus *Pharet. VI. Telo. X. per totum*. Verumtamen, si inde sequatur, Patres minus religiosos, fuisse, quàm Filios, sive Patres minus, quàm illos, verè & propriè fuisse religiosos, id quoque hinc sequitur; & si omnes perspiciant illud prius longè esse à vera ratione, idem de posteriori conspiciunt. Sed P. Bivarius attendere debuisset, in utroque additionem non fieri in substantialibus, sed in accidentalibus dumtaxat, tempore SS. Pauli & Benedicti nondum requisitis; quibus non obstantibus, Patres æquè verè & propriè fuerunt religiosi in substantialibus, quàm Filij, quod abundè sufficit, ut patet ex Ordinum cum additamentis reformatione, quæ perfectæ Protoparentum Religioni non obstat. Unde frustrà & malè, ut vidimus, SS. Paulo & Benedicto vota *solemnia* tribuit, ut Patres æquè verè, & propriè faciat in substantialibus religiosos, ac Filios. Rejicitur 3.

750. Quartò: parum consideratè exemplificat in Elia, Eliseo & Filijs Prophetarum, aiens: *Nisi quis velit eatenùs Monachos nuncupatos quod suâ sponte Monachorum mores servaverint, sicut Elias, Eliseus & Filij Prophetarum.* Nam Eliam, quoad executionem fuisse primum in tribus votis essentialibus monachum, supra efficaciter probatum est. Eliseum verò fuisse Eliæ Filium religiosum, & Filios Prophetarum Eliæ & Elisei Filios religiosos, evincunt authoritates *Scuto IV. VI. VII. XIII. Pharetra ultima Telo II. & Responsio ad Prætensiones D. Laurentij Landtmeter*, citatæ, ex quo evidenter sequitur hos votis suis se suo Superiori & Monasterio tradidisse, non verò spontè, votis soli Deo factis mores Monachorum servasse, prout eos SS. Paulum & Benedictum, sibi contradicendo, ut vidimus supra, servasse docet. Rejicitur 4.

## TERTIA.

751. R. P. Bivarius Ibidem cap. I. n. 8. *Verum non ideò credas Ioannem venire in spiritu & virtute Eliæ, quasi ab aliquo eius disciplina monacho, aut Esseno, in eremo fuerit eruditus, ut aliqui per [illegible] suspicantur; siquidem tantum Prophetam non decebat ab homine erudiri;* Objectio 3. quod Ioannes magistrum nõ habuerit.



*aut quod*

*aut quod quispiam hominum tantum Ioanni institiam docere valuerit: ut omittam, quod* lib. superiori cap. 13. n. 7. *docuimus, Essenos sectarios perpetuos in lege fuisse, erroribusque conspersos: discipulorum verò Elisei (nam Elias nullos habuit) nec tenuis supererat memoria.*

Elias nullos discipulos.

## SOLUTIO.

Solutio. 1. 152. RÉspondeo 1. R. P Bivarium ibi paucis multa comprehendere; sed valde pauca probare: nam ipsum non satis doctè & sapienter docuisse, Essenos in lege fuisse sectarios perpetuos, constat ex præmissis *Sectio VI. per totum*, ubi solvimus omnia ipsius argumenta ex *præcitato cap.* 13. deprompta: quæ commodius ibi videre poteris.

Solutio. 2. 4. Reg. 2. 753. Respondeo 2. falsum esse, quod scribit, *Eliam nullos habuisse discipulos*, constare ex ipsa S. Scriptura lib. 4. Regum cap. 2. *Accesserunt Filij Prophetarum, qui erant in Iericho ad Eliseum, & dixerunt ei: numquid nosti, quia Dominus hodiè tollet Dominum tuum à te*, &c. Infrà: *Et ascendit Elias per turbinem in cœlum; Eliseus autem videbat & clamabat Pater mi, Pater mi, currus Israel & auriga eius.* Et Ecclesiastici 48. *Qui prophetas facis successores post te.*

Waldensis. Unde Thomas Waldensis in doctrinali fid. lib. 3. art. 1. cap. 4 *Elias zelans multiplicare religionem Prophetarum, solicitè huic rei operam dedit, Eliseum primò instituens, & pallio suo induens, & demùm alios post eum magno numero providens ab intento, ut sanctæ religionis successio semper staret; secundum quod Sapiens Eliam alloquens, dixit*: Prophetas facis successores post te, qui raptus est in turbine ignis. *Eccli* 48.

Isidorus. S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de offic. cap. 15. *Quantum etiam pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum huius propositi* Princeps *Elias, & discipulus eius fuerunt* &c. *iam deinde progeniti sunt conversationis huius nobilissimi* Principes, *Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique* Patres.

Bradeleyus Thomas Bradeley ad An. 1444. de institut. Ord. B. M. V. de monte Carm. cap. 1. *Elias* &c. *religiosam, & Prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cœpit* &c. *discipulos etiam congregavit. quos prius in Eremo Charith docuit servare castitatem, paupertatem, & obedientiam*

Sanchez. Gaspar Sanchez in cap. 17. lib. 3. Regum: *Elias extra Montem Carmelum, religiosum habuit cœtum, quem tamen posteà in Montem Carmeli secum adduxit, ubi discipulis, qui postea Filij Prophetarum vocati sunt, monasticæ vitæ normam induxit.*

Camartus. Ægidius Camartus Minimorum Generalis *Operis* de Elia Thesbite cap. 5. sect. 10. *Celebres discipulorum scholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho* &c. & Infra. *tot enim discipulos veluti propagines in ipso Carmeli capite coëgit Elias, ut eorum virtutis odor, non solum vicinos montes pervaserit, sed prætereà ad Cedros usque Dei, quæ in Libano sunt, sese extenderunt.* Iterum infra: *Et postremò tot discipulorum collegia à nostro Elia instituta, montes, deserta, vicos omnes obtinuerunt à mari, cui adhæret Carmelus, ad flumen usque Æthiopiæ, ad quod usque mons Galaad protenditur.*

Abulensis. Abulensis in 4. Reg cap. 2. ad hanc q. 3. *Cur ante raptum Elias cum Eliseo adierit de Galgalis in Iericho & Bethel.* Respondens: *quia ibi erant certa prophetarum, qualia nunc sunt Religiosorum, quorum ille Pater &* Princeps *erat, quæ visitaret, collegia.*

Damianus Cardinalis Damianus tom. 3. Opusc. de orig. vitæ Erem. cap. 2. *Huius vitæ normam, ut anteriora prætereàm, Elias cœpit; Eliseus verò aucto discipulorum collegio, dilatavit.*

Contradictio Bivarij. Tot tamen authoritatibus non ad refellendum P. Bivarium, cum sibi evidenter contradicat *lib. 2. cap. 1. n. 11.* scribenti, *Sed quorum discipulorum Elias Magister extiterit, videamus. Ego duos in obsequio habuisse lego*, est opus, si *duos*, quomodo *nullos*?

Solutio. 3. 754. Respondeo 3. Quam etiam falsum sit, tempore Ioannis Baptistæ, *nec tenuem discipulorum Elisei superfuisse memoriam*, constare à fortiori ex eo, quod apud SS. Patres &

4. Reg. 6. alios, post ipsum usque ad nos, illorum remanserit memoria: sic enim 4. Regum cap. 6. legitur: *dixerunt autem filij* Prophetarum *ad Eliseum; ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis, eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, ut ædificemus*

*ficemus nobis ibi locum ad habitandum : qui dixit ita* &c. Super quo Waldensis doctrinal. fidei Waldensis.
lib 3. art. 1. cap. 4. *Post Eliam Eliseus in Monte Carmelo statuit multos de filijs Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere : Vnde venientes ad Eliseum præceptorem suum, dixerunt :* Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis, eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. *Et sic tandem multi manserunt ibidem iuxta littus Iordanis, & mansit hæc religio Prophetarum vsque ad adventum Christi.* Alium locum ex 4. 4. Reg. 2.
*Regum* 2 habes paulo ante citatum : non potuit autem tempore Ioannis Baptistæ istorum filiorum Prophetarum, Eliæ & Elisei discipulorum, *nec tenuis superfuisse memoria,* nisi veteris testamenti, tunc *nec tenuis superfuerit memoria,* cum adhuc illud vigeret, & etiam modo illius maxima sit memoria & lectio. Deinde, præter authores statim
citatos : sic scribunt, Iosephus Antiochenus, Christi primo sæculo, in *speculo primitivæ Ecclesiæ* cap 12 & 17. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadiutores, solitarij, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmelo descendentes, qui per Galileam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honore in Carmeli Montis declivio fabricantes Oratorium, Saluatoris Matri specialissimè servierunt.* Iosephus Antiochenus.
Genebrardus lib. Chronogr. ad An. mundi 3272. *Eliseus miris & inusitatis modis insignis 4. Regum 12. &c. construxit cellas prophetis in Ierechuntis solitudine. manavit institutum & loci religio ad posteros, fuitque desertum hoc vsque ad Engaddi ab Essenis habitatum, hominibus continentia incredibilis.* Genebrardus.
Adrianus Adrianius lib. de origine Monastices cap 2. *Iudæorum meliores Eliæ atque Elisei discipuli, Esseni appellati sunt.* Et intra : *unde liquet hos Essenos vel Hessenos ipsos esse filios Prophetarum, de quibus cap. antecedenti dictum fuit : qui quidem diversis in locis temporum decursu, admodum multiplicati, usque ad Christi Domini tempora, in prima sua institutione vitaque spiritualis amplexu, multis annorum centurijs constantissimè perstiterunt.* Adrianus.
Chartagena lib 17. Homiliarum Homil. 2. 8. *necessariò fatendum erit, Essenos etiam ab Elia & Eliseo, sive filijs Prophetarum eorum successoribus, promanasse ; quod præterea nominis demonstrat Etymologia* &c. vide n 32. *Scutum VII. VIII. IX. X & XIII.* Ioannem Baptistam autem fuisse unum de Essenis, sive Instituti Essenorum ac filiorum Prophetarum, manifestum est ex præmissis n 739. Chartagena.
Quanta autem hucusque sit, & fuerit, Elisei & discipulorum eius memoria colligere poteris ex authoritatibus pene innumeris *Pharet. ult. ad Telum* 2. citatis : itaut mirum sit P. M. Bivarium ista tam inconsideratè scripsisse

755. Respondeo 4. Me non videre, quomodò Ioannis Baptistæ Sanctitas impedierit, ne ab homine in Essenorum seu filiorum prophetarum instituto & spiritu Eliæ erudiretur, cum ipsemet Christus scientiam experimentalem ab hominibus acceperit, vt communiter docent Theologi. Deinde licèt tandem aliquando Ioannes Baptista par Eliæ fuerit, iuxta illud Augustini, vt aiunt, lib. qq. Solutio 4.
novi & vet testam. q. 26. *Dictum est à Spiritu sancto ad Zachariam, cuius meriti futurus esset Ioannes,* veniet, *inquit,* in spiritu & virtute Eliæ : *parem ergo Ioannem Eliæ ostendit : & Dominus dicit :* nemo major inter natos mulierum Ioanne Baptista : non dicit omnium maior : *hoc est, æqualem habet, maiorem non habet. Elias ergo par illi est.* Augustinus.
Hieronymi in Matth. 11. *vita austeritas rigorque mentis Eliæ & Ioannis pares sunt,* Theophilacti lect 12 in Ioan. *similitudinem Eliæ in suis operibus ostendebat.* & Abulensis in 4. Regum 1. q. 25. *secutus est per omnia vitam Eliæ, itaut à Iudæis putaretur esse Elias* : quod confirmat id, quod q. 16. præmisit : *putatus est Elias ; quia in nullo differebat ab eo.* Theophilactus. Abulensis.
Non fuit tamen talis in pueritia : nam *Lucæ* 1. de eo scriptum est : *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu*, utique Eliæ, in quo venerat, *& erat in desertis vsque ad diem ostensionis suæ ad Israel.* Quibus desertis ? Nisi propè fluenta Iordanis, iuxta illud Abbatis Hieropolitani in cap 1. Ioannis : *habitabat Ioannes propè fluenta Iordanis in deserto.* Iacobi de Victriaco lib. 1. Historiæ Occidentalis cap. Lucæ 1. AbbasHieropolitanus. Iacobus de Vitriaco.

*aut quod quispiam hominum tantum Ioanni iustitiam doceri valuerit: ut omittam, quod* lib. superiori cap. 13. n. 7. *documus, Essenos sectarios perpetuos in lege fuisse, erroribusque conspersos: discipulorum verò Elisei (nam Elias nullos habuit) nec tenuis supererat memoria.*

Elias nullos discipulos.

## SOLUTIO.

Solutio. 1.

152. RErpondeo 1. R. P Bivarium ibi paucis multa comprehendere; sed valde pauca probare: nam ipsum non satis doctè & sapienter docuisse, Essenos in lege fuisse sectarios perpetuos, constat ex præmissis *Scuto VII. per totum*, ubi solvimus omnia ipsius argumenta ex *præcitato cap.* 13. deprompta: quæ commodius ibi videre poteris.

Solutio. 2. 4. Reg. 2.

753. Respondeo 2. falsum esse, quod scribit, *Eliam nullos habuisse discipulos*, constare ex ipsa S. Scriptura lib. 4. Regum cap. 2. *Accesserunt Filij Prophetarum, qui erant in Iericho ad Eliseum, & dixerunt ei: numquid nosti, quia Dominus hodiè tollet Dominum tuum à te* &c. Infrà: *Et ascendit Elias per turbinem in cœlum; Eliseus autem videbat & clamabat Pater mi, Pater mi, currus Israel & auriga eius.* Et Ecclesiastici 48. *Qui prophetas facis successores post te.* Waldensis. Unde Thomas Waldensis in doctrinali fid. lib. 3. art. 1. cap. 4 *Elias zelans multiplicare religionem* Prophetarum, *solicitè huic rei operam dedit. Eliseum primò instituens, & pallio suo induens, & demùm alios post eum magno numero providens ab intento, ut sanctæ religionis successio semper staret: secundum quod Sapiens Eliam alloquens, dixit*: Prophetas facis successores post te, qui raptus est in turbine ignis. *Eccli* 48. Isidorus. S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de offic. cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum huius propositi* Princeps *Elias, & discipulus eius fuerunt* &c. *iam deinde progeniti sunt conversationis huius nobilissimi* Principes, Bradeleyus *Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique* Patres. Thomas Bradeley ad An. 1444. de institut. Ord. B. M. V. de monte Carm. cap. 1. *Elias* &c. *religiosam, & Prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cœpit* &c. *discipulos etiam congregavit, quos prius* Sanchez. *in Eremo Charith docuit servare castitatem, paupertatem, & obedientiam* Gaspar Sanchez in cap. 17. lib 3. Regum: *Elias extra Montem Carmelum, religiosum habuit cœtum, quem tamen posteà in Montem Carmeli secum adduxit, ubi discipulis, qui postea Filij Prophetarum vocati* Camartus. *sunt, monastica vitæ normam reduxit.* Ægidius Camartus Minimorum Generalis *Operis* de Elia Thesbite cap. 5. sect. 10. *Celebres discipulorum scholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho* &c. & Infra. *tot enim discipulos veluti propagines in ipso Carmeli capite coëgit Elias, ut eorum virtutis odor, non solum vicinos montes pervaserit, sed prætereà ad Cedros usque Dei, quæ in Libano sunt, sese extenderunt.* Iterum infra: *Et postremò tot discipulorum collegia à nostro Elia instituta, montes, deserta, vicos omnes obtinuerunt à mari, cui adhæret Carmelus, ad flu-* Abulensis. *men usque Æthiopiæ, ad quod usque mons Galaad protenditur.* Abulensis in 4. Reg cap. 2. ad hanc q. 3. *Cur ante raptum Elias cum Eliseo adierit de Galgalis in Iericho & Bethel.* Respondens: *quia ibi erant certa prophetarum, qualia nunc sunt Religiosorum, quorum ille Pater &* Princeps *erat,* Damianus *quæ visitaret, collegia.* Cardinalis Damianus tom. 3. Opusc. de orig. vitæ Erem. cap. 2. *Huius vitæ normam, ut anteriora prætereeam, Elias cœpit; Eliseus verò aucto discipulorum collegio,* Contradictio Bivarij. *dilatavit.* Tot tamen authoritatibus non ad refellendum P. Bivarium, cum sibi evidenter contradicat *lib. 2. cap. 1. n. 11.* scribenti, *Sed quorum discipulorum Elias Magister extiterit, videamus. Ego duos in obsequio habuisse lego,* est opus, si *duos*, quomodo *nullos*?

Solutio. 3. 4. Reg. 6.

754. Respondeo 3. Quam etiam falsum sit, tempore Ioannis Baptistæ, *nec tenuem discipulorum Elisei superfuisse memoriam*, constare à fortiori ex eo, quod apud SS. Patres & alios, post ipsum usque ad nos, illorum remanserit memoria: sic enim 4. Regum cap. 6. legitur: *dixerunt autem filij* Prophetarum *ad Eliseum; ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis, eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, ut ædificemus*

*ficemus nobis ibi locum ad habitandum: qui dixit ite* &c. Super quo Waldensis doctrinal. fidei lib 3. art. 1. cap. 4. *Post Eliam Eliseus in Monte Carmelo statuit multos de filijs Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere: Unde venientes ad Eliseum præceptorem suum, dixerunt:* Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis, eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. *Et sic tandem multi manserunt ibidem iuxta littus Iordanis, & mansit hæc religio Prophetarum usque ad adventum Christi.* Alium locum ex 4. *Regum* 2 habes paulo ante citatum: non potuit autem tempore Ioannis Baptistæ istorum filiorum Prophetarum, Eliæ & Elisei discipulorum, *nec tenuis superfuisse memoria,* nisi veteris testamenti, tunc *nec tenuis superfuerit memoria,* cum ad huc illud vigeret, & etiam modo illius maxima sit memoria & lectio. Deinde, præter authores statim citatos: sic scribunt, Iosephus Antiochenus, Christi primo sæculo, in *speculo primitivæ Ecclesiæ* cap 12 & 17. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadiutores, solitarij, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmelo descendentes, qui per Galilæam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honore in Carmeli Montis declivio fabricantes Oratorium, Saluatoris Matri specialissimè servierint.* Genebrardus lib. Chronogr. ad An mundi 3272. *Eliseus miris & inusitatis modis insignis 4. Regum 12. &c. construxit cellas prophetis in Jerechuntis solitudine: manavit institutum & loci religio ad posteros, fuitque desertum hoc usque ad Engaddi ab Essenis habitatum, hominibus continentia incredibilis.* Adrianus Adrianius lib. de origine Monasticæs cap. 2. *Iudæorum meliores Eliæ atque Elisei discipuli, Esseni appellati sunt.* Et intra: *unde liquet hos Essenos vel Hessenos ipsos esse filios Prophetarum, de quibus cap. antecedenti dictum fuit: qui quidem diversis in locis temporum decursu, admodum multiplicati, usque ad Christi Domini tempora, in prima sua institutione vitaque spiritualis amplexu, multis annorum centurijs constantissimè perstiterunt.* Chartagena lib 17. Homiliarum Homil. 2. 8. *necessariò fatendum erit, Essenos etiam ab Elia & Eliseo, sive filijs Prophetarum eorum successoribus, promanasse; quod præterea nominis demonstrat Etymologia* &c. vide n 32. *Scutum VII. VIII. IX. X & XIII.* Ioannem Baptistam autem fuisse unum de Essenis, sive Instituti Essenorum ac filiorum Prophetarum, manifestum est ex præmissis n 739. Quanta autem hucusque sit, & fuerit, Elisei & discipulorum eius memoria colligere poteris ex authoritatibus pene innumeris *Pharet. ult. ad Telum* 2. citatis: ita ut mirum sit P. M. Bivarium ista tam inconsideratè scripsisse

Waldensis. 4. Reg. 2. Iosephus Antiochenus. Genebrardus. Adrianus. Chartagena.

755. Respondeo 4. Me non videre, quomodò Ioannis Baptistæ Sanctitas impedierit, ne ab homine in Essenorum seu filiorum prophetarum instituto & spiritu Eliæ erudiretur, cum ipsemet Christus scientiam experimentalem ab hominibus acceperit, vt communiter docent Theologi. Deinde licèt tandem aliquando Ioannes Baptista par Eliæ fuerit, iuxta illud Augustini, vt aiunt, lib. qq. novi & vet testam. q. 26. *Dictum est à Spiritu sancto ad Zachariam, cuius meriti futurus esset Ioannes, veniet, inquit, in spiritu & virtute Eliæ: parem ergo Ioannem Eliæ ostendit: & Dominus dicit:* nemo major inter natos mulierum Ioanne Baptista: non dicit omnium maior: *hoc est, æqualem habet, maiorem non habet. Elias ergo par illi est.* Hieronymi in Matth. 11. *vitæ austeritas rigorque mentis Eliæ & Ioannis pares sunt,* Theophilacti lect 12 in Ioan. *similitudinem Eliæ in suis operibus ostendebat.* & Abulensis in 4. Regum 1. q. 25. *secutus est per omnia vitam Eliæ, itaut à Iudæis putaretur esse Elias:* quod confirmat id, quod q. 16. præmisit: *putatus est Elias; quia in nullo differebat ab eo.* Non fuit tamen talis in pueritia: nam *Lucæ* 1. de eo scriptum est: *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu,* utique Eliæ, in quo venerat, *& erat in desertis usque ad diem ostensionis suæ ad Israel.* Quibus desertis? Nisi propè fluenta Iordanis, iuxta illud Abbatis Hieropolitani in cap 1. Ioannis: *habitabat Ioannes propè fluenta Iordanis in deserto.* Iacobi de Victriaco lib. 1. Historiæ Occidentalis cap. 53. *In*

Solutio 4. Augustinus. Theophilactus. Abulensis. Lucæ 1. Abbas Hieropolitanus. Iacobus de Vitriaco.

53. *In solitudinibus Iordanis B. Ioannes Baptista, fugiens hominum turbas, ut liberius vacaret Deo, ab annis puerilibus delituit.* Petri Opmeri in opere Cosmographico: *versabatur circa Iordanem, vbi torrens Carith in flumen decurrit.* Adricomij in descriptione Beniamin n. 98. *Quarentena, desertum inter Ierusalem & Iericho incipit, iuxta Anathot, & extenditur supra Galgala, usque ad desertum Thecue & Engaddi. iuxta mare mortuum: hic commoratus est Ioannes Baptista.*

Opmerus. Adricomius.

Arg. ad hominem.

756. Numquid Ioannes Baptista in puerili ætate instructore indiguit? dubitare non debet P. Bivarius: nisi velit eum habuisse à pueritia antiquæ legis, & omnium quæ ad animæ salutem conducunt, scientiam infusam, quod probare deberet, & parum credibile est, attentâ S. Scripturâ præcitatâ: *puer autem crescebat, & confortabatur spiritu*, vtique proportionaliter ad suam crescentiam Vnde, quidquid P. Bivarius, Verum illud puto Zegleri in descriptione Palæstinæ in monte Adumin fol. 38. *In huius solitudinis parte sedit Eliahu Propheta, & Eliasab construxit cellas Prophetis. manavit institutio, & loci Religio ad posteros; fuitque desertum hoc vsque ad Engaddi habitatum ab Essenis hominibus incredibilis continentiæ, sub quorum institutis educatus est Ioannes Sachariæ, & habitus in Essenis vnus prædicatæ Sanctitatis.* Quod confirmat illud Iosephi *lib. 2. de bello Iudaico cap. 7.* ubi de *Essenis* ait: *Alienos filios, dum adhuc molles sunt, eruditioni traditos, suis moribus instituunt.* A quibus non recedit illud Gillemanni Canonici Regularis Ord. S. Augustini in *Martyrologio* ad diem 29. August: *Hic Ioannes Baptista vitam Eremiticam ab Elia institutam adhuc puer assumpsit.* Quare Chrisostomus Homil. 36. *Vbi Ioannes crescit, non vult cum hominibus*, utique sæcularibus, *conversari, in Eremo cum Angelis*, id est Essenis, *Philosophatur; quia semper in hymnis, semper in orationibus, Ioannes fuit*; quod erat de Essenorum Regula, & nostra ab illis per traditionem accepta, ut patet ex dictis *Scuto XI. n. 105.* dixi, *id est Essenis*, iuxta illud Ambrosij Epist. 25. ad Vercellenses: *Hæc nempe Angelorum militia est; semper esse in Dei laudibus, orationibus* &c. Vnde tandem Ioannes Eliæ monasticæ vitæ expressam imaginem gessit, iuxta illud Ioannis Ierosolymitani in lib. de Institutione Monach. cap. 32. *Christus sciens Ioannem expressam Monasticæ vitæ Prophetæ Eliæ imaginem gerere, dixit de eo turbis: si vultis accipere, ipse Elias est.* Et tunc (ad quod tempus attendisse videtur Gregorius Magnus n. 738. citatus; ut patet ex his verbis: *Perfecti quippe viri* &c. non verò ad puerilem eius ætatem, uti satis evincunt præmissa: alioqui de D. Honorato quoque dicendum esset, talem scientiam habuisse infusam, cum ex exemplo Ioannis probet illum, nullius Monachi fuisse discipulum) ut docet Cassianus *lib. de Instit. Cœnobiorum cap. 1. novô gratiæ sole exortô, in Ioanne Baptista vita monastica instaurata & innovata est*: iuxta illud S. Bernardi in serm. ad Fratres de monte Dei: *Vita Monastica est antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, à tempore Prophetarum præmonstrata, iamque novô gratiæ sole exortô in Ioanne Baptista instaurata & innovata*: Vide dicta n. 641. & *sequentibus* Vbi ad rem nostram habes hanc Antonij Ferdinandez sententiam 1. ex eius *Com.* in visiones Veteris Testam. visione 9. præfat. n. 8. *Eliam verò secutus Ioannes Baptista* &c. *Spiritus ergo Eliæ continuatâ serie in deserto per homines religiosæ vitæ, denique in Ioannem transmissus, illum quoque exibuit mundo Monachorum parentem.* Propter quod multi SS. Patres, quos citant Bellarminus *lib. 2. de Monachis cap. 5.* noster Lezana *Annal. tom. 1. ad an. mundi 4052. n. 10.* & alij. Ioannem Baptistam asserunt Principem Monachorum novi Testamenti, quem nos Ordinis nostri restauratorem & innovatorem fatemur.

Zeglerus. Iosephus Iudæus. Gillemannus. Chrisostomus. Ambrosius. Cassianus. Bernardus. Ferdinandez. Bellarminus.

## QVARTA.

Obiectio 4. quod Ioannes discipulos non habuerit.

757. R. P. Bivarius *ibidem* cap. 1. n. 10. *Cur autem Ioannes Baptista, Monachorum alioqdin Princeps, Monachos non erudierit, causa in propatulo est: cum enim ad Monasticam se exercebat,*

*exercebat, anachoreta erat, & solitarius, & eo ipso absque discipulis: cum prædicationi institit, tota eius cura fuit peccatores ad pœnitentiam revocare, & universos ad Agni Dei agnitionem, perfectionis doctrinam, cuius erat, ipsi relinquens.*

## SOLUTIO.

Solutio ab ipsa Scriptura.

758. Respondeo: Ioannem Baptistam habuisse discipulos, videri ipsa fide divinâ certum: nam *Matth. 9. v. 14. Accesserunt discipuli Ioannis ad Christum dicentes: quarè nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli tui non ieiunant.* Item Marci 2. v. 18. *Et erant discipuli Ioannis & Pharisæi ieiunantes, & veniunt, & dicunt illi*, Christo utique, *quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant.* Lucæ 5. v. 33. *Quarè discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt* &c. Ioannis cap. 1. v. 27. de Ioanne Baptista dicitur: *Respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei: & audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.* Super quo Chrysostomus Homil. 17. *non quod Magistrum despicerent, sed quod certam fidem eius adhiberent testimonio.* Matth. 11. versu 2. de eodem: *duos discipulos misit ad Christum* Marci cap. 8. v. 29. de eodem iam defuncto: *attendentes discipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius. & posuerunt illud in monumento.* Vide Gillemannum *nu.* 645. citatum, sed P. Bivarius, aut forte quispiam alius.

Quæstio 1. à quo sit institutus Magister.

759. Quæret 1. A quo Ioannes Baptista institutus discipulorum Magister, & Monachorum Princeps. Respondeo: à Deo, iuxta illud Ioannis cap. 1. v. 7. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes; hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine & omnes crederent per illum.* Sive etiam, dum Angelus Gabriel eius nativitatem Zachariæ Patri prædicens, dixit: *præcedet ante illum*, puta Christum, *in spiritu & virtute Eliæ.* Elias autem fuit à Deo constitutus Princeps, Magister & Pater Filiorum Prophetarum: ac proinde talis esse debuit Ioannes Baptista, cum fuerit ei similis & æqualis, ut patet ex dictis *n.* 754.

Quo tempore magisterium exercuerit.

760. Quæret 2. Quandonam Ioannes Baptista suum Monachorum exercere cœperit Principatum & magisterium, cum probaverimus *n.* 753. ipsum in iuventute sub magisterio, eruditione & disciplina fuisse. Respondeo: quando, iam in disciplina monastica perfectus, officium cœpit *Præcursoris. & testimonium perhibere de lumine, ut omnes crederent per illum*; tunc enim demùm verum fuit: *præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.* Lucæ 1. v. 17. & quod ipsemet Christus *Matth.* 11. *v.* 14. dixit *ipse est Elias* iuxta illud Abulensis in Matth. q. 40. *Christus vocavit Ioannem Eliam, non quantum ad substantiam, sed quantum ad officium, vel virtutem.* Unde verissimum est, quod scripserunt SS. Patres apud Em. Bellarminum *lib. 2. de Monachis cap.* 39. dicentem: *veteres Patres Eliam & Ioannem Baptistam Eremitas, & Eremitarum Principes faciunt, ut Basilius* in Epistola ad Chilonem. *Nazianzenus* in Apologia postquam è fuga rediit. *Chrysostomus* Homil. 96. in Matth. *Hieronymus* in Epist. de virginitate ad Eustochium. *Isidorus* lib. 2. de offic. cap. 15. Quibus adde Zozomenum Hist. Eccles. lib. 10. cap. 12. cui hic titulus, *de monachorum vivendi ratione, unde cœperunt, & quos duces habuerunt*; ubi illa ratione descripta subdit: *Hanc præclaram vivendi rationem primus, ut quidam memorant, instituit Propheta Elias & Ioannes Baptista.* Cassiodorum in *vita D. Antonij P.* 2. apud Lippomanum in Historia de vitis Sanctorum: *Huius elegantissimæ Philosophiæ Princeps quidem fuit, sicut quidem dicunt, Elias Propheta & Ioannes Baptista.* Petrum Abailardum, iam ab hæresi sua conversum, in *Epistola* contra quemdam Clericum Regularem, qui monasticum Ordinem deprimebat: *Nec solum Eliam, qui in antiquo populo tantus enituit, ut in Cælum vivus sustolli mereretur, inter nostros mirare* Principes; *verum etiam Ioannem in spiritu eius venientem, & quasi alterum Eliam.* & alios in ARMAMENTARIO sparsim citatos. Quibus consonanter Em. Baronius

Abulensis. Bellarminus. Zozomenus. Cassiodorus.

Baronius.

niusad Annum Christi 31. *Ioannem Baptistam Monachorum & Eremitarum Principem fuisse; scribunt ferè omnes Patres.* Et ad 340 n. 8. *Erat quidem in Oriente summum illud vivendi genus, instar Eliæ ac Ioannis Baptistæ, cunctis hominibus, etiam Ethnicis & Imperatoribus ipsis venerandum.* Sed hæc omnia esse intelligenda ad sensum Cassiani, Bernardi, Ferdinandez datum *n.* 754 in fine, per se manifestum est, cum Elias 900. circiter annis Ioannem Baptistam præcesserit. Et expressè Isidorus loco citato de Ioanne dicit *in Evangelio*: aiens

Isidorus

*Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum scripturarum huius propositi Princeps Elias, & discipulus eius fuerunt* &c. *huius etiam propositi in Evangelio Ioannes Baptista exitit Princeps.* Laurentius Beyerlinck autem in Theatro vitæ humanæ tom. 6. lib. 16. *verbo* Religiosus: *Igitur ut Elias Religionem Carmeli incheavit in lege veteri, sic in nova* (proximè saltem futura, dum illius in Christo præcursorem agebat) *S. Ioannes circa Iordanem, & Enoch quidem, in Carmelo eam continuarunt, alijsque post se tradiderunt.* Cassianus lib. 1. de instit. Cænob. cap. 2. *In veteri testamento professionis huius fundavere primordia Elias & Eliseus, Divinarum Scripturarum authoritate monstratur: ac deinceps. Principes; Authoresque testamenti novi Ioannes, Petrus & Paulus, eiusdem ordinis viri,* & ipse Hieronymus Epist. 13. ad Paulinum. *Nos autem habeamus propositi nostri Principes: si ad authoritatem Scripturarum redeamus, Princeps noster est Elias* &c. *huius etiam propositi in Evangelio Ioannes Baptista author exitit.*

Beyerlinck

Cassianus.

Hieronymus.

Quæstio 3. ubi Ioannes docuerit monaches.

Zeglerus.

761. Quæret 3. ubi Ioannes Baptista suum Monachorum exercere cœperit Principatum & Magisterium. Respondeo: indubiè in Iudea, iuxta illud Iacobi Zegeri in descriptione Palæstinæ montis Engaddi: ubi ad hanc quæstionem, *cur tam facilè sit à Iudeis exauditus Ioannes prædicans* Respondet: *præcesserat genus vitæ probatæ publicè, accesserat testis sanctitatis collegium Essenorum, fama vitæ eius evulgata erat per eos qui hæc loca adibant, ab his rebus impetrata authoritas ipsi tantò ante fuerat; quarè tota Iudea ab eo pependit, statim atque munus prædicationis obivit, ideoque Ierosolymam cucurrit.* Theodoreti in Philotheo: *Magnum quoque Eliam, qui hanc vitam prosequebatur, iussit Deus versari in medio impiorum: & secundum Eliam, Ioannem tantoperè celebratum, qui amplectebatur solitudinem, transmisit ad ripas Iordanis, Baptizare iubens, & Prædicare.* Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolimitani sub an. 412. apud Lezanam *Annal. tom.* 3. *pagina* 79. ubi omnia scribit solidissimè, & ferè omnia, quæ præmisimus, confirmat, *lib.* de instit. Monach. cap. 32. *Successores ergo illorum sanctorum prophetarum, monachi Filij prophetarum: qui, sicut dictum est, in eremo montis Carmeli, & in solitudinibus prope fluenta Iordanis, ac in alijs desertis, & in urbibus terræ promissionis, habitabant; ab ipsis prophetis incunctanter traditum, ut præmittitur, tenebant, Christum pro humani generis redemptione incarnandum, moriturum, & gloriosè resurrecturum: quem ex totis eorum præcordijs desiderabant, & sperabant venturum. Quos sicut Deus, per Eliam, & cæteros eiusdem propositi prophetas, instruere de adventu Christi futuro dignatus fuit; ita etiam, ut de præsentia Christi in mundo per eius præcursorem eos doceret, disposuit, quod prædictus præcursor sic ante Iesum Christum in spiritu & virtute Eliæ præcederet, ut iam in sua pueritia monasticam eorum vitam eremiticam ab Elia Propheta institutam assumeret: quod nec Evangelista Lucas siluit, de ipso præcursore dicens* Puer autem crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis *Notanter autem ait Lucas* in desertis: *quia Ioannes tam in desertis solitudinis Iordanis, sicut Filij prophetarum, quàm in desertis montium latuit; sicut Elias & Eliseus.* Cum ergo venit sacri plenitudo temporis, fuit *ad dictos Monachos in desertis missus* homo ille à Deo cui nomen erat Ioannes: *scilicet* Baptista, *monasticæ vitæ eremiticæ, ab Elia institutæ, cultor eximius. Ambo etiam tam Elias, quam Ioannes, fuerunt indumentis hispidis vestiti, luxu casti, victu frugi, conversatione solitarij, & deserta iugiter secuti, fuerunt etiam electi per Deum præcursores Christi: Ioannes quidem adventus primi; Elias verò ultimi, dicente Domino:* Elias quidem venturus est, & restituet omnia Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis.

Ioannes XLIV.

Luc. 1.

Ioan. 1.

Matth. 17.

Ioan. 1.

cie. *Et propterea sacerdotes, & levitæ ab Ierosolymis per Iudæos ad Ioannem missi, intuentes eum in omnibus conversationem monasticæ vitæ eremiticæ, Eliæ præcipuè, sequi: quærebant ab eo, si ipse erat Elias. Quoniam, sicut Angelus Gabriel de eo prædixerat,* venit ipse in spiritu, & virtute Eliæ; Luc. 1.
*ad exemplum cuius, domô sui patris, & terrenis opibus derelictis, conversatus fuit iugiter in desertis & ad instar illius, vinum & siceram non bibens, habuit ad imitationem eius vestimentum de pilis camelorum & Zonam pelliceam circa lumbos suos; ut testatur Matthæus Evangelista.* Ideò *Christus,* Matth. 3.
*sciens Ioannem expressam monasticæ vitæ prophetæ Eliæ imaginem gerere, dixit de eo turbis:* Si Matth. 11.
vultis accipere ipse Elias est.

762. Quæret 4. Unde probetur discipulos Ioannis fuisse monachos. Respondeo: Quæstio 4. unde prob. discip. Ioan. fuisse monachos.
Ex locis S. Scripturæ præcitatis; Ex ijs enim locis, inquit noster Lezana Annalium tom. 1. ad annum mundi 4052. n. 15. *manifestè colligitur Ioannis discipulos strictioris alicuius sectæ, vel instituti, fuisse supra communem Iudæorum populum; si quidem dicuntur ieiunia & obsecrationes frequentius observasse, quàm Christi discipulos, qui proculdubio ea, quæ communis Iudæorum plebs, exequebantur, cum Christus Dominus exactissimus fuerit legis, & piarum consuetudinum observator, sicque docuerit facere suos discipulos. Similiter cum in prædictis locis Ioannis discipuli à Pharisæis distinguantur, manifestum absque dubitatione erit, eos ex aliqua secta extitisse à Pharisæis distincta, quæ tamen ieiunijs & orationibus arctius insisteret.* Lezana.

763. Quæret 5. Unde constet istos monachos Ioannis Baptistæ discipulos fuisse Essenos, Elianos seu Carmelitas. Respondeo: tum ex ratione nostri Lezanæ locô statim citatô: *Cum ergo inter Iudæos tantum tres præcipuè sectæ essent, ut compertum apud omnes est, scilicet Essenorum, Pharisæorum, & Saducæorum: cum discipuli Ioannis ex Saducæis non essent, quia isti pessimi erant, nec ieiuniorum, aut orationum curam tam sollicitè gerebant: neque ex Phariseis ut ex dictis* Sacræ Scripturæ locis *num.* 756. citatis *patet, liquidò constat ex Essenis fuisse, qui talibus observantijs addictissimi erant, ut colligitur ex Philone, & alijs authoribus, qui de ipsis scripserunt,* quos habes citatos *Scuto VII.* Tum ex eo, quod Ioannes Baptista ex Essenis unus erat, ut patet ex authoritatibus præmissis *n.* 754. Expediebat enim omninò confratres suos, iuxta authoritates *n.* 755. citatas, & illud Palæonydori lib. 2. cap. 1. post Abbatem Ieropolitanum *n.* 723. citatum. *Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Levitas ad Ioannem Baptistam, habitantem cum Carmelitis confratribus suis in Eremo propè fluenta Iordanis;* primò ad Christi adventum comparare iuxta illud, quod legimus in Ecclesiastico officio lect. 4. festi B. M. V. *Commemorationis solemnis* à S. Sede approbato: *qui vestigijs SS. Prophetarum Eliæ & Elisei institerant, & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant rerum veritate perspectâ, atque probatâ, evangelicam fidem confestim amplexati sunt.* Uide *Scutum* IX *&* X. Tum denique ex Authoritatibus *n.* 750. citatis quibus dicitur eorundem *Monachorum Princeps*, quorum fuit Elias: & ex alijs *n* 754. præcitatis, ubi eorum, quos Elias instituit, dicitur *instaurator & innovator.* Unde tunc temporis tot habuit Ioannes Baptista discipulos, quot Eliæ & Elisei superstites erant, qui postmodum Christi fidem amplexati sunt. Pro quo vide *Scutum* IX. *&* X. Quæstio 5. unde fuisse Essenos. Lezana.

## QVINTA.

R. P. Bivarius *ibidem* cap. 1. n. 10. *Et sanè scholam perfectionis erigere, ad eamque animos hominum instruere, & erudire non erat legis opus, aut hominis sub lege militantis, sed authoris Evangelij & gratiæ, iuxta illud Baptistæ ipsius testimonium* Ioannis 1. Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est. *Unde de Monachatu Ioannis loquens Chrysostomus* Homil. 10. in Matth. *ait:* Eremum ita ille habitavit, ut cœlum; & hoc nondum destructô, utique peccatò, necdum lege cessante, aut morte devictâ, nec confractis certè æneis portis, sed vetere adhuc morte regnante. *Ut ita eius stupenda facino-* Objectio 5. quod scholam perfectionis erigere erat Christi [illegible]

*facinora gratia Dei specialissima adscribenda essent. non legis virtuti qua infirma & debilis tantum vi-te miraculum in Ioanne perficere non valeret. Quod similiter de Elia, & Eliseo, & si qui alij fuerunt sub lege Christiani, sentiendum est.*

## SOUTIO.

Solutio 1. 764. Respondeo 1. Argumentum hoc esse satis præoccupatum suprà *Pharetra* 1. *Telo* 2. & *Pharet*. 2. *Telo* 2. 5 8. & 9. Ex quibus liquet, non esse quidem legis opus, aut hominis sub lege militantis, scholam perfectionis universalis legis gratiæ erigere, ad eamque animos hominum instruere; sed authoris Evangelij & gratiæ: secus tamen perfectionis particularis trium votorum substantialium præcisè, sive *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout legis gratia* præcisis, juxta consilia euangelica quibusdam sanctissimis viris in Lege veteri à Deo revelata, prout Eliæ revelata fuisse constat ex dictis *Scuto* 1. & practicata ex *Scuto* 2. 3. 6 & alijs authoritatibus *Pharet. ult Telo* 2 citatis, ubi etiam de Eliæ votis aliquid habes *n.* 685. prout quoque prius *n.* 343. Unde meritò Doctiss. mus P. Suarez tom. 2. in 3. p. q. 38 sect. 6. *Patres testantur Ioannem monasticam vitam egisse, atque Monachorum Principem fuisse: dicunt vero Religionis esse professorem, quæ in tribus consiliorum votis consistit.* Nec obstat locus ex *Ioan.* 1 quia sermo est de gratia redemptionis, resurrectionis &c. & veritate Sacramentorum, ac aliorum, quæ in lege adumbrata erant: unde etiam patet ad Chrysostomum. Neque nos, aut nostrum quispiam sapiens, Eliæ monachatum virtuti legis adscripsit; sed Christo tanquam causæ exemplari, & specialissimæ Dei gratiæ, qua Eliæ consilia evangelica revelare dignatus est, & inspirare, ut servaret, quod multoties suprà repetivimus, & probavimus: ab Elia autem ad Ioannem Baptistam valere consequentiam, patet ex *Solutionibus* præmissis. Vide *n.* 766 sub finem.

Suarez

## SEXTA.

Obiectio 6. unde Elias Monachorum Pater. R. P. Bivarius *ibidem* lib. 1. cap. 10. n. 13. *Qui ergò Monachorum omnium Elias Pater ac Patronus asseritur, si discipulos non educavit? exemplo planè, non doctrinâ, & magisterio, non aliter atque Paulus primus dicitur Eremita & Princeps Monachorum.*

## SOLUTIO.

Solutio 1. 765. Respondeo 1. P. M. Bivarium evidenter falsum supponere, & sibi contradicere, patere ex præmissis *n.* 751. Vide insuper præmissa *n.* 704. Certè Eliseus vitæ cœnobeticæ principia dedit, ante raptum Eliæ, cujus discipulus erat, & sub cujus educatione vivebat, quando 4. Regum cap. 2. *Accesserunt Filij Prophetarum, qui erant in Iericho ad Eliseum, & dixerunt ei: numquid nosti, quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te: & ait ego novi, silete. Dixit autem ei Elias: sede hic; quia Dominus misit me usque ad Iordanem. Qui ait: vivit Dominus, & vivit anima tua; quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs Prophetarum* (Nota) *secuti sunt eos.* &c. Infra autem: *Et ascendit Elias per turbinem in cælum; Eliseus autem videbat, & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Israël & auriga eius.* Unde id fecisse debuit ex Eliæ sui Domini & Patris commissione, uti manifestè sequitur, præsertim attentâ hâc verissimâ P. Saliani ad an. 3138. n. 22. doctrina: *Elias divino decreto & iussu elegit Eliseum in Prophetam & successorem, patrem & præpositum disciplinæ religiosæ, cui secundum Deum obedirent.* Est autem Regula Iuris: *Omnia nostra facimus, quibus authoritatem impertimur.* l. 2. Cod. de vol. Iur. enucl. & hic de omnibus congregationibus, quas postmodum Eliseus instituit, cùm ab eo duplicem spiritum, quem petierat, acceperit,

4. Reg. 2.

Salianus.

Regula Iuris.

rit, testante S. Scripturâ ibidem: *Elias dixit ad Eliseum; postula, quodvis, ut faciam tibi antequam tollar à te. dixitque Eliseus: obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus: qui respondit, rem difficilem postulasti, attamen, si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti* &c. Vidit autem ut statim præmissum est. Igitur omnia Elisei monasteria & discipuli ante raptum Eliæ. erant. Uide dicta *n.* 753.

766. Respondeo 2. Quod Elias fuerit filiorum Prophetarum, Essenorum, Carmelitarum &c sequacium ejus, non solô exemplô, sed doctrinâ & magisteriô, aliter atque Paulus primus dicitur Eremita & Princeps Monachorum; sive propagatione & hæreditariâ successione, satis efficaciter evictum, *Scuto XI. & XIII. ac Responsis ad Telum III.* IV. VI. *&* VII. *Pharet.* 6. quæ ibi commodè videri possunt, uti & de superabundanti *n.* 391. Quamobrem Isidorus meritò, absque restrictione, lib. 2. de Offic. cap. 16. & 18. scribit: *A quo tam sancti instituti studium sit exortum breviter intimabo: quantum enim ad vetus testamentum attinet, Elias, Hieremias & Daniel, castitatis & continentiæ bono primi studuisse noscuntur: quantum verò ad novum testamentum, virorum virginum caput est Christus, & fœminarum virginum caput est Maria: inde agmina virorum & puellarum sanctarum; inde sectatores & sectatrices perpetuæ continentiæ pullularunt.* S. Macharius in serm. ad Monachos: *Fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum, ac filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris testamenti Monachos, imitari curate.* Et infra: *hos secuti sunt Paulus, & Antonius, & multi hujus propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur; quia à cœpto Ordine, nullatenus leguntur deviasse.* Cassianus lib. 1. de Institutione Monachorum cap. 2. *Itaque Monachum ut militem Christi in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere; hoc enim habitu, etiam illos ambulasse, qui in veteri testamento hujus professionis fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum, divinarum Scripturarum authoritate demonstratur.* Et Hieronymus in Epistola 13. ad Paulinum: *Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Julianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad Scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filij Prophetarum.* In Epistola autem ad Rusticum docet: *In veteri Testamento, Monachum esse Eliam, sicut in novo fuerunt* Paulus, *Antonius, Hilarion & Macharius.* A quo non recedit Abulensis in 4. Regum cap. 2. ubi ad hanc q. 13. *Cur ante raptum Elias cum Eliseo abierit de Galgalis in Jericho & Bethel.* Respondet, *quia ibi erant certa Prophetarum, qualia nunc sunt Religiosorum, quorum ille Pater & Princeps erat, quæ visitaret, collegia.* Notandum tandem, quod his & similibus authoritatibus, numquam intendimus docere 1. Statum monasticum Eliæ fuisse ex instituto veteris legis publico, & omnibus communi, sed ex solo particulari Dei instinctu, sanctissimo Dei Prophetæ Eliæ facto, qui ijs solùm servire potuit, quos dignatus est sibi facti instinctus divini reddere participes, quos successivè filij Prophetarum, Esseni &c. in fide illius divini instinctus, Eliæ sanctissimo Dei Prophetæ facti, vitam ejus amplexati sunt. 2. Eliam, filios Prophetarum Essenos &c. fuisse Monachos, prout sunt Monachi novæ Legis, sive *cum solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiæ*; quia hæc ab eorum veteris Legis Monachatu, ubique & centies jam exclusimus, prout semper excludere intendimus, & quid ista importent, aliquoties supra exposuimus, sed tantùm quoad substantialia vota religionis præcisè, prout præscindit à religione veteris & novæ Legis, prout satis frequenter suprà limitatum est. 3. Veteris Legis Monasteria fuisse qualia sunt Religiosorum *in solemnitate, perfectione & potestate clavium prout Legis gratiæ*; quia hoc negamus & pernegamus; insistentes ubique supremi Senatus S. Inquisitionis Hispanicæ decreto, ante *Pharetram primam* citato, quantum mentem ejus percipere Deus dedit, sed secundùm religionis substantiam prout ab illis præscindit, ut statim diximus: neque reverà plus ad intentum nostrum est necessarium, uti *enervatione Telorum* Dissidentium Amicorum hucusque demonstravimus.

Solutio 2.

Isidorus.

Macharius.

Cassianus.

Hieronymus.

Abulensis.

Limitationes notandæ.

## §. III.

# PRÆTENTIONES

## *Ex RR. Adm. PP. Ioanne Bollando, Godefrido Henschenio, & Daniele Papebrochio Societatis* IESU.

Vnio IESV & Mariæ.

SApienter scripsit R. P. Daniel à Virgine Maria, Ord. Historiographus, in dedicatoria ad vitam S. Petri Thomasij &c. *si* IESUS *diligit Mariam, an non æquum, ut* IESU *Societas Mariæ familiam amore prosequatur? probatio dilectionis, exhibitio est operis: opera sanè testimonium perhibent mutuæ hanc inter & illum charitatis, ac peculiaris affectus sympathiæ quasi naturalis:* nostræ quidem in agnitione debiti, numquam ad æqualitatem persolvendi; Societatis verò in collatione multiplicis beneficij, per insertionem vitarum & Actorum Ordinis nostri Sanctorum operi tandem futuro super omnia alia hominum opera, quasi gigas super pigmæos, commendatissimo, & per Reverendum Admo. P. Henschenium vitæ S. Petri Thomasij, olim à *Philippo Mazzerio* scriptæ, secundis curis illustrationem, atque alterius eiusdem vitæ, à *Ioanne Carmessonio* &c. olim etiam scriptæ, donationem, quæ æternâ totius ordinis nostri gratitudine digna sunt; prohibuissentque omninò hocce Rescriptum, ne solus viderer ingratus, nisi in protestatione Generali ad Tomum I. Ianuarij hæc legissem: *Quandoquidem benevolis eruditisque lectoribus cordatè & ingenuè sæpius denuntiavimus, atque adeò inculcavimus, si quæ ipsis sinceriora, quàm, quæ habuimus, Sanctorum acta, momentaque alia, occurrent, aut si in ipso nostro Opere quidpiam reperient, ubi quod verum rectumque erat, non simus assecuti, deque his nos admonere dignabuntur, nos illis maximas habituros esse gratias, & quæ perperam scripseramus emendaturos.* Obinde præfatos RR. Adm. Patres de varijs monuerunt nostri; sed quantum colligo ex litteris cuiusdam R. Adm: P. N. infra relatis, non fuerunt satis intellecti, multò minus exauditi; sive quia difficile fuit unô familiari discursu totum *Armamentarij* nostri contextum deducere, efficaciter probare, & obiectiones nervosè solvere; sive quia RR. Patres illi omni scriptorum & librorum thesauro abundantissimi, fortè fortiores, & nos convincentes, habent authoritates, quas non producunt, nec nos cum notabili totius Ordinis, & nostræ antiquitatis, præiudicio, supponere debemus: præsertim, cùm in puncto principali nihil obiiciant, nisi à suis, sæpè & nauseabundè recoctam opinionis Em. Baronij crambem, quæ crudè & nudè, uti ab illis obijcitur, ipsius non est, sed ipsorum, à nostris sæpius ut sic refutata, & efficaciter reiecta, quorum nè vel unius mentionem faciunt, quasi ipsorum operosi labores vani essent, aut in rerum natura non extarent, propriaque staret pro omni ratione authoritas, quod varij multum mirati, ne dicam indignati, suaserunt omninò oppositiones nostras hîc inserere, ut nostræ antiquitatis fundamenta melius intelligant, & solidiora producant, si quæ habeant, aut alioqui eam oppugnare desistant. Itaque sit *Prætentio.*

Agnitio beneficij Societ. Iesu

Protestatio

Præiudicium.

PRI-

## PRIMA.

768. PRælati RR. Patres in vita S. Bertoldi ad 29. Martij n. 1. *In hoc communi omnium Christianorum mœrore* (videlicet, *captâ Ierosolymâ vix integro sæculo* post recuperatam anno 1099. Terram Sanctam) *cuius vel nuda repræsentatio etiamnum animos affligit; illustre solamen divina bonitas præstitit, dum Ordinem S. Mariæ de Monte Carmelo ex Terra Sancta cum alijs superstitibus Heroibus voluit in hasce ditiones transferri, & ubique per Orbem Christianorum dilatari, atque in plures etiam congregationes distingui.* In vita S. Bertoldi.

## SOLVTIO.

769. REspondeo 1. Ista, quoad Ordinis Carmelitarum an. 1187. in hascè ditiones translationem, mihi valde obscura esse, nec digesta videri. Primò: quia Luitprandus *in fragmentis* Christi sæculo 1. factam scribit: *magna pars eorum, qui dispersi in persecutione S. Stephani, ad varias partes traiecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant, erat ex Monachis montis Carmeli prædicationibus Christi & Apostolorum ad fidem conversi in quibus Elpidius, & socij, Pontifices à S. Iacobo creati, & post Martyres facti.* Item: *Ordinem Carmelitarum Monachi Carmelitani ad fidem Christi conversi, in Hispaniam intulerunt: ex quibus fuit Elpidius, Toletanus Præsul à S. Iacobo constitutus; qui Toleti fundavit monasterium Virginum & Monachorum.* Vide *Scutum XV.* in quo probavimus nostrorum conventuum in Europa antiquitatem, & Luitprando habendam fidem. *Secundò:* in præcitata vita S. Bertold. verbis citatis scribunt eodem anno amissam Ierosolymam: *quin, amissâ anno 1187. Ierosolymâ, amarissimus luctus oppleverit orbem ubique Christianum, & pientissimorum animos hominum afflixerit dolor, lamentatioque* &c. In vita autem S. Cyrilli ad 6. Martij scribunt: *Cum Ordo hic post Terram Sanctam à Christianis recuperatam sæculo* XII *&* XIII. *in dicta Regione floreret.* Certè illud *Primum* apertè supponit aliam Ordinis Carmelitarum longè priorem in hascè ditiones translationem: *Secundum* verò innuit aliquam contradictionem, videlicet ordinem Carmelitarum in Regione Terræ Sanctæ floruisse & non floruisse sæculo XII. Arbitrantur autem ex nostris nonnulli ita RR. PP. Henschenium & Papebrochium impegisse, animò tuendi opinionem Em. Baronij nudè, ut iacet, prout illam in *Vita S. Bertoldi* 2. 4. sic nudè, absque nostrorum elucidatione aut impugnatione referunt: *Baronius in Annalibus ea transfert ad annum* 1181. *ubi n.* 13. *ista habet*: Ordo religiosorum Carmelitarum, qui in Palæstina in ipso Carmelo monte fixêre sedes, sub Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem. *&c.*, de quibus infra. Nota tamen pro elucidatione opinionis Em. Baronij esse recurrendum ad *Enervationes Teli* I. *&* II. *Pharetræ ult.* alioqui nudè, ut iacet, & refertur à RR. Patribus præcitatis, esse falsissimam, non solum istis *Enervationibus* evinci, sed & huc-usque præmissis contra RR. DD. Landmeter & Bivarium. Obscuritas notatur. Vnde illa procedat.

770. Respondeo 2. Non solum anno 1099. fuisse Carmelitas in Terra Sancta, ut patet ex præmissis contra RR. DD. Landtmeter & Bivarium; sed & post Christum continuo usque ad annum 1291. iuxta Vernerum Rouvelinck loco n. 202. citato; & intra tempus illud, ipsos ab anno Christi 600. quo Terra Sancta amissa est, varias, easque atrocissimas persecutiones esse perpessos, itaut necesse non fuerit RR. PP. Henschenio & Papebrochio solas, post recuperatam an. 1099. Terram Sanctam, persecutiones anni 1187. commemorare, ut dictam Ordinis Carmelitarum in hascè ditiones translationem accommodarent illius origini Quamdiu Carm. in Terra S.

gini anno 1161. iuxta Em. Baronij opinionem, prout nudè eam referunt, falsissimam: non enim ita nudè eam intellexit Em. Baronius, ut patet ex dictis ad *Telum* I. & II. *Pharetra ultimæ*; quomodò ipsi ei ut sic nudè prolatæ authoritatem impertiuntur, & sic faciunt suam, iuxta Regulam Iuris: *omnia nostra facimus, quibus authoritatem impertimur. l. 2. Cod de vet. Iuris Enucl.* Unde maiorem dant ansam toti Ordini de ipsis conquerendi, quàm Em. Baronius unquam dederit; cum ipse ex contextu facilè exponi possit, non ita ipsi. Sed ad rem redeamus, & audiamus Aubertum Miræum, Antuerpiensem Canonicum clarissimi nominis Authorem, in Præfat. Tract. de Ord. Carmelit. *Nova igitur Christi agmina conceptò fidei orthodoxæ calore* (vide *Scutum*. *IX*. & *X*) *validius dimicantia, Virginis auxiliò, feliciter egerunt; & Carmelus cœlestibus iam viris, quàm plantis, fœcundior, cœpit animos excelsos procreare, ac in hunc modum, non tam scriptò, quam traditione* (vide *Scutum XI*.) *usque ad annum Christi natalem quater centesimum perduravit, creverat mirum in modum nova Virginis proles, quam scriptis iam legibus temperari opus erat. Quamobrem Ioannes Ierosolymitanus Patriarcha XLIV. (quem Melanus inter Sanctos refert) Regulam è Scripturæ Sacræ concilijs, & veterum Patrum, qui ab Elia Tempore Carmelum incoluêre, documentis contextam ei præscripsit. Series verò longa sub ea Regula per annos plurimos excurrit, multisque laboribus, & infestationibus Carmelus afflictus est: ad annum quippe sexcentesimum usque numerosa proles increvit, at post hæc persecutionibus gravissimis Ecclesiæ hostium exagitata in Patriò Monte; quo se velut in asylum tota recepit usque ad octingentesimum annum perseveravit. Post eum verò annum Pontifices Summi (à Leone illo, qui Pontificatum ad an. 848. gessit usque ad Gregorium VII.) statum rerum adversarum commiserati, gentem afflictam privilegijs augere perrexerunt. Verum interlapsis annis aliquot, Haymericus Lemovicensis, Antiochenus Patriarcha, Sedis in Oriente legatus, institutionem Eliæ penè collapsam conspicitus, Regula Ioannis è Græco in Latinum traductâ, & à multis Latinis, qui eò commigraverunt exactius præceptâ, deiectos animos in avitam observationem erigere studuit; & Eremitas Carmeli ad communem vitæ rationem latinorum moribus consentaneam induxit.*

> Opin. Baron. faciunt propriam.

> Myræus de durat. ord. Carm. in persec.

771. Deinde Tritemius Abbas, antiquæ Historiæ illustrator præclarus, in *opusculo de laudibus Carmelitarum cap. 8.* sic scribit: *Cum propter scelera populi Terra Sancta in manus perfidæ gentis Saracenicæ redacta esset anno post Domini Passionem 630. Fratres Carmelitæ, qui dudum in urbibus, etiam multiplicati, habitabant, nimium ab infidelibus afflicti ad Eremum Carmeli Montis redire sunt compulsi. Non enim in civitatibus manere diutius poterant, quos Saraceni in tantum affligebant, ut nullum eis Deo famulandi tempus quietum relinquerent, ac victui necessaria funditus negarent. Manserunt itaque Fratres in Monte Carmelo, solitariam vitam in paupertate non modica ducentes, donec, multis evolutis annis Terra Sancta per Christianos iterum fuit recuperata, & Peregrinis iter ad illam in pace compositum. Facta fuit hæc Terra Sanctæ recuperatio per Ducem Gotfridum anno Domini 1099. Deinde post annos paucos, confluentibus undique peregrinis, & maximè de regionibus Europæ, numerus Fratrum in Monte Carmelo valde multiplicatus est in tantum, ut præ multitudine montes implerent, & urbes. O si tunc Ordinis Carmelitici decorem in suâ maiestate vidisses, numquam fuisse similem alium exclamares. Erat videre delectabile fratres innumerabiles circa Montem Carmelum habitantes in cellulis, in cavernis petrarum, idipsum omninò sapere, Deo Maximo die noctuque quàm devotissimè servire, mundum cum suis voluptatibus pro Christi amore contemnere. Summa tunc apud illos erat religio; summa regularis vitæ perfectio, cum fratres in carne manentes, carnem ipsam cum vitijs suis fortiter vicerunt. Floruit in pace Religio, quæ paulo ante turbata perfidorum incursibus desiisse putabatur. Venerunt ex omni Europa Fratres peregrini, & colla monasticis disciplinis in Monte Carmelo humiliter submiserunt.*

> Tritemius

772. Probat autem R. P. Daniel à Virgine Maria *Vinea Carmeli p. 3. cap. 25. 26. 27.* & 28. à primâ vice perditâ Terra Sancta ad recuperatam, totis ferè quadringentis annis, Elianos fuisse sævissimas Barbarorum persecutiones perpessos. Imò Em. Baronius ad annum Christi 328. dicit: *porrò tum gravioribus persecutionum procellis subortis,*

> Baronius.

*quibus,*

*quibus, non Christiani tantum simul agentes, & conventus publicè celebrantes, sed & latentes in penetralibus, alijsque latibulis, quæsiti abriperentur ad necem, intermitti illud cæleste vivendi genus oportuit.* utique in locis, ubi ad necem quærebantur.

773. Istis autem maturè perpensis obscurum est, & non satis digestum id, quod Obscuritas magis aperitur.
præcitati RR. PP. Henschenius & Papebrochius in allata obiectione scribunt. *Primò:* his præmissis: *Inter multiplices ab annis sexcentis de Mahometanis reportatas victorias, lætissimô, excelsissimô, & copiosissimô fructu, gloriaque completâ, fuit illa, quâ anno Christi* 1099. *Terra Sancta recuperata est, Hierosolyma capta, & potentissimus Babiloniæ Rex Ascolanus debellatus. Sed prô dolor non fuit integro sæculo gaudium illud continuatum, quin amissâ anno* 1187. *Hierosolymâ, amarissimus luctus oppleverit Orbem ubique Christianum, & pientissimorum animos hominum afflixerit dolor lamentatioque* &c. quæ vera & clara sunt. *In communi omnium Christianorum mœrore, cuius vel nuda repræsentatio etiamnum animos affligit, illustre solamen divina bonitas præstitit, dum Ordinem S. M. de Monte Carmelo ex Terra Sancta cum alijs superstitibus Heroibus voluit in basce ditiones transferri, & ubique per orbem Christianum dilatari, atque in plures etiam Congregationes distingui.* Hoc inquam, obscurum est: quia, si agant de prima ordinis translatione, verbis Em. Baronij, quæ nudè & simpliciter subdunt n. 4. *Baronius in Annalibus ea transfert ad an.* 1181. *ubi n.* 13. *habet: ordo Religiosorum Carmelitanorum, qui in Palæstina in ipso Carmelo Monte fixere sedes, sub Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem.* satis insinuata: id tam falsum est, quàm id, quod nudè & simpliciter adferunt ex Em. Baronio contra eius mentem, sit nudè & simpliciter ut sic falsum, uti efficaciter probavimus ad *Telum* I. & II. *Pharet. ult.* imò & quàm, quod ante annum 1187. Ordo ille non fuerit in Europa, ut vidimus *Scuto XV.* ubi anteriores conventus assignavimus; patetque ex premissis Ordinem illum, pluribus sæculis ante, esse Barbarorum persecutiones perpessum, sic ut ad illas quoque fugiendum, alumni eius in Europam descendere potuerint. *Secundò:* videntur istam translationem referre ad annum 1187. cùm constet solummodò factam an. 1238. *Tertiò:* dicunt: *cum alijs superstitibus Heroibus*, quod, si velint tunc in Terra Sancta nullos Carmelitas remansisse; etiam falsum est: prout utrumque evincit efficax testimonium istius lamentationis oculati testis, Guillelmi de Sanvico, vel Guillel. de Sanvico.
Samuco ut alij, in *Chronica* de multiplicat. Relig. Carm. cap. 3. *Convenerunt Patres discretiores omnium Ordinis Mariæ Conventuum, seu cœnobiorum, quos Carmelus in terra Sancta pepererat* &c. *Inter cætera, quæ in eo capitulo tractata fuerant, proposuere Fratrum multi recessum aliquorum à Terra illa (quæ incolarum peccatis exigentibus, in dies amplius oppugnabatur) expedire, ne tanta Religio inter Turcos impudicos evanesceret, sed in partibus occidentis transplantata, iugiter floreret, fructumque faceret abundantem, præsertim cum permulti eorum Saracenorum gladiô forent absumpti. Contradixêre plures, non esse, dicentes, fortis militis tergum ostendere, sed viriliter persistere, & ad mortem usque bellando perseverare. Cumque sic dubia Patrum fieret sententia, singulare totius sæculi propitiatorium pijssimaque suorum semper consolatrix V. Maria* &c. *Sancto Priori Carmeli ad dandam scientiam salutis plebi suæ, clementer apparuit, & admonuit, ut petitioni fratrum, qui Orientale lumen tenebris Occiduis inferre vellent, nequaquam obsisteret* &c. *Hôc itaque Reginæ præpotentis edoctus oraculô, divinitus inspiratus Prior, annuit, ædificandi in Regionibus proprijs Monasteria S. Religionis divinissimæ Mariæ licentiam eis impertiens, retentâ adhuc secum* (nota) *firmiorum Fratrum, qui animas quotidie pro Christo ponere parati forent, multitudine copiosa* &c. *Vt autem regrediar, unde fortassis non inutiliter digressus sum. An. Christianæ salutis* 1238. *aliqui fratrum Occiduæ Regionis natione Cyprij, favente Carmeli gubernatrice Mariâ (quæ gregis sibi commissi curam incessanter agere non desinit) à superiore Religionis Eliæ licentiati ad Insulam Cypri navigaverunt: alij verò natione siculi ad Insulam Siciliæ transfretaverunt* &c. Quod autem ille fuerit oculatus testis, patebit infra *Resp.* 3. *ad obiect.* 5. *Quartò:* quomodò hæc verba: *dum Ordinem S. Mariæ de Monte Carmelo ex Terra Sancta* &c. componunt cum his, quæ n. 4. nudè & simpliciter subdunt: *Ordo Carmelitarum,*

Decretum capit. gener de ord. transl. solemni.

*qui in Palæstina in ipso Carmelo Monte fixere sedes, sub Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem.* Vel enim distinguunt *Ordinem S. M. de Monte Carmelo* ab *Ordine Religiosorum Carmelitanorum*, vel unum eundemque censent. Si prius: contra communem totius Ecclesiæ vocem agunt. Si posterius: testimonia relata à *n.* 726. *ad* 733. evincunt Ordinem B. M. de Monte Carmelo in primitiva Ecclesia, multis seculis ante istum Alexandrum Pontificem, de quo specialiter *infra obiect.* 3. extitisse, & Elianum alioqui, sic vocatum ob sacellum, quod tunc temporis in Carmelo, ad eius honorem construi curarunt, ut *ibid.* vidimus. Unde vel sola ista verba satis innuunt opinionem Em. Baronij esse nudè & simpliciter à RR. Patribus præcitatis malè & contra se ut commodius demonstrabimus infrà, arreptam.

Attentionis defectus.

774. Respondeo 3. RR. PP. Enschenium & Papebrochium debuisse, priusquam ista scriberent, Em. Baronij opinionem è centro & contextu extraherent & extractam absque ulla limitatione & expositione, quâ summè indiget, sibi appropriarent, attendere, non solùm Ordinem Carmelitarum, sive B. M. V. de Monte Carmelo, à Christi seculo VI. usque ad XIII. in Syria, sive Palæstina, modò floruisse, modò persecutiones atrocissimas subjisse, ut patet ex præmissis. *n.* 771. 772. *&* 773. sed & ab Elia usque ad Christi sæculum VI. mille quingentis circiter annis floruisse, uti toto penè *Armamentario*, ac specialiter *Scuto* IV. VI. IX. X. XI. XIII. *&* XVII. probatum est, & efficaciter, ni fallor, evictum *Enervatione Telorum* Pharetræ 1. 2. ac cæterarum, *solutionibusque prætentionum* DD. Landtmeter, Bivarij & aliorum præmissis, quibus solide confirmantur ea, quæ RR. Patres Wastelius, Lezana, Daniel à Virgine Maria & Zegerus Pauli in Vita S. Telesphori, ipsis probè noti, plurimique alij satis obvij *Scuto* XVI. citati, de Ordinis Carmelitarum antiquitate doctissimè scripserunt, quæ ipsos iuxta posuisse, & quasi ignorassent omninò, sponte prætermisisse, nonnulli emunctæ naris autumant, fortè, aiunt, ut liberius, sub prætextu ignorantiæ, palliarent ea, quæ contra istam antiquitatem scribunt. Ego tamen malim dicere, eos scriptorum mole oppressos, & lectione ac studij assiduitate nimiâ fatigatos, hîc *illustrationis*, quam in scopum assumpserunt, omisisse specimen: sed cum omissio illa suam causare possit nostri Ordinis antiquitati iniuriam notabilem, quam satis percepi, dum nuperrimè vir quidam notæ insignis me pro illa ad vitam S. Bertoldi ab illis editam remitteret, spero fore, ut ius nostræ antiquitatis tuendo, nec ipsis iniuriosi, nec alijs exosi censeamur, præsertim attentâ protestatione, quam dicti RR. Patres Tomo. 1. in Martium præfixerunt cuius verba dedimus *n.* 767.

Excusatur.

Motiva recessus à cruda opi. Baron.

775. Respondeo 4. fore ut facili negotio ab assumenda nudè & crudè absque ulla expositione Em. Baronij opinione abstinuissent, si florem, & in flore persecutiones, multis sæculis ante XII. & Alexandrum Pontificem, Ordinis Carmelitarum in euthoribus sequentibus, ac præcitatis *Resp.* 2. legere & ponderare dignati fuissent.

1. ex Gelenio.

776. Primò: Egidij Gelenij *lib.* 3. Colon. Agrip. Syntagma. 43. *Hic igitur Ordo Propheticus, sub Rechabitarum, Assidæorum, & Essenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex S. Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans usque ad tempora Christi & Apostolorum, à S. Ioanne Baptista ad Christi fidem comparatus.* Quod patet ex dictis contra D. Bivarium. Et infrà: *licèt idem Ordo temporibus persecutionum Imperatorum Ethnicorum variè exagitatus, at nequaquam suppressus, mirificè tamen auctus, atque per orbem transplantatus fuit usque ad tempora Cosdroe Persarum ac Humar Arabiæ Regum; quorum posterior anno Christi* 636. (alias 639.) *captâ Ierosolymâ, totam Syriam atque Egyptum subiugavit.* Iterum infrà: *Per Imperatores Hæreticos Iconoclastas ab anno præsertim* 726. *variè afflicti, ac plurimi eorum, destructis ipsorum Cœnobijs, Martyrio effecti*

*effecti sunt; ideoque ex tunc nonnulli eorum in Europam* (nota) *transmigrantes, præcipuè in Italiam nova illic loca inquisierunt.* Adstipulatur Arnoldus Bostius lib. 5. suæ Historiæ cap. 78. Bostius.
*Anno Dom.* 537. *Cosdroe, huius nominis primus, cœpit regnare apud Persas, & hic sequenti anno, cum valida manu Syriam intrans, cepit Hierusalem civitatem Sanctam: deinde anno sequenti veniens ante Antiochiam, multitudine gravi expugnavit eam* &c. *Tota ergo Ierosolymitana Ecclesia destruitur, nec manet aliquis locus incontaminatus, solis Eremi cultoribus exceptis, qui in Monte Carmeli, & circa Iordanem, & in Eremo Quarentena, nec non & in Montanis Nigris Domino serviebant, & fidem rectam observabant.* Nec oberit hîc referre id, quod habet de tempore post recuperatam anno 1099. Terram Sanctam lib. 6. Speculi Historialis cap. 8. *Devotos diversarum nationum advenas sancta conversatio & abundans iustitia dictorum Religiosorum Montis Carmeli ita ædificabat, & ad contemplationem cœlestium trahebat, ut multi ex ipsis advenis intuentes dictos Religiosos in pulchritudine pacis vivere, & tranquilla mente in antris Carmeli montis residere, se fælices putarent, cum per devotionem, spretis & relictis mundi oblectamentis, poterant eorum consortio aggregari: qui cum ita multiplicati fuissent, ut in Monte Carmeli iam recipi commodè non possint, repleverunt etiam desertas Terræ Sanctæ solitudines, in quibus prædecessores eorum* (nota) *antiquitùs habitaverunt.* Quoad *Prædecessores* autem notandum illud Werneri Rouvelinck in fascic. temp. ad an. 1291. *Nobilissima civitas Acconensis à Saracenis destruitur, ac demum Deifera Mariæ Monasterium in Carmelo ad quatuor milliaria civitati vicinum ab eis igne crematur, fratribus inventis in eo perfidorum gladijs trucidatis, & tunc (Proh dolor) Ordo Carmeliticus mellifluum locum ex toto perdidit, in quo à tempore Eliæ & Elisei Prophetarum, duobus millibus ducentis viginti & uno annis persliterunt.*

777. Secundò: Ex Palæonydoro lib. 2. cap. 9. *Deinceps an. Dom.* 630. *Cum Heraclius Cosdroam Regem Persarum superasset* &c. *cœpit valde industriè Ecclesias ac Monasteria reparare, ac illis ubique in terris Regia munera elargiri, quibus peractis, ad Patriam repedavit: tunc Carmelitæ gratias Deo deferentes atque benedicentes, antiqua sua monasteria, cum mœrore prius relicta, nunc rursus cum summa lætitia inhabitantes, suam Religionem magis studiosè augmentare curarunt.* Adstipulatur Petrus Lucius in *Compend. cap.* 11. Ioannes de Malinis, Lezana, & alij: ergo multis seculis ante XII & XIII. floruit Ordo Carmelitarum. Palæonydorus.

778. Tertiò: Ex S. Cyrillo Constantinopolitano in *lib.* de procef. & varijs Regulis Carm. cap. 2. *Cum enim Christianissimus Imperator Heraclius de profano Cosdroe prædicto victoriam obtinuisset, & post recuperationem Terræ Sanctæ, cum Triumpho ad propria remeasset, mox quidam Rex Arabiæ, nomine Humar, discipulus perfidi Mahometi, atque regni eius successor tertius, cum ingenti multitudine Saracenorum contra Terram Sanctam veniens, eam totam obtinuit, Sanctamque Civitatem Ierusalem anno Dom.* 639. *cepit, alios ex Christianis huius patriæ necans, alios ad suam perfidiam trahens: cæteros autem, etsi non perfidiæ, suo tamen Dominio subdens. Saraceni autem molestè ferebant, quod nostræ Religionis Professores, veste albâ desuper induti incederent* &c. cap. 3. autem: *Illo itaque tempore, quamvis pauci, verumtamen probatissimi Monachi nostræ Religionis, dimissis mansionibus, quas habebant in urbibus & villis, hunc Carmeli montem non deserentes, iugiter in eo, & in quibusdam alijs eremis Terræ Sanctæ permanserunt, sub disciplina monastica vita Eremitica, per Eliam Prophetam instituta, & in prædicto Ioannis libro descripta: qui, sicut & cæteri Christiani huius Patriæ, duro infidelium iugo dediti, multis tribulationibus & iniurijs fuerunt à paganis per annos circiter* 460. *afflicti. Clamaverunt autem ipsi & cæteri huius Patriæ Christiani, cum tribularentur, ad Dominum; qui tandem de necessitatibus eorum eduxit eos; quoniam placuit ei civitatem Ierusalem anno Christi* 1099. *& consequenter totam Terram Sanctam, pedetentim à perfidis Saracenis liberare, & eam ac indigenas eius fideles potestati & Dominio Christianorum reducere. Propter quod cœpit tunc cultus nostræ Religionis in Montem Carmeli ampliari: quamplures enim devoti peregrini, qui ab occidente supervenerant, odore huius sancti loci tracti, & devotione Religiosorum Eremitarum, Montem hunc inhabitantium, permoti, mundo renuntiabant, & per contemplationem cœlestium se eorum contubernio iungebant.* Ex his manifestum est præcitatos RR. Patres potuisse Terræ S. Cyrillus Constantinop.

Terræ Sanctæ recuperationem & amissionem, quàm ab anno 1099 altius repetere, nec debuisse post Em. Baronium Ordinis Carmelitarum originem simpliciter & absolutè referre ad annum Christi 1181. ut infra videbimus.

Guilel. de Sanvico.

779. Quartò: Ex Guillelmo de Sanvico supra cap. 8. *Quando autem hæc S. Religio incepit de Terra S. ad Cismarinas partes per modum prædictum* (vide n. 741.) *transplantari, tunc etiam cœpit in Terra Sancta de Palestina eradicari; propter quidem frequentes incursus, quos in Christianos Saraceni, & Christiani in Saracenos tunc in Palestina exercebant, aliqui ex fratribus huius Religionis fuerunt à Paganis interfecti in Monasterijs Eremorum, & maximè in Monasterijs Quarentena & Valim. Idcircò oportuit, fratres huius Religionis totaliter illa monasteria deserere; quia non poterant ibi securè habitare, quæ postmodum ab Infidelibus penitus diruta fuere Anno Dom. 1244. Pagani Chorasmiani post triumphum quem in Terra Sancta de Templarijs & Hospitalarijs, alijsque innumeris Christianis obtinuerunt, ad S. Civitatem Ierusalem accesserunt, & tam intra, quàm extra eam, plurimos Christianos occiderunt. In diebus autem illis nulla audebat fieri peregrinatio Christianorum ad Sepulchrum Domini, propter quod fratres huius Religionis, qui in Monasterio Ierosolymitano solebant de Eleemosynis Peregrinorum sustentari, tunc fame periclitabantur: eâ igitur necessitate compulsi, Monasterium illud Ierosolymitanum dereliquerunt, & se ad Monasteria Phenicis transtulerunt, dimissis Monasterijs Palæstinis, & sic Religio ista fuit de Palæstina prorsus eradicata.*

Fratres huius Relig. varia Monasteria coguntur deserere.

780. Addit 1. *Post hæc autem ascenderunt vehementius ante conspectum Domini Sabahot scelera nefandorum Christianorum, Terram Sanctam sordidantium, quorum corda Deus effeminavit & animos infidelium adversus eos corroboravit: qui cum potestate magna contra nobilem civitatem Antiochiæ venientes, & eam obsidentes, tandem anno Dom. 1246. eam vi armorum ceperunt; in qua innumerabilem Christianorum sanguinem effundentes, non solum solemne Monasterium, quod fratres huius Religionis in ea habebant, sed totam civitatem in solitudinem redegerunt. In eadem quoque tempestate perdiderunt fratres huius Religionis Monasterium Montanæ Nigræ, quod ab infidelibus fuit dirutum. Et sic Religio ista de Provincia Commagena* (alias Cœlesyria) *penitus eradicata.*

Monasterium Antiochiæ destruitur.

781. Addit 2. *Cum autem Dominus Deus Christianos Phœniceos ad pænitentiam diutiùs exspectasset, quos studia prophana dilacerabant, videns, quod illam facere renuebant, iratus in eos, induxit ad Phœnicem innumerabilem Paganorum multitudinem, qui gloriosam civitatem Tripoli obsidentes, tandem eam anno Dom. 1289. obtinuerunt, & tam Monasterium, quod fratres huius Religionis habebant, quàm ipsam civitatem diruerunt, captis in ea, & interfectis infinitis utriusque sexus Christianis. Tunc quoque temporis Pagani per planiciem Tripolitanam discurrentes, pervenerunt ad Monasterium Bellsloci huius Religionis, propè fontem hortorum, quod etiam funditus subverterunt. Proinde contra Tyrum ascendentes, munitissimam civitatem illam, eodem anno ceperunt, in qua multorum Christianorum sanguinem effundentes, civitatem illam cum Monasterio huius Religionis, quod in ea erat, destruxerunt.*

Item Tripoli, & aliorum locorum Monasteria.

782. Addit 3. *Biennio autem ferè lapso, Saraceni contra opulentissimam civitatem Accon venerunt, & post multos actus bellicos à Saracenis peractos, qui eam deforis impugnabant, & à Christianis, qui eam intus defendebant, tandem Saraceni in mense maio anno Dom 1291. civitatem obtinuerunt, in qua fuerunt ultra triginta millia Christianorum cæsa & capta, præter eos, qui per mare evaserunt, ex quibus fui ego unus* (nota) *multi enim Christiani de civitate Accon, & de civitatibus Tyri & Tripolis per mare fugerunt; Saraceni autem civitatem Accon cum solemni Monasterio huius Religionis, quod in ea erat, ita devastaverunt, ut eam totaliter inhabitabilem reddiderint: de qua egredientes, & ad Sanctum Montem Carmeli, qui ab ea non longè distabat, ascendentes, Monasterium Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo, ibidem commorantium, de quo ego nuper ad Accon perrexeram (quod frequenter invaserant, sed nunquam destruxerant) tunc igne cremaverunt, & omnes fratres ibidem repertos, &* SALVE REGINA *cantantes*

Monasterium in Carmelo igne crematur.

Fratres cantantes Salve Regina occiduntur.

*cantantes, gladiò trucidaverunt : & sic Religio ista fuit de Provincia Phœnicea, & per consequens de tota Terra Sancta prorsus eradicata.*

783. Addit 4. *Professores itaque huius Religionis, qui in montem Carmeli à tempore* ELIÆ ET ELISEI *Prophetarum continuè & incessanter in contemplatione Dei persliterant, in hac persecutione montem illum ex toto amiserunt. Quod ideò totum factum puto, ut adimpleretur, quod vaticinatum fuerat per Ieremiam Prophetam, dicentem :* Aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes urbes eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius. *Ierem. 4. Iam enim lætitiam & exultationem, quibus contemplationis dulcedine in eodem monte professores huius Religionis recreabrantur, non esse perpetuò ibidem permansuras, Isaias dudum prophetaverat dicens :* auferetur lætitia & exultatio de Carmelo Isaiæ 6. *Ab illo tamen monte dilatati fuerunt professores huius Religionis, sicut dictum est in diversas mundi partes.* floruit autem author ille sæculo Christi XIII. Quis verò & qualis fuerit, declaratur in Vinea Carmeli. *n.* 508. & 875.

Carmelus amittitur.

Ierem. 4.
Isaiæ 6.

Et ordo alibi dilatatur.

784. Reflectant, & obsecro, RR. PP. Enschenius & Papebrochius (nam Bollandus est è vivis plenus meritis raptus) supra citati : *quando autem hæc sacra Religio incœpit de Terra Sancta ad Cismarinas partes per modum prædictum transplantari, tunc etiam cœpit ipsa in Terra Sancta de Palæstina eradicari.* Illam autem non solum incœpisse in Terra Sancta de Palæstina anno 1187. eradicari, Patet 1. ex Tritemio *n.* 770. *citato : Cum, propter scelera populi, Terra Sancta in manus perfidæ gentis Saracenicæ redacta esset, anno post Domini passionem 630. Fratres Carmelitæ, qui dudum in urbibus etiam multiplicati habitabant, nimium ab infidelibus afflicti, ad Eremum Carmeli Montis redire sunt compulsi.* Auberto Myræo *n.* 771. *multisque laboribus, & infestationibus, Carmelus afflictus est ad annum quippe 600. usque numerosa prole increvit, at post hæc persecutionibus gravissimis Ecclesia hostium exagitata in Patrio monte, quò se velut in Asylum tota recepit, usque ad 800. annum perseveravit.* Ægidio Gelenio *n.* 776. *licèt idem Ordo temporibus persecutionum Imperatorum Æthnicorum variè exagitatus, at nequaquam suppressus, mirificè tamen auctus, atque per orbem transplantatus fuit, usque ad tempora Cosdroe Persarum ac Humar Arabiæ Regum : quorum posterior anno Christi 636. (alijs 639.) capta Ierosolyma, totam Syriam atque Ægyptum subiugavit.* Et infrà : *per Imperatores hæreticos Iconoclastas ab anno præsertim 726. variè afflicti ; at plurimi eorum, destructis ipsorum Cœnobijs, Martyrio affecti sunt ; ideoque ex tunc nonnulli eorum in Europam transmigrantes, præcipuè in Italiam nova illic loca aquisierunt.* Vide Arnoldum Bostium *ibidem* Palæonydorum. *n.* 777. S. Cyrillum n. 778. *Mox quidam Rex Arabiæ, nomine Humar, discipulus perfidi Mahometi, atque Regni eius successor tertius, cum ingenti multitudine Saracenorum contra Terram Sanctam veniens, eam totam obtinuit ; Sanctamque civitatem Ierusalem anno Dom.* 639. cepit &c. Em. Baronium *n.* 772. *ad annum Christi* 328. dicentem : *Porrò cum gravioribus persecutionum procellis subortis, quibus, non Christiani tantum simul agentes, & conventus publicè celebrantes, sed & latentes in penetralibus, alijsque latibulis, quæsiti abriperentur ad necem, intermisit illud cœleste vivendi genus opertuit.* Et sic de alijs. Ergo non solum post annum 1187. *amissa Ierosolymâ &c. Ordo S. Mariæ de Monte Carmelo è Terra Sancta cum alijs superstitibus Heroibus in hasce ditiones est translatus,* ut scribunt, sed multis sæculis ante, uti probavimus *Scuto XV.* ubi præmissa ipsis specialibus factis confirmantur.

Rogantur RR. PP. Enschen. & Papebroch. reflectere ad sequentia.

Tritemius.

Aubertus Myræus.

Ægidius Gelenius.

Arnoldus bostius. Palæonydorus S. Cyrillus.

785. Respondeo 5. Præfatos quidem Patres, alioqui consideratissimos, videri se, & sua intricasse, sententiam Em. Baronij præcitatam referendo nudè & simpliciter, absque expositione tali, qualem ex ipsomet *Pharetra ultimâ ad Telum* 1. dedimus, sic nempe, ut loquatur de *origine restaurationis, reformationis,* dispersorum per Terram Sanctam *collectionis sub uno Generali,* per unius Generalis electionem, quæ nondum fuerat in ordine : vel *à S. Sede confirmationis,* quæ ante non fuerat necessaria, sed si Em. Baronij sententiam sic intelligant, prout, bene perpensis ijs, quæ ex

Desideratur Baronij sententia à PP. Enschen. & Papebroch cum expositione referri.

ipsis præmisimus intelligere debent, præscindendo à tempore rigoroso, quô hæc contigerunt in puncto principali convenimus, quamquàm Em. Baronij sententiam, sine allata, aut simili, expositione addita, suis & nostris principijs congruentius omisissent: præsertim cum R. P. N. cuius ista intersûnt, nuperrimè 28. Iunij an. 1668. R. P. nostro Gerardo à Puero Iesu, Conventus Iprensis Priori, hæc scripserit: *Sanè ita de Sanctis scripsimus hactenus, ut posito, quod nobis constaret de antiquitate vestra, non tamen verbum ullum addere vel mutare vellemus, imò sic, ut qui Telesphori vitam in ea invenient &c. credituri sint, nos de ea antiquitate persuasissimos esse, tantum abest, ut alibi silendo, dici possimus contrarium præferre.* Ergo in vita S. Bertholdi sic Em. Baronij sententiam intelligunt, ut dici non possint antiquitati nostræ contrarium præferre, quod solum, intellectâ sensu datô Em. Baronij sententiâ, verum esse potest, uti patebit considerantiea omnia, quæ toto *Armamentario*, omnium *Telorum* dissidentium Amicorum *Enervationibus*, & hucusque, præmisimus. Sed de hoc iterum infra. a. *n.* 813. *ad* 827.

Epistola ad Priorem Carm.

## SECVNDA.

Prætentio. 2. Festus dies S. Bertholdi.

786. IBidem n. 2. *Inter hosce viros eminet S. Bertholdus, primus Ordinis in Monte Carmelo Prior, ad hunc 29. Martij relatus à Molano in Auctario Vsuardi, his verbis:* ipsô die S. Bertholdi Confessoris Ordinis Carmelitarum. *Quæ eadem in Martyrologio Germanico Canisij, & Catalogo Generali Ferrarij, leguntur: eius festum hoc itidem die, officiô Ecclesiasticô, sub ritu duplici; per totum Ordinem Carmelitarum celebratur, ac propriè hac de illo recitatur Oratio*: Protegat nos, Domine, S. Bertholdi Confessoris tui veneranda solemnitas, qui sicut Carmelitarum Ordinem omni sanctitate rexit & auxit, ita perpetuam eius protectionem sentiamus. &c.

## SOLVTIO.

Solutio.

Ordo Carmel. floruit ante Sanct. Berthol.

787. REspondeo 1. Hæc quidem verba: *Inter hoscè viros eminet S. Bertholdus, primus Ordinis in Monte Carmelo Prior*, in varijs nostræ sententiæ Authoribus legi, & probari in ipsis intellecta ex contextu de primo Priori Generali de unanimi omnium consensu assumpto, iuxta Ordinis reformationem in Carmelo ab Aymerico Patriarcha Antiocheno introductam. Sed dum vident in eadem Vita S. Bertholdi à RR. PP. Enschenio & Papebrochio approbatam nudè & simpliciter Em. Baronij sententiam, quâ dicit: *Ordo Religiosorum Carmelitanorum, qui in Palæstina in ipso Carmeli Monte fixêre sedes, sub Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem*; arbitrantur præcitatos Patres ista priora verba ad hæc Em. Baronij retulisse, quasi vellent istum Alexandrum Pontificem, nec Ordinem Carmelitarum, nec Priorem ullum in Carmelo, præcessisse: hincque firmantur, quod in plerisque alijs infra notandis videantur amplexi à verò tergiversationes D. Crescentij, Authoris libri, cui titulus, *Il presidio Romano*. Sed quis credat oculatissimos illos Historiarum digestores istis à verò tergiversationibus motos ad contradicendum sibi, & ijs, quæ pro eiusdem Ordinis antiquitate scripserunt, uti *n.* 796. videbimus. Quisque suo sensu abundet; sed credant id, qui tantos viros istiusmodi levitatis arguere præsumunt: mihi omninò persuasum est viros illos, in Historijs versatissimos, priusquam ex ipsis *n.* 796. referenda scriberent, perspectas penè innumeras SS. Patrum, quas toto ARMAMENTARIO dispersas, & *Pharetra ult. ad Telum* 11. collectas, Summorum Pontificum, & aliorum celeberrimorum Authorum, tam Recentiorum, quam antiquorum, quos *Sexto XVII.* citavimus, habuisse pro nostra antiquitate authoritates, ita ut hinc ab illis averti non potue-

potuerint; præsertim cum in vita S. Cyrilli ante citata, ſtrictius & clarius ſcribant n. 1. *Cum ordo hic poſt Terram Sanctam à Chriſtianis recuperatam, ſæculo XII. & XIII. in dicta Regione floreret, accepit ſuos Priores Generales, quorum tres primi cœlitibus aſcripti. Eccleſiaſtico cultu honorantur: primus Bertholdus 22. Martij. Secundus Brocardus 19. Septembris. Tertius Cyrillus hic VI. Martij, de quo modò agimus.* Quibus apertè declarant, ordinem Carmelitarum in Terra Sancta floruiſſe ante acceptos Generales. Vide infra *obiect.* 4. Quarè aliter. Quod innuunt PP. Ehſch. & Papebr.

788. Reſpondeo 2. Ipſis equidem conſultius fuiſſe non ita Generaliter & illimitatè ſcribere. 1. *Inter hoſcè viros eminet S. Bertholdus, primus Ordinis in Monte Carmelo Prior:* quia, licèt S. Cyrillus *lib. de Proceſſu & varijs Regulis Ord. Carm. cap.* 4. dicat: *Patriarcha Haymericus fratrem habuit Bertholdum, perfectum religioſum, ſanctumque presbyterum, quem de unanimi omnium aſſenſu anno Domini 1121. in primum Priorem inſtituit* &c. quæ citant *n.* 4. quibus proinde conſonanter loqui potuerunt: tamen cum eodem *n.* 4 ſubdant: *Baronius in Annalibus ea transfert ad annum 1181. ubi n. XIII. iſta habet* Ordo Carmelitarum, qui in Palæſtina in ipſo Carmelo Monte fixêre ſedes, ſub Alexandro Romano Pontifice ſumpſit originem *&c.* ac omittant ea, quæ S. Cyrillus habet in fonte ibidem cap. 1. *fuit autem tempore Arcadij & Honorij Imperatorum in Monte Carmeli Pater dictorum Religioſorum quidam vir, miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros conſortes ſuos einſdem montis monachos, exemplò ſuò & magiſteriò ſollicitè inducebat ad perfectionem inquirendam, ſecundum Propheticam diſciplinam vitæ monaſticæ, per Eliam Prophetam inſtituta* &c. *Scripſit enim eidem Capraſio librum de inſtitutione noſtræ Religionis* &c. *Quem librum ipſe Ioannes ſodalibus ſuis Religioſis Eremitis Montis Carmeli legendum & obſervandum tradidit, tempore Honorij Imperatoris anno Domini 412. Et ex tunc Profeſſores noſtræ Religionis ſategerunt ad perfectionem & finem vitæ ſolitariæ tendere, ſecundum formam inſtitutionis Prophetæ Eliæ, per dictum Ioannem in præfato libro deſcriptæ.* Imò etiam hæc quæ eodem cap. 4. ſcribit: *ſtatuit enim, quod ex ipſis unus, qui diceretur Prior, deinceps eis ita præeſſet, ut quilibet aliorum obedientiam ei devoveret, ſub cura cuius & regimine omnes viverent: quibus antea licèt ſemper unus ex ipſis præeſſet, quem* Abba, *linguâ Syrâ, &* Patrem *Latinâ appellabant, ſub regimine cuius, etiam tunc temporis, manebant, & cui etiam tamquam Patri, ſecundum inſtitutionem obediebant: numquam alicui ſe voto ſpeciali* (quod explicuimus ſupra *n.* 652) *prius obligaverunt, donec prædictus Patriarcha omnes primò ad hoc adſtrinxit.* Dant lectoribus intelligere ſe loqui de primo Priore, Abbate, Patre, Suppriore &c. Poſt ſumptam Ordinis Carmelitanorum originem ſub Alexandro, iuxta opinionem Em. Baronij à ſe nudè & crudè *n.* 4 *ibidem* relatam, quam ut ſic *Pharetra ult.* probavi eſſe falſiſſimam, & ab eius mente alienam: unde ſi illam non addidiſſent, aut ly *Generalis* ad mentem S. Cyrilli addidiſſent, ceſſaret difficultas, licèt ſic loquantur etiam alij, quos non arguimus, id tamen in textu ſatis limitant, nec alienantia addunt, ut ipſi. Tamen.

Non adduunt PP. Henſch. & Papebro. verbis apparenter contrarijs, faventia.

Et ideo poſſent lectori videri antiquitati derogare.

789. Reſpondeo 3. Ipſos indubiè voluiſſe loqui ad ſenſum, quo S. Cyrillus in fonte, ſive in *libro de Proceſſu & varijs Regulis Ord. Carm.* dicit: *S. Bertholdum fuiſſe de unanimi omnium aſſenſu anno Domini 1121. in primum Priorem eis inſtitutum*; & quo etiam Baronius in fonte, ſive Annalibus ſuis ſcribit: *Ordinem Carmelitanorum ſub Alexandro Romano Pontifice ſumpſiſſe originem*, quem fusè expoſuimus *Pharetra ult. ad Telum I. & II.* Hôc autem ſuppoſitô, dico, ipſos de hallucinatione, & antilogio, ſive contradictione, malè argui: quia S. Cyrillus evidenter loquitur de primo Priore, cui ſe, Patriarchâ Haymericô aſtringente, ad obediendum voto ſpeciali, ſenſu dato *n.* 652. obligaverunt; Em. Baronius verò loquitur de origine reſtaurationis, reformationis, diſperſorum per Terram Sanctam collectionis ſub uno Priore Generali per illius electionem, vel à S. Sede confirmationis, ut ſuprà diximus. Unde ſolum totus Carmelitarum Ordo iuſtè conqueri poteſt, quod ipſi ſuum & S. Cyrilli ac Em. Baro-

Cuius oppoſitum præſumi-mitur.

Baronij sensum, eorum verba à suo contextu separantes, non satis expressserint id, quod debuissent, cum per se, simpliciter & absolutè extra contextum aliud, sonent, quam in contextu variè restricta & modificata, uti omnes fateri debent.

Quod desideratur ut clarius expressissent.

## TERTIA.

Prætentio 3.

790. IBidem n. 4. *Baronius in Annalibus ea transfert ad annum 1181. ubi n. XII. ista habet:* Ordo Religiosorum Carmelitanorum, qui in Palæstina in ipso Carmeli Monte fixêre sedes, sub Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem; quotô autem eius Pontificatus annô, habetur incertum. Horum autem promotor, propagator & custos, fuit ille, qui fungebatur in Oriente legatione Apostolicæ sedis Haymericus Patriarcha Antiochenus, qui considerans complures ex Occidente, qui venerant vitam Eremiticam acturi in Terra Sancta, hinc inde dispersos, expositosque Barbarorum incursibus, collegit eos in unum, duxitque in Montem Carmelum, Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum. Fuêre ista principia, ex quibus, ut ex parva scaturigine immensus est auctus cœtus Religiosorum virorum. *Hæc Baronius, cui satis consentit Bellarminus in sua Chronologia, dum scribit,* anno 1180. Ordinem Carmelitarum ab Alexandro III. confirmatum esse *&c.*

Prætenditur ord. ortus sub Alexandro Papa.

## SOLVTIO.

Quod explicatur.

791. REspondeo 1. Em. Baronij obiectam sententiam, esse ad mentem eius veram & genuinam, *Pharetra ultima ad Telum I. & II* expositam. Ut tamen occasionaliter nostra confirmetur expositio, & tantum abesse, ut nobis obsit, quin evidenter prosit nostræ Antiquitati illa Em. Baronij opinio, appareat. Aliter, dissimulato errore sub ly *Alexandro*, de quo supra *n.* 652.

Et oppositum ex verbis à Baronio relatis probatur.

792. Respondeo 2. Hæc Em. Baronij verba, desumpta ex S. Cyrillo statim citando: *Considerans complures ex Occidente, qui venerant vitam Eremiticam acturi in Terra Sancta:* cùm illi *complures* Carmelitæ fuerint, supponere evidenter in Occidente fuisse Carmelitas ante *collectionem* Haymerici: ergo Em. Baronius non loquitur de Ordinis Carm. origine sub Haymerico & Bertoldo simpliciter & absolutè prima, licèt verba eius obscura sint, & ex contextu exponi debeant, quod *Pharet. ult.* fecimus. illos verò *complures*, vel saltem eorum aliquos, fuisse *Carmelitas*, constat verbis S. Cyrilli *tract. de Processu Ord. Carm. cap.* 4. *Erat autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus. & in Terra Sancta Apost. Sedis legatus, vir quidam amabilis Deo & hominibus. natione Lemovicensis de villa appellata Salamiacum, qui prædictorum antecessorum nostrorum Eremitarum, Fratrum B. M. de Monte Carmeli. laudabilem conversationem attendens, eos multum specialiter suo tempore in Domino enutrivit: intelligens autem quosdam eorum, qui ab Occidente supervenerant, spretis seniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem religiosæ vitæ Eremiticæ, in prædicto Ioannis libro descripta* &c. Carmelitas autem ante S. Bertholdum fuisse in Monte Carmeli, patet ex *Responsis* ad *Obiectionem* 2. verbis S. Cyrilli *n.* 778. citatis: supponit Em. Baronius, scribens: *qui in Palæstina in ipso Carmelo Monte fixêre sedes*: confirmant RR. Patres relati *infrà n.* 796. & his, quæ in *Vita S. Bertholdi* scribunt: *Ordo S. Mariæ de Monte Carmeli* (nam hunc titulum habuisse primo Christi sæculo constat ex præmissis n. 727. ad 733. eôque confirmant à se relata in vita S. Telesphori de ord. antiq.) *ex Terra Sancta, cum aliis superstitibus Heroibus voluit in hasce ditiones transferri. & ubique per orbem terrarum dilatati.* clarè exprimit Arnoldus Bostius *lib.* 6. *suæ Historiæ cap.* 9. de Bertoldo scribens: *locum Carmeli Montis adijt, visitatisque singulis antiquis Patribus Erem-*

S. Cyrillus.

Fuisse in Carmelo religiosos ante Berthol. colligitur.

ex Baronio

*Eremitis ejusdem uberrimi montis per diversas eorum separatas cellulas; imitator sanctissima vita illorum ac sanctorum Elia & Elisei Prophetarum fieri decrevit: quod cum omnibus illis Eremitis valdè gaudenter placuisset, ab eisdem habitum Religionis cum oratione solemni suscepit. Verùm ipse sanctus in sancto proposito in dies proficiens, tandem eremitici finis & cœnobitica disciplinæ ibidem exstitit recuperator eximius.* Item fuisse ante Haymericum, non solùm ista evincunt; sed & verba S. Cyrilli: *Haymericus prædictorum antecessorum nostrorum Eremitarum, Fratrum B. M. de monte Carmelo, laudabilem conversationem attendens* Imò etiam Baronij: *Haymericus considerans complures ex Occidente, qui venerant vitam Eremiticam actum in Terra Sancta,* &c. Ergò Carmelitæ, ex ipsomet Em. Baronio & RR. Patribus præcitatis, erant in monte Carmelo & Occidente antequam ipsorum Ordo in Palæstina sumeret originem, de qua ipsi ibi agunt: ergò *origo* illius, de qua ibi agunt, non fuit simpliciter & absolutè *prima*, uti nec S. Bertholdus illius *Prior* simpliciter & absolutè *primus*, ut vidimus n. 787 & 786. *Enschenio & Papebrochio.*

793 Respondeo 3. Em. Baronium hæc verba: *hinc inde dispersos, expositosque Barbarorum incursibus, collegit in unum*, verosimiliter sumpsisse ex his S. Cyrilli *cap.* 4. præcitato verbis: *intelligens Aymericus quosdam eorum, qui ab Occidente supervenerant, spretis seniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem religiosa vita Eremitica in prædicto Ioannis libro descripta,* &c. *ipsos omnes per obedientia vinculum colligavit, statuit enim, quod ex ipsis unus, qui diceretur Prior, deinceps eis ita præesset, ut quilibet aliorum obedientiam ei devoveret sub cura cujus & regimine omnes viverent: quibus anteà licèt semper unus ex ipsis præfuisset, quem* Abba *linguâ Syrâ, &* Patrem *Latinâ appellabant, sub regimine cujus etiam tunc temporis manebant, & cui etiam tamquam Patri secundum institutionem obediebant, numquam ad obediendum alicui se voto speciali prius obligaverant, donec prædictus Patriarcha Aymericus omnes primò ad hoc adstrinxit.* Undè meritò Panuinus *in Chron.* ad an. 1141. *Ordo Carmelitarum restitutus & reformatus & Haymerico Malafaida Lemovicensi Patriarchâ Antiocheno, & Apostolica Sedis trans mare Legato, in monte Syria Carmelo: quorum primus Prior fuit Frater Bertholdus, vir sanctus.* Quibus vel unô solô oculô inspectis, evidens est: neque Em. Baronium loqui de *Ordinis Carmelitarum origine* simpliciter & absolutè *prima*: neque præcitatos RR. PP. Henschenium & Papebrochium, de hac ipsum intelligere posse, aut velle, S. Bertholdum fuisse ejusdem *Ordinis Carmelitarum* Priorem simpliciter & absolutè *primum*: sed de *origine* restitutionis & reformationis per collectionem omnium dispersorum sub uno Priore, cui ad obediendum speciali voto omnes se obligarunt; & de *primo Priore* istiusmodi restitutionis & reformationis, ut patet. Undè Gilbertus Genebrardus *Chronologia lib.* 4. contra Polydorum *lib.* 7. *invent. rerum cap.* 3. referentem, Ordinem Carmelitarum opera Haymerici cœpisse, subdit: *Sed eorum origo altiùs repetitur; nempè à Prophetis Eliâ & Eliseo, qui Carmelum montem Terra Sancta primitus consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scriptura filios Prophetarum appellat.* Et Guillelmus Eilengrenius contra Centuriatores *centuria* 1. *tit. de Relig.* &c. *Elias Propheta primus Carmelita.* Et infrà: *En hæretice, Elia posteritatem dicis Monachos Carmelitas.* Item *S. Eliseus Carmelita, Princepsque Eliadum.* Deinde post allata testimonia, quibus probat Ordinem Carmelitarum tempore Apostolorum floruisse, tandem contra Centuriatores subdit: *en quàm antiquus sit Ordo Beatæ Virginis.*

*Panuinus.*

*Ordo Carmel. est sub Haymerico r. restitutus non institutus.*

*Iuxta illum sensum sunt Intelligendi Baronius, Henschenius, Papeprochius.*

*Gilbertus Genebrardus.*

*Guillelmus Eisengrenius.*

794 Respondeo 4. Hæc Em. Baronij verba: *Duxitque in montem Carmelum Elia habitatione egregiè olim nobilitatum* videri desumpta ex his Gregorij Nisseni *de Baptismate Christi* verbis: *Elias Carmelum incolebat; clarus autem mons propter virtutem inhabitantis* Guillelmi Tyrij de Bello sacro: *Carmelus mons in Syria, Elia, & Eliso, & aliorum filiorum Prophetarum incolatu valdè nobilis.* Abulensis 4. Reg. 1. cap. 5. *Manebat Elias in monte Carmelo: nam postquam accepit ignem à Domino pro sacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, semper voluit manere in monte illo religiosè vivens.* Undè meritò Dominicus Gravina *lib. Vox Turturis p.* 2 *cap.* 5. de monte Carmelo, Elia, & ejus Alumnis, scribit: *Mons verè celeberrimus, in quo fructuosus ille pal-*

*Gregorius Nissenus.*

*Guillelmus Tyrius.*

*Abulensis.*

*Gravina.*

*mes Elias commoratus, solitariam, ab hominum consortio semotam, professus est vitam, quem primum colendæ virginitatis authorem* Patres *&* Doctores *appellant, obedientiæ & paupertatis prototypum, quem Principem Monachorum Hieronymus vocat, cum Eliseo, cum filijs* Prophetarum, *qui habitabant in agris & solitudine, & ædificabant sibi tabernacula iuxta fluenta Iordanis.*

Fuerunt in monte Carmelo monasteria longè ante Christum

Wernerus.

795. Quamobrem ex verbis præallegatis Em. Baronij, junctis præmissis *n.* 705. *ad* 710. evidenter inferri potest. 1. Olim à tempore Eliæ sanctissimi Dei prophetæ, usque ad Christum: & ultra, usque ad Barbarorum persecutiones, Carmelitarum fuisse in monte Carmelo *Monasterium*, ac in illo *Priorem*, sive *Abbatem*, aut *Patrem*, ut loquitur S. Cyrillus *n.* 763. citatus; pro usque rectè Wernerus Rouvelinck in *Fasciculo temporum ad annum Christi* 1294. adducitur, ubi ait: *nobilissima civitas Acconis à Saracenis destruitur, ac demum Deipara Mariæ in Carmelo monasterium ad quatuor milliaria civitati vicinum ab eis igne crematur, fratribus in eo degentibus perfidorum gladijs trucidatis, & tunc (proh dolor!) Ordo* Carmelitarum *mellifluum locum ex toto perdidit, in quo ab Elia & Elisei tempore, duobus millibus ducentis & viginti uno annis perstiterant.* Et *ad annum* 923. ante Christi ortum: *Elias Propheta, auriga Israël, & origo* Carmelitanæ *Religionis, Eliseo vidente, rapitur.* Item ad annum Christi 450. *Elisei Prophetæ Carmelitanæ Religionis primi post Eliam* Patris *&* Patroni, *Sigeberto Gemblacensi teste, ossa transferuntur de Samaria in* Palæstinam. Et Bartholomæus Salignacus, Protonotarius Apostolicus, *tom.* 10. *cap.* 6. sui Itinerarij Ierosolymitani: *Prodigium visitur in monte Carmeli, qui est in inferiori Galilæa, situs ad Occidentem: montem enim hunc olim Prophetæ sancti Elias & Eliseus incolere soliti erant cum filijs Prophetarum, quorum successores sunt Fratres, qui Carmelitæ vocantur.* Adstipulatur P. Salianus Societatis Iesu *n.* 208. citatus, ubi tandem subdit: *ac ne quis hoc benevolentiæ potius erga religiosissimum Carmelitarum Ordinem, quam veritatis, testimonium putet, quod eos Eliæ sanctissimi discipulos ac imitatores agnoscamus, audiat is Sixti IV. Romani Pontificis Constitutionem* &c.

Bartholomæus Saligniacus.

Interpretatio mentis Baronij & PP. Enschen. & Papebrochi.

796. Inferri potest 2. Em. Baronium non loqui de Ord. Carm. *origine* simpliciter & absolutè *prima*; nec precitatos RR. Patres de *S. Bertholdo Priore Ordinis Carmelitarum* simpliciter & absolutè *primo*: nisi vellent illi, fuisse quidem olim tale monasterium in Monte Carmelo, sed acephalum sine *Priore*, *Abbate*, *Patre & Capite*, quod tantis viris ascribere non auderem: præsertim cum hi in vita S. Telesphori suprà citata, hæc nota C. referant: *agunt de Basilide* (Vespasiano Coëtaneo) *Presbytero, & ordinis huius Rectore, seu Abbate Montis Carmeli, inter alios Didacus de Coria lib.* 7. *cap.* 3. *per totum, & fusè Petrus Thomas de Saracenis in Menologio part.* 1. *fol.* 77. *usque ad* 81. &c. quem à sinistra suspicione purgat noster Lezana *Annal. tom.* 2. *ad annum Christi* 69. Nos autem insuper *Scuto XIII. n.* 137. probavimus Ioannem XLIV. Patriarcham Ierosolymitanum fuisse Monasterij montis Carmeli similiter Priorem, idque ex S. Cyrillo III. per electionem (quæ tum non erat) Ordinis Generali, qui floruit sub an. 1170. & religiosus ipse Carmelita, Regem Armeniæ, cum omnibus suis Episcopis, subjecit Lucio Papæ III. anno 1181. uti videre est ex ijs, quæ RR Patres præcitati approbant in *vita* ejusdem *S. Cyrilli ad* 5. *Martij*, ubi hæc ad rem nostram comprobant: *quapropter Brocardus, tunc Carmelitarum Ordinis per electionem* II. *Generalis, sibi talem Doctorem*, nempe Cyrillum *divinitus missum existimans, ipso in montem* Carmeli *secum sumpto, ait: ex hoc monte omnis Religio primordialiter effluxit, qui cæteris, cujuscumque habitus forma, vivendi præstitit normam, statuta & Regulam, ac omnia, quæ à quocumque Institutore noscuntur approbata.* Non quidem quoad omnia particularia puncta; sed quoad Religionis, prout à Religione veteris & novi Testamenti præscindit (alioqui in diversorum Regulis & Institutis oppositæ observantiæ leguntur) substantiam, & esse causæ exemplaris; quo sensu S. Brocardus ista absque fundamento non dixit; quia, vt patet ex dictis *Pharetra ultima ad Telum* 11. pro istorum veritate pugnat communis SS. Patrum & aliorum sensus, quos secutus Iudocus

Ioan XLIV fuit Prior monasterij montis Carmeli.

à Monte Carmelo primordia omnis religionis.

docus Clictovæus, *n.* 204. citatus, meritò dixit: *Secundò, quia hi, qui primam Carmelitano Ordini præstiterunt originem, ut Elias & Eliseus, ex Iudæis nati sunt; qui verò cæteris Religionibus jecerunt fundamenta, ex gentibus progeniti sunt: constat itaque antiquiorem Carmelitanæ Religionis, quàm aliorum Ordinum esse originem, & ratione exordij cæteris præstare.* Et Ioannes Bulæus Societatis IESU *n.* 203. citatus: *Elias Propheta Domini eximius rectè & catholicè* (nota) *fundator Carmelitanæ Religionis dicitur, si ejus facta ex voluminibus Regum absque invidia discutiantur* &c. uti *n.* 204 habes. Imò & Abbas Ieropolitanus, commodiùs *n* 798. citandus. A quibus non recedunt ipsi quoque RR. PP. Bollandus, Henschenius, & Papebrochius *in vita S. Telesphori Papæ* §. 3. *n.* 5. ubi hæc lego: *Is itaque* Telesphorus *natione Græcus, ex Orientis partibus ortus, Anachoreta Eliani, sive Prophetici Carmelitarum Instituti, ex eorum numero unus fuit, de quibus* Iosephus *Antiochenus, vetustissimus author* (ut pote qui claruit anno 130.) *eidem contemporaneus, loco suprà citato scribit in hunc modum*: Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadjutores surrexerunt, strenuissimi viri, solitarij, contemplationique dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de monte Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam & Palæstinam, fidem Christi constantissimè sparserunt, *&c.* Deindè ad 17. Ianuarij in *Prolegom.* ad vitam S. Antonij cap. 3. *consentit vita S. Pachomij his verbis*: D. Antonius magni Eliæ atque Elisei, necnon & Ioannis Baptistæ æmulator existens secreta interioris Eremi studio sectatus est singulari *&c.* Item ad 28. ejusdem mensis in vita S. Iacobi Porphyrionitæ, ubi addunt ad marginem: *S. Eremita in Syria Iacobi,* &c. *juxtà Porphirionem & Carmelum, ideò Carmelitis accensendus.* Ille autem Christi sæculo III. hic V. floruit. Denique in vita S. Petri Thomasij, quam R. Adm. P. Henschenius secundis curis an. 1659. illustravit, ibique approbat hanc revelationem S. Petro Thomasio factam: *Cui Virgo Maria Dei Genitrix apparuit, consolans & prædicens, ne de hoc timeret, quia statutum est apud Deum, quòd Ordo suus manebit usque in finem sæculi: nam & Elias primus Pater Carmelitarum, cùm esset in monte Thabor cum filio meo IESU Christo petijt, quod Ordo suus, quem in monte Carmeli inchoavit, permaneret usque ad adventum suum contra Antichristum, quod & ei promissum est.* Et infrà in *Analectis* ex Bostio: *existimandum planè non est, Moyse pro populo, qui sibi adeò rebellis & cervicosus semper exstiterat, sollicitante, Eliam Carmeli Patriarcham, cœtum fratrum suorum neglexisse, cui Legislator fuerat, & præceptor non segniter auditus.* Iterum ibidem: *Carmelitana igitur Religio, cæterarum primaria, antiqua hæreditas Ecclesiæ Dei, & frondosa vitis Israël, cui fructus adæquatus est.* Quis obsecro hæc legit, & capere potest: quomodò præfati RR. Patres in vitam S. Bertholdi opinionem illam Em. Barônij de origine Ordinis Carmelitarum sub Alexandro III. omninò crudè, & nudè absque illius limitatione & expositione (quæ patet ex contextu, ut vidimus *Pharetra ultima*) intruserint, & juxta illam S. Bertholdum ejusdem Ordinis Priorem simpliciter & absolutè primum fecerint? Ego non capio, ideoque sisto in excusatione data *n.* 774.

Clictovæus, Busæus. Bollandus. Henschenius. Papebrochius.

S. Telesphorus instituti Carmelitarum

D. Antonius Eliæ Sectator.

S. Iacobus. Porphyrionita. Carmelita.

Carmelitarum ordo usque ad finem sæcul. durabit.

797. Pergamus igitur & montis Carmeli Priores aliquot ante S. Bertoldum connumeremus. Enoch Arimathim fuit primus sub lege Evangelica, ex dictis *n.* 662. successerunt, saltem mediatè Basilides circà an. 69. ex dictis statim. Ioannes (creatus posteà Patriarcha Ierosolymitanus XLIV.) circà an. 400. ex dictis *n.* 100. Caprasius, *ibidem.* Eusebius, Silas, Babulas: nam in Concilio Constantinopolitano an. 448. celebrato sequens subscriptio legitur: *Eusebius Presbiter Monasterij Eliæ subscripsi in depositione Eutychis.* In altero autem Concilio Constantinopolitano anno 536. *Silas Presbyter & Prior Monasterij Eliæ, rogatus subscripsi* Quô mortuô ejus successor ita subscribit: *Babulas Presbyter & Archimandrita Monasterij nominati mem. Eliæ, subscripsi.* Vide dicta *n.* 137. Præmissa autem sufficiunt ad inferendum prudenter, à tempore Eliæ & Elisei usque ad S. Bertholdum semper sibi invicem successisse Archimandritas, Abbates, Patres, qui

Recensentur Priores Carmeli ante S. Bertholdum.

reipsâ

reipsâ erant Monasterij Eliæ, in monte Carmelo Priores, licèt passim, non hoc, sed isto nomine, vocarentur; hincque ordinem Carmelitarum sub Alexandro III. non sumpsisse *originem* simpliciter & absolutè *Primam*, neque Bertholdum *Priorem* fuisse absolutè *Primum*.

798. Respondeo 5. Hæc Em. Baronij verba: *fuêre ista principia, ex quibus, ut ex parva scaturigine flumen, immensus est auctus cœtus virorum religiosorum* (quæ videntur ab Em. Baronio detruncata ex Philippo Abbate Ieropolitano *in cap. 1. Ioannis*, apud Palæonydorum *lib. 2. cap. 2.* ubi sic exclamat: *O Carmelitarum Religio, quàm magna facta es in domo Domini. Numquid olim à modico fonte Elia, Dei Propheta, principium habuisti? & ecce nunc in magnum fluvium crevisti. Tu olim plantata in Eremo, nunc facta es civitas plena populo. Tu Fundatorem habes in Paradiso viventem, & gloriosam Mariam, Reginam cœli, Dominam mundi in Patronam singularem; sicut enim olim de te processerunt Patriarchæ, & Prophetæ, sic nunc de te procedunt Sacerdotes & Levitæ, Doctores & Evangelistæ, qui Patres & Patroni omnium Religiosorum facti sunt.*) Duo huius immensi cœtus augmenti principia designant. Unum ab Elia, pro quo dicit: *duxitque in montem Carmelum Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum*. Alterum ab Haymerico sub Alexandro Pontifice Romano, pro quo dicit: *Horum autem promotor, propagator & custos, fuit ille, qui fungebatur in Oriente Legatione Apostolica Sedis, Haymericus Patriarcha Antiochenus*. Cùm verò hoc ab Haymerico posterius principium præsupponat illud ab Elia bis mille annis prius, origo Ordinis Carmelitarum ab Haymerico dici debet bis mille annis posterior origine ab Elia: undè sicut prius ab Elia ut ex parva scaturigine flumen, immensus est auctus cœtus virorum Religiosorum, quam sub Haymerico; siquidem ante hunc immensum fuisse à *filijs Prophetarum, Essenorum, &c.* qui modò *Carmelitæ* dicuntur, verorum Religiosorum cœtum, irrefragabiliter evincunt authoritates *Scuto* IV. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XIII. XIV. XV. XVI. & XVII. adductæ: ita Ordo Carmelitarum ab Elia *originem* simpliciter & absolutè *primam* sumpsit; ab Haymerico autem aliquam, ut summum, secundum quid & secundariam *promotionis, propagationis & custodiæ*. Ac proindè nullatenùs dici potest ab Haymerico *originem* simpliciter & absolutè *primam* sumpsisse; alioqui certè dicendum foret Carmelitarum Ordinem non habuisse alium, præter Haymericum, Institutorem & Fundatorem, utpotè à quo solo sumpsisset *originem* simpliciter & absolutè *primam*: undè evidenter sequeretur (quo nihil absurdius) non solùm omnes Pontifices sanctissimum Dei Eliam declarasse nostri Ordinis Institutorem & Fundatorem, qui non esset, & eum prætermisisse, qui esset; sed & totum Carmelitarum Ordinem hucusque ignorasse suum Institutorem & Fundatorem (quod est valdè ridiculum) dum ne unus quidem eorum fuerit unquam, qui Haymericum pro tali agnoverit; ipseque Em. Baronius Haymericum *promotorem, propagatorem* dumtaxat agnoscat, & S. Cyrillus cap. 4. sæpè citato de illo scribat: *Erat autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus &c.* (cui Coætaneus fuit) *qui prædictorum antecessorum nostrorum Fratrum B. M. de monte Carmelo, laudabilem conversationem attendens, eos multum specialiter, suo tempore, in domino enutrivit*: etenim hæc verba: *qui prædictorum antecessorum nostrorum, Fratrum B. M. de monte Carmelo attendens*: evidenter supponunt, illos prius fuisse, quàm *eos multum specialiter suo tempore in Domino enutriret*; aut *horum*, ut loquitur Em. Baronius, *promotor, propagator & custos esset*: ac proinde Eliam, suum Institutorem & Fundatorem simpliciter & absolutè *primum* ante Haymericum, habuerunt, juxta id, quod S. Cyrillus *ibidem cap. 1.* præmisit: *librum ipse Ioannes sodalibus suis Religiosis, Eremitis montis Carmeli legendum & observandum tradidit, tempore Honorij Imperatoris, anno Domini 412. & ex tunc Professores nostræ Religionis satagerunt ad perfectionem & finem vitæ solitariæ tendere secundùm formam institutionis Prophetæ Eliæ per dictum Ioannem in præfato libro præscripta.* Unde Hallucinatio præmissa est gravior, quàm à RR. Patribus

Origo Carmelitarum ab Elia.

Carmelitarum Ordo ab Haymerico non ducit originem.

Patribus Henschenio & Papebrochio, alioqui Historicis commendatissimis, Em. Baronio nudè, simpliciter & extra contextum suum, attribuatur, & illi ut sic eam faciant suam, dum ab illa ut sic suum petunt Patrocinium. Vide *n.* 770.

799 Respondeo 6. Ex his, quæ RR. PP. Henschenius & Papebrochius verbis Em. Baronij præcitatis subdunt: *Hæc Baronius. cui satis consentit Bellarminus in sua* Chronologia, *dum scribit, anno* 1180. *Ordinem Carmelitarum ab Alexandro III. confirmatum esse* &c. quidem sequi, illum esse confirmatum, antequam sumpsisset originem an. 1181. quo nil absonius, dum sistunt in Baroniana translatione ad hunc annum 1181. nec sumptæ originis alium adferunt, nec anno 1181. sumptam impugnant: istis tamen innuunt se Em. Baronium intelligere locutum de origine Carmelitarum anno 1181. sumpta ab eius per S. Sedem confirmatione, prout intelligi debere diximus supra *n.* 651. Sed quod innuunt, magis exprimere debuissent, cum anteà, hâc confirmatione, Ordini Carmelitarum nondum necessariâ, ut patet ex dictis *Pharetra VI n.* 566. 616. & 817 Ordinem istum ab Elia *Originem* simpliciter & absolutè *primam* sumpsisse, constet ex dictis *Scuto XVII.* & ipsi confirment in vita S. Telesphori *Tom. 1. ad 5. Ianuarij* per totam, ac alijs locis *n.* 796. citatis. Item Baronius locis ad *Telum 1. Pharetra ultima* allatis, ac Bellarminus *n.* 51. allegatus, quibus eos hîc cum insigni levitatis nota contradicere voluisse, affirmet, qui *eorum sapientiam* non noverit: ego solutioni datæ *n.* 774. insisto. Quarè sit.

Mens Henschenij & Papebrochij benignè interpretata.

## QVARTA:

800. PRæfati RR. PP. Henschenius & Papebrochius *ad 6. Martij n. 1.* in vita S. Cyrilli: *Cùm Ordo hic*, nempe Carmelitarum, *post Terram Sanctam à Christianis recuperatam seculo XII. & XIII. in dicta Regione floreret, accepit suos Priores Generales: quorum tres primi cælitibus ascripti, Ecclesiastico cultu honorantur. Primus Bertoldus 29. Martij. Secundus Brocardus II. Septembris. Tertius Cyrillus hoc VI. Martij, de quo agimus.*

Prætentio 4.

## SOLVTIO.

801. REspondeo 1. Quod ista verba (attentis verbis Em. Baronij *obiect.* 3. citatis, quæ præfati RR. Patres, eis authoritatem tribuendo, ab eisque Patrocinium sumendo, incautè fecerunt nudè, & simpliciter sua, ut diximus *nu.* 776.) intelligi quidem posse videantur, sic, ut velint Ordinem Carmelitarum sæculo XII. & XIII. *primùm* in Terra Sancta floruisse; sed sumuntur quasi inadvertenter obsistere voluissent Ordinis antiquitati, non obstantibus tot & tantis authoritatibus in hoc ARMAMENTARIO collectis, ac sic modestè contradicere ijs, quæ in vita S. Cyrilli scribunt: *quapropter S. Brocardus sibi talem doctorem*, Cyrillum nempe, *divinitùs missum existimans, ipsô in Montem Carmeli secum sumptô, ait: ex hoc Monte omnis Religio primordialiter effluxit, qui cæteris cuiuscumque habitus, forma vivendi præstitit normam, statuta & Regulam, ac omnia, quæ à quocumque Institutore noscuntur approbata.* Quæ præcisâ *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout legis gratia*, aliquem verum sensum *n.* 776. datum habere possunt, & reverà habent, maturè perpensis authoritatibus contra *Object.* 3. allatis, ac præmissis *Scuto V. VI. & XVII.* ac *Responsis ad Telum 11. Pharet. ult.* Ego equidem insisto dictis *n.* 774 nec arbitror, propter unam oblivionem, de qua *ibidem*, mentem ipsorum, in istis, & alijs *n* 796. præallegatis, esse ad tot & tantas hallucinationes, tantis viris indignas, detorquendam: licèt enim melius dixissent, *reflorere*, aut *floreret reviviscendo*, iuxta illud S. Odilonis in vita S. Majoli in Bibliotheca

Solutio.

Exponuntur verba Henschenij & Papebrochij.

Cluniacensi, & apud Lippomannum: *deinde cœpit Ordo monasticus pullulare, &, ut verius dicam, reviviscere, quem à beatis Elia & Ioanne Baptista novimus processisse.* Et Iacobi de Vitriaco *Histor. Ierosol.* cap. 51. *Cœpit Orientalis Ecclesia reviviscendo florere & cultus Religionis in partibus Orientalibus amphari, & vinea Domini novos botros germinare* &c. Ibi tamen contenti fuerunt, id satis expressisse in Vita S. Telesphori *ad* 5. *Ianuarij*, & verbis S. Brocardi statim citatis, ac alijs in eadem Vita S. Cyrilli *n.* 3. additis: *deinceps puro corde & humilitate Cyrillus Deo inhærens, divinâ tamen gratiâ, tum revelatione dignus habitus est: nam alicuius temporis intervallo vidit per quamdam noctem virum aspectu eximio venerandum, iuxta se stantem, capite infulatum, & dicentem*: Ne timeas Cyrille, sum enim Basilius, quondam montis Carmeli Eremita, Cæsariensium Pastor, veniens hæc tibi denuntiare à Deo, quatenus in Armeniam pergens illic prædices, & lucernam Christi accendas: *quâ visione priori manifestatâ, de illius licentia cum fratre Eusebio in Armenia Dei semen spargens, Deo cooperante sequentibus signis, totam Armeniam ad fidem Christi convertit: ex tunc, suasione Cyrilli, Rex Armeniæ cum omnibus Episcopis & subditis suis anno Domini* 1181. *Lucio III. Papa se subiecit.* Sed.

Revelatio S. Cyrillo facta nequit haberi suspecta

802. Nota 1. Quod, neque hæc revelatio à S. Cyrillo Priori suo manifestata, neque prius allata instructio à S. Brocardo data S. Cyrillo, suspecta haberi possit, nisi quàm plurima similia à præcitatis RR. PP. Bollando, Henschenio & Papebrochio Vitis & Actis Sanctorum inserta, consequenter habeantur suspecta; quô datô, de illorum fide esset actum. Addunt quidem in prædicta S. Cyrilli Vita sub *Lit. f*: hanc notam: *colitur S. Basilius* 14 *Iunij, ex cuius Vita & scriptis hæc ejus* in monte Carmelo *habitatio esset confirmanda.* Sed hanc habes satis confirmatam *n.* 689. & ex Em. Bellarmino lib. 2. de Monachis cap. 39. *Veteres Patres Eliam & Ioannem Baptistam Eremitas, & Eremitarum Principes faciunt, ut Basilius in Epist. ad Chiloam*: infero; ergò & suiipsius: quid clariùs? Hoc tamen ipsum confirmatur ex Gregorio Nisseno, S. Basilij fratre germano, in Orat. de Laudibus S. Basilij: *An etiam audebimus ad sublimem Eliam oratione ascendere, & ostendere nostrum Doctorem sua vitæ instituto* (Nota) *illius gratia assimilari.* Licèt tamen in Vita & scriptis S. Basilij subticeretur ista Basilij in monte Carmelo habitatio, hinc solum contra sumeretur argumentum merè negativum, quod esse stramineum, vidimus *n* 305. ideòque istis positivis, & quidem etiam revelationi unius Sancti, nullatenùs prævalere debet. Neque certè revelatio allata dicit: *quondam habitans in monte Carmelo Eremita*: sed, *quondam montis Carmeli Eremita.* quæ toto cælo differunt; nam eâdem ratione dici potest Basilius montis Carmeli Eremita, dum illius institutum secutus est, quâ ego Belga dicor Carmelitanus, qui Carmelum numquam vidi, & quâ Chartusianus dicitur, qui Chartusiam nunquam inhabitavit. Optarem enim, quod præfati RR. Patres priusquam notam istam apponerent, hæc & dicta *n.* 724. bene notassent: quia tunc temporis Carmelitæ quatuor habebant Provincias ibi relatas, quarum unius cujuslibet eum fuisse sufficit, & quod unius illarum fuerit, videtur sufficienter deduci ex eo, quod omnes ante Basilium Religiosi videantur fuisse Eliæ instituti primævi, aut restaurati & innovati; cujus vel etiam Antonium, Hilarionem &c. fuisse restauratorem & innovatorem ostendimus *Scuto XV.* & ad *Tela Pharet. ult.* ac suprà contra D. Landtmeter. Undè meritò noster Lezana Annal. tom. 2. ad an. 327. *Basilium negantibus Elianum fuisse, incumbit probare, cuius instituti fuerit tempore, quo nullum aliud in Orbe erat.* Præmiserat autem *ibidem* inter alia: *quinimò cum posti monasticam exercebat*, cum Elia & Ioanne Baptista summis Philosophis solitudinem amplectitur, *inquit eius amicus & socius Gregorius Nazianzenus Orat.* 30. *de Laudibus ipsius: ex quibus verbis Alfonsus de S. Victore relatus intulit, eum observasse Carmeli Regulam, eò præsertim quod ipse Basilius asserat* Epist. 79. *se æmulari concupisse illos, quos in Ægypto, Palæstina & Cœlosyria Monachos viderit; Carmeli namque promontorium Palæstinæ & Cœlosyriæ adiacens est. Hinc huius sui instituti*

Bellarminus.

S. Basilius Carmeli Eremita probatus.

Lezana.

Gregorius Nazianzenus.

Alfonsus de S. Vict.

*instituti memor, dum in Regulis suos asseclas instruit, habitum præscribens ad instar Eliæ & Ioannis Baptistæ induendos esse, Zonaque, sicut illi cingendos* Interop 22. & 23. Regul. fus. disp. Vnde præcitati RR. Patres, bene potuissent notam illam omittere, si ultrò à se promissis stare voluissent.

803. Nota 2. Verbis, quæ ibi loco citato referunt: *ex tunc, suasione Cyrilli, Rex Armeniæ cum omnibus Episcopis & subditis suis anno Dom.* 1181. *Lucio* III. *Papæ se subiecit.* Ipsos non obscurè indicasse suum elapsum, quô nudè & simpliciter in vita S. Bertoldi postmodum scripserunt, & non refutaverunt, sed authoritate Em. Bellarmini confirmarunt potius: *Em. Baronius in Annal. ea transfert ad annum* 1181. *ubi n.* 13. *ista habet*: Ordo Religiosorum Carmelitanorum, qui in Palæstina in ipso Carmelo Monte fixêre sedes, sub Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem: quoto autem eius Pontificatus anno, habetur incertum &c. Sic enim argumentor: vel RR. Patres præcitati sic verbum *transfert ad an.* 1181. accipiunt, ut velint: *Ordinem Carmelitarum sub Alexandro III. Pontifice* anno 1181. *sumpsisse originem*: vel sic, ut solum velint quod ea, quæ sub Haymerico Patriarcha sub annum M.C.XXI. (aut, quod verius M.C.XLI.) contigegerunt, teste S. Cyrillo in *tract. de process. & varijs Regul. Ord. Carm.* Em. Baronius retulerit, dum de anno 1181. scripsit, licèt tot annis ante contigerint: utrovis modô elapsum continet. Priori quidem: quia anno 1181. Lucius III. non Alexander III. erat Pontifex, ut patet ex his verbis, *anno Dom.* 1181. *Lucio Papæ se subiecit.* Et S. Bertholdus electus est Ordinis Carmelitarum Generalis an. M C. XXI. aut, quod verius, M. C. XLI. & rexit ordinem 45. annis, iuxta illud eiusdem S. Cyrilli *ibidem*: *Processu autem temporis, mortuô eorum primô Generali, videlicet Fratre Bertoldô, sub regimine cuius quadraginta quinque annis manserant.* Alexander autem III. sub an. 1160. in Pontificem assumptus est, & obijt sub an. 1181 unde elapsum subesse necesse est: nempe S. Bertoldum fuisse Ordinis Carmelitarum Generalem, saltem 19 annis, antequam ordo ille sumpsisset originem, si hæc referatur ad annum 1. Pontificatus Alexandri III. & 41. annis, si origo illa referatur ad annum ultimum istius Pontificatus, & sic proportionaliter, si ad aliquem intermedium. Deinde ex vita S. Cyrilli ante annum 1181. quo Lucio III. Pontifici Regem Armeniæ subiecit, patet eum fuisse religiosum Carmelitam, quô etiam satis illud prius refellitur. Posteriori modô etiam elapsum continet, sive Ordinis Carmelitarum origo ad 1. annum Pontificatus Alexandri III. sive ad ultimum, sive ad aliquem intermedium (quem indicant hæc verba Em. Baronij, *quoto autem anno Pontificatus eius, habetur incertum*) referatur, ut statim vidimus.

Ostenditur uberius Carmelitas Alexandro III. Pontifice priores.

804. Respondeo 2. Ibi *ly* floreret: *cum Ordo hic post Terram Sanctam à Christianis recuperatam, sæculo XII. & XIII. in dicta Regione floreret, accepit suos Priores Generales: quorum tres primi cælitibus ascripti Ecclesiastico cultu honorantur. Primus: Bertholdus* 29. *Martij. Secundus: Brocardus* II. *Septembris. Tertius: Cyrillus hic VI. Martij, de quo modò agimus.* Evidenter supponere, Ordinem Carmelitarum floruisse ante acceptos illos Generales, ac proinde ante S. Bertholdum an. M. C. XXI. aut saltem M. C. XLI. de unanimi omnium assensu electum Generalem: quomodò autem istud *floreret* ante an. M C XXI. aut saltem M.C XLI. conciliari possit cum verbis relatis ex vita S. Bertholdi: *Baronius ea transfert ad annum* 1181 ubi *n.* XIII. ista habet: *Ordo Carmelitanorum, qui in Palæstina in ipso Carmelo Monte fixêre sedes, sub Alexandro III. Pontifice sumpsit originem; quoto autem anno eius Pontificatus, habetur incertum*, cum Alexander electus fuerit Pontifex sub. an. 1160. ut statim diximus: nos non videmus, ipsi viderint. Deinde per hæc verba: *cum Ordo hic post Terram Sanctam à Christianis recuperatam, sæculo* XII. & XIII. *in dicta Regione floreret, accepit suos Priores Generales* &c. etiam præcitati RR. Patres evidenter supponunt ante sæculum XII.

Sequitur quædam contradictio ex verbis prætentionis 42

 Ordinem

Ordinem Carmelitarum suos non accepisse Generales Bertoldum & Brocardum; quod ipsemet S. Cyrillus in præcitato *tract. de process. & varijs Regul. Ord. Carm.* efficaciter refellit, verbis sequentibus *cap.* 4. Haymericus Bertoldum *de unanimi omnium assensu annô Dom.* M. C. XXI. (aut uti ex alio exemplari legit Panuinus, de quo n. 793. *anno* M. C. XLI) *primum Priorem eis instituit.* Et cap. 5. *Processu autem temporis, mortuô primô eorum Priore, videlicet fratre Bertoldo, sub regimine cuius quadraginta quinque annis manserunt: perplexitas maxima eorum animos invasit de successore eius instituendo, de cuius institutione nullam certam formam prædictus Patriarcha Haymericus, morte præventus, eis reliquerat. Tandem post lapsum temporis* (puta sub an. 1188. ut probat Lezana *tom.* 4. *Annal.* ad istum an.) *Fratrem Brocardum, virum perfectum, unanimiter proficientes, ei omnes obedientiam promiserunt, sub regimine cuius triginta tribus annis permanserunt.* Unde, quomodò suppositum illud evidens RR. PP. præcitatorum cum iam præmissis conciliari possit, iterum non videmus. Certè aut debent illam S. Cyrilli admittere authoritatem; aut fortiorem opponere; aut si illam, contra totius Ordinis indubitatam acceptationem, habeant suspectam, suspectationis efficacem reddere rationem, ne ipsorum nuda stet pro ratione suspectationis voluntas, quæ si sufficeret, actum esset, de *vitis & actis Sanctorum*, quibus operosè & laudabilissimè incumbunt: neutrum autem faciunt. Unde hîc locum habet illud Farinacij q. 70. de testibus n. 10. *Par est non reddere rationem, & reddere insufficientem.* Quarè.

Lezana.

805. Respondeo 3. Quod præfati quidem RR. Patres illustrius, & fini suo conformius, qui est *vitas & acta Sanctorum illustrare*, omisissent ly *sæculo XII. & XIII.* & loco *floreret* scripsissent *refloreret* aut *reviviscendo floreret*, iuxta dicta *Resp.* 1. & illud Abbatis Ioachim in *lib. de concord.* vet. & novi testam. *Vita Prophetica transivit ab Elia in Eliseum, qui cùm maximè floreret, instituit Ordinem Conventuum.* Philippi Abbatis Ieropolitani *n.* 798. citati: *O Carmelitarum religio, quàm magna facta es in domo Domini,* &c. *sicut enim olim de te exierunt Patriarchæ & Prophetæ, sic nunc de te procedunt Sacerdotes & Levitæ, Doctores & Evangelistæ, sic Patres & Patroni omnium Religiosorum* (saltem quoad substantiam Religionis, sensu datô *n.* 796.) *facti sunt.* Em. Baronij ad an. 328. *Cœnobiticæque* Antonius *ipse primus vitæ iecit fundamenta; adeò ut Cœnobitarum Monachorum idem Institutor sit habitus, vel potius restaurator, si Essenorum, qui in Egypto, sub Marco, primo Alexandrinorum Episcopo floruerunt* &c. hos autem fuisse Eliæ sectatores, patet ex dictis *Scuto* VII. *& seq.* vide etiam præmissa *n.* 802. Sic enim hæc esset RR. Patrum præcitatorum sententia: *cum hic post Terram Sanctam à Christianis recuperatam refloreret, aut reviviscendo floreret, accepit suos Priores Generales*, quam veram agnoscimus. Sed nescio quô fatô: in *Martio*, magis quàm alijs, circa Ordinis nostri evidentem ab Elia Sanctissimo Dei Propheta institutionem, affectasse videntur aliquàm terminorum in sua generalitate & illimitatione obscuritatem & confusionem contra finem suum, quæ *illustratio* est &c. nisi ut institutionem illam ad opinionem Em. Baronij non satis digestam, nec bene intellectam, ut patet ex præmissis *Pharet. ult.* ad *Telum* 1. contra nos & seipsos *n.* 796. citatos, detorquerent: fortè moti ex *Præsidio Romano* D. Crescentij, cui §. 4. satisfaciemus, vel aliquâ ratione supra nos, quam nosse optarem, ut satisfacerem plenius, si possem; quia, quidquid opposuerint RR. PP. Salinas, Vega, Redanus & alij, aut prætenderint RR. DD. Landtmeter, Biverius, Crescentius & RR. PP. Henschenius & Papebrochius, contra Ordinis Carmelitarum ab Elia institutionem, eam non evertent, ut spero, nisi à fundatissima traditione, ab authoritate Pontificum, SS. Patrum, & celeberrimorum Doctorum, tam Antiquorum, quàm Recentiorum, efficaciter probata *Scutô* XVII. & confirmata *Scuto* XVIII. ac Responsis ad *Telum* 1. *Pharetra* 1. alijsque huculque præmissis, apertè recedant, quô casu, actum est penè de omnibus *Actis Sanctorum*, quæ

Abbas Ioachim. Philippus Abbas Ieropolitanus. Baronius.

Antiquitas Ordinis Carmelitarum inevertibiliter fundata.

quæ RR. PP. Bollandus, Henschenius & Papebrochius illustrare intenderunt & intendunt, cum passim longè minus probabilia contineant, uti opportunius ostendemus, si magis mentem suam contra nos aperuerint, maioremque occasionem dederint, singula cum traditione ista conferendo; absit tamen, ut dicam, illa non esse per se satis fundata.

## QVINTA.

806. PRæfati RR. PP. Henschenius & Papebrochius in *Commentario Historico* ad vitam S. Cyrilli VII. Martij. n. 10. *Eamdem* vitam S. Cyrilli *inseruit Ioannes de Lezana: varia allegat in Vinea Carmeli Daniel à Virgine Maria: ad quos novarum narrationum curiosum lectorem remittimus.*

Prætentio 5.

## SOLVTIO.

807. REspondeo 1. Cum R. Adm. P. Henschenius in *Dedicatoria* ad vitam S. Petri Thomasij, à se secundis curis illustratam, dignatus sit, R. P. Lezanam, sequentibus elogijs commendare: *litteris Romæ ad nos datis intelligimus*. Eximium P. Lezanam, habitum hactenus Romæ inter primarios viros ingenio & doctrina conspicuos, nec minori æstimatione religiosæ virtutis vita functum esse. *Ita inde nostræ Societatis Sacerdos scribebat, paucis multa complexus.* Et infrà: *Hoc evicit sensus, iudiciumque Sanctissimi Pontificis Alexandri VII. quem ferunt, intellectâ eius morte, qui Dominica præcedente coram illo latinè peroraràt, sæpius ingeminasse, Patrem Lezanam virum Sanctum fuisse.* R. P. Danielem verò tali, in præcitato ad S. Cyrilli vitam *Commentario* n. 8. *edidit* librum de processu Ordinis *in Vinea Carmeli Daniel à Virgine Maria, iam altera vice Patrum Carmelitarum in Belgio Provincialis, vir religiosissimus & diligentissimus, asseritque* &c. Hos specialiter, prætermissis alijs, quos eodem *n.* 10. tangunt, à *novis narrationibus* super vita S. Cyrilli expurgare conabor, ne passim *Novatores* habeantur, & *Annalium* illius, & *Vinea Carmeli* huius, uti *novarum narrationum* exsibiletur authoritas, & emerita ipsorum elogia spongiam mereri videantur. Igitur.

Solutio.

Annales venerabilis P. Lezanæ, & Vinea P. Danielis non habent novas narrationes.

808. Respondeo 2. Illos in istis de S. Cyrillo *narrationibus* secutos 1. *Oraculum Angelicum* S. Cyrilli, & in illud *Commentarium* Abbatis Ioachimi ferè ab annis 500. scriptum. 2. Chronicam *de multiplicatione Carmelitarum per Provincias Syriæ & Europæ, & de perditione Sanctorum Terræ Sanctæ*, Guillielmi de Sanvico (aut Samuco ut alij) qui claruit Christi sæculo XII. & S. Cyrilli coëvus fuit, ubi inter alia cap. 3. hæc de S. Cyrillo habet: *Præsciens autem Dominus Deus demeritis nefandorum Christianorum, suis sceleribus Terram Sanctam sordidantium, Sacram hanc Religionem de Terra eradicandam, imò totam Terram à Christianis auferendam, & in Dominium & potestatem Saracenorum penitus reducendam, providit istam non delere, sed eam alibi transplantare. Proptereà quidem voluit Deus, sicut revelavit B. Cyrillo, Eremitæ Montis Carmeli, quod, in novissimis diebus istis, viri diversarum nationum profiterentur Sacram hanc Religionem, ut cum adveniret persecutio, propter quam oporteret eos de Terra Sancta fugere, tantò patientius tolerarent Religionem istam de terra ista eradicari, quantò amplius viderent eam in diversis mundi Regionibus, & maximè in suis proprijs nationibus, copiosius multiplicari, sicut per B. Cyrillum eis prophetice prædixit.* Subiungit tandem: *Vt autem regrediar, unde fortassis non inutiliter digressus sum: anno Christianæ salutis* 1238. *aliqui fratrum Occiduæ Regionis Cyprij, favente Carmeli Gubernatrice Mariâ (quæ gregis sibi commissi curam incessanter agere non desinit) à Superiore Religionis Eliæ Licentiati ad Insulam Cypri navigaverunt: alij verò natione siculi ad Insulam Siciliæ transfretaverunt: qui omnes & post eos alij, hâc intentione Terram Sanctam deserebant, & varias orbis plagas accedebant, ut hanc Domini Sabahot odoriferam & prælectam Vineam in Regionibus Occidentis, iuxta Maria, Car-*

Authores è quibus narrationes dictæ sunt desumptæ, S. Cyrillus, Abbas Ioachim. Guillelmus de Sanvico.

*meli Abbatissæ Superioris, divinissimam voluntatem transplantarent. Et aptissimè ipsa eadem, quæ, in spiritu prævisa, priores Patres nostros in Terram Carmeli introduxerat, tempore congruo successores eorum à Carmelo in Orbem induxit universum.* 3. Telesphorum de Cesentia, Presbyterum & Eremitam in *libro de magnis Tribulationibus & Statu Ecclesiæ*, qui inter aliqua opera Abbatis Ioachimi impressus habetur Venetijs an. 1386. in quo varia de S. Cyrillo; de quo similiter Iacobus Silanæus Cisterciensis in *Chronologia Ioachimi Abbatis*. 4. Baptistam Mantuanum in *Apologia pro Carmelitis*, & *lib.* 3. *fastorum* ad diem 6. Martij. ubi sub compendio habet vitam S. Cyrilli 5. Ipsiusmet S. Cyrilli *librum de progressu & varijs Regul. Ord. Carm.* 6. Ioannem Grossum, Arnoldum Bostium & Ioannem Palæonydorum, qui sæculo Christi XV. floruerunt, sive plusquam à 180. annis. Profectò, sicut ea, quæ ipsi scripserunt, nullatenus *novæ narrationes* dici possunt, nisi *antiqua* à præfatis RR. Patribus Henschenio & Papebrochio *nova* habeantur; ita rationabiliter RR. PP. Lezana & Daniel, qui sua de S. Cyrillo ex illis, & similibus desumpserunt, *novarum narrationum* Scriptores haberi non possunt, nisi à præfatis Patribus *antiqui* authores, *novi* proclamentur.

Telesphorus de Cesentia. Silanæus. Baptista Mantuanus S. Cyrillus. Ioannes Grossus. Arnoldus Bostius. Ioannes Palæonydorus.

809 Respondeo 3. sistendo in materia his *Prætentionibus* subiecta, & parcendo nunc alijs, RR. PP. Henschenium & Papebrochium sequi 1. Em. Baronium huius sæculi Authorem, ad annum 1181. dicentem: *Ordo Religiosorum Carmelitanorum, qui in Palæstina in ipso Carmelo Monte fixere sedes, sub Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem*, ut videre est in vita S. Bertholdi, quod nullus ante ipsum saltem multò antiquior, dixit; nec ipse illud ita nudè & simpliciter intelligit, ut patet ex dictis. E contra autem Guillielmus de Sanvico loco supra citato *cap.* 8. scribit: *Tandem Saraceni in mense Maio an. Dom.* 1291 *civitatem* Acconensem *obtinuerunt, in qua fuerunt ultra triginta millia Christianorum cæsa & capta, præter eos, qui per mare evaserunt, ex quibus fui ego unus. Multi enim Christiani de Civitate Accon, & de Civitatibus Tyri & Tripolis per mare fugerunt; Saraceni autem Civitatem Accon cum solemni Monasterio huius Religionis, quod in ea erat, ita devastaverunt, ut eam totaliter inhabitabilem reddiderint: de qua egredientes ad Montem Sanctum Carmeli, qui ab ea non longè distat, ascendentes, Monasterium Ordinis fratrum B. M. de Monte Carmeli ibidem commorantium, de quo ego nuper ad Accon perrexeram (quod frequenter invaserant, sed nunquam destruxerant) tunc igne cremaverunt, & omnes fratres ibidem repertos, &* SALVE REGINA *cantantes, gladio trucidaverunt, & sic Religio ista fuit de Provincia Phœnicea, & per consequens de tota Terra Sancta prorsus eradicata. Professores itaque huius Religionis, qui in Monte Carmelo à tempore Eliæ & Elisei Prophetarum continuò & incessanter in contemplatione Dei persliterant, in hac persecutione montem illum ex toto amiserunt.* Quibus ultimis verbis *Professores* &c. iste Carmeli incola efficaciter refellit opinionem Em. Baronij, prout illam nudè & simpliciter referunt. Cur Em. Baronio non præferunt, tot SS. Patres *Pharetra ult. & Telo* 2. tot Pontifices, & alios celeberrimos Doctores, *Sæculo* XVII. ipso antiquiores? Cur non omnes infra §. 4. Præsent 3. & 5. citandos? Cur non quoque Guillelmum de Sanvico, qui plusquam 300. annis Em. Baronium præcessit? Scribunt enim in Com. ad vitam S. Cyrilli n. 6. *Si Petrus de Natalibus aliqua scripsisset de S. Cyrillo, necessariò hactenus relatis Auctoribus præponendus foret, utpotè qui anno* 1369. *inchoavit Cathalogum Sanctorum die S. Bernabæ, & absolvit anno* 1371. itaut velint antiquiorem præferri. Cur non istos alios respectu Baronij? Scribunt, & non faciunt. Addunt ibidem n. 9. *Effluxerunt circiter trecenti anni à temporibus illis, quibus gesta fuerunt, quæ de S. Cyrillo ab illis narrantur, tam præclara & illustria, ut mererentur antiquorum scriptis confirmari.* Sic retorqueo argumentum de origine Ordinis Carmelitarũ ab istis RR. PP. Enschenio & Papebrochio ex Em. Baronio, nudè & simpliciter relato, prout illum referunt, tã exotica, & toti antiquitati absona narrantur, ut deberent Em. Baronio antiquiorum scriptis confirmari. Ne alia quæram: R. Adm. P. Henschenius in com.

Henschenius & Papebrochius potius proferunt narrationes novas.

in *com.* ad vitam S. Petri Thomæ à ſe anno 1659. editam §. 1. *n.* 4. ſic ſcribit: *vitam S. Petri Thomaſij in hoc authore*, ſcilicet Petro Mazzerio, Cancellario Cypri, *ſcriptam & hactenus ineditam, publicæ luci dedimus in Actis Sanctorum ad 29. Ianuarij ex Chronico univerſali Manuſcripto circa annum Chriſti* 1480. &c. *n.* 9. autem præcitato: *Tritemio familiares fuerunt, ſaltem ob litterarum communicationem, duo Ordinis Carmelitici Scriptores Belgæ, ſcilicet Arnoldus Boſtius Gandenſis an* 1499 *vita functus, & Ioannes* Palæonydorus *Hollandus* &c. *quem Tritemius ait obijſſe an.* 1511. *ab hoc typis Moguntinis editus eſt* an. 1497. liber Trimereſtus Anaphoricus & Panegyricus de Principio & Proceſſu Ordinis Carmelitarum: *qui liber ſub titulo:* Antiquitatis & ſanctimoniæ Eremitarum Montis Carmeli, *recuſus eſt Venetijs an.* 1570. *ex diſpoſitione Ioannis Baptiſtæ Rubei, Prioris & Magiſtri Generalis. Ex huius libro* 3. *cap.* 4. *damus vitam S. Cyrilli, quam eamdem Boſtius lib.* 7. *Speculi Hiſtorialis. hactenus inediti, ferè conſcripſit imò & eiſdem ſæpè verbis, ut unus ab altero videatur accepiſſe, aut ambo, collatò ſtudiò, compoſuiſſe. Effluxerant tunc circiter trecenti anni à temporibus illis, quibus geſta fuerunt, quæ de S. Cyrillo ab illis narrantur, tam præclara & illuſtria, ut mereantur antiquorum ſcriptis confirmari.*

810. Quæro 1. Cur potius, quia effluxerant trecenti anni à temporibus illis, quibus geſta fuerunt, quæ de S. Cyrillo ab illis narrantur præclara & illuſtria, mereantur antiquorum ſcriptis confirmari; quàm quæ de S. Thomaſio, quia effluxerunt trecenti anni à temporibus illis, quibus ſcripta & inedita eſt vita S. Petri Thomaſij à Petro Mazzerio, imò & à quibus geſta fuerunt, quæ de S. Petro Thomaſio ab illo R. P. Henſchenio demum anno 1659. edita, narrantur præclara & illuſtria? Certe nec iſta, ſi hæc non mereantur antiquorum ſcriptis confirmari. Cur hoc ibi notat, & hic non, prout nec in plurimis vitis, quas ipſe cum Socijs edidit, anteà non editas? Unde ipſi conſtat talia, quæ edidit manuſcripta, eſſe magis authentica, & certius veritatem continere, quàm quæ Patres iſti de S. Cyrillo narrarunt, & ediderunt? Certè non video, niſi nobiſcum convertatur ad iſtis debitam fidem humanam, à qua removeri debet omnis ſuſpicio falſi, quamdiu falſum non probatur; & dicat, non valere negativum hoc argumentum (ſtramineum, uti *n.* 735. ſupra oſtendimus) *dictum vel ſcriptum non probatur; ergo falſum eſt*; quia lex naturæ dictat, eſſe credendum, quamdiu falſum non probatur, cum *omnis homo debeat haberi bonus quamdiu non probatur malus.* Sed de hoc §. 4. fuſius.

Proſecutio probationis retorſione in prætendentes amicos.

811. Quæro 2. An cæteris paribus, Acta Sanctorum edita à ducentis circiter annis, & hucuſque abſque probatione falſi recepta, non ſint dignioris fidei editis dumtaxat à 20. circiter annis, poſt fluxum annorum circiter trecentorum à temporibus illis, quibus geſta fuerunt? Certè negari non poteſt; non ſolùm, quia illa tempore incomparabiliter maiori fuere publico ſubiecta examini; ſed etiam, quia omni iure & ratione poſſeſſio ducentaria eſt præferenda vicennali: ergo & illa de quibus ſupra, illis, quæ inedita, demum poſt tot annos, à quibus geſta ſunt, à præfatis RR. Patribus eduntur.

Solvendum iterum amicis prætendentibus quod nobis opponunt.

812. Quæro 3. An RR. PP. Henſchenius & Papebrochius, ob præmiſſa, & ſimilia multa, quæ prudens taceo, audiri vellent *novarum narrationum* Scriptores, & ea, quæ ex antiquis manuſcriptis præclara & illuſtria edunt ante inedita, hâc notâ maculari, *ab illis tam præclara & illuſtria narrantur, ut mereantur antiquorum ſcriptis confirmari*: aut etiam hâc, vel ſimili, *ut aiunt, ut arbitrantur* &c. ſuſpecta reddi, prout in vita S. Bertoldi præfati RR. Patres ſuſpectum reddunt *Tractatum de progreſſu & varijs Regulis Ord. Carm.* an ſit S. Cyrilli, dum *n.* 4. ita ſcribunt: *Alij ergo, loco* Haymeri *ſive* Adamari *Epiſcopi* Podienſis *ſubſtituunt* Haymericum natione Lemovicenſem, *deinde* Patriarcham Conſtantinopolitanum, *nixi authoritate, ut arbitrantur* (nota) *S. Cyrilli tertij Generalis Ordinis Carmelitani, nuper à Daniele à Virgine Maria einſdem Ordinis in Belgio, Provinciali, in*

Immeritò redditur dubius tractatus S. Cyrilli de progreſſu & varijs regulis Ord. Carmelitarum.

*Vinea*

*Vinea Carmeli recusum, cuius præcipuum exemplar extat Parisijs in Collegio Navarræ an. 1497. exaratum?* Reverà immeritò. *Primò*: quia in vita S. Cyrilli n 8. scribunt ipsi: *edidit Librum de processu Ordinis in Vinea Carmeli Daniel à Virgine Maria, iam alterâ vice Patrum Carmelitarum in Belgio Provincialis, vir religiosissimus & diligentissimus.* Pro illo *ibidem* referunt Iacobum Philippum Bergomatis in *supplemento Chronicorum lib. 12 ad an. 1199. edit. Paris. an* 1485. & illius exemplar scriptum an. 1446. extare in Collegio Navarræ: *n.* 9. autem addunt Tritemium, Arnoldum Bostium, Ioannem Palæonydorum & Ioannem Baptistam Rubeum Priorem & Magistrum Generalem; quorum primi à 200. circiter annis, ultimus ab annis supra 100. floruerunt. *Secundò*: quia nihil continet, quod infra Cyrilli ætatem contigerit; nec exemplar, quod Parisijs extat in Collegio Navarræ, supponi potest ab istius Collegij Doctoribus confictum, nisi probetur; sed exaratum ex antiquiori alio, quod alibi latet, aut iniuriâ temporum perijt. *Tertiò*: refert Regulam Carmelitarum à pluribus Pontificibus confirmatam, & ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano suô ævô scriptam, cuius originale perijt in Excidio Terræ Sanctæ & combustione monasterij Montis Carmeli circa annum 1291. quæ sicut suspecta haberi non potest, quia illud sic perijt; siquidem successivè semper fuerunt è Carmelo descendentes religiosi, qui relatam in dicto S. Cyrilli *Tractatu* recusassent, aut impugnassent, si ficta, aut alterata fuisset, quod factum non legitur, sed è contra, ibi relatam, tamquam suo originali conformem omninò, unanimiter agnoverunt & observaverunt: ita nec consequenter iste S. Cyrilli *Tractatus* ab ijsdem similiter receptus tamquam suo originali prorsus conformis; quod originale indubiè nonnulli ex ipsis viderunt, de manu ad manum tradiderunt copiatum, nec de altero authore suspectum habuerunt, quod alioqui, & simul contentam in eo Regulam (cum sit exemplar vetustissimum, in quo Regula refertur) suspecta habuissent, & indubiè aliquando, post excidium illud & combustionem, superstites aliqui indicassent, & impugnassent.

813. Videant, obsecro, præfati RR. PP. Henschenius & Papebrochius ea, quæ de traditionibus scripsi *Scuto XVIII. & Pharet. 1. ad Telum 1.* & statim advertent, pleraque eorum hîc facili negotio ipsis applicari posse, dum exarata ab authoribus non supparibus, aut non coævis, suspecta habere velle videntur; nam hoc nullatenus sine gravissimis absurdis sustineri potest: unde quispiam alius sic præmissa per retortionem in ipsos concluderet: *ad quos novarum narrationum* in Notis & Commentarijs *curiosum Lectorem remittimus.* Sed cum duorum vulnera non faciant unum sanum; prudens abstineo licèt putem predictas *illustrationes* minus probandas, nisi solidiori fundamento muniantur, ac fortiori authoritate prævaleant: insolitum sanè pati, & non sentire, sic vulnerari, & non clamare; id iudicent ipsi, ex eo, quod si quispiam ita Societatis IESV Historias illustraret, ut earum Digestoribus præcipuis omnem adimeret authoritatem, ad tuendum securius opinionem de novella Societatis IESV origine, ac recentiori, quam fuerit S. Ignatius, Fundatore eiusdem, contra totius Societatis mentem, & irrefragabilia quam plurimorum aliorum testimonia: etenim varij autumant, eò prædictas *illustrationes* tendere, ut ipsi Em. Baronij opinionem de novella Ordinis Carmelitarum sub Alexandro origine, & alio istius temporis fundatore, tueantur securius: tum suspectatione factâ, Authoris *Tractatus de Processu & varijs Regulis Ord. Carm.* quo opinio illa, nudè & crudè proposita, manifestæ convincitur falsitatis; tum ablatâ authoritate illorum, qui è contra quamplurimorum irrefragabilia producunt testimonia, quasi, præter *novas narrationes*, adferrent nihil: sed istis suam coniecturam relinquo; nam *scrutator cordium Deus.* Similibus occasionem dedit D. Crescentius, quem his compositis, primùm recipio; sed ei quoque §. *seq.* conabimur facere satis.

Iure meritò de Prætendentibus querela.

LIT-

# LITTERÆ APPENDENTES.

814. Litteras scripsit *n.* 785. prætactus R. P. N. quas apud me reservo, familiares & privatas unde authorem publicandum non censeo; quia tamen sequentia continent, quibus insinuat, non solum nostras de præmissis à se non satis perceptas querelas, & similis deinceps futuræ damnificationis timorem inijcit; movit, ut præmissa ederem, ipsius litteras discuterem, & querelas nostras magis esse iustas, quàm fortè putet, probarem: non quod privatæ & familiares litteræ tanti fieri debeant, ut publico sint commendandæ responso; sed quod publicam concernant damnificationem, eamque quoddammodò prænuntient continuandam, nisi Scriptor, ut optat, melius informetur: unde meliore informatione illam præoccupare, est prudentis, ut omnes fateri debent. Itaque fit.

# PUNCTUM I.

815. Scribit. 1. R. P. N. in litteris prætactis: *Vellem ijdem, qui nos arguunt, & expostulando volunt ad assensum compellere, edocerentur, totam eam quæstionem*, videlicet de Ordinis Carm. antiquitate, *nihil omninò facere ad propositum nostrum, idest vitas Sanctorum quas hactenus tractavimus, fortè nec ad eas, quas sumus tractaturi.* Excusatio 1.

816. Sed contra 1. si quæstio de antiquitate Ordinis Carmelitarum nihil omninò faciat ad propositum, seu vitas Sanctorum &c. multò minus ad has facit *opinionis* Em. Baronij ita *nuda & cruda relatio* in *Vita S. Bertholdi*, ut illam directè destruant antiquitatem; multò minus suspectatio *Tractatus* S. Cyrilli *de processu & varijs Regulis Ord. Carm.* multò minus *ad Lezanam & Danielem à Virgine Maria*, istius antiquitatis Assertores validos, *novarum narrationum curiosi Lectoris remissio* &c. quia hæc tendunt ad destructionem antiquitatis Monasticæ Sanctorum quam hæretici arguunt novitatis; illa verò antiquitas ad ædificationem, & istorum hæreticorum refutationem. Deinde cum RR. Patres Henschenius & Papebrochius ista ad vitas Sanctorum minus spectantia intruserint, non apparet, quod incongruè Baronianæ opinioni addidissent expositionem, quam dedimus supra ad *Telum* 1. *Pharet. ult.* aut alioqui illius refutationem ex Wastelio, Lezana & alijs, qui in eo nil habent novitatis, sed plurimum antiquissimæ contra hæreticos in Ecclesia traditionis: horum proinde scripta potius commendari debuissent, quàm generaliter argui novitatis; quod equidem ad nihil prodesse potest, nisi, ut ablatâ ipsorum, & aliorum, quos citant, authoritate, tollatur veritas antiquitatis, uti hucusque probavimus: an ipsi hoc velint? non credo, nec possunt, oppositumque meritò protestantur, ut vidimus *n.* 767. Refellitur 1. à scriptis minus necessarijs

817. Contra 2. Id reverà non satis capio: quia nullus sensatus negare potest, ad *Vitas & acta Sanctorum* Religiosorum, de quibus maximè tractant RR. PP. Bollandus, Henschenius & Papebrochius, illustrandum, pertinere, cuius Ordinis fuerint, quem coluerint sui Ordinis fundatorem? Unde ordo ille suam originem acceperit, an fons aliorum, an rivus alterius, an recens, an antiquus in se & suis principijs, quem primævum & primarium fundatorem aut Institutorem, quem successorem & secundarium, Restitutorem aut Reformatorem habuerit? Ut sic cuique Fundatori aut Reformatori suum ius tribuatur, debitus honos deferatur, & quisque contra impugnatores, præsertim hæreticos, qui Monachismum passim *novum* calumniantur *inventum humanum*, suam originem & progeniem, illiusque antiqui- Refellitur 2. à fine debito.

tatem defendere possit; sicque satis notæ sopiantur controversiæ super Ordine, cuius fuerit, hic vel ille S. Monachus? hôc etenim modô ad varias lites sopiendum, præteritæ generationes solent diligenter inquiri, & ad præteritas, quantum fieri potest, ascendendo, ad memoriæ extremum genealogiæ familiarum conscribi, & hinc iuxta commune votum familiæ illustrari, alioqui certè, si de præsentibus sermonem habere sufficeret, Præfati RR. Patres, Surius, Baronius & alij, antiquorum Sanctorum *Vitas & Acta* gratis & incongruè referrent, quod nec ipsi dixerint.

Refellitur 3. à necessitate.

818. Contra 3. Licèt omnes *Vitæ & Acta Sanctorum* sic illustrari non possint, quin successoribus alijs, quædam novis curis perillustranda relinquantur, cum *facile sit inventis addere*; nec communiter is, qui substantiæ vehementius intendit, omnes circumstantias ita apprehendat, ut nullas omittat: dum tamen aliqua spectans ad materiam, quæ tangitur, notoria est controversia, qui materiam tangit, & controversiæ resolutionem prætermittit, non illustrat; sed apertè, contra omnium expectationem, quasi oneri succumbens, ex controversia indecisa, in appendentibus obscuritatem & confusionem, illustrationi à se prætensæ contrariam, relinquit. Reverà, nisi præmissa bene distinguantur, resolvantur & illustrentur, natum est varios Sanctos Religiosos, præsertim Ordinum, qui fuerunt ante Regulæ suæ à S. Sede indictam approbationem, eorumque ab Eliano & inter se (si tunc ab Eliano diversi, & non solum Eliani ab Eliæ successoribus illustrati, aut reformati) à S. Sede positivam distinctionem, tribui primævo Ordini, qui non est, & à primævo auferri, qui vere est.

Refellitur 4. à decreto suo.

819. Contra 4. Præfati RR. Patres *Vitis & Actis Sanctorum* sua commentaria præfixerunt, & suas Notas addiderunt, quibus varia continentur longè minus necessaria cur non & datâ opportunitate, similia? Præterea, cum agentes de Vita, operibus & virtutibus R. Adm. P. Ioannis Bollandi in *Præfat.* Ad Mensem Martium *cap. 8. n.* 38. scribant: *Itaque vel nihil in hoc genere scribendum esse amplius, vel Sanctorum vitas proponendas, in tam conspicua luce eruditionis omnigenæ, coævorum Authorum sic fulciendas consensu, errores, qui fortè irrepsere tam ingenuè agnoscendos singulos, & corrigendos, dubia, quæ incidere possent, aut alijs Scriptoribus iam inciderint, tam prudenter examinanda, ut invidorum perstrictis oculis, ora quoque maledica obstruantur.* & n. 41. *Ergo fidenter iam, sed tamen reverenter, à sententia magni illius Authoris,* scilicet Ém. Baronij, *recessêre, quod subinde alijs in locis faciendum esse absque ulla ipsius nota vel iniuria profitemur. Fatemur enim fieri posse, ut magni alicuius gigantis humeris insidens, quantumvis pumilus, prospiciat longius aliquantò, & quæ ipsum latent, intueatur; idque etiam nunc fieri facilius in proposito casu propter antiquorum monumentorum millia, partim ab ipsis Authoribus recens inventa collectaque, partim iam ante ab alijs in lucem eruta, sed posteaquam Baronius desijt Ecclesiasticam Historiam per Annales dirigere, quæ ille, si videre potuisset, rectius utique certiusque indicasset, & nunc, si viveret, faceret. Etenim sæpissimè accidit, ut occurrant in Historia & quæstione facti, nodi aliqui diu inexplicabiles, qui eruderatô veteri aliquô testimonio, facillimè postea resolvantur: quod cum Catholici ac Religiosi Scriptores verecundè faciunt, ipsis quoque, quos sic refutant, honor suus manet.*

Recessus à Baronio.

Ut autem ostendant suum iudicium esse forensi magis arduum & sublimius, varia præmittunt *ibid. n.* 39. quorum hoc unum est: *Nam Iudici forensi, sententiam de re quapiam laturo, præparatam, discussamque adferri actionem ab advocatis, à procuratoribus, nec aliud esse ipsius munus, quam secundum allegata probataque ius dicere: in illo autem quod circa Sanctorum Acta potest constitutum concipi foro, unius esse eiusdemque Scriptoris, Iudicis simul personam & pugnantium utrimque advocatorum sustinere onera, & ante omnia procuratorem agere, novis veteribusque instrumentis adiumentisque ad eruendam fulciendamque veritatem undique conquirendis: hæc autem numquam tam multa possent præparata haberi, quin ingressus in causam videat sibi deesse varia, & quidem ex longinquo petenda, quæ oporteat expectare, ut nihil prætermittatur diligentiæ ad accuratam discussionem*

*sionem rei, antequam aliquid definiatur, requisita.* Non video, quâ cum illis conformitate, opinionem Em. Baronij (*à quo subinde fidenter, sed tamen reverenter, recedendum, absque ulla ipsius nota, vel iniuria, profitentur*) ità nudè & crudè, absque ullius oppositoris mentione, aut Baronij expositione (quam, etiam neglectis alijs, contra id, quod ibi scribunt: *dubia, quæ incidere possunt, aut alijs Scriptoribus iam inciderint, tam prudenter examinanda, ut invidorum perstrictis oculis, ora quoque maledica obstruantur:* ex ipsomet Em. Baronij textu habere poterant minimô studiô, ut patet ex *Responsis* ad *Telum* I. *Pharet. ult.*) referant, ut istô modô relata, mera sit fabella & narratiuncula (contra quas ibi scribunt: *nihil in hoc genere esse scribendum amplius*) adversus authoritatem summorum Pontificum & quamplurimorum celeberrimorum Doctorum, tam antiquorum, quàm recentiorum, ut vidimus in *Synopsi* & *Scuto XVII.* imò & communissimam Sanctorum Patrum, uti *Pharetra ult. per totam* ostendimus; in quo non potest non irrepsisse elapsus in re gravissimi momenti, integrum ordinem, & Primum totius religionis Monasticæ Patriarcham concernentes: & tamen ibi etiam scribunt: *errores, qui fortè irrepsere, ingenuè agnoscendos singulos & corrigendos.* An ibi iudicium forensi magis arduum & sublimius, *in quo numquam tam possunt præparata haberi, quin ingressus in causam videas sibi deesse varia, & quidem ex longinquo petenda, quæ oporteat expectare, ut nihil prætermittatur diligentiæ ad accuratam discussionem rei, antequam aliquid definiatur, requisita*, cum ista probantes Lezanam & Danielem à Virgine Maria, ac indubiè Wastelium, qui opinionem illam exagitant, in propinquo, in manibus haberent, & tamen illorum examen neglexerint? Iudicent ipsi, & iudicio assistant alij. Intereà, ut ad litteras prætactas redeam. Authoris Hallucinatio.

620. Rogo istarum litterarum Authorem suppliciter, ut maturè considerare dignetur primò: authoritates *n* 741. & 761. præallegatas, ac specialiter illud S. Hieronymi *Epist.* 13. ad Paulinum: *Nos autem habeamus propositi nostri Principes* &c. *si ad authoritatem Scripturarum redeamus Princeps noster est Elias, propositus noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum: huius etiam propositi in Evangelio Baptista Ioannes author exstitit. Iam deinde progeniti sunt huius conversationis nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres quorum exemplis per universum mundum adolevit S. Institutio Monachorum.* Attentô eô, quod docet Epist. 4. ad Rusticum: *In veteri Testamento Monachum esse Eliam, sicut in novo fuerunt Paulus, Antonius, Hilarion & Macharius.* Quibus respondet illud Augustini (ut fertur) in serm. ad Fratres, in Eremo: *Pax vobis Fratres, quoniam electi estis ante mundi constitutionem, ut in hac vasta solitudine sitis cum Elia, Paulo, Hilarione, Antonio & Ioanne: hæc est illa Religio immaculata, cuius sanctitas per totum orbem divulgatur, quorum conversatio à cunctis miratur.* Deinde ea, quæ habet Lezana *Annal. tom.* 2. *Apparat. cap.* 7. sub hoc titulo: *Omnes & singuli Monachi & Anachoretæ post Christum, in* 4. *primis seculis ante Basilij præsertim institutionem, viventes ad Propheticum & Elianum Institutum quadamtenus spectant.* Præmissis varijs SS. Patrum & aliorum authoritatibus, omni exceptione maioribus, à nobis *Scuto IV. VI.* & *Pharet. ult. Telo II.* citatis, *n.* 15. ità scribit: *Sed quid? Nonnè de ipsorum multis, qui eorum vitas scripserunt, id expressè protulêre? Ità sanè: nam de Paulo Eremita ait Hieronymus* in vita ipsius, *Antonium, dum eum vidisset, dixisse:* vidi Eliam, vidi Ioannem in deserto: *Sanè quia illorum Instituti Æmulator erat.* de quo plura vide supra *n.* 712. & 714. *& de ipso Antonio Monachorum celeberrimo Archimandrita. hæc ait in* ipsius vita *Athanasius*: Igitur S. Antonius secum reputans oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud exemplum vitam suam debere componere *Et Author vitæ S. Pachomij:* erat per id tempus B. Antonij vita cunctis ad imitandum præclarè proposita, qui magni Eliæ, atque Elisei, nec non & Ioannis Baptistæ Æmulator existens. *De S. Onuphrio & Monachis Hermopolitani Cœnobij, hæc idem Onuphrius in sui vita:* Perfectô vitam S. Supplica Authoris. Hieronymus. Augustinus. Lezana. Hieronymus. de Antonio. Athanasius de eodem. Onuphrius

Patris nostri Eliæ venerabiles Fratres meos audivi frequentes laudare, qui se in Eremo in tanta abstinentia & oratione studuit affligere, ut maximam virtutem à Domino meruisset accipere, & igneo curru transvectus, Spiritus Sancti dona, quæ habuerat, discipulo impertiri, ac adhuc longævus senio mortis pœnam non videre. *De S. Basilio, Monachorum quoque illustrissimo Patriarcha, sic eius germanus Frater, Gregorius Nyssenus* in Orat. de laudibus ipsius *dixit*: An etiam audebimus ad sublimem Eliam sermone ascendere, & ostendere nostrum Doctorem suæ vitæ instituto illius gratiæ assimulari? *Et idem Basilius de Gordio milite eremita* Homil 48. *dicit*: Eliæ Prophetæ exemplum secutum fuisse, Anachoresim sectando. *Maneat ergo, ut firma, inconcussaque veritas, quatuor sæculorum post Christum Monachos, seu Anachoretas, Æmulatores seu imitatores dici debere Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei; ac proindè ad eorum Propheticum seu Elianum Institutum spectasse, imitatione saltem. An etiam successione? Ita equidem si de pluribus, non de omnibus, ipsorum sit sermo, cum constet ipsos, nedum Eliæ institutum æmulatos fuisse, sed & in Eliadum bonis, veluti hæredes, substitutos fuisse. in quo, ut diximus, ratio successionis posita est: etenim ex ipsis multos Carmeli Eliani Montis arva incoluisse pro comperto habetur.* (vide Synopsim n. 26. ubi successionem illam paulò aliter & amplius explicamus) *Hi sunt inter alios Agabus Propheta, Enochus de Amathim, Basilides, Hilarion, Emitius, Basilius magnus, Eubolus, Caprasius, Ioannes Ierosolymitanus Antistes, & Cyrillus Alexandrinus, quos in sequentibus commemorabimus*, &c. Numero 28. addit ex Carolo de Tapia, *opere* super Authen. ingressi cap 7. n. 10. *Circa annum 320. Sylvestro Pontifice maximo, & Constantino Magno universi orbis Imperatore, plures eius Montis* (Carmeli scilicet) *accolæ fuerunt, ut Hilarion Antonij Magni discipulus, Magnus Basilius, D. Euthytius Prior Montis Carmeli, Gregorius Nyssenus Basilij Germanus, Petrus Eubolus, Amphylochius, Gregorius Nazianzenus; & Ioannes Damascenus, & eodem tempore S. Melania vidua* &c. Item Paulò infra: *produxit Carmeli uberrima Vinea Cyrillum Patriarch. Ierosol. 43. Ioannem 44. Caprasium, qui &c. Ioannem Chrysostomum. Cyrillum Alexand. Patriarch. 28.* Ista, inter alios Antonius Abbas Versellensis in 7. Cantic. magis extendit, scribens: *Omnibus ordinibus Carmeliticus præstantior est, de cuius plenitudine omnes alij Ordines acceperunt.* Quæ clarius verificari possunt per nostram explicationem prætactam.

Gregorius de S. Basilio.

Carolus de Tapia.

821. Secundò: Hæc Clementis Reyneri Benedictini verba. *Tract. 1. sect. 1. §. 2. libri*, cui *Titulus*, Apostolatus Benedictinorum in Anglia. *Simili causâ, nec eos, qui ante D. P. Benedictum vivebant, sive in Lirinensi, & Agaunensi, aut Massiliensi clarissimis cœnobijs Galliarum, sive per Monasteria Italiæ, aut Ægypti, vel Syriæ, arrogamus, tamquam Ordinis nostri communitates; quia Regulæ nostræ, quæ anima est & forma Ordinis nostri, non fuere subiecta, utcumque S. Benedictus ipse Regulam scribens, non magis suos ab illis distinctos Monachos videatur arbitratus (nec reverà ante hanc, à Regulæ professione ortam distinctionem fuerint) quàm nunc sint clerici sæculares horum temporum ab illis, qui antiquis primitivæ Ecclesiæ temporibus floruerunt. Quarè propter eamdem hanc in disciplina Monastica successionem continuatam, quod nos non facimus (qui ultra Regulæ nostræ Legislatorem Benedictum natales nostros non arcessimus) suo tamen iure videntur facere Carmelitæ, qui cum reverà à Monachis Syriæ, Palæstinæ per non interruptam seriem se derivent (à Carmeli enim Monasterijs in Angliam, ut postea videbimus, ab Anglia in reliquas Provincias sese dilataverunt) meritò antiqui Monachatus Ægyptij, Palestinique professores, tamquam Patres suos, Ordinisque sui sidera colunt, & venerantur.* (ubi vides, quod successionis explicationem à nobis prætactam sequatur) Et infra: *atque hæc ideò libentius de Carmelitis tam fusè diximus; quia sicut eos Syria Angliæ, ita Anglia reliquo occidenti dedit. Vnde constat & verisimilitudo sententiæ, quam superius de primis Monachis Britonum & Scotorum diximus, eos ex Ægypto & Palæstina in Britannicas Insulas Monachatum detulisse: & illud etiam, quod antea disputavimus, meritò Carmelitas, cum successionem minimè interruptam ab antiquis Palæstinæ Monachis deducant, earundem Provinciarum Sanctos antiquos suo*

Benedict. Reynerus

*suo Ordini ascribere*. Pro hac successione ininterrupta vide *§.IV. infra Prætent. III. & V.* ac Synopsim. *Puncto VII.* ubi efficaciter probatur.

822. Tertiò: Hoc assertum Tritemij, Abbatis eiusdem Ordinis S. Benedicti, lib. *de laudibus Carmelitarum* cap. 12 *Quàm uberes fructus, quamque suaves in Ecclesia Dei* (præsertim quatuor primis seculis) *odores ager iste Carmelitici Ordinis protulerit, neminem ignorare credimus, qui veterum historias legit. Nam, ut de his interim sileamus, qui in Monte Carmelo sub lege claruerunt, tot Sancti fratres sub gratia in Ordine isto fuerunt, ut penitus numerari nequeant: enimverò si quis stellas cæli dinumeret, & huius ordinis Sanctos numerare poterit.* Adstipulatur Leander Granatensis, etiam Benedictinus, in *Vita S. Gertrudis* sub initium: *Existimo, quod optimè & verissimè* (nota) *ad hanc Religionem* (nempe Carmelitanam) *reduci queant omnia Orientis Cœnobia, omnes viri illustres sanctitate & doctrina, qui ex illis prodierunt, omnes* Patriarchæ, *Archiepiscopi, & Episcopi, qui Orientalem Ecclesiam rexerunt; hi enim quasi omnes Religiosi fuêre* &c. Attende ad successionis explicationem à nobis *n.* 820. prætactam. Tritemius. Granatensis.

823. Quartò: dogma sequens Laurentij Beyerlinck in *Theat. Vitæ humanæ tom.* 6. *lib.* 16. *verbo* Religio: *Constat ex superiori titulo de antiquitate huius Ordinis* (nempe Carmelitani) *quomodò primæva sua fundamenta ad Eliam & Eliseum referat, tandemque per filios eorum spirituales creverit, instar lucis splendentis, & ad perfectum diem paulatim devenientis. Siquidem ab Apostolis Christi Evangelium Edocti, illius sectatores, primordijs nascentis Ecclesiæ, supra illius candelabrum etiam positi fuêre, normamque ab Elia præscriptam, & à Filijs* Prophetarum *tot seculis observatam, strenuè sibi servandam existimarunt, adiectis illis, quæ lege Evangelica addenda censuerunt viri Sancti & Apostolici. Itaque non aliam vivendi normam, quam veterem illam amplexi fuerunt primis quadringentis annis.* Quod maximè notandum, uti & hoc Iacobi Tyrini *tom.* 3. *Controvers.* in S. Scrip. Con. 9. n. 3. *Quia institutum religiosi status, quod nunc viget in Ecclesia, quoad omnia essentialia prorsus idem est cum eo, quod primitiva Ecclesia initijs floruit usque ad tempus Basilij & Augustini; nam & eundem finem primarium spectat, scilicet perfectionem vitæ Christianæ, & medijs prorsus ijsdem* (nota) *utitur, puta tribus consilijs Evangelicis, votis firmatis.* Vide Synopsim Puncto II. V. & VII. Beyerlinck. Tyrinus.

824. Quintò: Verba Ildefonsi Villegas in *Vita S. Romani Mart.* an. 310. inter *Extravag. Sanctorum Florarij* editas Toleti & Venetijs: *Patres Carmelitani numerant inter fratres sui Ordinis S. Romanum, qui sine dubio est hic, meo iudiciò; quia tempore, quò floruit* (utique per ipsum anno 310.) *non erant Alexandriæ, Antiochiæ, aut tota Syria, alij Monachi, quàm huius Sancti Instituti.* Alia eius fundamenta subministrat noster Lezana *Annal. tom.* 2. *ad an.* 304. *n.* 5. sed illud, ut istarum Provinciarum Sancti quatuor primorum seculorum Religiosi Ordini nostro ascribantur, nobis servit. Villegas.

825. Sextò: Em. Baroninm ad annum Christi 328. n. 23. hiscè relatis ex *Epist.* Athanasij ad Dracontium: *Neque tu solus ex Monachis es constitutus* (Episcopus scilicet) *neque solus Monasterio præfuisti, neque solus à Monachis dilectus es. Nosti enim Serapionem Monachum esse, & quot Monachorum præfectum? Neque à te ignoratur, quot Monachorum* Pater *fuerit Appollonius. Nosti Agathonem: neque ignotum habes Aristonem. Memor es Ammonij cum Seraphione peregrè profecti. Fortassis etiam audisti de Cuë in superiori Thebaide; poteris etiam rescissere de* Paulo, *qui est apud Letos, & de alijs multis: & tamen isti Episcopi constituti non contradixerunt; sed habentes pro exemplari Eliseum, & conscij quid Elias egerit, & eruditi quid discipuli Christi, Apostolique fecerint, susceperunt hanc curam, neque mysterium hoc aspernati sunt; sed & laboris mercedem expectant, proficientes ipsi, aliosque proficere adhortantes.* Tandem pro coronide hæc subdere: *Negari quidem non potest fuisse Monachismum seminarium in Ecclesia Dei Sanctissimorum Episcoporum, ex quo Basilij, Gregorij, & alij, tam in Oriente, quàm in Occidente, viri spectatissimi* (hîc recole præmissa *n.* 719.) *prodiere.* Vnde meritò *ad annum* 340. ut magis exprimat istorum Institutum, addit: *Erat quidem in Oriente summum illud vivendi genus instar Eliæ ac Ioannis Baptistæ, tunctis hominibus,* Baronius.

*etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipsis venerandum, sed & impijs quoque haereticis reverendum; atque adeò caelestibus civibus admirandum, utpotè qui se in terrenis concives habere latantes, cum eisdem tamquam gentilibus suis amicè assiduò versarentur.* Obiectio autem, quae ex ipso circumfertur, soluta est supra *Praetent. III.* & fusius ad *Tela Pharetrae ult.*

Praeoccupatio obiect. ex Suarez.

826. Nec refert: quod doctissimus P. Suarez. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 1.* dicat. *Nihil hoc loco dicemus de Monachis antiquioribus Basilio, qui dicuntur fuisse imitatores Eliae, eiusque in Professione religiosa successores: nam de illis res est valde incerta, & commodius de illa dicemus cap. 10.* Quia ei abundè satisfactum est *n.* 526. & 530. & solum vult, ac velle potest, *rem esse valdè incertam* sistendo in S. Scriptura praecisè cuius tamen oppositum non obscurè ostendimus locis *n.* 307. citatis, & clarius in Synopsi *Puncto I. II. III.* Non refert, quod praenominati & similes non vocentur *Carmelitae*, & tamen illos Carmelitarum Ordini videamur velle ascribere. Nam, praeterquam quod praemissa *Scuto VIII. IX. X. & seq.* evincant omninò, Ordinem Carmelitarum esse Elianum institutum, obiectionem istam satis praeoccupavit à ducentis circiter annis Arnoldus

Bostius.

Bostius *lib. 1. sui speculi Hist. cap. 2.* scribens: *miratur fortassè cogitatio audientis, cur istos dixerim Carmelitas, cum in Monte Carmeli non morabantur, nec Historiographorum aliquis eos sic appellat. Hi itaque non incongruè videntur Carmelitae censeri, qui omnes huius Religionis veri sectatores, tam in Monte Carmeli, quàm alibi habitantes profitentur se humiliter sequi illam sanctam & Propheticam institiam vitae Monasticae, quam Propheta Dei Elias servavit, & instituit. & quam etiam sequendam ipse secundum formam à Deo sibi traditam, verbô pariter & exemplô discipulis suis tradidit, & in Eremo Montis Carmeli residendo docuit. Eodem etiam modô Cluniacenses, Carthusienses, & Cistercienses, in diversis remotioribus partibus habitantes, dicuntur & appellantur à locis, in quibus eorum Religio sumpsit exordium: quod autem Historiographi eos, non Carmelitas, sed simpliciter Monachos appellaverint, aut Eremitas, hoc ex eo utique factum est; quia tunc non erat tanta varietas & distinctio Religiosorum in Dei Ecclesia, nec etiam tam diversus eorum vivendi modus, sicut in praesentiarum est; sed omnes fuisse imitatos praecipuè in fundamentalibus illam Eremiticam vitam, quàm Deus per Eliam Prophetam homines docuit in Monte Carmeli, nullus est, qui ambigit Christianus.* Vide infra *n.* 874. *ad* 886. ac Synopsim. *n.* 18.

Bollandus Henschenius &c.

827. Septimò: ea, quae ipsimet RR. PP. Bollandus, Henschenius & Papebrochius scripserunt in Vita S. Cyrilli ad 6. Martij: *quapropter Brocardus, tunc Carmelitarum Ordinis per electionem II. Generalis, sibi talem Doctorem* (nempe Cyrillum Constant.) *divinitus missum existimans, ipso in Montem Carmeli secum sumpto, ait: ex hoc monte omnis Religio primordialiter effluxit, qui caeteris, cuiuscumque habitus formae, vivendi praestitit normam statuta & Regulam, ac omnia, quae à quocumque Institutore noscuntur approbata.* Vide dicta *n.* 763. & 764. dictum Abbatis Ieropolitani. Haec autem à S. Brocardo dicta fuerunt circa annum 1173. Quin ista intelligi debeant cum aliqua praecisione à varijs observantijs accidentaliter adiectis, & praecisè secundùm substantiam, non dubito.

Card. Damianus.

828. Octavò: obinde hanc sapientem Em. Card. Damiani *tom. 3. opuscula 15. cap. 2.* sententiam: *Veruntamen rei Ordo postulat, ut antequam ramos conversationis huius Monasticae institutionis attingam, ipsam radicis originem* (notent; si enim hoc notassent, fortassè in Vita S. Bertholdi sententiam Em. Baronij non citassent, S. Bertoldum *Ordinis in Monte Carmelo Priorem* simpliciter & absolutè *primum* non scripsissent, & vidissent plures Sanctos esse Ordini Carmelitarum ascribendos, quàm ascribant) *solerter inquiram, & qui huius institutionis authores fuerint, evidenter expediam: dignum scilicet arbitror, fontem prius aspicere, ut post securius valeam rivos haurire. Huius itaque vitae normam, ut anteriora praeteream, in veteri Testamento Elias coepit; Eliseus verò, aucto discipulorum collegio, dilatavit: in novo autem Paulus & Antonius, non dissimili proportione creduntur* &c. quae tota *Synopsi* efficaciter confirmantur.

PUNC-

# PUNCTUM II.

829. SCribit 2. *Si eis incidisset locus, ubi silentium nostrum posset pro contraria vobis assertione accipi, meritò fortassis conqueremini.* Sed profectò, si ad obiectiones mihi factas præmissa benè perpendantur, non solùm apparebit RR. PP. præcitatorum silentium, ac generales nimium & confusas locutiones, sententiam Em. Baronij in vita S. Bertoldi, & additiones alias, quæ commodè omitti poterant, posse ab oscitanter & cursim legentibus Acta & Vitas Sanctorum, quæ augere, digerere & illustrare intenderunt, pro contraria assertione accipi; sed & pro contradictione ijs, quæ varijs in locis *n.* 796. relatis scripserunt: fateor tamen, quod satis, ni fallor, supra probatum est, posse etiam, & debere, subauditis sub audiendis, sive additis addendis, ab attento & prudenti Lectore ad verum sensum, ab illis viris doctissimis intentum, ut credo, contrahi: sed quamdiu ipsimet authores illam contractionem necessariam non fecerint, à quocumque facta manebit de ipsorum mente dubia & suspecta; nec alioqui ex illa parte illustrationis finem, quem ex professo intendunt, ut patet ex omnium Tomorum titulis, assequentur; faciendæ tamen & fore spem ingerit Generalis protestatio præfixa Tomo 3. in Martium: *Lectoribus cordatè & ingenuè sæpius denuntiavimus* &c. *si in ipso nostro opere quidpiam reperient, ubi, quod verum rectumque erat, haud simus assecuti, deque his nos admonere dignabuntur, nos illis maximas habituros gratias, & quæ perperam scripseramus, emendaturos.*

Excusatio I 2. refellitur.

Protestatio Henschen. &c.

# PUNCTUM III

830. SCribit 3. *Nunc autem quid causæ habetis? An si in Carmelo perpetua quadam successio (etsi incertum qualis) quod mihi verosimile semper dixi, & dicam semper, propterea vel unicus Sanctus Ordini vestro ascribendus veniet, qui nunc à nobis ei non ascribitur.* Respondeo ad quæstionem primam: me hucusque causam dedisse. Ad secundam verò: satis constare ab authoritate irrefragabili toto *Armamentario*, ac specialiter totâ Synopsi deinde *Scuto II. III. V. VI. & VII.* allegata, Amicorumque diffidentium *Enervatione Telorum* hucusque, ut spero, facta, quod perpetua nostra in Carmelo ad Sanctissimum Dei Prophetam Eliam successio sit in votis essentialibus & Regula ab eo primum verbô & exemplô tradita: Deinde à Ioanne XLIV. Patriarcha Ierosolymitano scripta hortatoriè potius, quàm præceptivè seu legislativè, eo quod nondum esset unus Generalis totius Ordinis Carmelitarum, cui singuli vota facerent, constitutus, seu de unanimi omnium assensu ad hoc officium electus, quod demum seculo XI. sub Aymerico Patriarcha Antiocheno, in *istiu* & sparsim alioqui solitariè viventium in cœtum *collectione*, Ordinis Reformatore & Restauratore, Propagatore & Custode, ut patet ex præmissis *Pharet. ult. Telo* 1. & supra ad *Prætent. III.* Denique tandem ab Alberto obinde scripta legislativè & præceptivè, secundum Eremitarum Montis Carmeli propositum, quam hucusque, à varijs Pontificibus sub hæreditaria SS. Prophetarum Eliæ & Elisei successione approbatam & confirmatam, Dei gratiâ observamus.

Quærelæ ratio petitur.

Adsertur.

Sed ad rem nostram spectat difficultas non modica, ut patet ex dictis in Synopsi *Puncto V. VI. VII.* Primò: quanto tempore, Ordo à Sanctissimo Dei Propheta Elia fundatus, & institutus, fuerit indivisus, & quò usque Sancti Eremitæ & Monachi indiscriminatim censeri debeant istius Ordinis, & à legitimis Eliæ successoribus coli

Difficultas 1.

coli ut ſui Ordinis, ne cultus eis debitus negligatur ab ijs, quorum ſpecialiter intereſt.

Difficultas 2.

Secundò: Quo tempore Ordinis Prophetici, ſive Eliani, reipſa Carmelitani, ſic facta ſit diviſio à S. Antonio, Baſilio, Auguſtino, Hieronymo, Benedicto, vel alijs, ut ipſi, quos in vita religioſa inſtruxerant, dicerent ſuos & ſimul coniunctim (nota: quod requiritur ad cultum Sanctorum tamquam ſpecialiter ſuorum, ante ſpecialem ab Eccleſia requiſitam Canonizationem, à qua trahi poteſt paritas) dicerentur in populo ſpecialis Ordinis S. Antonij, Baſilij, Auguſtini, Hieronymi, Benedicti & aliorum: meritò enim hæc difficultas proponitur. Tum quia Boſius *lib. 9. de ſignis Eccleſiæ cap. 7.* ſcribit: *quamvis anteà plurimi ſequerentur Inſtituta Antonij, Hieronymi, Benedicti, Baſilij, Auguſtini, non videas tamen Monachos ullos ferè à Scriptoribus nominari à nomine iſtorum. His temporibus* (SS. Dominici, Franciſci, Alberti) *cœperunt diſtingui familiæ, quaſi membra unius corporis, ab uno ſpiritu contenta & gubernata. Prius univerſi Monachi communi nomine nuncupabantur; nunc ad gloriam ſuorum Sanctorum voluit eſſe Deus membra diſtincta, unóque inter ſe ſpiritu fidei & Charitatis cohærentia, diverſis tamen cognominibus ſeparata.* Tum quia Iacobus

Tyrinus.

Tyrinus *Tom 3. Controverſiarum in S Script. Controv. 9. n. 3* ait: *Inſtitutum Religioſi ſtatus, quod nunc viget in Eccleſia, quoad omnia eſſentialia prorſus idem eſt cum eo, quod primitiva Eccleſiæ initijs floruit, uſque ad tempus Baſilij & Auguſtini: nam & eumdem finem primarium ſpectat, ſcilicet perfectionem vitæ Chriſtianæ & medijs prorſus ijſdem utitur, puta tribus conſilijs Evangelicis votis firmatis.* Sed optarem expreſſiſſet, in quo Baſilius & Auguſtinus Inſtitutum illud mutarint, an in ſubſtantialibus, an in accidentalibus dumtaxat, quæ Ordinem

Arboricenſis.

ſub illis perſeverantem ſupponunt? Nam Robertus Epiſcopus Arboricenſis, *tom. 2. de tuendo cælibatu*, dicit: *voti obedientiæ antiquiſſimum inſtitutum liquidò demonſtratur: conſtat filios Prophetarum olim appellatos, in quos ipſi Prophetæ ius Paternum exercent, eos eruditione inſtruendo & moribus: erat ergo Pater ſpiritualis is, quem hodiè Abbatem vocamus. Sicque ab eo tempore uſque in hanc ætatem* (nota) *deducta eſt ſpiritualium filiorum ſelecta ac verè Monaſtica obedientia, cui præſtandæ obnoxij erant ij, qui filij dicebantur Prophetarum.* Alioqui de unico, eodemque ſubſiſtente Monaſtico Ordine primis quatuor Eccleſiæ ſeculis, videtur omninò ſequi ex præmiſſis *n.* 810. *ad* 817. & Synopſis *puncto* VII. Sed plus innuunt Authores

Hieronymus.

iſti his authoritatibus nixi: Hieronymus Epiſt. 13. *Quid referamus Armenios, quid Perſas quid Indiæ, quid Æthiopum populos, ipſumque iuxta Ægyptum fertilem Monachorum, Pontum & Capadociam, Syriam, & Calem, & Meſopotamiam, cunctaque Orientis examina? Quæ iuxta Salvatoris eloquium, dicentis: ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ concurrunt ad hæc loca & diverſarum virtutum ſpecimen oſtendunt. Vox quidem diſſona, ſed una religio.* S. Macharij in

Macharius

Serm. ad Monachos: *Fratres chariſſimi* &c. *Eliam & Eliſeum, ac Filios Prophetarum, quos conſtat veraciter veteris Teſtamenti Monachos, imitari curate* &c. *hos ſecuti ſunt, Paulus & Antonius, & nonnulli propoſiti huius ſectatores, qui idcircò laudibus extolluntur, quia à cœpto Ordine nullatenus leguntur deviaſſe.* Et S. Odilonis Abbatis Cluniacenſis, Magni Benedicti filij

Odilo in vita S. Maioli.

in vita S. Maioli: *Deinde cœpit Ordo Monaſticus pullulare, & ut verius dicam reviviſcere, quem ab Elia & Ioanne Baptiſta novimus proceſſiſſe, & ita per Apoſtolicam converſationem & vitam, & incrementa virtutum, & exercitia Sanctorum ac ſpiritualium Patrum ad nos uſque gaudemus perveniſſe.* Et ſic ſimiliter uſque ad SS. Franciſcum & Albertum inter quos & Benedictum, non legitur ulla ab alio Regula data, quæ fuerit à S. Sede approbata.

Difficultas 3.

Tertiò Denique: An quæcumque & qualiſcumque iſtius Ordinis primævi Eliani, reipſa Carmelitani diviſio præceſſerit, maior fuerit, quàm ſit inter Ordines illos, qui Regulam & Ordinem ſpecificè aut accidentaliter, ſub nomine particulari S. Auguſtini, Benedicti, Franciſci, Alberti &c. primævum reſtaurarunt, reformarunt, aut illuſtrarunt varijs Regulæ adiectis legibus, ſtatutis aut conſtitutionibus

eam,

eam, accidentaliter dumtaxat immutantibus: ita ut Ordo specificè aut accidentaliter secundarius & restauratus, reformatus, aut illustratus, dicere non possit, & debeat, *suos* omnes viros illustres & Sanctos primævi Ordinis, prout Discalceati nostri, sive Theresianus Ordo (& sic de Capucinis ac alijs proportionaliter,) S. Sede indulgente & probante, omnes viros Illustres & Sanctos nostri primævi Ordinis dicunt *suos*, & colunt ut *suos*? Sed suspendo meum in his iudicium. Igitur.

Istæ sunt difficultates, quas nondum vidi sufficienter enucleatas, & multò minus ab ullo Doctore efficaciter resolutas: interest tamen plurimum eas bene & pertinenter enucleare & resolvere, priusquam viri Illustres & Sancti suo Ordini primævo denegentur, aut aliquis primævus asseratur, qui non fuit, nisi secundarius & restauratus, reformatus, aut illustratus. Ago de viris Illustribus & Sanctis temporum quibus nondum necessaria erat Regulæ Ordinis per S. Sedem approbatio, per eam Ordinum divisio, ac Virorum Illustrium & Sanctorum designato nomine Ordinis Beatificatio, aut Canonizatio: nam pro his temporibus declarationes Pontificum, & ipsorummet Regularium Ordinum praxis, cultus & sensus, abundè præmissas resolvunt difficultates, secus pro istis: unde, quia interest plurimum eas resolvi, ut cuique ordini ius suum servetur illæsum, Virorumque Illustrium & Sanctorum honor & cultus deferatur ordini cuius sunt, ne alioqui, aut nulli delatus, quodammodò negligantur, aut si tribuantur illi, cuius non sunt, meritò reclament ipsi & Ordo, cuius esse creduntur, & intereà minuatur & tepescat specialis erga ipsos devotio, honor & cultus à suo ordine specialiter debitus: optarem à prædictis RR. PP. Henschenio, Papebrochio & quibuscumque alijs, Vitas & Acta Sanctorum tractantibus & illustrantibus, ne impingant, difficultates illas videre sufficienter enucleatas, & efficaciter resolutas, ad iuris cuiusque ordinis defensionem, cultum & honorem specialem cuique Religioso Illustri & Sancto debitum, ac publicum bonum; nam cum antiquis & novis Scriptorum abundent monumentis, vix ullum scio, qui commodius & solidius id præstare posset: ego quidem id tentassem; sed nunc ad scopum meum non facit; cum præcise sit modernorum Carmelitarum veram & propriè religiosam ab Elia in tribus votis essentialibus, præcisâ *solemnitate, perfectione & potestate clavium prout legis gratia*, stabilire Originem, & Institutionem, vitamque ab eo in Monte Carmelo hæreditariam successionem: faciam tamen, si præmissis nonnullis urgentiorum alijs, ordinis evulgem Sanctorale.

*Difficultatum istarū resolutionis necessitas.*

*Votum Authoris.*

Quia autem arbitrantur nonnulli RR. PP. Henschenium & Papebrochium de Ordine Carmelitarum in Mense Martio obscurius & minus favorabiliter (sin contrariè) quàm in alijs scripserint, quæsitâ operâ scripsisse, post suum Roma reditum, ob librum D. Crescentij, cui titulus *Il Presidio Romano* se in itinere comparatum, quem nec Lezana, nec Daniel à Virgine Maria, nec ullus Scriptorum ordinis hucusque refutavit, sit ad pleniorem hoc *toto* §. & ante præmissorum solutionem & Enervationem.

*Nonnullorum coniectura.*

## §. IV.

## *Ex R. Adm. D. Ioanne Petro Crescentio Romano, Patricio, Placentino, Theologo Em. Card. Colonna.*

830. Motivum Authoris. AUthor hic Italicè (utinam latinè) librum scripsit, cui titulus: *Il Presidio Romano &c.* sive *de Militiâ Ecclesiasticâ, & Ordinibus, tam militaribus, quam Regularibus*, impressum Placentiæ anno 1648. è quo sub medium Septembris anno 1668. folia septem aut octo (utinam plura) extracta ab vrbe recepi, è quibus sequentes eius, adversus Ordinis nostri antiquitatem, *Pretentiones* in Latinum transferri curavi; & in illis reperi, quod librum Ioannis XLIV. *de Institutione Monachorum*, S. Cyrilli Constantinopolitani *de processu & varijs regulis Ord. Carm.* Tritemij *de laudibus eiusdem*, ac aliorum in dictæ antiquitatis favorem scribentium, fabulis & figmentis annumeret, ita ut ausus sit scribere, *fictum Ioannem, fictum Cyrillum, fictum Tritemium &c.* Hisque ad fabulas & figmenta relegatis, ininterruptam Carmelitarum modernorum ab Eliâ in Carmelo continuationem positivis argumentis munitissimam, ab authoritate merè negativa proclamare fabulosam. Sed quàm è contra fabuletur ipse (præsertim cum ego, uti ipse, Patrem Allegrè in plerisque fabulosum habeam, & tamen ab eius dictis fabulosis, & sic ab ijs, quæ pro fabulis plerumque habeo, ordinis nostri ab Eliâ institutionem, & ad nos usque continuationem impugnet) finis huiuscè operis, de adiectâ Censorum facultate, demonstrari postulat. Sed ante omnia notandum, quod de *filijs Prophetarum* nobiscum & contra se.

Crescentij consensus 1. 831. Dicit 1. pag. 111. n. 23. *vivebant in communi sub Disciplina Eliæ in castitate, paupertate, & obedientia* &c. *Post cuius raptum, exierunt ad adorandum Elisæum, quasi externo isto signo demonstrantes transferre se Generalatum in ipsum & authoritatem supremam in totam illam Congregationem.* Et addit: *Ex illis multi manebant in Carmelo & iuxta Iordanem.* Subdit autem n. 25. *S. Petrus Damianus Epist 19. pro indubitato scripsit*: Certè nostri Ordinis Authores fuerunt greges Prophetarum.

Secundus. Dicit 2. n. 26. *Filiorum Prophetarum, Nazaræorum, & Essenorum Evangelicorum non interruptam unquam, Successionem ita feliciter in Eremo à S. Hieronymo continuatam, ut ipsemet* Epist. 13. ad Paulinum *sui proprij Instituti Patres enumerando, dicat*. nos autem habeamus propositi nostri Principes Paulum, Antonium, Hilarionem, Iulianum, Macharium; & ut ad Scripturarum Authoritatem redeam: noster Princeps Elias *&c.*

Tertius. Dicit 3. *ibidem*, & probat ex Ferdinandez, Valentia, Onuphrio Salto, Saliano, Mendoza, Hugone Cardinali, Lyrano, Abulensi, Suare, & ipsomet Hieronymo, ac centum alijs, Filios Prophetarum *emisisse tria vota essentialia.* His præmissis fit *Pretentio.*

### PRIMA.

Obiectio 1. Crescen. Hieronymum, de suis exponit. R. Adm. D. Crescentius lib. citato §. *Filij Prophetarum*, mihi pag. 114. n. 30. S. Hieronymus scribens: *noster Princeps Elias. noster Elisæus, nostri Duces filij Prophetarum* &c. *De seipso suisque Monachis loquebatur; de modernis Carmelitis non intelligebat; quia ostendemus, quod isto tempore non essent. Itaque antiqui Monachi Carmelitæ, etiam modernorum Carmelitarum testimonio, erant Monachi Hieronymiani. Acceptamus hic probationes ficti Ioannis Ierosolymitani, Cyrilli &c.*

SOLV-

## SOLVTIO.

831. RESpondeo 1. Æquivocationem latere in ly *suisque Monachis*. Etenim D. Crescentius prætendit hos *Monachos* à S. Hieronymo dici *suos*: vel quia fuerunt eiusdem secum Eliæ, Elisei, & filiorum Prophetarum Instituti: vel quia S. Hieronymus fuit huius Instituti Author & Fundator: vel quia illius fuit Restaurator, aut Illustrator dumtaxat; nam aliud non datur medium. Si primum: non apparet, quô potiori iure S. Hieronymus & Monachi, quos vocat *suos*, dixerint 1300. circiter annis post Eliam & Eliseum, sive horum institutionem: *noster Princeps Elias, noster Eliseus &c.* Quàm moderni Carmelitæ bis mille & pluribus annis post Eliam, Eliseum &c. nisi quia S. Hieronymus & isti Monachi fuerunt modernis Carmelitis tempore Priores Instituti Eliæ, Elisei &c. Quod ultrò concedimus: sed hôc ipsô, quod admittit, priores & posteriores 1300. circiter annis posse esse eiusdem Instituti, possunt consequenter priores & posteriores bis mille & pluribus annis esse illius eiusdemque Instituti, nisi velit modernos Christianos, Benedictinos, Augustinianos &c. à primævis differre propter distantiam similem temporis Institutô substantiali & primariô, quod nullus Sapientum dixerit, nisi efficaciter probet, hoc Institutum substantiale & primarium prius defecisse quàm posteriores essent, hosque ab illo substantialiter distinctum assumpsisse. Vndè D. Crescentio incumbit probare. *Primò*: Eliæ & Elisei Institutum durasse 1300. circiter annis usque ad S. Hieronymum, & postea quoad suum esse substantiale & primarium defecisse, modernosque Carmelitas ab illo substantialiter distinctum assumpsisse. *Secundò*: modernos Christianos à Primitivæ Ecclesiæ Christianis, ob assumptas leges Ecclesiasticas & S. Canones, assumpsisse Institutum à Christi Instituto substantialiter distinctum. *Tertiò*; Instituti alicuius restaurationem, reformationem, aut illustrationem, tollere substantiam primarij, & facere substantialiter distinctum ac novum: de quorum efficaci probatione omninò diffidimus, nisi profiteatur S. Hieronymum falsò dixisse, & nos fefellisse, quod absit, dum dixit: *noster Princeps Elias, noster Eliseus* &c. quia dicti istorum Instituti inter Eliam & S. Hieronymum, varias à Christo & Apostolis, Antonio, Pachomio, Hilarione, & alijs, processisse restaurationes, reformationes, aut illustrationes, apud omnes Historicos in confesso est.

Æquivocatio in ly *suos*.

Crescentium urget 1. æquivocatio.

833. Non secundum: Quia similiter S. Hieronymus falsò dixisset, & nos fefellisset, quod absit, dum dixit: *noster Princeps Elias, noster Eliseus* &c. quia gratis concessâ parte secundâ dilemmatis, non illi, sed ipse fuisset istius Instituti Princeps, Author, & Fundator: quod cum D. Crescentius deneget SS. Antonio & Basilio, à fortiori idipsum negare debet S. Hieronymo. lege *pag.* 154 *n.* 139. *&* 140. ubi, postquam affirmavit ex Polydoro Virgilio lib. 7. cap. 1. *Quod magnus Antonius Essenorum, ultra quatuor millia hominum Sanctorum &c. Institutum fuerit amplexatus, illudque promouerit, & illustrarit in tantum, ut in montibus ab eo occupatis appareret vasta monasteriorum Regio.* Ex Palladio in Historiâ Lausiacâ subdit: *quod in quadam Civitate Egypti fuerit maior numerus monasteriorum, quàm domorum profanarum* &c. Et ex Nicephoro lib. 8. cap 4. *quod Antonius habuerit infinitos discipulos ipsum ad vivum repræsentantes, dispersos in magnâ multitudine per Egyptum, Lyciam, Arabiam, Armeniam, Syriam & Palestinam.* sic concludit: *Neget ergo, qui potest, SS. Hieronymum & Basilium istis in locis tale Institutum non esse professos.* Et n. 152. *fuit ergo Basilius cum Nazianzeno Prælatus Monachorum, quos dicimus S. Antonij in Provincia Ponti fuisse; ibique sequebatur exemplum antiquorum Patrum, Eliaque & Ioannis Baptistæ sacram tenuit normam: Hæc sunt verba S. Gregorij in Oratione Funebri de S. Basilio*: Exul hic nobiscum in Pon-

Vrget 2. æquivocatio eandem.

Polydorus.

Palladius.

Nicephorus.

Gregorius.

in Pontum secessit, & Monasterijs, quæ ibi sunt, præfuit, quæ ipse admodum dignè moderabatur, solitudinemque cum Elia & Ioanne, qui admodum Philosophi fuerunt, mirè amplectebatur. *Scribit P. Munoz in* Propug. Eliæ, *quod fuerit Ordinis S. Eliæ, Ioannis Baptistæ, Antonij, Hilarionis, Pachomij. Et Miranda* in Manuali Prelator. P. 1. q. 3. art. 3. *dicit de S. Antonio*: Monachorum omnium Auctor & Princeps vocari potest, ex eo quod Religiosam illam Monachorum antiquorum vitam ad meliorem formam reduxit; adeò ut per totam Armeniam, Scithiam, Syriam, & utramque Thebaidem, ac denique per totam Ægyptum, innumera constructa fuerint Monasteria, quorum omnium ipse Antonius erat quasi Generalis Minister. *Postea de S. Basilio*: hic Sanctissimus Pater, ac Monachorum antiquorum Orientalis Ecclesiæ Patriarcha, primus fuit, qui Monasticum statum reformavit, & ea omnia, quæ ab Antonio Magno, Hilarione, Pachomio, & utroque Machario, pro instruendis illius temporis Monachis, & Religiosis verbotenus acceperat, litteris mandavit. *Meritò ergo scripsit Ribadeneira* ad 14. Iunij, *quod quamvis S. Basilius non fuerit Author vel Institutor Monasteriorum & Monachorum; fuerit tamen Magister ipsorum, & Illustrator; & ita Possevinus in Biblioth. S. P. 1. lib. 5. cap. 61.* Monachorum in toto Oriente Parens.

Miranda.

Ribadeneira.

Vrget 3. æquivocatio eumdem.

834. Si denique tertium: Nihil contra nos; quia & S. Antonium, & S. Basilium Instituti Eliæ & Elisei Restauratores, Reformatores, aut Illustratores, uti S. Hilarionem in Palæstina, ut vidimus § 1. libenter agnoscimus: sed sicut D. Crescentius n. 151. hoc modo argumentatur: *S. Hieronymus inter suos annumerat Antonium, Hilarionem, Macharium, ergo S. Basilius non invenit novum Ordinem, sed inventum dilatavit, & dilatatus S. Antonio accrevit.* Ita & nos: *S. Antonius & Basilius sunt Instituti Eliæ & Elisei Restauratores, Reformatores, aut Illustratores; ergo non invenerunt novum Ordinem, sed inventum restaurarunt, reformarunt, illustrarunt, aut dilataverunt, & restauratus, reformatus, illustratus, aut dilatatus Eliæ & Eliseo SS. Patriarchis accrescit.* Loquere proportionaliter de Monasterijs: Monasteria SS. Antonij & Basilij non fuerunt novi Ordinis ab eis inventi Monasteria, sed prius inventi & instituti in Monasterio Montis Carmeli, dilatata & multiplicata in alijs montibus & ditionibus Monasteria; ergo dilatata & multiplicata Monasterio Montis Carmeli accreverunt; uti Patri Proles, Abbatiæ Prioratus & Præpositurae, Monasterio primæ fundationis cuiusque Ordinis cætera postmodum fundata, cum iure hæreditariæ successionis ad primum, usque dum ab eo legitimâ authoritate separata, ob novum ius acquisitum, isti cessisse censeantur. Sed in istis volo subintelligi præmissa n. 828.

Antiqui Carmelitæ quo sensu Hieronymiani.

835. Respondeo 1. Admitti quidem posse, attentâ relatione Arnoldi Bostij lib. 5. Hist. c. 22. *plura equidem tunc temporis Monasteria Carmelitæ habuerunt in Terra Sancta, scilicet in Bethleem, cuius Monasterij Pater fuit S. Hieronymus, & cum eo S. Paula vidua, & Eustochium Virgo Sacratissima*, antiquos Carmelitas fuisse *Hieronymianos*, eô sensu, quô S. Hieronymus fuit Carmelita, id est amplexatus Eliæ & Elisei institutum in Monte Carmelo datum, & è monte isto acceptum ut docet verbis n. 833. citatis, quomodò etiam nunc moderni Carmelitæ, & sic proportionaliter de alijs usque ad dictam separationem, dicunt *tales* esse *suos*: sed quod ab Hieronymo Institutum, aut Regulam suam, acceperint, fabula est, aut somnium, quod nullam fidem meretur, aut refutationem, ut satis patet ex dictis *Scuto XI.* iunctis infra n. 919. addendis. Deinde gratis dissimulatô, quod S. Hieronymus aliquem Religiosorum Ordinem instituerit, illum in Bethleem, non in Monte Carmelo, instituit; ac proinde antiqui Carmelitæ, *Bethleemitæ*, non verò *Carmelitæ* dici deberent. Denique: vel Institutum, quod S. Hieronymum instituisse gratis dissimulamus, fuit, vel non fuit, substan-

substantialiter distinctum ab eo quod Elias & Eliseus in Monte Carmelo fundarunt? Si prius: S. Hieronymus falsò dixit, & dicendo nos fefellit, quod absit: *Princeps noster Elias, noster Eliseus, Duces Filij Prophetarum*, haud secus, quam si modernus Carmelita diceret: *Princeps noster Franciscus Assisius, aut Dominicus*. Si posterius: illud accrescit Eliæ & Elisei instituto, uti ex ipsomet statim *n.* 834. probavimus. Accedit, quod iuxta D. Crescentij Doctrinam *n.* 833. allatam, S. Hieronymus solum dici posset Ord. Eliani Reformator.

836. Respondeo 3. D. Crescentium non potuisse absque iniuria, Ioannem XLIV. vocare *fictum*, etiam cum hoc addito, quod omittit, *Carmelitam*. 1. quia vel illum vocat *fictum Carmelitam*, eo quod tempore Ioannis XLIV. Carmelitæ nondum fuissent: vel eò quod liber eius de Institutione Monachorum ipsi fictè tribuatur, & sit recentioris Authoris, qui demum Carmelita fuerit post Terram Sanctam à Bullonio an. 1099. septingentis circiter annis ab isto Ioanne, recuperatam: vel eò, quod libro isto varia confingat: nullo autem ex istis modis vocari potest *fictus*. *Non primò*: quia Eliam, Eliseum & Filios Prophetarum reipsâ fuisse *Carmelitas*, sumpto nomine à loco, ab authoritate evictum est *Scuto VIII.* cui titulus: *Sanctissimus Propheta Dei Elias suum Filiorum Prophetarum, Essenorum* &c. *Ordinem Religiosum fundavit in Monte Carmelo*. Item eos perseverasse saltem usque ad tempora Christi, patet ex dictis *Scuto IX.* uti & eos in disseminanda Fide Evangelicâ fuisse Apostolorum coadiutores, ex *Scuto X.* Regulam, quam moderni Carmelitæ à S. Alberto Patriarcha Ierosolymitano scriptam acceperunt, fuisse illam, quam Sanctissimus Dei Propheta Elias Filijs Prophetarum, Essenis &c. servandam verbo & exemplo docuit. *Scuto XI.* pro quibus vide supra *Synopsim*. Non etiam secundo, aut tertio, ut *infrà* commodius videbimus. Igitur fit prætentio

Notatur iniuria Crescentij.

## SECVNDA.

837. D. Crescentius ibid. n. 32. *Vidimus Essenos, ab ipso Allegero & Paleonydoro pro Monachis, quos fundavit Elias, & instruxit Ioannes Baptista, approbatos, non inhabitasse amplius Carmelum* (puta tempore S. Ioannis Baptistæ) *ut scribunt oculati testes Plinius, Solinus, Philo, Ioseph Hebræus, sed bene deserta Iudeæ & Egypti. Et post Eliam nescitur eius Discipulos, in illis perfidorum Regum persecutionibus, permansisse in Carmelo, sed huc & illuc dispersos per deserta Iordanis, poterit Ieremias dicere:* aspexi, & ecce Carmelus desertus, & omnes urbes eius destructæ sunt à facie Domini. *Amos Propheta sic quoque doluit nullos siticulosos ad Eliæ fontem concurrisse Eremitas:* Exsiccatus est vertex Carmeli.

Obiectio 2 Crescentius negat Essenos in Carmelo temp. Ioan. Bapt.

Num. 33. *Credo tempore Ioannis Baptistæ non fuisse filios Eliæ in Carmelo, cum extra alibi sepelierint Eliseum, Abdiam, & alios Prophetas; quamvis non negem, licèt non fuerint in Carmelo, quod tenuerint aliquam normam Carmelitanam: unde potuit canere Poëta Mantuanus, dum Ioannes decollatus est.*

Etiam filios Eliæ.

Tunç caput ablatum. Tunc advenere nepotes
Heliæ viventis adhuc, raptumque cadaver
Adiunxêre suis Patribus, tumuloque dedêre;
Atque duos inter vates posuisse feruntur
Scilicet Abdiam, Carmelicolamque Eliseum.

*Omnes antiqui Patres, Martyrologia, Tabulæ, Ecclesia Latina & Græca, certum faciunt, quod nec Abdias, nec Eliseus, nec successores Prophetæ, mortui sint, aut sepulti in Carmelo.*

Mortuos Prophetas in illo.

Et infra: *Carmelus est in Phœniciâ Syria prope Ptolemaidem, & erat ibi tempore Plinij Civitas, eratque diu ante Ptolemais facta Colonia Claudij Imperatoris, ut scribit. Fuit ille Claudius, de quo scribit Suetonius*

Asserit tunc in eo

 dilígen-

fuisse aram superstitionis. *diligentem habuisse satrificiorum* pro fanorum *curam: unde deduco, ipsum erexisse ibi aram superstitionis, quandoquidem penes Suetonium, aliosque habeamus, quod ab oraculo Carmeli Vespasianus didicerit, quod tum vicinus Iudea eam sibi totam subiugaret* &c.

## SOLVTIO.

Solutio 1. ex dupl. cap.

838. RESpondeo 1. Imprimis totam illam obiectionem nihil contra nos concludere: quia ad intentum nostrum sufficit, quod totô illô tempore, extra Montem Carmeli, quocumque in loco, reperirentur legitimi Eliæ & Elisei successores in Instituto ab illis è Monte Carmelo accepto, sive qui hoc Institutum profiterentur; nam uti Chartusiæ mons præcisè non facit Chartusianum, alioqui omnes, qui eum non inhabitarunt, Chartusiani non essent, ita nec Carmeli mons præcisè facit Carmelitam, sed professio Instituti è Carmelo accepti, quam vel in ipso Hieronymo *n.* 831. *§. dicit* 2. §. Antonio & Basilio *n.* 833. agnoscit: Vt tamen plenius solvam adde: obiectionis istius partem 1. solum concludere Essenos, quos Elias fundavit in monte Carmelo, & Ioannes instruxit circa Iordanem, tum ita fuisse dispersos, ut eorum multi manerent in Iudæa & Ægypto; ex quo non sequitur, alios non remansisse in Palæstina, aut Monte Carmelo, cum diversi locô separari possint: hos autem alios remansisse in Carmelo, haud secus quam in desertis prope fluenta Iordanis, Bethel, Iericho, & alijs Palæstinæ montibus, suadet paritas, nullus Antiquorum unquam positivè negavit, nihil pro uno loco adfertur, quod pro altero non concludat, aut nihil concludat. Id tamen persuadet authoritas Iosephi Antiocheni de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ cap 12. *Perfectorum militum Christi, Apostolorum coadiutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti, Elia & Elisei sequaces, qui de monte Carmelo descendentes per Galileam, Samariam, & Palestinam fidem Christi constantissimè sparserunt.* Ioannis Bonifacij de Hist. Virgin. lib 2. Cap. 7 *Mirabiles quidam Solitudinis amatores, Eliæ & Elisei vestigia persecuti, rerum divinarum Meditationi se totos dederunt; ad quorum tamen aures cum Apostolorum prima de Christo mundi per Crucem Servatore Evangelica voces pervenissent, continuò veteri legi nuncium remittentes, sese ad novam transtulerunt; neque solum se Apostolorum benevolos & dociles auditores, sed etiam adiutores præbuerunt, & cum ex Carmelo descendissent &c.* Vide n. 72. Balbinum. Eusebium *n.* 77. *&* multos alios à *n.* 80. *ad* 87. citatos. Item Werneri Rolevinck, qui demum Montis Carmeli ab Elianis desertionem totalem circa annum 1291. factum asserit, aiens: *Nobilissima Civitas Acconensis à Saracenis destruitur, ac demum Deiferæ Mariæ Monasterium in Carmelo, ad quatuor milliaria Civitati vicinum, ab eis igne crematur, fratribus inventis in eo perfidorum gladijs trucidatis, & tunc, proh dolor, Ordo Carmelitarum mellifluum locum ex toto perdidit, in quo à tempore Eliæ & Elisei Prophetarum duobus millibus, & triginta uno annis persliterunt.* His autem argumentis positivis & alijs, *Prætens.* III. *& V.* commodius adferendis, insistimus, cum negativa D. Crescentij nihil concludant, & unum affirmativum prævaleat mille negativis, haud secus quàm unumquodque ens mille nihilis. Adferat igitur D. Crescentius loca, quibus id negant positive Plinius, Solinus & Iosephus Hebræus, priusquam aliquid tale prætendat, beneque perpendat illud Em. Baronij *ad ann.* 328. §. *quibus* &c. *Nec mirari quis debet, si obscurè, neque adeò dilucidè, Ethnicus scriptor mysteria nostra sit prosecutus, cum idipsum sit observare in cæteris scriptoribus gentilibus omnibus, qui rerum Christianarum meminerunt: nam eadem obscurè, concisè, dubiè, haud usquequaque fideliter in omnibus, quæ vera, referre consueverunt, ut Suetonius, Tacitus, Lucianus, & alij.* Et Rhodigini lectionum antiq. lib. 30. cap. 21. *Sciendum verò hac in parte, quod huic loco congruit precipuè: Christianæ veritatis hostes, dum animâ illudunt sua, ineuntque cum Antitheo societatem intimam, infando etiam pictura genere aulas*

Filij Eliæ tunc in Carmelo.

Iosephus.

Ioannes Bonif.

Rolevinck

Baronius.

*Dei summi filium deformare, ac velut in pergula prætereuntibus ostentare Asininis auribus, pede altero inungulatum, ac togatâ specie cum libro in manibus, addito etiamnum scelestiore vitulo, seu Christianorum is foret Deus, Onocheles. Illud vero auctarium fuerit insectatione eadem ab importunis hominibus Christi cultores semissos nuncupatos & Sarmentarios de lesi genere, quod ad assis dimidij stipites destinati, superiectis, accumulatisque sarmentitijs fascibus, cremari consuevissent.* Si hoc ita impudenter audeant, quidni & negare Monachos in Carmelo, ibi superstitionis aram fingere, & omnes ibidem morantes Idololatras describere. His tamen non obstantibus, audet D. Crescentius *ibidem* scribere: *credamus potius Straboni, qui omnes suo tempore facit Idololatras, Herculem Libicum pro Deo suo habentes.* Certè consultius attendisset ad illud Matthiæ Burghklner *Thesauri Historiarum Tom. 1. lib. 6. pag. 541.* ad annum Domini 75. ubi de *Apollinaris martyrio.* agens subdit: *Id autem non accidit, quod aliqua per Vespasianum fuerit in Christianos persecutio excitata; nam, ut inquit Eusebius Cæsariensis Hist. lib. 3. cap. 17.* Vespasianus nihil prorsus nostris irrogavit iniuriæ. *Sed quod,* ait Suetonius, *in vita ipsius non temerè quis punitus insons reperitur, nisi absente eô & ignarô, aut certè invitô.* Burghklner.

839. Respondeo 2. Dictum Ieremiæ esse Propheticum, non declarans præsentia, aut præterita; sed annuntians futura: etenim Cornelius à Lapide, post Hieronymum, Theodoretum, Rabanum, Hugonem & Lyranum ait: *desertus*, id est *deserendus, quia vastandus.* quo etiam sensu loquitur Amos Propheta. D. autem Crescentio incumbit probare illud fuisse ad mentem suam verificatum, ante tempora Ioannis Baptistæ, nos statim oppositum probavimus: imò locus ille evidenter pro nobis contrà dicentem, *sed huc & illuc dispersos per deserta Iordanis*, militat, cum hæc essent in Iudæa, & idem Cornelius ad istum versum, *Et ecce Carmelus*, subdat: *Mons Iudææ fertilissimus, sub quo totam Iudæam intelligit, ut dixi cap. 2. v. 7.* ubi sic: *significat enim Iudæam fertilissimam, vel nomine communi, vel propriô. scilicet ex monte fertili intelligens totam Iudæam aquè fertilem. per Synecdochen ex parte significans totum.* Quibus confirmantur dicta *Resp.* 1. nec D. Crescentius obscuram iuvolvit contradictionem à se sub ista dispersione admissis. Solutio 2. exponitur Ieremias. A Lapide. Crescent. contradictio.

840 Nec obstat 1. Quod subdit *de Claudij Imperatoris in Ptolemaide Colonia*: quia à Civitate ad montem, aut à parte Iudææ ad totam Iudæam argumentatur: primum verò videtur absonum, & secundum duplicat prætactam contradictionem. Deinde: à Vespasiano ad Claudium multo tempore priorem, quasi hic illius opera spiritu prophetico prævidisset. Denique: à tempore Claudij, diu post Christum nati, ad novem circiter sæcula Christo priora, quasi his totis fuisset in Carmelo Claudij ara superstitionis, quæ ab eo non nisi plusquam nongentis annis post erigi potuit. Argumentum absonum.

841. Non obstat 2. Quod asserit, & non probat, in *Monte Carmelo erectam à Claudio superstitionis aram*, licèt hoc gratis dissimuletur; quia experimur, vel ipsos etiam Principes Christianos, Cathedram pestilentiæ in Galliæ & Germaniæ locis permittere, in quibus erigunt Cathedras Catholicæ veritatis; & è contrà Principes Hæreticos Cathedras Catholicæ veritatis in Hollandia & Provinciarum confœderatarum locis dissimulare, in quibus erigunt Cathedras pestilentiæ; idemque hodie constat de Mahometanis Imperatoribus, qui nostros & Franciscanos in Terrâ Sanctâ tolerant. Vnde non est, nisi oppositum efficaciter probetur, cur Claudius Imperator, gratìs datô, quod in Monte Carmelo superstitionis aram erexerit, in illo non permiserit aram veræ Divinitatis, aut Christianæ veritatis. Incongruum.

842. Non obstat 3. Id quod adfert *de Oraculo Vespasiani à Monachis Montis Carmeli petito*: quia, præterquam quod videamus, & sciamus, vel ipsos etiam Christianos interdum, licèt malè & sacrilegè, à Magis & Ægyptijs oracula sollicitare; ac proinde nihil obstare, ne Vespasianus à Monachis Montis Carmeli verum Oraculum petierit: oppositum docet Em. Baronius *ad annum* 340. *n.* 8. scribens: *Erat quidem in Oriente* Carens sequela. Baronius.

*summum*

*summum illud genus vivendi instar Eliæ & Ioannis Baptistæ cunctis hominibus, etiam Ethnicis & Imperatoribus ipsis venerandum* &c. *Ethnici quoque*, inquit Lezana Annal. tom. 2. ad annum Christi 69. n. 6. *ipsi agnoscebant in Carmelo Dei veri cultum haberi, pro ut exprimit Abulensis in 3. Reg. 20. q. 10. Lyrani vestigia* sequens. Et Genebrardus ad rem nostram proximius, Chronol. lib. 1. ad an. 3284. *Eliæ post mortem* (intellige raptum) *Synagoga, sive Sacellum in Carmelo monte, vulgato ipsius habitaculo, dicatum est, in quo vigebat Oraculum, de quo Suetonius in Vespasiano cap. 5.* Quod autem addit hic Suetonius, de *sortibus*, & Cornelius Tacitus lib. 2. Hist. *de inspectis extis à Basilide Sacerdote*, ex horum Ethnicorum malitia additum est, uti satis colligitur ex Em. Baronio & Rhodigino paulò ante n. 838. citatis.

Lezana.

Genebrardus.

843. Nec obstat 4. Quod insuper scribit, *Eliæ filios alibi extra Carmelum sepelijsse Eliseum, Abdiam, & alios Prophetas*: quia Montis Carmeli Monachos extrà sepeliri, prout extrà proficisci, & in itinere, vel alio Monasterio, mori, quotidiana probat Monachorum morientium extra suæ mansionis Monasterium experientia: debuisset enim D. Crescentius attendere ad illud Lyrani in Glossa ad 4. Regum cap. 2. *In Bethel & Iericho Filiorum Prophetarum virorum Religiosorum, loca Elias, ante suam translationem, voluit visitare propter suorum congregationem Discipulorum.* Quod prius docuerat Ioannes XLIV. de Instit. Monach. cap. 22. *Priusquam Elias ab hoc mundo transferretur, fuit ei cura Monachos Discipulos suos, Filios Prophetarum, sigillatim visitare, & de Patre idoneo eis providere; propter quod descendens ipse & Eliseus de monte Carmelo, venerunt ambo in Galgala, deinde in Bethel; & deinde in Iericho, sicut prædiximus. in his locis habitabant viri Religiosi, filij Prophetarum Eliæ Discipuli.* Elisæus autem, Eliæ Magistri sui, Exemplum secutus est, iuxta illud Abulensis in 4. Reg. 2. q. 31. *Sciendum est autem, quod tempore Eliæ & Elisei erant collegia Prophetarum in aliquibus locis Israel, & maximè apparet de Iericho, Bethel, & Galgala: Eliseus verò post raptum Eliæ fuit Princeps Prophetarum, & habitabat in istis locis, discurrendo per Collegia ista Prophetarum, sicut Elias: & frequenter mutabat locum ad videndos istos filios Prophetarum. Vnde immediatè post raptum Eliæ habitavit in Iericho; inde ivit in Bethel; de Bethel in Carmelum; de Carmelo in Samariam: postea habitavit in Galgala cum Filijs Prophetarum: & sic fuit tota vita discurrendo per diversa loca, & visitando viros Religiosos quorum Pater & Princeps ipse erat.* Eliseum vero fuisse horum Principem sic D. Crescentius ibid. n. 26. *probat*: Ioannes Busæus Iesuita, Iacobus Tirinus, Petrus Canisius, Heribertus Rosweydus, & Antonius Fernandes, hoc sensu de magno Elia dicunt, Religiosam vitam in Carmelo duxisse, cui plures alij adhærebant, qui dicti sunt Filij Prophetarum: post raptum verò Eliæ accepisse Eliseum Religiosam Præfecturam illam, indicio est, quod assumptô Eliâ, reversus fuerit in Carmelum, & ibi à Filijs Prophetarum adoratus ut Pater, cui deinceps obedientiam essent præstituri. hinc est, quod hos duos Eliam scilicet & Eliseum agnoscant plurimi Patres appellentque, Principes ac primos Parentes Religiosorum &c. Addere potuisset testimonium P. Saliani à se n. 25. citatum, ad *ann.* 3138. §. 22. ubi ait: *Eliam divino Decreto ac iussu elegisse Eliseum in Prophetam & Successorem, Patrem ac Præpositum Disciplinæ Religiosæ.* Non obstat, inquam quia, eo nihil obstante, ipsemet D. Crescentius approbat à se citatos Baptistæ Mantuani versus, quorum ultimus omninò exprimit, Eliseum in morte fuisse Carmeli Monachum, quod ut minus hæc verba important, *Carmelicolamque Eliseum.* Vnde idem probat, & improbat: *allegans autem contraria* ipso fatente pag. 170. *non auditur* cap. de *furtis* l. 1. ff. de *cond. & demonst.* l. *Titius contra* ff. de *inoff. testam.* l. *Papinianus* §. *sed nec in pueris* ff. *de collat.* bon. l. *numquam* &c.

Nihil concludens.

Lyranus.

Abulensis

Salianus.

Crescentius sibi contrarius.

844. Respondeo 3. Quod melius scripsisset D. Crescentius, personaliter *post Eliam nescio*, quam *post Eliam nescitur* impersonaliter, *eius discipulos in illis perfidorum Regum persecutionibus permansisse in Carmelo*, ut patet ex præmissis n. 838 & 842. debuissetque harum Perse-

Solutio 3. obscuritas sermonis notatur.

Perſecutionum tempus determinare: nam tales fuiſſe in Iudæa & Carmelo ante Chriſtum, difficulter probabit; difficilius tamen, filios Prophetarum non manſiſſe in Carmelo uſque ad Chriſtum, ut conſideranti patebit authoritates locis *Reſp.* 1. citatis allegatas, & alias à *n.* 775. *ad* 784. allatas, ex quibus patet perfidorum Regum perſecutiones non ſtatim è ditionibus ſuis omnes extirpaſſe Manachos. Vnde.

Creſcentij concluſio mala.

845 Colliges ex premiſſis, D. Creſcentium malè concludere: *non eſt ergò veroſimile, quod poſteri Eliæ perſtiterint in Carmelo; multò minus verum eſt, fuiſſe ibi cum illis S. Ioannem Baptiſtam: non erat ibi Monachus, aut Eremita, quando S. Hilarion intrabat Syriam & Paleſtinam; nec erant de diſcipulis Hilarionis temporibus S. Hieronymi. Non conquiramus à fabulis honores, linquamus libros Apocryphos, nunquam reperietur apud bonum Authorem, quod, poſt Eliam, illius Diſcipuli multo tempore perſtiterint in Carmelo, in facie Idololatrarum Phœniciorum.* Poſteros Eliæ perſtitiſſe in Carmelo, patet ex dictis *n.* 838. Ioannem Baptiſtam fuiſſe ibi, id eſt in Monaſterio circa Iordanem, ab Eliſeo & Filijs Prophetarum è Carmelo deſcendentibus fundato, manifeſtum eſt ex premiſſis *n.* 739. *&* à *n.* 753. ad *n.* 762. de Diſcipulis S. Hilarionis fuiſſe temporibus S. Hieronymi, nihil ad nos, modò fuerint de Diſcipulis Eliæ: ipſe autem D. Creſcentius ibidem *n.* 30. non ſolum tandem acceptat quamplurimorum teſtimonia, docentium: *Continuationem vitæ Monaſticæ ab Elia uſque ad Ioannis Baptiſtæ, Chriſti, & Apoſtolorum tempora.* Sed inſuper huic Carthagenæ ex *lib.* 17. *homil. de Laudibus Carm.* ſententiæ: *Quot ab Eliâ in ſpeluncis, cavernis, montibus, & deſertis Ægypti, & Thebaidæ, & aliarum Regionum, Monaſticam vitam profeſſi ſunt, Eliani fuiſſe Inſtituti,* ſubdit: *de illis certò fuit S. Hieronymus, noſter Pater, & ſui Diſcipuli, maiores noſtri, ideò dicimus cum ipſo: noſter* Princeps *Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces filij* Prophetarum. *Vnde ipſemet Carthagena, & poſt omnes Scriptores Carmelitanos Baſilius* Pencins *Auguſtinianus lib. 7. de Matrimon. cap. 1. inferunt:* ad Eliam, & Eliſeum, & Filios Prophetarum, Carmelitanæ Religionis primordia, & immobilia fundamenta, refert meritò S. Hieronymus.

Chartagena.

Fabula Creſcentij notatur.

846. Pergit D. Creſcentius: *de ſemetipſo ſuiſque monachis loquebatur S. Hieronymus, de modernis Carmelitis non intelligebat; quia oſtendemus, quod iſto tempore non eſſent: itaque antiqui Monachi Carmelitæ, etiam modernorum Carmelitarum teſtimoniò, erant Monachi Hieronymiani.* Vide inſuper ipſum *n.* 830. *§. dicit.* 2. Sed contra: Vix quidpiam ab homine fabuloſo lepidius occurrit: *antiquos Carmelitas* reperit ſufficienter, ut faciat S Hieronymi & ſuos, ut eos faciat noſtros non reperit, cum tamen Carthagena & Poncius, quorum approbat teſtimonium, indubiè de noſtrâ Religione loquantur, vide *n.* 858. An autem temporibus S. Hieronymi fuerint de Diſcipulis Hilarionis in Monte Carmelo, parum ad rem noſtram facit, ut dixi *n.* 845. modò conſtet tunc in eo fuiſſe de Eliæ & Eliſei ſucceſſivè Diſcipulis: fuiſſe autem conſtat, tum authoritate S. Cyrilli lib. de proceſſ. & varijs Regulis Ord. Carmelitarum cap. 1. *Fuit autem tempore Arcadij & Honorij Imperatorum in Monte Carmeli Pater dictorum Religioſorum, quidam vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros conſortes ſuos, eiuſdem Montis Monachos, exemplo ſuo & Magiſterio ſollicitò inducebat ad perfectionem inquirendam, ſecundum Propheticam Diſciplinam vitæ Monaſticæ, per Eliam Prophetam inſtitutæ, quam Ioannes eis exponebat ex diverſis dictis, tam veteris, quàm novæ legis, & ex nonnullis tractatibus editis à Profeſſoribus prædeceſſoribus ſuis; qui tandem propter eius Sanctitatem in Pontificem Ieroſolymitanæ Eccleſiæ ſublimatus, Apoſtolo Iacobo in Epiſcopatu eiuſdem Eccleſiæ XLIV. ſucceſſit. Hinc Ioannem chariſſimus eius Diſcipulus, nomine Capraſius, eiuſdem montis & Religionis Monachus, ſuppliciter flagitavit, ut quæ de Inſtitutione huius Religionis, & primis eius Fundatoribus, & de perfectione ad exemplum eorum acquirendâ, frequenter diſſeruerat, dignaretur ſibi & ſuis conſcriptibus breviter redigere in unum volumen &c.* Molanus autem in ſuo *Martyrologio* de ipſo ſcribit: *Item S. Ioannis Epiſcopi Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, Ordinis Carmeli Profeſſoris.*

S. Cyrillus.

Explodit libros Ioannis 44. & Cyrilli.

847. Explodit quidem D. Crescentius utrumque, & Ioannis 44. & S. Cyrilli Constantinopolitani *librum* istum, sive, ut alij, *Epistolam ad Eusebium Priorem Neroi*, ut sequitur, n. 161. pag. 170. *Ad authorizandum illam fabulam, quædam citatur Epistola Cyrilli Constantinopolitani, in qua legitur, quod Ioannes 44. librum istum Eremitis Montis Carmeli legendum & observandum tradidit, tempore Honorij & Arcadij Imperatorum anno Dom. 412. Et superius scripserat ipsum fuisse Abbatem in Carmelo tempore Arcadij & Honorij Imperatorum. Qui librum Ioannis composuit, & Epistolam Cyrilli composuit. Stupeo, quod ita audacter Allegre scripserit, quod Cardinalis Baronius suam mutasset opinionem, si illam vidisset Epistolam. Nolo illam dicere Cyrilli, quia qui illam composuit, ita cæcus fuit, quod non adverterit in S. Hieronymo, quomodo anno .8 Theodosij Senioris, qui est Christi 386. mortuus sit Cyrillus Patriarcha 43. Ierosolymitanus, cui eodem anno successit Ioannes, qui paruin ante secutus fuerat furores Hæresis Arianæ. Regnabat Theodosius usque ad annum 395. quem secuti sunt Arcadius & Honorius: quomodò igitur potuit Ioannes tempore Arcadij & Honorij Imperatorum esse in monte Carmeli Pater Dictorum Religiosorum, ut fictus ille Cyrillus fingit, si tum per multos annos fuerit Patriarcha Ierosolymitanus?*

848. Rejicitur. Sed contra, librum istum esse Ioannis optimè probat Lezana *tom. 1. annal. cap.* 9. Authores autem, qui consentiunt, dabimus infra *n.* 896. Nec est credibile esse Ioanni suppositum: non quidem à Carmelita; quia illum potius istius temporis alteri, quàm Ioanni ab Epiphanio & Hieronymo impugnato supposuisset: non etiam ab extero; quia indubiè Author tam doctus, ita in S. Pagina versatus, ita litteris divinis & humanis eruditus, qualis istius libri fuit, motivum habere non potuit proprium opus abjiciendi, & frustra tam laudabiliter de Carmelitis scribendi, ut suum opus Ioanni, & non potius alteri memoriæ laudabilioris, supponeret. Cyrillum autem non esse illius authorem, patet: tum quia illum ex Græco idiomate in latinum ab Aymerico Patriarcha Antiocheno translatum diu ante natum Cyrillum, de exteris testantur Carolus de Tapia in *Authent. Ingressi* verbo *Monast. cap.* 17. *n.* 4. Gesnerus in *Bibliotheca.* Chartagena *tom.* 4. *homil. lib.* 17. Silvester Marulus Cisterciensis in *Oceano Relig lib.* 4. Ioannes Molanus in *sua Bibliotheca Theologica.* Possevinus in *Apparatu Sacro*, verbo *Ioannes Ierosol.* Salianus *sub an* 3123. *n.* 7. Ægidius Camartus in *lib. de gestis Eliæ cap.* 10. *sect.* 2. Honuphrius manescal. *tom.* 1. *Concionum conc. B. M. de Monte Carmelo.* Laurentius Beyerlinck in *Theatro vitæ humanæ tom.* 6. *litt.* R. verbo *relig.* Tum quia Honorius III. in bulla confirmationis Regulæ infra *n.* 955. relatâ, sic incipit: *Honorius Episcopus Servus Servorum Dei, dilectis filijs, Priori & fratribus Eremitis de Monte Carmeli, salutem & Apostolicam Benedictionem: ut vivendi normam regulariter à B. Memoria Hierosolymitano Patriarcha editam, quam ante Generale Concilium vos dicitis observasse* &c. tunc autem nondum erat editus liber S. Cyrilli. Tum quia ipsemet S. Cyrillus de Haymerico Patriarcha Antiocheno, in Terra Sancta Apostolicæ Sedis legato an. 1143. iuxta Em. Baronium, aut 1137. iuxta Onuphrium Panuinum in *Chronol. Eccles.* Pinedam lib. 18. *Monarch. cap.* 8. ex Genebrardo, Hieronymum Bardum in *Chronolog.* Meschardum Freherum in *Chronolog. utriusque Imperij*, & alios, quos sequitur noster Lezana Annal. *tom.* 3. *ad anno* 1137. *num.* 4. scribit cap. 4. *Intelligens autem quosdam eorum, qui ab Occidente supervenerant, non rectè ambulare ad veritatem Religiosæ vitæ Eremiticæ, in prædicto Ioannis libro descriptæ, & perpendens, hoc ideò maximè contingere; quia Græcas litteras ignorantes, nesciebant codicem illum legere, fecit librum de Græco in Latinum transferri.* Scripsit S. Cyrillus librum, sive Epistolam, anno 1200. & demum anno 1507. typis commissa est. Scivit S. Bertholdus, primus Prior Generalis de unanimi omnium assensu ab Aymerico anno 1141. (ut verius) institutus. Sciverunt quoque ómnes eius subditi, ac S. Cyrilli prædecessores, an liber Ioannis 44. esset iussu Aymerici Patriarchæ Antiocheni de Græco in Latinum translatus, an translatum observassent, quorum plures adhuc super-

Lezana.

superstites poterant alioqui S. Cyrillum arguere mendacij & imposturæ: & hoc ipse non timuisset?

849. Audiat D. Crescentius Melchioris Cani. *lib. 11. cap. 6.* legem veracium Historicorum: *Magnis quippe præclarisque virtutibus viri Sanctissimi atque optimi* (qualis S. Cyrillus) *id consequi meruerunt, ut in rebus huiusmodi, quas vel spectasse se, vel ab aliis fide dignis, qui spectarunt, se audivisse testati sunt, fides omninò illis habeatur.* Item: *Optimos quosque apud nos, non solum sermo, atque existimatio colit, verum etiam Ecclesia decretum in Concilio cælestium collocat. Hos itaque mendacij, impudentiaque arguere, impietatis etiam, non modò temeritatis, argumentum est.* Addit D. Crescentius: *nolo illam dicere S. Cyrilli; quia qui illam composuit, ita cæcus fuit, quod non adverterit &c.* Magna cæcitas profectò, post octingentos annos, *Successores* immediatè *Prædecessorum* loco scribere, cum similibus scateant Historiæ: sed nequidem tantillam in S. Cyrillo agnoscimus cœcitatem, cum dici possit, hunc esse verborum eius sensum, *fuit autem tempore Arcadij & Honorij, posteà Imperatorum, in Monte Carmeli Pater dictorum Religiosorum* &c. qui enim semel Imperator, semper posteà Imperator inscribitur; nec quidpiam usitatius, *Imperator habuit N. Patrem, in iuventute id fecit, ibi litteras didicit* &c. licet nondum esset Imperator. Computet igitur D. Crescentius annos, non quidem Imperij præcisè, sed vitæ Arcadij & Honorij Imperatorum, & bene perpendat de isto S. Cyrilli libro, seu Epistola *n.* 808. dicta, & suam, ni fallor, non S. Cyrilli, aut totius Ordinis Carmelitarum, qui & Epistolam istam ut S. Cyrilli, & librum de Institutione Monachorum ut Ioannis, indubitanter agnoscit, uti semper agnovit, deprehendet cœcitatem, uti & à fortiori, si per ly *tempore* Arcadij & Honorij intelligat *circa tempora*, prout intellexit D. Carolus de Tapia Iurisconsultus Neapolitanus in *Opere super Autentica ingressi cap.* 7. *n.* 10. cuius verba ad longum dedimus n. 724. *Circa Honorij & Arcadij Imperatorum tempora, qui regnare cœperunt an.* 368. *Romanam Ecclesiam gubernante Syricio, & postea Anastasio, & deinde Innocentio* I. *produxit Carmeli uberrima vinea Cyrillum Patriarcham Ierosolymitanum* II. III. *Ioannem item Præsulem* 44. *Caprasium qui Eutychiorum persecutionis tempore, suos misit discipulos ob fidei Christianæ defensionem* &c. Si tamen data solutio non placet, vide Wastelium *lib.* 1. *Vindiciarum Ioannis Ierosol. art.* 3. sub finem, ubi probat Cyrillum in eo esse secutum Nicephori Patriarchæ quondam Constantinopolitani Ecclesiasticam Chronologiam, ideoque non ex propria, sed huius sententia locutum. Non enim sic Sanctorum enervatur authoritas, aut antiquissimæ, ac indubitatæ integri Ordinis traditiones, si antiquæ Historiæ hodie fidem mereantur, quarum plurimæ solâ traditione nituntur. Sed de his iterum postea. Quamobrem non video, de quibus fabulis & libris Apocriphis, nisi de suis, ibi loquatur D. Crescentius. Quare sit *prætentio.*

Lex notabilis ex Melchiore Can.

Crescentius malè carpit S. Cyrillum.

## TERTIA.

D. Crescentius ibidem n. 33. *Nunquam reperietur apud bonum Authorem, quod post Eliam, illius Discipuli multo tempore perstiterint in Carmelo, in facie Idololatrarum Phœnitiorum. Et etiamsi perstitissent, per ipsas Carmelitarum rationes sequeretur, quod nostri Esseni circa Iordanem & Alexandriam (unde venerunt Monachi S. Antonij & Hilarionis, à quorum Discipulis S. Hieronymus Monachismum didicit, & habitum accepit, inchoando reformationem Bethlemiticam: unde Bethlemitici nuncupamur) fuerint veri Carmelitæ, quodque Hieronymiana nostra congregatio verè fuerit Filia Eliæ, Elisei & Ioannis Baptistæ: omnes partes istius continuationis singulatim ostendemus, rationibus solidis, & ipsorum Carmelitarum authoritate: sufficiat pro nunc Allegre* præambulo 25. fol. 65. vol. 1. *Isti adhuc Eliæ magni Discipuli &c.*

Obiectio, quâ Essenos & Carm. fuisse Hieronimyanos prætendit.

## SOLVTIO.

Solutio 1. 850. RESpondeo 1. Nos argumentum istud præoccupasse, & longè melioris no-
tæ Authores allegasse *n.*838. quàm ipse sit, cum explodat penè omnes Re-
centiores, & ipse sit omnium ibi, & locis *ibidem* citatis, Antiquorum & Recentio-
Isaias. rum recentissimus: si verò illi non sufficiant, bene perpendat illud Isaiæ cap. 32. *Et*
*erit desertum in Carmel, & Carmel in saltu reputabitur; & habitabit in solitudine Iudicium & Iusti-*
Michæas. *tia in Carmel sedebit.* Et iungat illud Mich. 7. *Terra erit in desolationem propter habitatores suos,*
*& fructum cogitationum eorum.* Et infra. *Pasce Domine, pasce populum tuum in virga tua* (iuxta
illud Psalt. Regij Psalm. 44. *virga directionis virga regni tui*) *gregem hereditatis tuæ, habitantes*
*solos in saltu, in medio Carmeli pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos.* Vnde celebris ille
Myræus. Author Myræus lib. de Origine & Increm. Ordinis Carmelit. sub initium: *Illi verò*
*Prophetarum filij, Essenique Palæstinam incolentes* (quemadmodum & Esseni postea in Ægyp-
tum traducti) *miris exemplis cœptam institutionem usque ad Virginis partum produxerunt: neque*
*enim Chaldæorum aut aliorum hostium feritas, quæ vindictam spoliaque sitiebat, in innoxios, & nihil*
*mortale curantes, desævijt, Deo sic agente, ut tanti vatis, scilicet Eliæ, eruditio, ad eum, cuius typum*
*prætulit, illæsa pertingeret.* videat Burgklhner *n.* 838. *in fine.* & clarè videbit Idololatras qui-
dem fuisse à Deo vehementer afflictos, afflictionem tamen illam non impedivisse,
ne filij Prophetarum, qui vero Deo fideliter in Carmelo serviebant, durante illâ af-
flictione, in eo persisterent: *In medio Carmeli pascentur Basan & Galaad.* Quibus intelli-
guntur veri Dei Cultores, quales erant Filij Prophetarum. Videat etiam dicta *n.* 170.
& infra *n.* 877. *ad* 886.

Solutio. 2. 851. Respondeo 2. Post Eliam, Discipulos eius multo tempore perstitisse, vide-
Eccli. 48. ri manifestum & certum ex sacra Scriptura Eccli. 48. ubi de Elia dicitur: *Qui Pro-*
*phetas facis successores post te.* Non enim ita absolutè & simpliciter facit *successores post se* cu-
Waldensis. ius progenies statim extinguitur. Vnde Thomas Waldensis in Doctrinali fidei lib. 3.
art. 1. cap 4. *Eliam zelans multiplicare Religionem Prophetarum, sollicitè huic operam dedit: Elisæum*
*primò instituens, & palliô suô induens, & demum alios post eum magnô numerô, providens ab intenso,*
*ut sancta Religionis successio semper staret, secundum quod sapiens ad Eliam loquens dixit:* Prophetas
facis successores post te, qui raptus es in turbine ignis. *Eccli.* 48. Item ex 4. Reg. cap. 6.
4. Reg. 6. *dixerunt autem Filij Prophetarum ad Elisæum: Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est no-*
*bis, eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, & ædificemus nobis ibi lo-*
*cum ad habitandum, qui dixit: ite. Et ait unus ex illis: veni ergo & tu cum servis tuis. Respondit:*
Waldensis. *ego veniam, & abijt cum eis* Super quo Waldensis ibidem: *Post Eliam Elisæus in Monte Car-*
*melo statuit multos de Filijs Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud de-*
*sertum non posset eis sufficere: unde venientes ad Elisæum Præceptorum suum dixerunt:* Ecce locis &c.
*Et sic tandem multi manserunt ibidem iuxta littus Iordanis, & mansit hæc Religio Prophetarum us-*
Zeglerus. *que ad adventum Christi.* Adstipulatur Iacobus Zeglerus in Descriptione Palæstinæ in
monte Addumim fol. 58. *In huiusmodi solitudinis parte sedit Eliabu Propheta, & Eliasab con-*
*struxit cellas Prophetis: manavit institutio & loci Religio ad posteros, fuitque desertum hoc usque ad Engad-*
*di habitatum ab Essenis, hominibus incredibilis continentiæ, sub quorum institutis educatus est Ioannes Za-*
Genebrardus. *chariæ, & habitus in essenis unus prædicatæ Sanctitatis.* Idem iisdem ferè verbis habet Genebrar-
dus *lib. 1. Chronolograph. ad annum* 3272. Abbas Ieropolitanus in cap. 1. Ioannis: *Habita-*
Ieropolitanus. *bat Ioannes propè fluenta Iordanis in deserto.* Iacobus de Vitriaco lib. 1 Historiæ Orientis.
Iac. de Vitriaco. cap. 53. *In solitudinibus Iordanis, B. Ioannes Baptista, fugiens hominum turbas, ut liberius vacaret*
Opmerus. *Deo, ab annis puerilibus delituit.* Petrus Opmerus de eodem Ioanne in opere Cosmogra-
Adricomius. phico: *Versabatur circa Iordanem, ubi torrens Carith in flumen decurrit.* Adricomius in Descrip-
tione

tione Beniamin n. 98. *Quarantena desertum inter Ierusalem & Iericho incipit, iuxta Anathot, & extenditur supra Galzala, usque ad deserta Thecue & Engaddi, iuxta mare mortuum: hic commoratus est* Ioannes *Baptista.* Ferdinandus Vellosillus in Advertentijs Theologicis ad S. Ambrosium q. 13. *Iosephus lib.* 18. *antiquit. ait, ante Christi adventum fuisse in deserto* Iudaæ *collegium Essenorum, more nostrorum Religiosorum Anachoretarum, qui Sanctissimam ducebant vitam, ab uxoribus abstinentes, quorum institutum secutus est* Ioannes *Baptista.* Dominicus Soto in 4. sent. dist. 30. q. 2. art. *Veritas est, ante Christi adventum, Essenorum Collegium in deserto* Iudaæ, *more nostrorum Anachoretarum sanctissimam degisse vitam, ab uxoribus prorsus, & ab omni fæmineo conspectu semotissimam: quorum institutum secutus est* Ioannes *Baptista.* Et Carthagena Tom. 4. Homiliarum Homil. 2. obiectione 10. *Sine dubio* Ioannes *vitam egit in desertis illis inter filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Eliæ disciplinam profitebantur.* Gillemannus Can. Regul. Ordinis S. Augustini in Martyrologio ad diem 39. Augusti. *Hic Ioannes Baptista vitam Eremiticam, ab Elia institutam, adhuc puer assumpsit.* Adrianus Adrianus lib. de orig. Monastices cap. 2. *Iudæorum meliores, Eliæ atque Elisei Discipuli, Esseni appellati sunt.* Et infra: *unde liquet hos Essenos, vel Hessenos, ipsos esse filios Prophetarum, de quibus cap. anteced. dictum fuit: qui quidem diversis in locis, temporum decursu admodum multiplicati, usque ad Christi Domini tempora, in prima sua institutione, vitaeque spiritualis amplexu, multis annorum centurijs constantissimè perstiterunt.* Perpende bene, dum his Crescentius contradicit, alijs ex ipso relatis *n.* 833. & 845. contradicat, necesse est.

Vellosillus.
Sotus.
Chartagena.
Gillemannus.
Adrianus.
Crescentii contradictio notatur.

852. Dic obsecro, mi Crescenti: numquid illi sunt boni Authores? Statim tamen superaddemus plures. Numquid S. Scripturâ testante, ipsemet Eliseus & filij Prophetarum ædificaverunt Monasteria circà Iordanem? Numquid tam illa, quàm Esseni, poterant dici Carmelitana, & Carmelitæ, nominis à Monte Carmelo, primæ fundationis loco, unde derivabantur, appellatione sumptâ? Numquid usque ad tempora Ioannis Baptistæ ibi perstiterunt Esseni, ac proinde Carmelitæ sensu statim dato? Certè nil istorum negare potes, aut bonus Author non es, præsertim cùm omnia ista non obscurè fatearis suprà *n.* 831. *§.* dicit. 2. & *n.* 833. Nec replicare potes, te admittere perstitisse quidem circa fluenta Iordanis, sed non in ipso Monte Carmelo: quia replica hæc efficaciter præoccupata est suprà *n.* 838. Tollis domum & contiguas appendices per se stare relinquis: quô bonô Authore? nullô: certè non potuit Idololatriæ igne domus cremari, quin flammas sentirent contiguæ appendices: non senserunt per te; ergò nec domus. Perpende insuper, an non S. Scripturæ *n* 850. citatæ contradicas.

Argum. ad hominem.

853. Respondeo 3. Essenos, tam qui post Christum in Alexandria & Ægypto, quàm qui in Palæstinâ ante Christum, suam primam originem è Carmelo, tamquam rivos à fonte, deducere: De Palæstinis quidem liquet ex statim dictis. De Alexandrinis verò & Ægyptijs constat ex Isidoro Hispalensi lib. 2. de Offic. cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, huius propositi Princeps Elias, & discipulus eius fuerunt &c. huius etiam propositi in Evangelio Ioannes Baptista extitit &c. Iam deinde progeniti sunt conversationis huius nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, cæterique Patres &c. ad imitationem scilicet Eliæ & Ioannis Baptistæ, qui eremi secessus penetrarunt.* Hieronymo Epist. 13. ad Paulinum, ubi eadem ferè habet: *Nos autem habeamus propositi nostri Principes, si ad Scripturarum authoritatem redeamus, Princeps noster est Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum. Huius etiam in Evangelio Ioannes Baptista author extitit. Deinde progeniti sunt huius Conversationis nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per universum mundum adolevit sancta Institutio Monachorum.* Laurentio Beyrlinck tom. 6. *Theatri vitæ humanæ* lib. 16. *verbo* Religio: *Igitur ut Elias Religionem Carmeli inchoavit in lege veteri, sic in nova Ioannes circa Iordanem, B. Enoch quidam* (puta de

Solutio 3.
S. Isidorus Hispalensis.
Hieronymus.
Beyrlinck.

Arimathaim, uti *n.* 682. vidimus) *in Carmelo eam continuaturi, alijsque post se tradituri.* Ioanne Bonifiacio Hist. Ierosolymitanæ lib. 2. de B. V. cap. 2. *Attamen quidam nomine Enoch Carmelitus in Christo colendo feliciter antevertit, qui D. Marci comes fuisse affirmatur, & fortasse consors in illis Evangelicis Cœnobitis, quos Alexandria omnium prima vidit, ordinandis.* Ioanne Paleonydoro de antiq. & sanctim. Eremit Montis Carmeli lib. 2. cap. 2. *Itaque Marcus, assumpto Enoch Eremitâ montis Carmeli, cum Evangelio, quod ipse confecerat, perrexit in Ægyptum, ubi constructis Monasterijs, & fratribus religiosè institutis. Enoch ad Terram Sanctam post martyrium S. Marci reversus, in Monte Carmelis contemplationi & orationi vacans. die 7. mensis Iulij diem clausit extremum, ubi anno Dom. 64. à fratribus digne cum honore traditus est sepulturæ: nam cum in primordijs fidei, pauci quidem, sed probatissimi Monachorum nomine censerentur, à B. Marco, qui priùs Alexandriæ præfuit, suadente Enoch Marci discipulô, normam suscepêre vivendi &c.* Carthagena lib. 17. Homiliarum, Homil. 2. ad Object. 8. *Necessariò fatendum est Essenos, etiam ab Elia & Eliseo, sive filijs Prophetarum, eorum successoribus, premanasse, quod præterea nominis demonstrat Etymologia: nam licet demus Essenos à vita sanctitate esse nuncupatos, quod voluit* Chrysostomus Homil. 44. in Acta Apostolorum, *idque Philo in libro cuius titulus est* quod liber sit probus; *apertè significat tamen, si nominis Etymologia attentè consideretur, Essenos, sive Essæos, ut alij volunt, ab Eliseo potiùs dictos, quasi Elisenos, veriùs, apparet: quæ denominatio placuit etiam doctissimo Henrico Henriques nostri temporis Authori gravi ac perdocto in 2.* tom. lib. 12. cap. 5. in Glossa litt. B. *ubi inter alia dicit:* Ab Elia fertur Essenorum Religionem ortum habuisse in Monte Carmelo.

Paleonydorus

Chartagena.

Esseni ab Elia.

Ipse Crescentius favet Authori.

854. Sed quid istis immoror? Ista adeò certa sunt, ut vel ipsum convincant D. Crescentium, *ibidem n.* 31. scribentem: *Essæi, quos videbimus in Palestina sub Iacobo, & in Ægypto sub Marco in Evangelica fide florere, multum tribuunt antiqui: Scaliger scribit ipsos à filijs* Prophetarum *descendere, vocatque Esdram illorum promotorem. Ioseph Iudæus nominat ipsos antiquæ secta & vitæ contemplativæ, cœlibis & solitariæ, devotos,* &c. *S. Hieronymus, S. Nilus, Suidas, Cedrenus, & alij apud Serarium* in Trihæresio lib. 9. cap. 9. & lib 5. Minerv. cap. 17. *Agnoscunt ipsos Essenos originem habere à Rechabitis, qui à diversis antiquis Scriptoribus, & à Gaspare Sanchez* in c. Regum 10. n. 15. *sunt approbati pro veris Religiosis & Monachis, descendentibus ab Elia &* Eliseo. *Bolducus,* &c. *Cedrenus in compendio de S. Marco* fol. 163. in Claudio *scribit: Monachos* Evangelicos, *qui in Ægypto post S. Marcum* Evangelistam *floruerunt, fuisse Essenos, Hebræos, & antiquorum* Prophetarum *tenuisse institutum. Leander* &c. *deducit ab* Elia *Conventus omnes & modos vivendi religiosè in Oriente* &c. Quomodò autem D. Crescentius his suâ prætent. *Numquam* &c. non contradicat: non video.

Crescentij contradictio notatur.

Eusebius.

855. Adde 1. Eusebium Cæsariensem lib. 2. Hist. Eccles. cap. 3. *Iam inde quamplurimi, & alij ex gentibus apud Antiochiam ad fidem veniunt, eorum* (scilicet Eliani instituti cultorem) *prædicatione pertracti* &c. *per quos & apud Antiochiam florentissima congregatur Ecclesia, in qua erant etiam* Prophetici *Ordinis viri quamplurimi.* Hæc reperies in impressione Basileana apud Henricum Petri, & Lezana *Annalium tom.* 1. *Apparatus capite* 2. Alioqui in alio exemplari Bibliothecæ nostræ Mechliniensis hæc lego: *At enim divinâ iam gratiâ in reliquas etiam gentes effusâ, & primum quidem in Cæsarea Palæstinæ. Cornelio cum tota domo, & per divinam apparitionem Petrique ministerium, fidem* Christi *complexô, ac multis etiam alijs in Antiochia Græcis, quibus, qui in persecutione Stephani dispersi fuerant, prædicaverunt, florente iam ac sese multiplicante apud Antiochiam Ecclesia, & quamplurimis illic à Ierosolymis quoque* Prophetis (id est filijs Prophetarum) *cum quibus erant* Paulus *& Barnabas, comparentibus: ac propterea reliquâ quaque fratrum ibi multitudine existente, primum illic* Christianorum *nomen, veluti è terra virenti ac fertili exortum est: & Agabus ibi unus ex Prophetis, qui illic erat, de futura fame vaticinatur.* Do Eusebij verborum rationem, quæ ad rem nostram facit: ipse postea cap. 17. subdit. *Propheticam vitam ducebant.* Infrà: *Habete & Commentarios Prisco-*

Aliter.

*Priscorum virorum, qui, cùm hæreseos ipsorum* (id est Ordinis sive Congregationis, sumpta hæresi in bonam partem, ut patet ex seq) *duces essent, multa in forma rerum allegoricè traditarum post se monumenta reliquerunt, quibus tamquam Archetypis usi, propositi illorum imitantur rationem* &c. *Verosimilè autem est commentarios illos Priscorum virorum, quos apud eos fuisse dicit* (Philo) *esse Evangelia, & Apostolorum scripta, & quasdam antiquorum Prophetarum expositiones.* Clarius Ruffinus Hist. Eccl. lib. 1. capi 5. *Ex eorum numero* (*& si quid adhuc eminentius*) *fuisse dicitur etiam Spiridion Cyprius, vir unus ex Ordine Prophetarum, quantum etiam nos eorum, qui eum viderant, narratione comperimus: hic Pastor omnium etiam in Episcopatu positus permansit.* Ne autem D. Crescentius velit Spiridionem istius Ordinis dictum, à spiritu Prophetico, non à Religione, obstat 1. Communis istius temporis acceptio, verbis Eusebij, *Propheticam vitam ducebant*, satis insinuata. 2. Quod Ioannes XLIV. in lib. de Instit. Monachorum sæpiùs per *Ordinem Prophetarum*, *Prophetalem*, *Propheticum* &c. significet *Religionem*; Ruffinus autem illi fuit familiaris, & ab eo phrasim illam mutuare potuit. 3. Quod Beda, Ado, Usuardus in suis Martyrologijs *ad 14. diem Decembris*, & Petrus de Natalibus *lib. 1. cap. 66.* dicant (quod *Propheticam duxerit vitam*; hancque de illo orationem in ejus Officio legimus: *S. Spiridonis Confessoris tui atque Pontificis, nos Domine festa tueantur, & sicut ille Religionis à Propheta Elia instituta, orationibus & operibus fuit fidelis imitator, ita nos eius sequentes vestigia, cum eo te perfrui valeamus.* Per hæc autem non intendimus Spiridionem fuisse Monachum Ordinis Prophetarum in Palæstinâ, aut ante Episcopatum; quia nobis sufficit, quod fuerit Monachus Ordinis Prophetarum, instituti ab Elia in Monte Carmelo, postmodum in Cypro propagati; quodque, uti Ambrosius Mediolani, Savinus Placentiæ, & sic de alijs Episcopis alibi, fuerit in Episcopatu Monachus, & quidem ipse dicti Ordinis Monachus. Vnde corruunt Argumenta, quæ D Crescentius ibidem *n. 155.* contra congerit.

Ruffinus de Spiridione.

Item alij.

856. Quid de Agabo? Patet ex Eusebij dictis, ipsum eadem ratione dici debere Ordinis Prophetarum, quâ Spiridion: Sic Eusebium intellexit Luitprandus fragment. 256. *mihi valde probabile est, & legitur in Orientis Historijs Elpidium & reliquos Episcopos, quos traxerat S. Iacobus in Hispanias, & ab ipso Iacobo Baptizatos, fuisse de numero Carmelitarum, qui in Hispania, & per alias Regiones Monachatum introduxerunt. Istos vocat Eusebius lib. 2. cap. 3. Prophetici Ordinis.* Dorlandus in vita S Annæ cap. 6 ait. *Agabus ad Carmelitas se contulit, ubi sanctam vitam vixit, usque ad Apostolorum prædicationem, quâ illis, ut eorum attestantur actus, coniunctus est.* Cap. 11. actuum legitur: *In his autem diebus supervenerunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam, & surgens unus ex eis, nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnam futuram in universo Orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio.* Illud, quod de Elia dicitur Eccli. 48. *Qui Prophetas facis successores post te.* Penè omnes SS. Patres, & alij, de Monachis intelligunt, quô sensu Hieronymus Epist. 13. ad Paulinum: *Noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum* &c. Illudque Malachiæ cap. 4. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam*; sic explicat: *mittet Dominus in Elia omnem Prophetarum chorum.* Ipsemet D. Crescentius approbat *ibidem n. 25.* scribens: *S. Petrus Damianus pro indubitato scripsit: certè nostri Ordinis Professores fuerunt greges Prophetarum.* ubi *n. 26.* subdit verba S. Hieronymi ad Rusticum: *Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri testamento legimus* &c *n. 30.* autem: *de Daniele Iustinianus in Chronicis S. Dominici, & Nicolaus Bertrandus in Chronicis Tholosanis referunt, miraculosam cuidam Episcopo revelationem, quod in habitu Monachali subruso ad usum Eliæ apparens dixerit: Omnes ferè Prophetæ huius Religionis fuimus à tempore Samuelis.* Et Abulensis in 1. Regum cap. 19. q. 31. scribit: *pro quo considerandum, quod in veteri Testamento, cum esset unicus locus Sanctuarij, omnes homines, qui volebant vacare contemplationi, & divinis laudibus, non poterant convenire in templum illud, sed fiebant diversa Collegia per terram Israël, & in quolibet eorum erant multi viri, qui specialiter vacabant contemplationi in comparatione ad alios homines, sicuti nunc sunt Religiosi in comparatione ad Secu-*

Quid de Agabo? Luitprandus.

Dorlandus.

Hieronymus.

Crescentius favet Authori.

Abulensis.

*ad Seculares, & isti in illis Collegijs vacabant studijs Sapientiæ, & doctrinæ, & disciplinæ legis, & addiscebant facere cantica divinæ laudis, & illa faciebant. De his erant aliqua Collegia tempore Samuelis,*

Actor. 3. de filijs Prophetarum. *& omnes, qui erant in illis, vocabantur Prophetæ.* Quidni igitur & tempore Apostolorum, iuxta illud Act. 3. *Et omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps, qui locuti sunt, annunciaverunt dies istos. vos estis Filij Prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus* &c. Agabum Ordinis Prophetici Professorem agnoscunt, omissis alijs, Onuphrius Menescalus in concione

Mantuanus. *B. M. de Monte Carmelo.* Carthagena tom. 4. *Homiliarum Homil. pro Carmelitis*, & canit Poëta Mantuanus *Parthenices Marianæ lib.* 3. de Agabo.

*Incola Carmeli vixit, tandemque voluto*
*Tempore, cum magno fidei mysteria Paulo*
*Edidicit: Mariæ primus cum Patribus ædem*
*Vertice Carmeli posuit &c.*

Myræus de antiquit. Ord. 857. Adde 2. Aubertum Myræum authorem celeberrimum in *Tract. de Origine & Increment. Ordinis Carmel.* ita scribere in præfatione. *De Sacro Carmel. Ordine verba facturus, pauca quædam de huius instituti Origine, atque antiquitate præfabor: anno ante Christi ortum circiter* 930. *Elias Propheta Clarissimus in Carmelo Syriæ Monte, quem cultu suo fecit insignem, prima instituti Monastici fundamenta iecit, quæ gravissimorum Patrum consensio est. S. Hieronymus ad Paulinum, Ioannes Cassianus lib.* 1. *cap.* 2. &c. *Nec Palæstinæ Syriavè tantum finibus cælestis institutio circumscripta est: in Ægyptum enim temporis excursu, lectissimæ gentis Colonia, quos Essenos nuncupabant, deductæ sunt, ut Eliæ imitatione Alexandria quoque clarescerct. Quidquid enim Orientis Austriique* Primores, *quorum genere Monachorum cœtus gloriantur, tradidère: quidquid etiam ab Oriente in Occidentem extat invectum, non minimâ ex parte institutionis Eliæ quædam expolitio, & ad nationes diversas coaptatio est. Card. Baronius in Annot. ad Martyrologium Rom. die* 20. *Iulij. Genebrardus in*

Philo. *Chronol. lib.* 1. *an.* 3272. *& alij.* Audi Philonem lib. 2. de vita contemplativa cap. 1. *Hoc genus reperitur in multis orbis Regionibus, meritò ut absolutæ probitatis receptum à Græcis, atque Barba-*

Eusebij Interpres. *ris, maximè tamen in Ægypto,* seu ut Eusebij Interpres lib. 2. Hist. Eccles. cap. 17. *In multis orbis terræ partibus hoc genus hominum: oportebat namque perfecti boni participem fieri omnem Græ-*

Gravina de successoribus filiorum Proph. *ciam, omnemque Barbariam.* vide *Scutum VII. & XIII.* unde meritò Dominicus Gravina in *libro de voce Turturis p.* 2. *cap.* 15. Præmissâ filiorum Prophetarum usque ad tempora Apostolorum continuatione: *Successerunt autem eis illi, qui supra Eliæ institutiones alias supererogaverunt, fortè ab Eliseo eorum Magistro acceptas. Hi fuerunt Esseni, S. Marci Evangelistæ postea legibus & instructionibus instructi, vitæ monasticæ præcipui cultores, Apostolorum prædicatione ad fidem Christi conversi: ab his porrò Monachorum agmina in Egyptum & Palæstinam descendisse, Doctores & Historici tradunt.* Vide Cassianum infra. *n.* 876.

858. Respondeo 4. Licèt Hieronymiana Congregatio verè fuerit filia Eliæ, Elisei

Solutio 4. & Ioannis Baptistæ, imò & S. Antonij aut Hilarionis: an obinde sola fuit Hieronymiana Congregatio, quæ ab istis Patriarchis restaurantibus, reformantibus, aut illustrantibus Eliæ Prophetæ Institutum, processit? Certè, nisi omnes SS. Antonij, Hilarionis, Pachomij, Macharij, & aliorum Hieronymi prædecessorum, congregationes ad unam *Bethlemiticam*, pro quâ *Hieronymianam* accipit, restringat, non est, cur potius antiquos Carmelitas faciat huius Congregationis, quam cuiusvis alterius hanc præcedentis. Deinde manifestum est, quod *Eliani* dici possint *Carmelitæ* à Carmelo suæ Institutionis & fundationis primæ loco, uti Hieronymiani à D. Crescentio dicuntur *Bethlemitæ* à Bethleem suæ Eliani Instituti reformationis, aut illustrationis loco: sicut autem *Carmelus* non est *Bethleem*, ita nec *Carmelitæ* dici possint *Bethlemitæ*; ac pro-

ac proinde nec *Hieronymiani*, licet hi è contra dici possint Carmelitæ à Carmelo suæ Institutionis & fundationis primæ loco, pro quo *Bethlem*, nec Carmelitæ, nec Hieronymus, nec Sanctorum ullus, agnoscit. Vnde, quod D. Crescentius asserit *ab Essenis circa Iordanem & Alexandriam venisse Monachos SS. Antonij & Hilarionis, à quorum Discipulis S. Hieronymus Monachismum didicit, & habitum accepit inchoando reformationem Bethlemiticam*, Probat quidem contra ipsum pro nobis (datô, quod Esseni, ipsâ Elianorum in Carmelo institutorum propagatione, veri Carmelitæ, prout fuisse demonstramus. Vide Indicem verbo *Esseni*) S. Hieronymum fuisse verum Carmelitam, & verorum Carmelitarum usque ad ipsum continuationem, quam tamen infrà *Prætent. V.* negat, aiens: *In omnibus Historijs & vitis Patrum non reperitur continuationis Carmelitanæ vestigium.* Sed non probat, quod debet, tunc alios Essenos non fuisse, quam Hieronymum aut Hieronymianos, ut moderni Carmelitæ ab his, non verò ab illis, propagari debuerint. Sed de hac fabula, ut, quô alios continuò fabularum arguit, in se convertat Argumentum satis sit *Prætentio*.

## QVARTA.

D. Crescentius ibidem n. 33. *Baronius, Scriptoresque indifferentes, rident illos, qui Carmelitam faciunt S. Cyrillum Alexandrinum, & sicut videbimus nomen* Carmelita *solum usurpari cœpit à quatuor, aut quinque sæculis, non aliter indicare possumus monitum Papæ Cælestini, quam somnium; non enim apud ullos alicuius notæ Scriptores reperitur, imò contrarium probabimus ad longum. Advertamus semel pro semper, quod Munoz, Corta, Alegre, & cæteri Chronistæ Carmelitani, probantes suam continuationem, afferant Acta plurima Sanctorum, quos solum dicunt Carmelitas, quia fuerunt Monachi; & ad probandum, quod fuerint in Carmelo, citant Authores illos, qui eos vocant Monachos & Eremitas, ita ut supponant, quod probare deberent, & solum probent, quod negat nemo. Multa prætermitto, ne videar scrupulosus nimium, & nimis affectatè subtilizans.* Obiectio 1. contra Cyrilli Alex. Carmelismum. Contra probantes ex Monachis Carmelitas.

## SOLVTIO.

859. REspondeo 1. pro S. Cyrillo, & ad Em. Baronium, sufficienter responsum suprà *n.* 654. *ad* 657. 661. *ad* 667. Deinde benignius expositâ mente Em. Baronij *an.* 676. *ad* 701. ostendimus n. 690. 700. & 701. illum in Carmelismo Cyrilli nobis, nequaquam D. Crescentio favere: insuper tamen vide infrà *n.* 896. De P. Alegre vide *n.* 830. eius enim (quem immeritò hîc & ubique nobis opponit) dicta leviter, aut temerariè (post operis eius, cui titulus *Paradisus Carmelitici Decoris* inhibitionem) pro nullis, & non dictis habeo, pro ut ab omnibus habenda censeo: unde ne vel semel illum in toto hoccè *Armamentario* à me citatum reperiet. Res sanè indigna, propter unum, totum Ordinem aggreditur, quô iure posset propter unum Calvinum, & tot alios Errones, totam culpare Ecclesiam, uti & propter unum Iudam, omnes Apostolos & fideles Christianos, & sic de alijs. Intereà priusquam D. Crescentius hæc & similia scriberet, omninò explicare debuisset, quid per vocem *Carmelita* intelligat, nè alioqui, uti Mulierculæ, de solo nomine disputemus, & in reipsâ conveniamus. Vel enim per vocem *Carmelita*, quæ à loco sumitur, intelligit illum solum, qui in ipso Montis Carmeli Monasterio vitam sub Eliæ instituto duxit Monasticam: vel etiam illum, qui in aliquo Monasterio ab illo instar rivi à fonte dirivato, vitam sub Eliæ instituto duxit Monasticam: vel denique illum dumtaxat, qui in hoc, vel illo Monasterio Carmelitano sub Regula à S. Sede pro Carmelitis approbata vixit? Solutio 1. quoad Cyrilli Carmelismum. Argum. ad hominem.

Rejicitur pro 1. parte.

860. Non primum: Quia alioque eorum, qui numquam in Montis Carmeli Monasterio, à quocumque, quovis tempore, fundato, vitam duxissent Monasticam, nulli possent dici *Carmelitæ*; ac proinde nullus nostrûm, qui in illo non vixit, dici posset *Carmelita*, quod indubiè ipse non dixerit: quandoquidem ipsemet *n.* 159. scribat *adducuntur multi Authores ab Allegre, Coria, Saraceno, qui non probant prætensam Continuationum* (hanc nos infrà probabimus,) *solum dicunt* (hæc eius confessio hîc nobis sufficit,) *quod Carmelitæ à Carmelo vocentur, quod venerint à Carmelo; quod in Carmelo fuerit Elias, & sub Patrocinio Eliæ Carmelitarum Ordo sit exortus: totum est verum, non negamus, si solum sensu diviso cum debita interpolatione, & in tali differentia temporis* (hanc, dixi, restrictionem efficaciter infrà reijciemus) *omnia intelligantur.* Et n. 161. pag. 165. col. 2. *Totus ille liber Munoz est in probando, quod omnes antiqui Monachi, S. Antonij specialiter, S. Basilij, S. Benedicti, S. Augustini, & S. Hieronymi, essent unius Ordinis Monastici cum Carmelitis Eliæ. Cum illis Eliæ; concedo, sed non cum his nostri temporis.* Prima pars ad intentum nobis sufficit, & ex ea saltem sequitur, S. Cyrillum Alexandrinum, & sic consequenter de Ioanne XLIV. posse ex propria Confessione D. Crescentij dici *Carmelitam Eliæ* vide suprà *n.* 826. Arnoldum Bostium & *n.* 874. *ad* 887. ac Synopsim *n.* 18. Pergamus igitur.

Rejicitur pro 2. parte.

861. Si secundum (quod evidenter involvit D. Crescentius, tum in his, quæ statim ex ipso retulimus, tum in illis quæ *n.* 836. ex eodem præmisimus, ab omnibusque tamquam indubitatum recipitur; quia alioqui nullum Monasterium, in quo non vixerit S. Antonius, S. Basilius, S. Augustinus, S. Hieronymus, S. Dominicus, S. Franciscus &c. dici posset Antonianum, Basilianum, Augustiniaum, Hieronymianum, S. Dominici, Franciscanum &c. nec consequenter ulli, extra illud professi, dici possent Antoniani, Basiliani, Augustiniani, Hieronymiani, Dominicani, Franciscani &c. quod est inauditum, & fabulosum contra mentem omnium, & ipsiusmet D. Crescentij, qui se multoties *Hieronymianum* vocat, licèt extra Bethlem in Italia professum) Sequitur, S. Cyrillum Alexandrinum, & sic consequenter de Ioanne XLIV. posse dici *Carmelitam, Ordinis Carmelitarum* &c. licèt in ipso Montis Carmeli Monasterio vitam non duxerit Monasticam, nec in eo professus sit, sed extra in aliquo alio, ab eo instar rivi à fonte derivato: hoc autem nobis sufficit; & si plus requiratur, quod negamus, id ipsi probare, statimque dicta enervare, omninò incumbit; istud tamen adiectum utrique, sufficienter ostendimus *Pharet. ult. Telo* 2. Si fortè requirat insuper, Ordinis Continuationem in Carmelo, quæ istorum tempore non fuit: de hac infrà *n.* 874. *ad* 887. commodius agemus. Quæro intereà: an Monasterium primæ fundationis SS. Antonij, Basilij, Augustini, Hieronymi &c. adhuc extet, aut extare debeat, ut moderni Antoniani, Basiliani, Augustiniani, Hieronymiani &c. dicantur simpliciter tales & eiusdem Ordinis cum illis, qui extra illud, dum extaret, in alio ab eo derivato professi sunt? Si respondeat modò non extare, nec extare debere, ut &c. Idem respondemus de Monasterio Montis Carmeli, ut S. Cyrillus & Ioannes XLIV. simpliciter dicantur *Carmelitæ*, & eiusdem Ordinis cum illis, qui extrà illud, dum extaret, in alio, ab eo dirivato, professi sunt. Si verò respondeat, extare, & debere. Primam partem pro somnio habemus; imò & secundam, haud secus quàm, quod nullius filius vivat hic, aut alibi, mortuô Patre; aut ramus vitis radicatus, abscissâ origine, vitis eadem non dicatur, & sit, uti probant botri & racemi.

Sequela pro Cyrillo Alexandrino Carm.

Quæstio ad hominem.

Rejicitur pro 3. parte.

862. Non denique tertium: Quia saltem quatuor primis sæculis, nec Regula scripta, nec S. Sedis Regulæ, aut Ordinis approbatio requirebatur, uti efficaciter probavimus *Pharetra V. & VI.* Nec probabit unquam Regulæ aut Or-

dinis

dinis SS. Antonij, Basilij, Augustini, Hieronymi &c. talem isto tempore fuisse S. Sedis approbationem. Vide dicta *n. 616. ad* 619.

863. Respondeo 2. Nomen *Carmelitæ* longè frequentius ante quatuor, aut quinque sæcula, usurpatum, quam nomen *Hieronymiani*, aut *Bethlemitici*, quod sibi & suis D Crescentius arrogat, uti ostendemus infrà, dum illud probatum exhibuerit: Monitum verò Celestini Papæ 1. iubente D. Virgine factum Cyrillo Alexandrino, ut contra Nestorium Concilio Ephesino præsideret, suo authori relinquo; quia neque apud Wastelium in *Vindicijs*, neque apud Lezanam in *Annalibus* Ordinis, neque apud Danielem à Virgnie Maria in *Vineâ Carmeli*, vel solum illius vestigium reperio.

Solutio 2. quoad nomen Carm. &c.

864. Respondeo 3. Chronistas Carmelitanos, probantes suam continuationem afferre acta plurima Sanctorum, non qui nos solum dicunt *Carmelitas*, quia fuimus Monachi; sed quia Eliam & Eliseum vocant Principes suos, & eorum religiosè vivendi normam, aut Institutum, è Carmelo ad se derivatum amplexati sunt, uti infrà *n.* 874. *ad* 887 ostendemus: hos autem reipsâ fuisse *Carmelitas*, potuisse vocari *Carmelitas*. & debuisse, si denominatio à loco suæ Institutionis & fundationis primæ sumpta fuisset, *ibidem* confirmabimus, & fatetur ipse D. Crescentius, dum suprà *n.* 831. S. Hieronymum & suos antiquis Carmelitis annumerat: adeò enim patens est veritas, ut illam quoque fateri debuerit. Si verò id sit *supponere, quod probare debemus, & solum probare, quod nemo negat*, iam vicimus, quia talium Carmelitarum continuatio ad Ordinis ab Elia successionem continuam abundè sufficit, licèt aliam superaddamus in ipso Monte Carmelo à tempore Eliæ successionem hæreditariam, iam satis evictam usque ad Christi sæculum quartum per authoritates contra *Prætentionem* 1. *&* 2. præcitatas. Sed de illa iterum infrà, ut dixi. Quarè sit Prætentio.

Solutio 3. quoad probantes ex Monachis Carmelit.

## QVINTA.

865. D. Crescentius ibidem n. 155. *In omnibus Historijs & vitis Patrum (observantibus Margareno, Baronio, Bellarmino, & Magistro S. Palatij* in Ind. lib. expurg. ubi de Ioanne Ierosl.) *non reperitur continuationis Carmelitanæ vestigium: tacent Eusebius, S. Hieronymus, Ruffinus, Evagrius, Heraclides, Cassianus, Palladius, Cyrillus Historiographus, Climacus, Sophronius, Ioannes Moscus, Dorotheus, Antiochus, Theodoretus, Cedrenus, Socrates, Zozomenus, Metaphrastes, Cassiodorus: quales sunt isti! Et omnes Alij per multa post Basilium, Hieronymum, Augustinum & Benedictum.*

Argumentum Crescentij ab auth. neg.

866. *Frustrà nititur Allegre nodum solvere.* Primò: *demonstrando, quod præfati Authores, Eliam & Eliseum statuant Monachatus Principes, multosque commemoret Monachos & Eremitas, qui vivebant circa fluenta Iordanis.* Secundò: *dicendo, quod Authores illi non egerint de omnibus, sed de solis sibi notis agere voluerint. Verum, uti prima ipsius Responsio non est ad propositum; quia nec Baronius, nec Bellarminus, nec Margerenus, vel Magister sacri Palatij, unquam negarunt continuationem Monachatus ab Elia certissimam, licèt negarint factam in Carmelo: ita parum valet secunda; quia, si inter paucos illos notos tantis Patribus, nemo Carmelitarum illis fuit notus, non erat ergo tam florens Carmelus, ut ab illo dependissent Hieronymus, Basilius, Cyrillus, ut vult Allegre.*

Præoccupat solutionem.

867. Vlterius: *Si apud Hieronymum, & pauci apud Palladium & Evagrium, iungantur cum paucis, qui sunt apud Theodoretum, citò habebimus illos multos, qui habentur partim in Metaphraste, partim in Cassiodoro, Nicephoro, & tot alijs, apud quos semper sub silentio habentur* Carmelitæ. *Si dicat Allegre, quod tunc non apponebantur tituli: dicit bene, sed non ad rem; quia adhuc Manifestum est, non posse probari prætensam suam Antiquitatem.*

Prosequitur argum. auth. neg.

868. Vltra hoc: *Sicuti, Cyrillus, Hieronymus, Palladius, Cassianus, Ioannes Moscus, & alij memi-*

Pro eodem

quædam addit. *meminerunt Monasteriorum Bethlemiticorum, quæ scimus fundata à S. Hieronymo, S. Paula, S. Melania, & alijs multis sequacibus & discipulis illorum, quos uti in vita Theodosij, Sabbæ & Euthymij legimus, certissimum est dilatatos esse per totam Palæstinam & Egyptum: in quo ego me remitto ad opera S. Hieronymi, & ad scriptores vitæ ipsius, & ad ipsum Allegre, omnesque Historicos Carmelitas. Quare ergò tam multi Authores, quorum magna pars ab ipsomet Allegre nominantur Carmelitæ, si se non voluerint vocare Carmelitas, ad minus de aliquibus non dixerunt, quod vixerint in Carmelo, aut vixerint istis vel istis temporibus? Et si id non dixerint illi antiqui, vellem scire* [illegible] *de id sciverit Allegre cum modernis, sed videbimus, quod Carmelitæ dicant, quod tunc temporis usurparetur* Carmelitarum *titulus.* Inauditum Carmelitarum nomen *scribit pius & doctus Card. Bellarminus in* Ioan. Ierosol. *Palladius scribit vitas Patrum, quos vidit, & scribit loca, ubi reperiebantur* in Epist. ad Principem sæcularem; *numquam loquitur de fratribus habitantibus in Carmelo, nec de Allegre Carmelitis; permitto ut alius totum percurrat librum, ibi inveniet loca habitata à Monachis, quos ille vidit, sed non inveniet Carmelum.*

Pro eodem Palladium & alios adducit. 869. *Audiamus ipsum Palladium* in Proemio Historiæ Lausiacæ *discurrentem:* considenranti autem quàm gratum sit Deo Sacrificium, lucrum animarum; visum est mihi, humili reverentiâ, pro possibilitate mea fraternæ saluti consulere, & Illustrium, non tantummodo virorum, sed etiam fœminarum mores & vitam ostendere, propalare virtutes, & miracula declarare: eorum scilicet, quos vidi, & de quibus audivi, cum quibus & conversatus sum, tam in Ægypti solitudine, quàm & in Lybia, & Thebaide, & Cyrene, simul & qui dicuntur Tabenneositæ: Deinde & Mesopotamia, Palæstina, & Syria, atque eorum, qui in Occiduis Partibus Romæ & Campaniæ morantur. Desiderio siquidem humilitatis, & obedientiæ, auditor effectus Monasticæ Institutionis 33. agens ætatis annum, in Congregatione fratrum nihilominùs, & in solitaria vita diversatus sum. *Loquitur eodem modo Heraclides* in Principio sui *libri* Patrum, *Abbas Evrartus, Theodoritus,* Photius *& alij, & de Carmelo aut Carmelitis nullam Mentionem faciunt.*

## SOLVTIO.

Retortio in Crescentium. 870. RESpondeo 1. Nos ostensuros infrà *n.* 887. totam D. Crescentij Prætentionem directè contra ipsum militare, cum SS. Antonium, Basilium, Hieronymum, Augustinum & Benedictum fuisse *antiquos Eliæ* Carmelitas asserat, & vocet, ac sibi contradicat, ut vidimus *n.* 858. ut tamen ad singula sigillatim respondeam, prius notet sequentia.

Non obstat novitas nominis. Primò: Illud Augustini homil. 47. in Ioannem. *Sunt enim Doctrina Religionis congruentis verborum novitates, sicut & ipsum nomen* Christianum, *quando dici caperit, sicut scriptum est, in Antiochia primum post Ascensionem Domini appellati sunt Discipuli* Christi, *sicut legitur in Act. Apostolor. cap. 6. v. 26. Xenodochia & Monasteria postea sunt appellata novis nominibus; res tamen ipsæ erant ante nomina sua, & Religionis veritate firmantur, quâ etiam contra improbos defenduntur.*

August.

Burghklehner. 871. Secundò: illud Matthiæ Burgklehner Thesauri Historiarnm tom. 1. lib. 4. pag. 299. *Porrò licet de ceteris Iudaeorum sectis in Evangelio frequentissima mentio habeatur, nempe de Pharisæis, Saducæis, Galilæis, & Herodianis, utpote qui aliquoties Christo Domino se opposuerunt: de Essenis autem Omnis memoria silentio prorsus obvoluta remansit, nec ullibi legitur eos, aliquando, vel Domino, vel eius Apostolis atque Discipulis, vel minimum fecisse negotium. Et quod maiori admiratione dignum est, Ethnicorum Scriptores, qui ante Christum vixerunt, & diversarum gentium mores laudatissimos exactissimè prosecuti sunt, de Essenis, qui vita moribus alios facillimè superabant, ne verbum quidem scripsisse reperies, qui tamen claritate sua obscuri esse non poterant, quique planè ob oculos omnium in medio terræ constituti, alias gentes vitæ moribus, ut modò attigimus, facillimè antecelle-*

*tollebant. Huius rei rationem, cum nullam certam habeamus, coniecturis interdictis uti nolumus, rem totam Lectoris discretioni & Iudicio submittentes.* Et lib. 6. pag. 227. *Antiochia pristinum nomen* discipulorum, *hoc anno primum in Christianum mutatum est: unde* Christiani, *appellamur* act. 11. & 1. Petri. 2. *Huius rei S. Athanasius* in disp. contra Arium orat. 2. *Eiusmodi causam adfert:* Omnes, *inquit*, qui credebant in Domino nostro Iesu Christo, non Christiani, sed discipuli tantummodò vocabantur: & quia multi novorum dogmatum authores extiterant, Doctrinæ obviantes Apostolicæ, omnes sectatores suos *discipulos*, nominabant, nec ulla erat nominis discretio, inter veros falsosque Discipulos, sive Christi, sive Dosithei, sive Iudæ cuiusdam, sive Ioannis sectatores, qui se quasi Christi Ecclesiæ fatebantur, quin potius uno discipulorum nomine ferebantur: tunc Apostoli convenientes Antiochiæ (sicut horum, Luca testante, acta testantur) omnes Discipulos uno nomine, id est *Christianos* appellant, discernentes à communi discipulorum vocabulo, & ut Divini per Isaiam vocabuli sermo compleretur, quò ait: *Servientibus mihi nomen novum.* Isaiæ cap. 62. Porro & hoc ipsum nomen non post multum temporis hæretici æmulati sunt, Carpocratianique primum usurparunt, ut author est Epiphanius *heres.* 27. unde ad distinguendos veros à falsis, *Catholicum* nomen inventum est, illudque veris Christianis attributum. *Cyprianus* Epist 45. 52. & 76. *Et vera Dei Ecclesia in Symbolo Apostolorum* Catholica *cognominata: unde Pacianus Barcinonensis Episcopus, de quo plura S. Hieronymus in Cathalogo ad Sophron. de Catholico nomine*: ab Apostolis, *inquiet*, nemo Catholicus vocabatur, Esto sic fuerit, vel illud indulge, cum post Apostolos hæreses extitissent, diversisque nominibus columbam Dei atque regimen lacerare per partes, & scindere niterentur: nonne cognomen suum Ecclesia postulabat, quæ incorrupti populi distingueret Veritatem, ne intemeratam Dei Virginem error aliquorum per membra laceraret? Nonne appellatione propriâ decuit caput Principale signari? Ego fortè ingressus populosam urbem hodiè, cum Marcionitas, cum Apollinaricos, Cataphrygas, Novatianos, & cæteros huiusmodi reperissem, qui se Christianos vocarent, quo nomine Congregationem meam plebis agnoscerem, nisi *Catholica* diceretur? *hæc Pacianus.*

Mutationis nominis necessitas.

Cyprianus

872. Tertiò: illud Em. Baronij in Notis Martyrolgij Rom. ad diem 19. Octob. *complures Monachos sub Maximiano circa an. Dom.* 238. *Martyrio coronatos esse, non tantum ex Martyrologijs expressum habes; sed apud Eusebium hist. lib.* 8. *Porrò ipsum Monachorum Institutum non est recens; sed ab initio nascentis Ecclesiæ, ex his quæ scribit Philo de Essæis, & quæ habet Dionysius Areopagita, & alij facilè intelliges, licet nomen ipsum non adeò vetus fuerit.*

Baronius res antiqua, nomen novum.

873. Quartò: illud sapientissimi ac Religiosissimi viri Carthagenæ in serm. B. M. V. de Monte Carmelo. *Nec valet: in Evangelio animæ Christi descensus ad Inferos non habetur: ergo anima Christi non descendit ad inferos.* Et Em. Bellarmini lib. 2. de Rom. Pontifice Cap 8. *Respondeo nihil concludi ab authoritate negativa: non enim sequitur Lucas, Paulus, & Seneca non dicunt Petrum fuisse Romæ; igitur non fuit Petrus Romæ: non enim illi tres omnia dicere debuerant, & plus creditur tribus testibus affirmantibus quàm mille nihil dicentibus.* Adstipulatur Lezana n. 666. & præclarissimus Author Theophilus Raynaudus lib. de Scapul. Parthen. Carmel. P. 2. q. 1. *Mihi universa hæc ratiocinatio, scilicet Ab authoritate negativa, planè straminea videtur, & digna, quæ sibilis explodatur, usi sanè hac argumentandi imanitate Anabaptistæ asseverunt, narrationem de homine ad Piscinam probaticam sanato, fabulosam esse, & à falsario quodam intrusum in Ioannis Evangelium, cum nulla unquam fuerit Ierosolymis Piscina Probatica, quod probarunt, ductô argumentô ex Iosephi de ea piscina silentio. Ridet eam argumentandi ruditatem Toletus in caput* 4. *Ioannis Annot.* 3. *Simili modo, homo parum sobrius Vlricus Velenus inde probabat, falsum esse Romanum S. Petri Pontificatum, quod S. Lucas tam minuta de* Paulo *recenseat in lib. Actorum, siluerit tamen de S. Petri Romam appulsu, & collocutione cum* Paulo, *cum quo tamen non potuisset* Petrus *non agere, si ambo*

Bellarminus ab Auth. neg nihil concluditur.

Raynaudus deducit sequelas absurdas.

*simul Romæ vixissent: huius tamen argumentandi insulsitatem Ioannes Fischerus fuso pro Christo Sanguine, quam purpurâ clarior manifestè revicit. Et ipse Baronius in Martyrologio ad 23. Septemb qui apud Adversarium profertur velut crepido huius argumenti, rectè observavit S. Lucam in Actis pleraque reticuisse, quæ ex eius silentio insimulare falsitatis, ridiculum sit ac puerile* Et infrà pro S. Alexio (& idem est de S. Petro Thomasio ex dictis n. 809.) his præmissis: *hâc argumentandi subtilitate, narratio de vita S. Alexij arguetur fabulositatis: Quomodò enim tam clarâ luce Christianitatis, viventibus eô tempore S. Augustino, S. Hieronymo, Paulino, Severo, alijsque innumeris, nemo inventus esset, qui tantum Dei opus, tam insigne exemplar calcati seculi, vel syllabâ exaratâ attigisset, ante Metaphrastem, multis sæculis posteriorem.* Respondet: *Qui vitam S. Alexij* obinde *esse figmentum effutiret, non sibilo, sed fuste esset excipiendus; quia nimirum in ijs, quæ Antiqua traditione per manus accepta, nulli unquam perito, ac probo in dubium sunt vocata, absurdè ad fidem faciendam, Exposcitur Scriptor Synchronus.* Quæ omnia confirmantur ex Philosopho prioristicorum cap. 4. *Ex puris negativis nihil sequitur.* His itaque præmissis quæ abundè sufficiunt ad evertendum totam D. Crescentij & similium *prætentionem*.

Philosophus.

874. Respondeo 2. Vel Authores *n.* 867. citati, mentionem faciunt continuationis filiorum Prophetarum, Rechabitarum, Essenorum &c vel non, si prius reipsâ Continuationis Carmelitanæ mentionem faciunt, quia illi, utpote à Montis Carmeli Monasterio, tamquam rivi à fonte derivati, uti *Pratent* 4. probavimus, reipsâ erant, & verè vocari poterant, *Carmelitæ*, sumptâ appellatione à Carmelo suæ Institutionis & fundationis primæ loco, licèt appellati non sint Carmelitæ *res tamen ipsæ*, inquit Augustinus *n.* 847. citatus, *erant aute nomina sua, & Religionis veritate firmantur, quâ etiam contra Improbos defenduntur.* Si posterius: cum ex dictis *Pratent.* 4. certissimum sit ab Elia usque ad Antonium & ultra fuisse reipsâ (quidquid de mutato nomine sit) filios Prophetarum, Rechabitas, Essenos, &c. per derivationem posteriorum à Prioribus, eâdem ratione, quâ de his, qui certissimè erant, nullam fecerunt mentionem, de eorum Continuatione, reipsâ verè Carmelitana, siluerunt, nam *accessorium sequitur suum Principale*: & cum D. Crescentius Bonam rationem dederit silentij istius, eandem huius reddemus rationem: nam uti sapienter Burgklehner *n.* 871. citatus, *huius rei rationem cum nullam certam habeamus, coniecturis interdictis uti nolumus, rem totam Lectoris discretioni & Iudicio submittentes.* Lezanæ tamen & Wastelij coniecturas aliquas præmisimus *n* 670. quas ibi unà cum sui argumenti solutione anticipata videre poterit.

Solutio 2. ad hom.

875. Respondeo 3. Pro continuatione Carmelitana quoad rem ipsam, nobis non deesse æqualis, aut saltem non minoris, ponderis Authores. I. S. Scripturam *n.* 849. & 850. citatam vide Synopsim. 2 *Myræum & Waldensem, Iacobum Seglerum, & Genebrardum, Abbatem Ieropolitanum, & Petrum Spinerum, Adricomium & Ferdinandum Vallosillum, Dominicum Sotum, Gillemannum, & Adrianum Adrianium* ibidem *n.* 850. pro Continuatione Carmelitana usque ad Christum citatos. 3. pro eadem post Christum continuatione: *Isidorum Hispalensem & S. Hieronymum, Laurentium Beyerlinck & Ioannem Bonifacium, Ioannem Paleonydorum, Carthagenam & Henricum Henriquez n.* 852. citatos. 4. *Eusebium Cæsariensem & Ruffinum, Bedam, Adonem, Usuardum & Petrum de Natalibus* n. 854. & n. 855. *Luitprandum, Onuphrium, Menescalcum, & Baptistam Mantuanum.* Si verò authoritates illæ D. Crescentio nondum sufficiant, addat *Iosephum Antiochenum, iterum Ioannem Bonifacium & Wernerum Rolevinck* n. 838. citatos. Item *Balbinum* in Epistola ad Antoninum Imperatorem an. 140. exclamantem: *O Antonine inter mirabilia in hac Regione, Mons est Carmelus, in quo & vetus Religio & Sanctitas ab Elia antiqua est.* Antiquissima *Chronica Romana*, de quibus n. 80. *fuit tempore Prædicationis IESU Christi, quod Fratres de Monte Carmeli Ierusalem accesserunt, & quidam illorum anno septimo à passione Domini, regnante Romano Imperio usque ad tempus Titi & Vespasiani, apud Ierusalem in porta aurea religiosè consederunt; & tempore B. Petri Antiochia Cathedrali, ipsi in*

Solutio 3. ab auth. positiva.

Authores supra citati.

Balbinus.

Chronica. Romana.

*ipsi in circumquaque Regione adiacente, diversis locis Catholicè pro fide insistebant.* Conformiter loquitur Iosephus Antiochenus in speculo perfectæ militiæ primit. Ecclesiæ cap. 12. *Perfectorum militum Christi Apostolorum coadiutores surrexerunt viri strenuissimi, solitarij, contemplationi dediti; SS. Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmeli descendentes per Galilaam, Samariam, & Palestinam fidem Christi constantissimè sparserunt.* Thomam Ramay de Vergas Regis Catholici Historicum Bibliothecæ suæ n. 101. ex fragmentis Luitprandi (qui claruit circa an. Christi 960. *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita Monachus fuit, & in primâ Petri concione conversus ad fidem,* puta novi testamenti, *cum socijs multis venit in Hispaniam, & Toleti fundavit Monasterium Virginum & Monachorum.* Sigisbertum Gemblacensem (claruit an 1110.) In Hist. Ierosol. *Cum Carmelitæ in S. Pœnitentia perseverassent à tempore SS. Eliæ & Elisei Prophetarum, tandem Christum prædicantem audierunt; qui Religiosi fidem Catholicam confitentes, in Christo baptizati sunt; deinde perseverantes in Doctrina Apostolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, veritatis Evangelicæ nuntij fideles, & Religionis Christianæ legitimi Confessores legitimè effecti sunt.* Armacanum primatem Hiberniæ in Concione de Concept. B. V. coram Em. Card. cœtu anno 1341. *ut dicunt Historia fide digna, tempore Eliæ & Elisei, qui sæpius morabantur in Monte Carmeli, iuxta civitatem Dominæ nostræ ad tria milliaria, solebant homines devoti secretius habitare, usque ad tempora Salvatoris; & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apostolis, inter cæteros sunt conversi.* Scio quod Crescentius, *Iosephum, Balbinum, Luitprandum, Gemblacensem, & Armacanum*, uti *Ioannem XLIV. S. Cyrillum Constant. Tritemium* & alios, qui in favorem verissimæ nostræ antiquitatis scripserunt suspectos habeat: sed pro ipsis satisfaciemus infrà commodiùs.

Iosephus Antiochenus.

Thomas de Vergas, de S. Elpidio.

Gemblacensis.

Armacanus.

876. Nunc sufficiet ipsi opponere Cassianum, quem contra nos citat: hic enim in operum suorum *præfatione ad Castorem Pontificem*, scribit: *Poscis, præcipisque, ut Instituta Monasteriorum, quæ per Ægyptum ac Palæstinam custodiri conspeximus* &c. *In eo quoque præceptis tuis satisfacere studebo, ut si quid fortè non secundum typum Maiorum antiquissimâ Constitutione* (quæ illa, nisi Eliana, filiorum Prophetarum, Essenorum, è Carmelo accepta?) *fundatum; sed pro arbitrio uniuscuiusque Instituentis Monasterium, vel diminutum, vel additum, in istis Regionibus comprobavero, secundum eam, quam vidimus Monasteriorum Regulam per Ægyptum vel Palæstinam* (ante *ac* copulativam posuit, ita ut hic *vel* sonet *ac, &, etiam*) *antiquitus fundatorum* (quæ illa, nisi statim nominata quæ reipsâ, appellatione à loco, unde derivabantur, sumptâ, erant Carmelitana) *fideli sermoni adijciam, vel recidam: nequaquam credens rationabilius quippiam, vel perfectius, constitutionem novellam in Occiduis Galliarum partibus reperire potuisse, quàm illæ sunt, in quibus ab exordio prædicationis Apostolicæ, à Sanctis & spiritualibus Patribus* (quinam illi, nisi è Carmelo aut Eremis Palæstinæ ab eo dirivatis, descendentes, de quibus omnes præcitati authores?) *fundata Monasteria, ad nos usque perdurant* (nota continuationem ad tempus Cassiani) *Illam sanè moderationem opusculo huic inserere præsumam, ut ea, quæ secundum Egyptiorum Regulam, seu pro asperitate rerum, seu pro difficultate ac diversitate morum, Impossibilia in his Regionibus, vel dura, vel ardua comprobavero, institutis, Monasteriorum, quæ per Palæstinam vel Mesopotamiam habentur* (nota) *aliquatenus temperem.*

Cassianus.

Memorat. Regulam Monasteriorum Palæstinæ antiquitas fundatorum.

Pergit (nota bene contextum) *lib. 1. cap. 2.* scribens: *Itaque Monachum ut militem Christi in procinctu semper belli positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere: hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri Testamento Professionis huius fundavere primordia, Eliam scilicet & Elisæum, divinarum scripturarum Authoritate monstratur* (ubinam hi fundavêre ista primordia, nisi in Carmelo, Bethel, & alijs locis propè Iordanem?) *ac deinceps Principes Authoresque Testamenti novi, Ioannem videlicet, Petrum & Paulum, cæterosque eiusdem Ordinis* (nota) *viros taliter incessisse cognoscimus.* Ibidem: *Et idcircò hæc, quæ nec à veteribus Sanctis, qui huius professionis fundamenta iecerunt, neque à Patribus nostri temporis, qui eorum per successiones* (nota continuationem, usque ad tempora Cassiani) *instituta nunc usque custodiunt, tradita videmus exempla, ut superflua & inutilia*

Pergit Cassianus.

Elias fundator. Ordo Elianus.

Continuatio ad tempus Cassiani.

*& inutilia nos quoque resecare conveniet.* Et lib. 2. cap. 5. *Nam cum in primordijs fidei, pauci quidem, sed probatissimi Monachorum nomine censerentur* (quinam illi, nisi filij Prophetarum, Esseni, reipsâ Carmelitæ.) *qui sicut à B. Memoria Evangelista Marco*, (& Agabo de quo n. 854. & n. 855. comite) *qui primus Alexandriæ, ubi Pontifex præfuit, normam suscepêre vivendi: non solum illa magnifica retinebant, quæ primitus Ecclesiam vel credentium turbas in actibus Apostolorum legimus celebrasse* &c. *verum etiam his multò sublimiora cumulaverunt* (utique ab Elia & Ioanne Baptista *veteribus Patribus*, à quibus processerant accepta, antequam Alexandriæ à S. Marco, & Agabo comite, normam vivendi susciperent) *etenim secedentes in secretiora suburbiorum loca, agebant vitam tantò abstinentiæ rigore districtam, ut etiam his, qui erant Religionis externæ, stuperi esset tam ardua conversationis eorum professio: eô enim fervore scripturarum divinarum Lectionibus, orationique, & operi manuum, diebus ac noctibus incubabant, ut nec escarum quidem appetitus vel memoria, nisi alio, tertiovè die, corporis interpellaret inediam, cibumque ac potum, non tam desideratum, quàm necessarium, sumerent, & ne hunc quidem ante solis occasum, ut tempus lucis cum spiritualium Meditationum studijs, curam verò corporis cum nocte sociarent, aliaque his multò sublimiora perficerent, de quibus is, qui minus indigenarum relatione cognovit, Ecclesiastica Historia poterit edoceri* (quorum hæc professio & exercitia, nisi filiorum Prophetarum & Essenorum reipsâ Carmelitarum, è Carmelo & alijs nominatis locis ab eo dirivatis descendentium?) *Eâ igitur tempestate, cum Ecclesiæ illius primitivæ* (utique ex præfatis filijs Prophetarum, & Essenis reipsâ Carmelitis conflatæ) *Perfectio penes Successores suos* (numquid hæc Eliani Instituti extra Carmelum in partibus Alexandrinis, qualis modò in tota Europa Carmelitarum, reipsâ filiorum Prophetarum & Essenorum, continuatio?) *adhuc recenti memoriâ inviolata duraret, fervensque paucorum fides, necdum in multitudinem dispersa, tepuisset: Venerabiles Patres, pervigili curâ consulentes, quinam modus* (numquid hic norma suscepta à S. Marco, & Agabo reipsâ Carmelita ut vidimus supra?) *Quotidiano cultui per universum fraternitatis corpus decerni deberet, tractaturi conveniunt, ut hæreditatem pietatis* (numquid hæc est hæreditas, quam nos ab Elia & Eliseo tenere declarant Pontifices?) *ac pacis etiam successoribus suis absolutam ab omni dissentionis lite* (quam D. Crescentius absque fundamento positivo, & sic nullo, molestè nobis movet) *transmitterent: verentes scilicet, ne qua in quotidianis solemnitatibus, inter viros eiusdem culturæ consortes, dissonantia vel varietas exorta, quandoque in posterum erroris, vel æmulationis, seu schismatis noxium germen emitteret.* Numquid Ioannes XLIV. quadringentis circiter annis post, consortibus suis, filijs Prophetarum & Essenis, quos *Carmelitas* à Carmelo meritò vocavit, ad eorum (de quibus Cassianus suprà) *qui inutilia & superflua* aut potius Eliæ Instituto non satis conformia assumpserant, distinctionem, Regulam hortatoriam scripsit? quid ad hæc dicit D. Crescentius? numquid unus solus, præter citatos supra, Cassianus hæc dicens, prævalere debet omnibus ab eo citatis nihil dicentibus? Numquid fortè, sicut decipitur in Cassiano, probare possem quoque in alijs, quos citat, si vacaret legere, decipi? dicat, obsecro, ubi illi magis loquantur de Cœnobio Montis Oliveti, tunc etiam celeberrimi, quàm de Monasterio Montis Carmeli: possetnè probare, unum ex illis asserere, se de omnibus Palæstinæ Eremitis, aut Monachis, secundum locum & nomen scribere, aut scribere velle? minimè: scripserunt igitur, quæ ad beneplacitum intentum suum perduxerunt, & cætera tacuerunt, quæ ad nostram Instructionem addiderunt alij: ac nominatim Cassianus, qui locis præcitatis testimonia à nobis præallegata contrà eius negationes confirmat. Mirum sane est, quod D. Crescentius tantam litem nobis excitet, contra tot Authores oppositum positivè asserentes, absque ullo prorsus positivo testimonio vel unius Authoris, istis antiquioris, aut coævi, cum recentiorum, imò & antiquorum Ioannis XLIV. qui sæculo IV. Cyrilli Constantinopolitani,

Reformatio.

Argum. ad hom.

tani, qui sæculo XII. & Tritemij, qui sæculo XV floruêre, testimonia de prædictis rejiciat, ut fabulas & figmenta. Numquid cum sua & ipsorum gravi iniuria? Hîc ipsum Actorem & Iudicem volo.

Respondet quidem D. Crescentius n. 158. *Dicit Hieronymus, quod non fuerint ibi,* id est in Palæstina ante Hilarionem, *Monasteria. Si diceret Cassianus, quod fuerint: cui potius crederent Carmelitæ? At non credendum, quod Cassianus in hoc S Hieronymo fuerit contrarius? crederem potiùs, quod in Cassiano fuerit error commissus unius verbuli in relatione facta à P Munoz, qui pro disiunctiva* vel *Palæstina, posuit* ac *Palæstina.* Sed contra P. Munoz imprimis textum Cassiani non falsificavit: nam textus expressè habet *ac Palæstina*, & infra dicitur *Palæstina vel Mesopotamia*, ita ut ex toto contextu pateat debere esse copulativam. Deinde contra *Landmeter* §. 1. per totum, ostendimus fuisse ante Hilarionem Monasteria in Palæstina ac S. Heronymum omninò debere alio sensu, quem *ibidem* dedimus, intelligi, quàm eius Verba sonent, quod D. Crescentius non satis attendit, nec sic bene Cassiani Authoritatem, aut textus eius sinceritatem, ut contrariam tueretur sententiam, negavit. Replica præoccu-tur.

877. Respondeo 4. Nos his paucis, cæteris Authoribus statim citatis, compendij gratiâ prætermissis, irrefragabiliter probare modernorum Carmelitarum à tempore Eliæ, Dei Prophetæ sanctissimi, usque ad annum Christi 1291. (qui est ducentesimus circiter è recuperata per Ducem Bullonium Terra Sancta, à quorum Militibus, sed ridiculè nimium, ut infrà videbimus, anno circiter 1099. concedit Carmelitarum Ordinem incæpisse, & hucusque perseverasse illius in Monte Carmelo continuationem.) Primo: Quia *Eccli* 48. de Elia dicitur: *Qui ungis Reges ad pœnitentiam, & Prophetas facis Successores post te.* Et Isaiæ 32. *Et erit desertum in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur: Et habitabit in Solitudine Iudicium, & Iustitia in Charmel sedebit: & erit opus Iustitia pax, & cultus Iustitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum.* Pro hac autem illius duratione sempiternâ vide revelationes *Sexto XVI. n.* 170. Solutio 4. Probatur 1. Carmelitarum successio ab Elia ad nos.

878. Secundò: Quia Elias creavit Eliseum suum Successorem Regum 4. c. 2. *Videntes autem Filij Prophetarum, qui erant in Iericho è contra dixerunt: requievit spiritus Eliæ super Eliseum, & venientes in Occursum eius, adoraverunt eum proni in terram.* Vnde ipsemet D. Crescentius suprà n 831. *Vivebant in communi sub disciplina Eliæ in castitate, paupertate & obedientiâ*, &c. *post cuius raptum, exierunt, ad adorandum Eliseum, quasi externo isto signo demonstrantes transferre se Generalatum in ipsum, & authoritatem supremam in totam illam congregationem.* Et addit: *ex illis multi manebant in Carmelo, & iuxta Iordanem.* Noster verò Waldensis in Doctrinali fidei lib. 3. art. 1. cap. 4. *Elias Zelans multiplicare Religionem Prophetarum, sollicitè huic operam dedit: Eliseum primò instituens, & pallio suo induens, & demum alios post eum magnô numerô, providens ab intento, ut Sancta Religionis successio semper staret, secundum, quod sapiens ad Eliam loquens dixit: Prophetas facis successores post te* &c. Basilius in Epist. ad Quilonem: *Hic mons celeber Carmelus, in quo Elias demoratus perplacuit Deo.* Gregorius Nyssenus, frater eius, in Baptis. Christi: *Elias Carmelum incolebat, clarus autem mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus.* Cyrillus Alexandrinus in Amos cap. 1. *Carmelus mons est Iudeæ, in quo Elias Thesbites habitavit.* Abulensis in 4. Regum. 1. quæst. 5. *Manebat Elias in Monte Carmelo: nam postquam accepit ibi ignem à Domino pro sacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, semper voluit manere in monte illo Religiosè vivens.* Gaspar Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra Montem Carmelum, Religiosum habuit cœtum, quem tamen postea in Montem Carmeli secum adduxit, ubi discipulis, qui postea Filij Prophetarum vocati sunt, Monastica vitæ normam indixit.* Cornelius à Lapide in 7. Cantic. *Elias in Monte Carmelo Religiosam familiam virorum Deo servientium, qui in libris Regum filij Prophetarum vocantur, instituit: unde ab hoc Monte Religiosi Carmelitæ, quasi Eliæ posteri, nomen acceperunt.* Primi successores Eliæ. 4. Reg. 2. Waldensis. Basilius. Gregorius. Cyrillus. Abulensis. Sanchez. A Lapide.

Prima Monasteria.
4. Reg. 6.

879. Tertiò. Quia Eliæ Religio, sive Filiorum Prophetarum, supra modum in Carmelo multiplicata, usque ad Iordanem propagata est, & permansit usque ad Adventum Christi, iuxta illud 4. Regum 6. *dixerunt autem filij Prophetarum ad Eliseum: Ecce locus, in quo habitamus coram te, Angustus est nobis, eamus usque ad Iordanem, & tollant singuli de silva materias singulas, & ædificemus nobis ibi locum ad habitandum, qui dixit: ite. Et ait unus ex illis: veni ergo & tu cum servis tuis. Respondit: ego veniam & abijt cum eis* Vnde Waldensis loco citato: *Post Eliam Eliseus in Monte Carmelo statuit multos de filijs Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut spatiosum illud desertum non posset eis sufficere: unde venientes ad Eliseum Præceptorem suum dixerunt. Ecce locus* &c. *Et sic tandem multi manserunt ibidem iuxta littus Iordanis, & mansit hæc Religio Prophetarum usque ad adventum Christi*. Genebrardus lib. 1. Chronograph. ad an. mundi 3272. *Eliseus miris & inusitatis operibus insignis 4. Reg. 12.* &c. *construxit cellas Prophetis in Ierichuntis solitudine: manavit institutum, & loci Religio ad posteros.* Honuphrius Manescal. tom. 1. concionum in conc. B. M. de Monte Carm. *Continuata est per Prophetarum filios, aut per eos Religiosos, qui Esseni ab Eliseo appellati sunt.* Myræus lib. de orig. & incremento Ord. Carm. sub initium: *illi verò Prophetarum filij Esseniique Palæstinam incolentes (quemadmodum & Esseni posteà in Ægyptum traducti) miris exemplis captam institutionem usque ad virginis partum perduxerunt.* Et Dominicus Gravina in lib. de voce Turturis p. 2. cap. 5. *Permanserunt hi filij Prophetarum usque ad tempora Apostolorum ex Eusebio: successerunt eis illi, qui supra Eliæ institutiones alijs supererogaverunt, fortè ab Eliseo Propheta eorum magistro & Authore acceptas, hi fuerunt Esseni* &c. de quibus Henriquez Summæ tom. 2. lib. 12. cap. 5. *Ab Elia fertur Essenorum Religiosorum ortum habuisse in Monte Carmelo* vide *n.* 32. 33. 40 66. Vnde *ibidem* Gravina cap. 26. *Non ad momentum spiritum permansurum reliquit Elias, sed ad posteros transmisit, continuâ successione non sopitum in quocumque eventu.* Antonius Fernandez in *Com.* visionum veteris Testamenti *præfat.* vis. 9. n. 8. *Eliam verò secutus Ioannes Baptista* &c. *Spiritus ergo Eliæ, continuatâ serie in deserto per homines Religiosa vita, denique in Ioannem transmissus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum* Parentem. Iacobus Zeglerus in descriptione Palæstinæ in monte Adumin fol. 38. *In huius solitudinis parte sedit Eliahu Propheta, & Eliasah construxit cellas Prophetis, manavit institutio & loci Religio ad Posteros, fuitque desertum hoc usque ad Engaddi habitatum ab Essenis* &c. *sub quorum instituto educatus fuit Ioannes Zachariæ, & habitus in Essenis unus prædicatæ sanctitatis* &c. Chartagena tom. 4. lib. 17. homil. 3. obiect. 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in desertis inter filios Prophetarum, tunc dictos Essenos, qui Monasticam Eliæ disciplinam profitebantur.* Vnde meritò scribit Cassianus in Operum suorum *Præfatione ad Castorem Pontificem*, quæ supra *n.* 876. retulimus. Em. Card. Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 39. *Veteres Patres, Eliam & Ioannem Baptistam Eremitas & Eremitarum Principes faciunt, ut Basilius in Epist. ad Chilonem, Nazianzenus in Apolog. Postquam è fuga redijt, Chrisostomus homil. 96. in Matth. Hieronymus in Epist. de Virginitate ad Eustoch. Isidorus lib. 2. de officijs cap. 5. &c.* Adde Damianum in Epist. 19. *Certè nostri Ordinis Authores fuerunt greges Prophetarum.*

Waldensis.
Elisei successores.
Genebrardus.
Honuphrius.
Myræus.
Gravina.
Henriquez
Ferdinandez.
Zeglerus.
Carthagena.
Cassianus.
Bellarminus.
Damian.

Ordinis Carm. successio ad sæculum 4.
Isidorus.

880. Quartò: Quia Eliæ Religio, sive filiorum Prophetarum, admodum multiplicata in Palæstina, in Ægypto, & alijs Mundi Regionibus propagata, in locis istis perseveravit saltem usque ad S. Hieronymum & ultra Christi sæculum quartum, iuxta illud S. Isidori Hispalensis (Cassianum vide supra *n.* 876. in fine) lib 2. de Officijs cap. 15. *Quantum enim pertinet ad Authoritatem veterum Scripturarum, huius propositi Princeps Elias & Discipulus eius fuerunt* &c. *huius etiam propositi in Evangelio Ioannes Baptista extitit* &c. *Iam deinde progeniti sunt conversationis huius* (nota) *nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, cæterique Patres* &c. *ad imitationem scilicet Eliæ & Ioannis Baptistæ, qui Eremi secessus penetrarunt.* S. Hieronymi sub iisdem fere verbis Epist. 13. ad Paulinum. *Nos autem habeamus propositi nostri Principes Paulum, Antonium Iulianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad scripturarum Authoritatem redeamus, noster, Princeps Elias, noster Eliseus*

Hieronymus.

*nostri*

*nostri Duces Filij Prophetarum. Huius etiam in Evangelio Ioannes Baptista autor extitit. Deinde progeniti sunt huius Conversationis* ( nota) *nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per universum mundum adolevit S. Institutio Monachorum.* S. Macharius in Serm. ad Monachos: *fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum ac Filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris testamenti Monachos, imitari curate.* Et infra: *hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi huius propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur; quia à cœpto ordine* (nota hos & suprà nominatos omnes eiusdem Eliæ, Elisei, & Filiorum Prophetarum Ordinis constitui) *nullatenus legumtur deviasse.* S. Odilo Cluniacensis in Bibliotheca Patrum & vita S. Maioli: *cœpit Ordo* (nota iterum) *repullulare, & ut verius dicam, reviviscere, quem ab Elia & Ioanne Baptista novimus processisse.* Habet idipsum pro indubitato D. Crescentius supra *n.* 829.

S. Macharius. S. Odilo. Crescentius ipse.

881. Ne D. Crescentius replicet: inde non benè concludi huc usque continuationem Filiorum Prophetarum, Rechabitarum, Essenorum &c. sive Carmelitarum, (appellatione novâ, aut antiquâ, nobis perinde est, cum ad rem non faciat, ut vidimus *n.* 864. sed ad vocem & nomen dumtaxat à Carmelo, sive loco, sumpta) in Carmelo, sed extrà tantum. Licèt hoc sufficere debeat, uti probavimus *n.* 861. de superabundanti pro continuatione in Carmelo usque ad Christum stant præmissa *n.* 836. & 838. usque *ad* 849. Item pro eadem in illo continuatione *seculo* 1. *Christi* dicta à *n.* 854 *ad* 857. & Iosephus Antiochenus de perf. milit. primit. Ecclesiæ cap. 12. *Perfectorum militum Christi & Apostolorum coadiutores, surrexerunt viri strenuissimi solitarij, contemplationi dediti Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei sequaces, qui de Monte Carmelo descendentes per Galilæam, Samariam & Palæstinam fidem Christi constantissimè sparserunt.* Ioannes Bonifacius in Hist. Virg. lib. 2. cap. 2. *Neque solum se Apostolorum benevolos & dociles auditores, sed etiam adiutores prabuerunt, & cum ex Monte Carmelo descendissent, Christi fidem per Galilæam, Samariam, & Palæstinam universam constantissimè prædicaverunt.* Luitprandus, qui floruit ante Christi sæculum IX. in Biblioth. Tomæ Ramaij de Vergus n. 171. *Magna pars eorum qui dispersi in persecutione S. Stephani ad varias partes traiecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant, erat ex Monachis Montis Carmeli, prædicationibus Christi & Apostolorum ad fidem conversi, in quibus Elpidius & socij, Pontifices à S. Iacobo creati.* Sigibertus Gemblacensis in Historia Ierosol. *Cum Carmelitæ in Sanctâ pœnitentiâ perseverassent, à tempore SS. Eliæ & Elisei Prophetarum, tandem Christum prædicantem audierunt: qui Religiosi fidem Catholicam confitentes in Christo baptizati sunt; deinde perseverantes in Doctrina Apostolorum &c.* Antiquissimum Romanorum Chronicon citatum à Paleonydoro *lib.* 1. *cap.* 6. cuius sequentia penè verba edixit Armacanus, Hiberniæ primas, in concione habita coram cœtu Card. an. 1342. quam refert gravissimus Author Waldensis tom. 3. de Sacrament. tit. 9. cap. 89. *à tempore Eliæ & Elisei Prophetarum, Religiosi de numero eorum, qui morabantur in Monte Carmelo, iuxta civitatem Dominæ nostræ Nazaret, secretius solebant inhabitare usque ad tempora Salvatoris, qui tandem, prædicantibus Apostolis, in fide confirmati, in uno latere ipsius montis primò Ecclesiam in honorem Virginis Mariæ construxerunt.* Et ipsemet Waldensis tum loco citato, tum lib. 3. doctrinal. fidei art. 1. cap. 4. *Quidem autem manserunt in Carmelo, quidem in Monte Ephraim, multi etiam in suburbijs civitatum. Regulares tractabant observantias; maximè autem in Galgala, quem locum frequentabat Samuel; in Bethel quoque multi manserunt, in Ierusalem, in Sarepta, in Samaria, in Iericho, seu Ierichunte, civitatibus, ut processive patet* 3. *Regum &* 4. *Et mansit hæc Religio Prophetarum continuò usque ad Adventum Christi & deinceps facti sunt Principes Religiosæ militiæ Christianæ.* Item Chronica Ord. Prædicator. in fine Constitut. eiusdem, facto Sermone de Ioanne Teutonico & Hugone Card. *Fuerunt ab initio nascentis Ecclesiæ in Terrâ Sanctâ maximè in Carmelo, Eremitæ multi, sicut patet ex Chronicis & multorum Sanctorum vitis.* Vide Wernerum Rolevinck, & Myræum *infrà* n. 883. *Seculo II.*

Præoccupatur replica. Iosephus Anth. Ioan. Bonifacius. Luitprandus. Gemblacensis. Chronicon Rom. Armacanus. Waldensis. Chronica Ord. Prædicat. Rolevinck

Balbinus. Balbinus in Epist. ad Antoninum Imperatorem an. 140. ubi exclamat: *O Antonine, inter mirabilia in hac Regione mons est Carmelus, in quo, & vetus Religio, & Sanctitas ab Elia antiqua est* Chronica Ord. Prædicat. statim citata: *fuerunt ab initio nascentis Ecclesiæ in Terra Sancta, maximè in Carmelo, Eremitæ multi, sicut patet ex Chronicis, & multorum Sanctorum vitis.* Adstipulatur Armacanus loco etiam citato aiens: *ut dicunt fide digna Historia,* &c. Iacobus Suzatus, eiusdem Ord. Prædicat. circa an. 1415. in Hist. sui Ordinis: *fuerunt à principio nascentis Ecclesiæ, multi sancti viri in Terra Sancta, & in Monte Carmelo asperrimè degentes, qui ad Innocent. IV. venientes* &c.

Iac. Luzatus.

Solutio III. Carmeli Eremitæ. Bostius. 882. Sæculo Christi III. Eremitam Porphyrium, sive Prophyrionitam, fuisse Carmeli incolam, refert Arnoldus Bostius lib. 5. cap. 39. *Multos libros Origenis, & aliorum Doctorum de libraria Eusebij Pamphili, Episcopi Cæsareæ Palestinæ, sibi scribi fecerat idem Porphyrius, dum fuisset in Monte Carmeli commoratus.* Adstipulatur Lezana ad an. Christi 318. *scribunt Bollandus, Henschenius* &c. *ad* 28. *Ianuarij* in margine vitæ eius: *S. Eremita in Syria* &c. *iuxta Porphyrionem & Carmelum, ideo Carmelitis accensendus.* Item Eutichium fuisse Carmeli Archimandritam, referunt Carolus de Tapia in *Authentica* ingressi *verbo* Monaster. *n.* 10 Laurentius Beyerlinck in *Theatro vitæ humanæ tom. 6. lib. 16.* verbo *Religiosus Religio*, & Lezana ad *annum Christi* 351. aliunde autem & Basilidem fuisse Carmeli Eremitam, vidimus suprà *n.* 801. *&* 802. Ioannem vero XLIV. fuisse Montis Carmeli Priorem sub finem sæculi III. probavimus *n.* 100. Cui successit Caprasius *ibidem*. Obiectionem autem D. Crescentij contra Prioratum Ioannis solutam habes *n.* 847. *&* 848. Prætermisi Enoch Arimathim fuisse primum Carmeli Priorem sub lege Evangelica ex dictis *n.* 682. Eique successisse saltem mediate *Basilidem* circa annum 69. ut patet ex dictis *n.* 796. eumque bene purgat à nota, ab Idololatris ipsi inusta, noster Lezana Annal. tom. 2. ad annum Christi 69. & esse iniustè inustam, patet ex dictis *n.* 840. *&* 844. Prætermisi inquam; quia de continuatione Ordinis in Carmelo Christi sæculo I. ex alijs statim præmissis authoritatibus satis constat, uti & pro sæculo II. pro III. autem accedit authoritas Gregorij Nazianzeni in Oratione de pauperum amore: *præclara est solitudo, & vita ab hominum cœtu commercioque semota, idque nunc* (nota) *docet Elias Carmelus, & Ioannis Baptistæ desertum.* Item infrà: *ut ab omni negotio tranquillè Philosopharer, mecumque ipsum colloquium haberem, Elias Carmelum cogitabam. Ioannisque desertum, ac cœlestem eorum, qui hoc Philosophiæ genus profitentur* (nota; ergo adhuc tales erant Philosophi, seu Eremitæ) *vitam.* addo in gratiam D. Crescentij (quem melius attendisset) sui Ordinis Hieronymiani decus Didacum Ziepes, Taraconensem Episcopum, qui, assertâ *in vita S. Teresiæ cap. 2.* Ordinis Prophetici continuatione usque ad Christum, subdit: *processit postea Religio ista, novâ luce prædicationis Evangelicæ perfusa, eisdem passibus, quibus primitiva Ecclesia per deserta loca, cryptas, cavernas ac remotas speluncas gradiebatur.* Et deinde concludit: *fuerunt hæc falicia tempora Ecclesiæ, & huius Religionis, quando Ægypti & Palæstinæ deserta, tot Monachis ornata, quot cœlo stellæ erant; quæ falicitas quasi trecentis annis in Elia Prophetæ Ordine duravit, donec Humar & aliorum Tyrannorum sæva crudelitas, tot Sanctorum vitis finem & ipsorum gloriæ initium dedit.* Adstipulatur Laurentius Beyerlinck Theatri vitæ humanæ tom. 6. lib 16. *Verbo* Religio: *constat ex superiori titulo* de antiquitate huius Ordinis. *Quomodò primitiva sua fundamenta, ad Eliam & Eliseum referat, tandemque per filios eorum spirituales creverit instar lucis splendentis, & ad perfectum diem paulatim devenientis: siquidem ab Apostolis Christi Evangelium edocti illius sectatores, primordijs nascentis Ecclesiæ, supra illius candelabrum etiam positi fuêre, normamque ab Elia præscriptam, & à Prophetarum filijs tot sæculis observatam, strenuè sibi servandam existimarunt, adiectis illis, quæ lege Evangelicâ addenda censuerunt viri sancti & Apostolici. Itaque non aliam vivendi normam, quam veterem illam amplexi fuerunt primis quadringentis annis.* Carthagena lib. homiliarum, homil. 2. *Etenim ab Elia*

Vindicatur Basilides.

Didacus Ziepez.

Beyerlinck

Carthagena.

*Eliæ raptu usque ad tempus primitivæ Ecclesiæ continuata fuit per Prophetarum filios, ac per eos Religiosos, qui Esseni vel Eliseni ab Eliseo vocati sunt à quo tempore usque ad annum* 400. *in quo fuit Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus eadem via numquam fuit interrupta.* Vide infrà n 883. & 953. ubi oppositum vocat *delirium* Et revera non est, cur istis primis sæculis Carmelitæ, sive filij Prophetarum, Esseni &c. in Carmelo, suæ Institutionis ac fundationis primæ loco, non mansissent; cùm cuique innatum videatur, velle hunc potissimum servare; & istis sæculis maiores non fuerint contra Monachos persecutiones, quàm modò sint, in quibus nostri in Carmelo, & Franciscani in varijs Terræ Sanctæ locis tolerantur; aut saltem tales, ut non paterentur illos in Carmelo latitare, quod priùs efficaciter probare deberet D. Cresentius. Probatio tamen ipsi parum prodesset; quia violentia non tollit necessariam continuationem, ut infrà videbimus.

Sæculo IV. Carmeli Eremitæ usque ad nos.
Concil. Constant.
Sixtus IV. & Greg. XIII.
Chronica Ord. Prædicat.
Iac. Suzatus.
Chartagena.
Rolevinck

883. Eandem sæculo. IV. & Posterioribus Carmelitarum, sive filiorum Prophetarum, Essenorum &c. (Quocumque mutato nomine vocitentur) in Monte Carmelo continuationem probant. Imprimis duorum Conciliorum Acta: Concilij quidem Constantinopolitani anno 448 celebrati; in quo hæc subscriptio legitur: *Eusebius presbyter Monasterij Eliæ subscripsi in depositione Eutychis.* In altero item Constantinopolitano anno 536. *Silas Presbyter & Prior Monasterij Eliæ rogatus subscripsi*; Quo mortuo eius Successor ita subscribit *Babylas Presbyter & Archimandrita Monasterij nominati memoriæ Eliæ subscripsi.* Confirmant Bullæ Pontificum relatorum à Sixto IV. in Bulla, *dum attentâ* &c. Et Gregorio XIII. in Bullâ *ut laudes* &c. vide infra *n.*948. Chartegenam statim. Adstipulatur Chronica Ordinis Prædicatorum supra citata, quæ continuationem illam extendit usque ad sæculum Christi XII. in quo Albertus Patriarcha Ierosolymitanus Regulam præceptivam dedit: *fuerunt ab initio nascentis Ecclesiæ in Terra Sancta, maximè in Carmelo, Eremitæ multi, sicut patet ex Chronicis, & multorum Sanctorum Vitis. Horum conversationem videns felicis recordationis D. Albertus Patriarcha Ierosolymitanus, multum eos spiritualiter in Domino nutriebat, & in Scriptis modum vitæ eorum redigens, separatim in cellis per totum Montem Carmeli antea habitantes &c.* Iacobus Suzatus eiusdem Ord. præclari Authoris in Historia sui Ordinis. *fuerunt à principio nascentis Ecclesiæ multi viri Sancti in Terrâ Sanctâ, & in Monte* Carmelo *Asperrimè degentes, qui ad Dom. Innocentium* IV. (Nota) *venientes &c.* Carthagena loco suprà citato: *ab anno* 400. *in quo fuit Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus usque ad Aymericum* Patriarcham *Antiochenum, qui fuit an.* 1120. *perduravit, quo tempore multa in Egypto & Syria fuêre* Cœnobia *huius Religionis, quæ à summis* Pontificibus *Leone IV. Adriano II. Stephano V. Ioanne X. & XI. Gregorio V. Sergio VII. Alexandro II. & Gregorio VII. fuêre maximis privilegijs exornata & Amplificata.* Infra: *etenim ut tradunt Trithemius de laudibus Carm. cap.* 8. *Paulus Morigia de Orig. Religionis lib.* 1. Cap. 30. *Carolus Tapia super Authentica ingressi, verbo Monasteria* Cap. 17. *duplici via fuerunt* Carmelitæ *sæpiùs vexati, priùs à* Cosdroa Rege Persarum *circa annum Domini* 634. *qui cum caperet Syriam, etiam Hierusalem occupavit, & ferè omnes Monachos, quos in finibus illis invenit, gladio percussit, præcipuè in deserto* Carmeli, *Iordanis & Montis Neroi, inter quos fuit specialiter insignis S. Anastasius* Persa, *de quo agitur Officium die* 23. *Ianuarij ex Apostolico indulto, tamquam de S. Ordinis* Carmeli, *& cum illo turba multa Monachorum Iordanis & Montis Neroi.* iterùm infra: *circa Annum* 1226. *Ioannes Græcorum Orientis impijssimus Imperator, ut refert Otho Frisingensis lib.* 7. *cap.* 28. *& Hieronymus Romanus Augustinianus* 1. *p. lib.* 5. *cap.* 10. *cæpit* Carmelitas (: *qui quasi semen Dei in* Carmelo *remanserant*) *ita affligere, ut cùm contra Mauros inveheretur, nec voti compos evasisset, in Religiosos* Carmelitas *omnem suam evomuerit rabiem, quosdam flagellando, alios exulando, multos occidendo.* Eamdem extendit ad Christi sæculum XIII. inter historicos celebris Wernerus Rolevinck in *fasciculo temporum* ad ann. 1284. *Nobilissima Acconensium* Civitate *à Saracenis destructa, demum Deifera Maria in Car-*

melo Monasterium ad tria milliaria civitati vicinum, ab eisdem igne crematur, fratribus inventis in eo, perfidorum gladijs trucidatis, & tunc (nota) proh dolor. Ordo Carmeliticus mellifluum Carmeli locum ex toto perdidit, in quo à tempore Eliæ & Elisei Prophetarum 2221. annis perstiterat. sequitur

Platus. Hieronymus Platus lib. 2. de bono Relig. statu cap. 22. Carmelitarum quoque Institutum, & si annis demum mille ducentis post Christum natum, in Italiam illatum est, multo tamen tempore antiquius fuisse, asserunt viri gravissimi, cum memoria proditum sit, ipso anno salutis 412. Ioannem Ierosolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipso Ordine antea fuerat, eique præfuerat, Regulam ei condidisse; ex quo apparet ipsum etiam vetustius esse, certè non desunt multi, inter quos Waldensis vir gravis, qui existiment. iam tum ab Apostolorum tempore (malè omisit ex Waldensi, & prius ab Elia) inchoatum in Monte Carmelo (& argumentum est nomen ipsum) in Ecclesia, quæ prima Omnium B. Virgini in Terrarum Orbe dicata sit: deinceps verò, numero hominum, & domiciliorum per Palæstinam totam multiplicato. irruentibus Saracenis (utique circa Annum 1284) dispersum esse &c. My-

Myræus. ræus, Author illustris, in præfat. Tract. de ord. Carm. dictam à Christo continuationem magis illucidat, aiens: Nova igitur Christi agmina, conceptô fidei orthodoxæ calore (vide Scutum IX & X.) validius dimicantia, Virginis auxiliô, feliciter egerunt; & Carmelus cœlestibus viris, quàm plantis, fœcundior, cœpit animos excelsos procreare, ac in hunc modum, non tam scriptô, quàm traditione (vide Scutum XI.) usque ad annum Christi natalem quater centesimum perduravit. Creverat autem mirum in modum nova virginis proles, quam scriptis iam legibus temperari, opus erat. Quamobrem Ioannes Ierosolimitanus Patriarcha XLIV. (quem Molanus inter Sanctos refert, uti & ipse D. Crescentius ibidem) Regulam è Scriptura Sacra consiliis, & veterum Patrum, qui ab Eliæ tempore Carmelum documentis contextam eis præscripsit. Series verò longa sub ea Regula per annos plurimos excurrit, multisque laboribus & infestationibus Carmelus afflictus est: ad annum quippe sexcentesimum usque numerosa proles increvit, at post hac persecutionibus gravissimis Ecclesiæ hostium exagitata in Patrio Monte, quò se velut in asylum tota recepit, usque ad Octingentesimum perseveravit. post eum verò annum. Pontifices Summi (à Leone illo, qui Pontificatum ad an. 848. gessit, usque ad Gregorium VII.) statum rerum adversarum commiserati, gentem afflictam privilegijs augere perrexerunt, verum interlapsis annis aliquot, Aymericus Lemovicensis Antiochenus Patriarcha, Sedis Apostolicæ in Oriente legatus, institutionem Eliæ penè collapsam conspicatus, Regulâ Ioannis è Græco in Latinum traductâ, à multis Latinis, qui eò commigraverunt exactius perceptâ, deiectos animos in avitam observationem erigere, studuit, & Eremitas Carmeli ad communem vitæ rationem, latinorum moribus consentaneam, induxit. Sic etiam

Tritemius. Tritemius in Opusc. de laudibus Carmelitarum cap 8. Cum, propter scelera populi, Terra Sancta in manus perfidæ Gentis Saracenæ redacta esset. anno post Domini Passionem 630. fratres Carmelitæ, qui dudum in urbibus, etiam multiplicati, habitabant, nimium ab infidelibus afflicti, ad Eremum Carmeli Montis redire sunt compulsi: non enim in civitatibus diutius manere poterant, quos Saraceni in tantum affligebant, ut nullum eis Deo famulandi tempus quietum relinquerent, ac victui necessaria funditus negarent. Manserunt itaque fratres in Monte Carmelo, solitariam vitam in paupertate non modica ducentes, donec, multis evolutis annis Terra Sancta per Christianos iterum fuit recuperata, & peregrinis iter ad illam in pace compositum. Facta fuit hæc Terra Sancta recuperatio per ducem Gotfridum an. Dom. 1099. Deinde post annos paucos, confluentibus undique peregrinis, & maximè de Regionibus Europæ, numerus fratrum in Monte Carmelo multiplicatus est in tantum, ut præ multitudine montes implerent, & urbes &c.

884. Favet Ægidius Gelenus lib. 3. Coloniæ Agrippinæ Syntag. 43. Hic igitur Ordo Propheticus, sub Rechabitarum, Assidæorum, & Essenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans usque ad tempore Christi &c. infrà: licèt idem Ordo temporibus persecutionum Imperatorum Ethnicorum variè exagitatus, at nequaquam suppressus, mirificè tamen auctus, atque per orbem transplantatus fuit. usque ad Cosdroæ Persarum ac Humar Arabiæ Regum: quorum posterior an Christi 636. (alijs 639.) captâ Ierosolymâ totam Syriam atque Ægyptum subiugavit. Iterum infrà: Per Imperatores hæreticos Icónoclastas ab anno præsertim 726. va-

*726. variè afflicti, ac plurimi eorum, destructis ipsorum cænobijs; martyrio affecti sunt; ideoque ex tunc nonnulli eorum in Europam transmigrantes, præcipuè in Italiam, nova illic loca inquisierunt.* Corroborat Arnoldus Bostius lib. 5. suæ Histor. cap. 78. *Anno dom. 637. Cosdroe, huius nominis primus, cœpit regnare apud Persas, & hic sequenti anno cum valida manu Syriam intrans, cepit Ierusalem Civitatem Sanctam: deinde anno sequenti veniens ante Antiochiam, in multitudine gravi expugnavit eam* &c. *Tota ergo Ierosolymitana Ecclesia destituitur, nec manet aliquis locus incontaminatus, solis Eremi cultoribus exceptis, qui in Monte Carmeli, & circa Iordanem, & in Eremo Quarentena, nec non & in Montanis Nigris, Domino serviebant, & fidem rectam observabant.*

885. Confirmat S. Cyrillus Constantinopolitanus lib. de Procef. & varijs Regulis Carm. cap. 2. *Fuit autem tempore Arcadij & Honorij Imperatorum* (vide dicta n. 848.) *in Monte Carmeli Pater dictorum Religiosorum quidam vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros consortes suos eiusdem montis Monachos, exemplo suo & magisterio sollicitè inducebat ad perfectionem inquirendam, secundum Propheticam disciplinam vitæ Monasticæ, per Eliam Prophetam institutæ: quam Ioannes eis exponebat ex diversis dictis, tam veteris, quàm novæ legis, & ex nonnullis tractatibus editis à Professoribus prædecessoribus suis; qui tandem propter eius sanctitatem in Pontificem Ierosolymitanæ Ecclesiæ sublimatus, Apostolo Iacobo in Episcopatu eiusdem Ecclesiæ XLIV. successit. hunc Ioannem charissimus eius discipulus, nomine Caprasius, eiusdem montis & Religionis Monachus, suppliciter flagitavit, ut quæ de Institutione huius Religionis, & primis eius fundatoribus, & de perfectione ad exemplum eorum acquirenda, frequenter disserverat, dignaretur sibi & suis consortibus breviter redigere in unum volumen, in quo omnia per Ordinem intuerentur, ne oporteret eos librorum numerositatem evolvere. Ioannes ergo cernens, quod, propter occupationem suscepti officij, non posset ulterius iugem in Monte Carmeli residentiam trahere, quod Caprasius ab eo flagitaverat, opere complevit: scripsit enim eidem Caprasio librum de Institutione nostræ Religionis, eloquio & litteris Græcis quibus tunc Terræ Sanctæ Ecclesia maximè utebatur.* &c. *In cuius disciplina usque ad tempora Heraclij Imperatoris, per annos circiter ducentes quinque, ad exemplum fundatorum & priscorum Patrum dictæ Religionis, pacificè in Terra Sancta conversati fuerunt.* cap. autem 2. *Circa annum verò Dom. 617. Sacrilegus Cosdroe, Rex Persarum, Ierosolymam adveniens, totam Terram Sanctam devastavit* &c. *Saraceni autem molestè ferebant, quod nostræ Religionis Professores, veste alba desuper induti incederent, cum soli eorum Satrapæ huiusmodi coloris habitu desuper uterentur, propter quod gestationem pallij albi dictis professoribus interdixerunt; pro quo Professores prædicti pallium barratum tunc unanimiter assumpserunt* &c. cap. 3. *Illo itaque tempore, quamvis pauci, verumtamen probatissimi Monachi nostræ Religionis, demissis mansionibus, quas habebant in urbibus & villis, hunc Carmeli Montem non deserentes, iugiter in eo, & in quibusdam alijs Eremis Terræ Sanctæ permanserunt sub disciplina vitæ Monasticæ per Eliam Prophetam institutæ, & in prædicto Ioannis libro descriptæ* &c. *Quoniam placuit Deo Civitatem Ierusalem an. Christ. 1099. & consequenter totam Terram Sanctam pedetentim à perfidis Saracenis liberare, & eam, ac indigenas eius fideles, potestati & Dominio Christianorum reducere: propter quod cœpit tunc cultus nostræ Religionis in Monte Carmelo ampliari: quam plures enim devoti peregrini, qui ab occidente supervenerant, odore huius Sancti loci tracti, & devotione Religiosorum Eremitarum Montem hunc inhabitantium permoti mundo renuntiabant, & per contemplationem cœlestium se eorum contubernio iungebant,* cap. 4. denique: *Erat autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in Terra Sancta Apostolicæ Sedis legatus, vir quidam amabilis Deo & hominibus, nomine Aymericus Malafaida, natione Lemovicensis, de villa appellata Salniacum, qui prædictorum antecessorum nostrorum Eremitarum, fratrum B. M. de Monte Carmelo, laudabilem conversationem attendens, eos multum specialiter suo tempore in Domino enutrivit. Intelligens autem quosdam eorum, qui ab occidente supervenerant, non rectè ambulare ad veritatem Religiosæ vitæ Eremiticæ in prædicto Ioannis libro descriptæ, & perpendens hoc ideò maximè con-*

S. Cyrillus Constant.

*mò contingere; quia Græcas literas ignorantes nesciebant codicem illum legere, fecit librum illum de græco in latinum transferri; & ut illorum improborum coerceretur audacia, tutaque inter eos esset seniorum Eremitarum huius montis innocentia, ipsos omnes per obedientiæ vinculum colligavit. Statuit enim, quod ex ipsis unus, qui diceretur Prior, deinceps eis ita præesset, ut quilibet aliorum obedientiam ei deveveret, sub cura cuius & regimine omnes viverent: quibus antea, licèt semper unus ex ipsis præesset, quem* Abba *linguâ Syrâ, &* Patrem *latinâ appellabant, sub regimine cuius etiam tunc temporis manebant, & cui etiam tamquam Patri, secundum institutionem, obediebant: nunquam ad obediendum alicui se voto speciali prius obligaverant: donec Patriarcha Aymericus omnes primò ad hoc adstrinxit: inter quos ipse suum fratrem habuit, scilicet fratrem Bertoldum perfectum Religiosum, sanctumque Presbiterum, quem de unanimi omnium assensu an.* M. C. XXI. (potiùs, uti in alio exemplari M. C. XLI.) *in primum Priorem eis instituit, & cui curam animarum cæterorum iniunxit*, puta tamquàm omnium Generali. Vnde meritò Onuphrius Panuinus in *Chronico Ecclesiast.* ad an. Christi 1141. *Ordo Carm. restitutus & reformatus ab Haymerico Malefaida Lemovicensi Patriarcha Antiocheno & Apostolica Sedis trans mare legato in Monte Syriæ Carmelo: quorum* (utique iam reformatorum) *fuit frater Bertholdus Sanctus.* Vide R. P. Franciscum de Flores *n.* 214. *ad* 223.

Panuinus & de Flores,

Argum. ad hom.

886. Dicat, obsecro, D. Crescentius: an non quæsierit Ierosolymam Placentiæ, quando scripsit: *non reperiri continuationis Carmelitanæ vestigium?* Do pedem ipsum, do totum corpus omnium Sanctorum Patrum, & penè omnium aliorum, qui de Origine & Institutione Ordinis Eliæ, Filiorum Pophetarum, Essenorum &c. reipsâ (quidquid de voce sit) *Carmelitarum*, ut *Pratentione* 4. probavi, tractaverunt: ab Elia continuationem istorum, reipsâ *Carmelitarum* omnes positivè affirmant, nullus positivè negat. *tacent*, inquit, *Eusebius* &c. Sed contra: quærit in silentio sermonem, & in negatione affirmationem; quasi non plus diceret unus ex præcitatis, quàm mille alij tacentes; quasi tacentium potius esset dissensus, quàm assensus, aut utriusque negatio esset dissensus affirmatio, & sic negatio affirmatio. Non legerat fortè argumentum ab authoritate negativa esse stramineum, nihil concludere absurdas sequelas habere &c. ut docent boni Authores citati *n.* 883. qui id quoque positivè probant, illos legere dignetur. Non perpenderat, vocum *filij Prophetarum*, *Rechabitæ*, *Esseni*, *Carmelitæ*, significatum reipsâ esse unum, & solo nomine, de quo non disputo, differre, uti probavi *Pratent.* 4. obtrudit nobis necessitatem continuationis in Monte Carmelo: illam *ibidem* efficaciter refutavi; imò necessitate illâ, ipsi gratis concessâ, continuationem dictam in Monte Carmelo totâ hâc *Pratentione* irrefragabiliter stabilivi. Opponit Baronium contra ipsius mentem ut patet ex dictis *Pharetra ultima* per totam, & §. 3. *Pratentione III.* Objicit Bellarminum, scribentem: *inauditum Carmelitarum nomen*: ille solum nomen attendit, & rem cum SS. Patribus fatetur, ut vidimus *n.* 879 Impugnat dictam continuationem *n.* 845. hastâ S. Hieronymi in vita S. Hilarionis: *necdum erant Monachi in Palæstina, nec quisquam Monachum ante Hilarionem in Syria noverat* &c. ita à nobis §. 1. *Pratent.* 1. *& sequent.* præoccupatâ, ut nullatenus ipsi in usum aut oppositionem servire possit. Ipsemet supra *n.* 866. scribit: *nec Baronius, nec Bellarminus, nec Margarenus vel Magister S. Palatij, unquam negarunt continuationem Monachatus ab Elia certissimam, licèt negarunt factam in Monte Carmelo.* In eo factam statim probavimus, licèt continuatio extra nobis sufficiat, quod isti Authores nunquam negarunt: & tamen audet scribere: *non reperitur continuationis Carmelitanæ vestigium*: & cùm Ioannem 44. S. Cyrillum Constantinopolitanum & Abbatem Tritemium *fictos* vocet, eò quod continuationem illam probent & statuant, non veretur (nomine *ficti*, pro *fingentis* palliatô) Ioannem 44. Patriarcham Ierosolymitanum [de quo *ibid. n.* 175. scribit: *Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus fuit Monachus* (qualis obsecro, nisi Elianus, reipsâ Carmelita, qualem S. Hieronymnm *Pratent.* 1. *& n.* 860. & ab eo Eliæ Carmelitarum

conti-

continuatam successionem *n.* 831. § *dicit* 2. profitetur) *Instituti S. Hilarionis* (de quo longè certius est fuisse Instituti Eliæ, & reipsâ Carmelitam, quam S. Hieronymum) *cum S. Epiphanio Episcopo Cypriensi: Auctor vitæ huius Sancti apud Surium istius facit fidem: & quamvis aliquamdiu persecutus fuerit S. Hieronymum, qui contra eum scribendo Commonachum,* utique Elianum, reipsâ Carmelitam, *nuncupat, postea se reconciliavit, & vixit in pace: desijt vivere cum aliqua fama Sanctitatis, ut probat Munoz in suo propugnaculo Eliæ* (de quibus nos fusè in *Causa Christorum Dei* pro eodem Ioanne contra P. M Christianum Lupum *Apologetica.*) *Scripsit aliqua opera, & Gennadius ipsum recenset, inter Scriptores Ecclesiæ græcæ.*] vocare *fingentem,* S. Cyrillum, qui in Ecclesia divino officio colitur, *fingentem.* Tritemium Abbatem, qui est Author celeberrimus, *fingentem*: hosque obinde fabularum insimulare, imò & ipsorum Summorum Pontificum Bullas, uti infra *n.* 908 *ad* 923. propter quæ è contra ly *fingens* meritò in suum Authorem sibi contradicentem retorquetur. Igitur sit *Pretentio.*

## SEXTA.

D. Crescentius *ibidem* n. 157 & 158. *Est iam hîc aperta Scena, videturque quam frustrà se fatigaverit Saracenus in authorizanda continuatione Monachatus, distincti ab isto S. Hieronymi, Basilij & Benedicti, in Carmelo non interrupta, cum illa apochrypha Ioannis. XLIV.* Patriarchæ *Ierosolymitani Historia. Apochripham iudicavit Baronius, Ioannes Bonifacius Iesuita, Margarinus,* Spondanus. P. *Ioannes Maria Brisighella in Indice librorum ex purgatorio* tom. 1. ad Bibliothec. PP. in Ioan pag 291. *qui authoritate sui officij (motus rationibus istius Em. Cardinalis, qui fuit Ecclesiastica Historiæ anima) ordinavit, quod liber talis suspendi deberet, aut censurari. Sed rationes illorum sunt fundatæ in Stylo: scripsit Ioannes græcè; phrasis istius operis ita est latina, quod si author non sit: qui transtulit, cur non est in illo vestigium aliquod græcismi, præter infidelitatem historiæ fictæ secundum morem græcarum fabularum: unde dixit ille.* fides græca, cui non est nota? *Gennadius Massiliensis. qui contra S. Hieronymum favebat Ioanni. opera ipsius ad unum refert. nec multum abfuit ab ipsius tempore, nullam istius libri facit mentionem. Et quia fictus ille Author (illum exterminat Magister S. Palatij) se facit Monachum Carmelitam, tempore, quo Carmelus non habebat religiosos, dicamus cum Baronio ad an.* 444. *n.* 18. facessat igitur de Monachismo Cyrilli in Carmelo fabella, sicut & illa huic haud impar, quâ traditur & Ioannes Hierosolymitanus Episcopus Origenista fuisse etiam Monachus Carmelita; sicut enim hæc leviter effinguntur, ita facilè refelluntur. *Ideò Cardin. Bellarminus ridet, dicitque in* Catalogo *Scriptorum Ecclesiasticorum*: illis temporibus nomen Carmelitarum erat inauditum. *Peregrinata est S. Paula, & S. Hieronymus ante ac post ipsam in Egiptum ac* Palæstinam *ad lustranda sacra loca & remotiores Eremos; & tamen S. Hieronymus, qui Paulæ, Hilarionis & aliorum scripsit vitam, omnia ista loca nominat, exceptis monasterijs* Carmeli. *Peregrinati sunt* Paladius, *Ruffinus, &* Cassianus *per Syriam & Egyptum, scripserunt Historias, absque quod vel minimum de monasterijs* Carmeli *aut* Carmelitis *scripserit.*

Obiectio 6. ab Historia apochrypha Ioannis 44.

Censura.

Altera Baronij.

## SOLVTIO.

887. RESpondeo 1. D. Crescentium hîc Scænam aperuisse, quam absque propria confusione, quod dolendum, difficulter claudet. 1. quia continuationem Eliæ Carmelitarum in Hieronymo asserit *n.* 831. §. *dicit* 2. Prætent. 1. *ibid.* & *n* 860. In Antonio autem, Basilio, Hieronymo, Augustino & Benedicto *n.* 909. Quod ego non ausim, ut patet ex dictis *n.* 828. mihi tamen favet plurimum, ut videbimus. 2. scribit Saracenum agere de *continuatione Monachatus, distincti ab isto S. Hieronymi, Basilij & Benedicti in Carmelo non interrupta,* quod sub his, aut æquivalentibus terminis *distincti ab isto S. Hieronymi, Basilij & Benedicti Eliæ Carmelitarum,* quales D. Crescentius illos fuisse

Solutio 1. Scænam sibi infelicem aperuit Crescentius,



asse-

asserit, in toto Saraceni libro, aut nostrorum altero, non reperiet: & meritò; quia cum ad continuationem Eliæ Carmelitarum probandam abunde sufficiat, illos omnes fuisse Eliæ Carmelitas, superabundanter de distinctis ageretur, licèt ab illis ad hos, si distingui deberent, optima foret sequela; quia eadem ratione, quâ istos fuisse Eliæ Carmelitas concluditur cum aliquali inter se distinctione, rectè concluditur alios fuisse ab istis etiam aliqualiter distinctos; cur enim minus hi, quàm isti? 3. vel istos fuisse Eliæ Carmelitas, agnoverunt Em. Baronius, Bellarminus, & alij, quos pro se citat D. Crescentius: vel non? si prius: S. Cyrillum Alexandrinum & Ioannem 44. meritò, uti agnoscunt, *Eliæ Carmelitas* vocamus, & liber Ioannis 44. in quo se & suos vocat *Carmelitas*, obinde immeritò *Apochryphus* dicitur. Si posterius: D. Crescentij *Præsentio* ex Baronio & Bellarmino contra ipsum militat, & contra se ad sui confusionem Scænam illam aperuit. Vt tamen plenius videamus, quàm è contra D. Crescentius se fatigaverit in frangenda Ordinis Carmelitarum Eliæ, Elisei, Filiorum Prophetarum, Essenorum & nostrorum continuatione in Monasterijs è Carmelo (& hoc sensu in Carmelo; nam ibi Carmelus & Carmelita ubicumque Monasterium & Carmelita è Carmelo aut Carmelita, tamquam rivus è fonte derivatus, ut patet) tamquam rivis è fonte dirivatis; quod ad continuationem illam sufficit: imò & de superabundanti etiam propriè in ipso Carmelo usque ad tempora Ioannis 44. & Hieronymi (quod ut summum ibi negat D. Crescentius) & ab eorum tempore ad nos: sequentia subjicio.

888. Dixi 1. *Quod ad continuationem illius sufficit*. Tum propter præmissa. *n.* 859. *usque ad* 863. Tum quia noster Waltelius (quem D. Crescentius legit, & ad sequentia nihil replicuit) *vindiciarum Sect.* 4. *art.* 3. *pag.* 83. ad hanc quæstionem: *Quid si secundæ Responsionis locô concesserimus, Carmelum eâ ætate, nescio quam ob causam, à Monachis non fuisse cultum, mox inde inferas: Carmeli Religionem extirpatam, totumque Ordinem fuisse extinctum?* Respondet: *Nimis profectò id fuerit à sensu communi alienum: Locus enim respectu fundatæ in eo quondam Monasticæ vitæ, Religioni extrinsecus est; quô modô integra nobilium familia transferuntur: vitis quoque, etsi ad primam radicem resecetur, dummodò & radices iunctæ pristinæ emiserit, una eademque vitis rectè omnium iudicio censetur; sed & id verum manet, etiamsi vel ipsa tota in alium locum transferatur. Et nos Dei opt. max. singulari bonitate, ac Virginis monitu, olim anno Domini* M. CC. XXXVIII. *à Carmelo Terraque Sancta, sævitie impij Sultani, extorres fieri cœpimus, ac deinde an.* M. CC. XCI. *etiam ipse Carmelus omninò desertus factus est, & nihilominus in his partibus Europæis ad hunc usque horam sub vexillo crucis Christi, Christo & Virgini eius Matri Ordo militat, secum nomen & rationem portans Carmelitarum. Quâ igitur ratione, ex deserto Monte Carmelo inferre cupias, totam tunc simul perijsse Carmelitanam Religionem? Si quidenim roboris haberet argumentum, id solum convinceret, nempe, ipsum montem Carmelum non fuisse tunc à suis Eremitis, viventibus illis enumeratis viris*, Hieronymo, Palladio, Evagrio &c. *vel ipso Ioanne Ierosolymitano, habitatum.* Acutissimè profectò, hisque evidenter confirmat ea, quæ diximus *n.* 861. & aliunde accedit quod possessio, per violentiam aut iniuriam non tollatur, iuxta Regulam iuris 36. *Pro possessore habetur, qui dolo desijt possidere.* Estque receptissima omnium Iurisperitorum ac Theologorum sententia, quod tempore persecutionis, belli, pestis &c. cum homines fugiunt, vel ius non dicitur, non inchoetur, & inchoata dormiat præscriptio. Item communis est eorumdem Doctrina in Repertorio Berthachini *verbo* Possessio: *Possessio continua probatur probatis extremitatibus temporis; quia medio tempore præsumitur.* Deinde: *possessio præsumitur continuata per eum, qui in præteritum possedit, nisi contrarium probetur, scilicet, quod alius postea possederit.* Denique: *possessio præsumitur continuata tempore turbationis, & litis contestationis, quando actor probat de antiquiori.* Vide dicta *n.* 168, 169. & 170. Notandum autem quod D. Crescentius, non solum infrà n. 913. ab an. 300 agnoscat Carmelitarum possessionem, sed & à tem-

Ratio partis 1.

& à tempore Eliæ usque ad S. Hieronymum, ut patet ex dictis *n.* 831. § *dicis.* 2. & ipsâ *Pretent.* 1. ubi eos vocat *antiquos Carmelitas.* Vnde totum illud argumentum, ita contra ipsum concludit, ut *scenam suam* absque propria contradictione claudere non possit.

889. Dixi 2. *Et de superabundanti* &c. quia, licèt ex statim dictis isti continuationi non obstet per violentiam, aut iniuriam Carmelum aliquando deseruisse, & fateatur D. Crescentius, nos tempore Eliæ, & Elisei, & filiorum Prophetarum in Carmelo possessionem habuisse, in eaque ab Alberto hucusque hæreditariam tenere successionem (sic ut pro tempore intermedio sit ipso iure approbata præsumptio, quæ per non testes continuationis, sive argumenta merè negativa D. Crescentij non tollitur, ut patet; quia alioqui nihil operaretur, & probatis extremitatibus temporis, possessori incumberet onus probandi medium, contra *legem* 2. *cod. de probat.* & *l.* 10. *ff. de servit.* ac authoritates *n.* 888. citatas) tot argumentis & authoritatibus positivis contra *Pratent. V.* probavimus, ut pudor videatur, contra plusquam bis millenariam (ad quam probandam sufficere deberent solæ coniecturæ) testes non testes, argumenta non argumenta, quibus solis, ac sic contradictorijs, nititur D. Crescentius, opponere. Quid ad hæc D. Crescenti? Hæ sunt fabulæ, ut ais, nos veritates, ob quas *fictos* dicis Ioannem XLIV. S. Cyrillum Constantinopolitanum, & Tritemium cur non Chartagenam, & tot alios, qui ipsis adstipulantur? vides indubiè, in te istas retorqueri posse fabulas: sed hoc facient alij. Ratio partis 2. Argum. ad hominem.

890. Respondeo 2. Me non asserere continuationem Carmelitani Monachatus distincti ab Hieronymi, Basilij & Benedicti Monachatu; sed, ut patet ex dictis *n.* 828. exspectare solidam resolutionem huius non modicæ difficultatis: an antequam necessaria esset religiosorum Ordinum positiva à S. Sede approbatio, eorumque per eam inter se distinctio, succedentes & secundarij à primo & primario substantialiter distinguerentur; an accidentaliter dumtaxat, sive solô accidenti restaurationis, reformationis aut illustrationis, ob rationes ibi allegatas, & Authoritates præmissas *n.* 820. *usque n.* 828. licèt, independenter ab illis, nobis difficilè non sit, nostram ab Elia hucusque probare continuationem. Hîc tamen & ubique, semper subaudiri volumus limitationes *n.* 766. expressas. Solutio 2.

891. Respondeo 3. Suprà contra *Pratent.* 5. fusè & efficaciter probatum, quod tempore Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani in Carmelo fuerint filij Prophetarum, Esseni &c. qui reipsâ erant Carmelitæ: licèt tamen, nec illi, nec alij Monachi tunc ibi fuissent, Ioannes XLIV. ob præmissa *n.* 859. *ad n.* 863. & statim *n.* 888 meritò potuit se vocare *Carmelitam*, cum reipsâ equidem esset instituti à Carmelo derivati, & sic saltem *Carmelita*, haud secus quàm nos, qui nunquam in Carmelo fuimus: veruntamen in Carmelo fuisse, & rexisse patet ex plurimis Authoribus *n.* 673. *ad* 676. citatis, & paulò ante *n.* 885. præmissis. Ioannes XLIV. floruit plusquam à mille ducentis annis; liber in fronte fert nomen eius; in eo se *Carmelitam* asserit; nullus sufficienter oppositum positivè probat; Tertullianus dicit *Apologetici* cap. 19. *Primam authoritatem summa antiquitas vendicat*, & meritò; quia alioqui, quidquid SS. Patres, quidquid Orthodoxi primitivæ Ecclesiæ Historici, primi & soli scripserunt, aut narraverunt, consequenter suspectæ fidei esse deberet: quod, cum in plurimis notabilibus punctis Historiæ Ecclesiasticæ, Sanctorumque Vitis & Actis ab uno solo antiquissimo Patre, aut Historico Orthodoxo narratis fidem non esse habendam inferat, sine gravi temeritate dici non potest, præsertim cum Melchior Lanus supra *n.* 848. citatus, id vocet, *impietatis etiam, non modò temeritatis, argumentum.* Solutio 3. Ioannes 44. Carmelo vindicatur.

Accedit, quod in similium præcautionem cap. cum causam de probat. statuatur,

*quod in antiquis non requiruntur exactæ probationes, sed deficientes etiam admittuntur.* sequitur Menochius *consil.* 147. *n.* 1. Barbosa *ibid. n.* 14. & Plinius in *Præfat. ad Vespas.* Imp. ait: *Res ardua vetustis novitatem dare, obsoletis nitorem, obscuris lucem.* Vult D. Crescentius, ut modò producam testes, quod Ioannes XLIV. fuerit Carmelita, & librum scripserit de Institutione Monachorum, plusquam à mille ducentis annis: *noluit consolari, quia non sunt* modò, quos producam, tam antiqui: producat ipse, aut Emin. Baronius, vel quispiam alius unum tam antiquum, qui oppositum positivè probet, & hinc ipsum, aut suppositum istius libri Authorem, comprobet mendacem, & manum dabo: licèt unus non sufficiat; quia par in parem præcisè authoritatem non habet. Potest, vel non potest; si possit, cur non producit? si non possit, cur nobis aures obtundit? *Probatio*, inquiet, *evidens dicitur, quæ resultat ex coniecturis.* Iuxta leg. *si quis locuples* cod. *de man. testat. not. in leg. licèt Imperator de legibus.* Transeat: sed maiores coniecturæ vincunt minores, unum argumentum positivum multa negativa: coniecturæ nostræ & argumentum positivum sunt totius Ordinis traditio, ipsius Ioannis 44. plusquam à mille ducentis annis, S. Cyrilli constant. plusquam à quadringentis, & plurimorum aliorum n. 673. ad 676. citatorum testimonia positiva assertio, libri eius nomine intitulatio, nullius antiqui, multò minus synchroni, positiva negatio: D. Crescentij autem solum silentium & authoritas merè negativa coëvorum, aut ante sexcentos scribentium, ac sic authoritas non authoritas, testes non testes, & contradictoria, ut diximus *n.* 889. quæ istis indubiè prævalere non possunt, magis quàm negatio affirmationi, non ens enti, silentium discursui. Det saltem unum præfato Cyrillo antiquiorem, qui positivè affirmet Ioannem 44. non fuisse reipsâ (quidquid de nomine sit) Carmelitam, aut ipsum non fuisse istius libri Authorem: si non possit, in eo ad summum pares sumus, sed allatis positivis argumentis & Authorum Em. Baronio antiquorum numerô prævalemus. Certè si argumentum merè negativum foret probatum, omnia iura hîc, & *n.* 888. citata, omniumque sapientum mentem, receptissimasque everteret Historias, ac antiqua monumenta: miror sanè, quod viri magni sinant se tam facilè istis negativis abduci, & positivis cum rubore vinci. Vide *Scutum XVIII* & dicta *n.* 873.

*Præoccupata Replica.*

*Argum. neg. explodit ur.*

*Satisfit 1. censuræ contra lib. Ioan. 44.*

892. Addit 1. D. Crescentius: *Rationes illorum sunt fundatæ in stylo: scripsit Ioannes Græcè, phrasis istius operis ita est latina, quodsi Author non sit, qui transtulit, cur non est in illo vestigium Græcismi, præter infidelitatem Historiæ secundum morem Græcarum fabularum fictæ: unde dixit ille:* FIDES GRÆCA, CUI NON EST NOTA. Revera adeò durus est hic sermo, ut solâ molli possit modestiâ vinci. *Historiæ fidelitatem* tot & tantis testimonijs, contra *Prætentionem* 5. probavimus, ut vix occurrat Historia Ecclesiastica æqualibus munita suffragijs, ut ibi dicta consideranti patebit: unde cum Ioannes XLIV. crederet suam Historiam suo sæculo IV. & anterioribus indubitatam, simplici narratione, aliorum dissimulatâ authoritate, præterquam S. Scripturæ, contentus fuit, prout fuere Philo describens normam vivendi Essenorum, prout S. Macharius in Serm. ad Monachos, scribens: *fratres charissimi* &c. *Eliam & Eliseum ac filios Prophetarum, quos constat veraciter veteris testamenti Monachos, imitari curate* & infrà: *hos secuti sunt Paulus & Antonius, & multi huius propositi sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur; qui à cœpto Ordine nullatenùs leguntur deviasse.* S. Hieronymus Epist. 13. ad Paulinum: *Nos autem habeamus propositi nostri Principes, Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad scripturarum authoritatem redeamus, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces filij Prophetarum* S. Isidorus Hispalensis lib. 2. de orig. Officiorum cap. 15. *Quantum enim pertinet ad authoritatem veterum Scripturarum, huius propositi Princeps Elias & discipulus eius fuerunt* &c. *iam deinde progeniti sunt conversationis huius nobilissimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres.* Cassianus

*Macharius*

*Hieronymus.*

*Isidorus.*

nus lib. 1. cap. 2. *Itaque Monachum ut militem Christi in procinctu semper belli positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere: hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in veteri testamento professionis huius fundavere primordia, Eliam scilicet & Eliseum divinarum Scripturarum authoritate monstratur; ac deinceps Principes authoresque testamenti novi, Ioannem videlicet, Petrum & Paulum, cæterosque eiusdem Ordinis viros taliter incessisse cognoscimus.* Et sic de alijs antiquis. Isti suam istiusmodi Historiam nullâ testium authoritate muniunt, idem dicunt post invicem, & se mutuo non citant: idem reipsâ scribit Ioannes XLIV. & uti isti, ea nulla testium authoritate munit, nec uti ipsi ullos eorum citat. Cur igitur hic, potius quàm isti, obloquium pati debet? Si æmulatio antiquitatis: cur non cöæmulatio æquitatis? Relege *Præfationem* supra. Cassianus.

893. Dic quæso D. Crescenti: an obinde auderes istiusmodi Macharij, Hieronymi, Isidori, & Cassiani *Historiam* iudicare *Apocrypham*, eique attribuere *Historiæ fictæ, secundum morem Græcarum fabularum, infidelitatem?* Minimè, inquies. Cur igitur Ioannis XLIV. Historiam iudicas potius Apocrypham, eique tribuis *Historiæ fictæ, secundum morem Græcarum fabularum, infidelitatem?* quia replicabis, *ipse se facit Monachum Carmelitam, & de primis Institutoribus, professoribus, propagatoribus Monachismi Carmelitani, totum opus ex instituto componit,* prout habetur *tom.* 1. Biblioth. Patrum *in Ioan pag.* 291. qui mihi est 9. *pag.* 618. secundum impres. Paris. Numquid reverà erat Carmelita, pari saltem ratione, quâ nos, qui nunquam Carmelum vidimus? Numquid Princeps ipsius erat Elias Carmelita, duces eius filij Prophetarum Carmelitæ, uti Macharij, Hieronymi, Isidori, Cassiani & similium ferè ipsi cöevorum, qui tam ab illis, adiecto nomine *Carmelitæ*, dici poterant *Carmelitæ*, quàm à subiecto nomine Eliæ *Eliani*, filiorum Prophetarum *filij Prophetarum*, quomodò ab adiecto fundatoribus nomine, alij *Minores*, alij *Minimi* vocitantur? Quid si hâc ratione, Macharius, Hieronymus, Isidorus, & Cassianus suos consortes vocassent *Carmelitas?* An propterea diceres, allatam ipsorum *Historiam esse apocrypham*, nil habere *præter infidelitatem Historiæ fictæ secundum morem Græcarum fabularum?* An propterea Annales modernorum Augustinianorum, Dominicanorum, Franciscanorum & similium, quia in illis Author *se facit Augustinianum, Dominicanum, Franciscanum* &c. *& de primis Institutoribus, professoribus, propagatoribus Monachismi Augustiniani, Dominicani, Franciscani* &c. *totum opus ex instituto componit,* dices ipsorum Annales *Historiam esse apocrypham*, nil habere, *præter infidelitatem Historiæ fictæ secundum morem Græcarum fabularum?* Certè nihil dici posset intolerabilius: aliud autem non fecit Ioannes XLIV. loquitur enim de se & suis consortibus Carmelitis, prout reipsâ erant, licèt ab alijs *Carmelitæ* non vocarentur, quod meritò poterant. Vide dicta *n.* 870. 871. & 872. Subdes fortassè ex præcitata pag. 618. *Magis putamus librum, qui Ioanni XLIV. tribuitur, esse opus Authoris latini & recentioris; nec esse ex omni parte sinceræ & integræ fidei.* Sed contra: præterquam quod *putare*, ut nosti, sit *dubitantis*, & quod dubium de uno, veritatem oppositi compatiatur: dubium est. 1. ratione *styli latini*, cui n. 971. satisfaciemus, & de sola fide historica Carmelitanæ Historiæ, quæ in *Synopsi* & hucusque ita efficaciter probata est, ut nulla probetur efficacius. 2. Quia *Gennadius, qui huius Ioannis lucubrationes recenset, huius libri nullô pactô meminit* Argumentum est negativum *n.* 891. reiectum, & fortiori evictum: doleo tamen quod Gennadius librum illum non viderit; sed illum nec videre, nec recensere debuit, vt esset: nam multos aliorum libros non recenset, qui tamen erant. 3. Quia *Author se facit Monachum Carmelitam* &c. Sed assertum hoc *n.* 891. efficaciter probatum est, & contra oppositiones evictum. Argum. ad hominem.

894. Addit 2. D. Crescentius: *P. Ioannes Maria Brisichella in Indice librorum ex purgatorio tom. 1. ad Biblioth. Patrum* In Ioanne pag. 291. *Authoritate sui officij (motus rationibus istius Em. Card. Baronij, qui fuit Ecclesiasticæ Historiæ anima) ordinavit, quod liber talis suspendi deberet,* Satisfit.

 *aut cen-*

Waſtelius. *aut cenſurari.* Sed contra: plenè & efficaciter hoc argumentum præoccupavit P. Waſtelius. *Vindiciarum Ioannis Ieroſolymitani lib.* 1. *ſect.* 3. *art.* 4. aiens : *non vidit ille, uti etiam ſuperiora docent, unde D. Baronij circa Carmelitas hallucinatio nata ſit, videlicet ex non viſis Ordinis monumentis* &c. *Vidi ego, manibus tenui, & legi Indicem illum expurgatorium novo prælo deſtinatum, omnibus eius prolationibus virga cenſoria cancellatis, ut tantum nudæ conluſiones in poſterum vulgarentur : & verò, ubi rationes adferuntur, coniectura & ſenſa peculiarium Scriptorum, fas eſt obviam illis eundo afferre remedium; quomodò cum fructu fecerunt multi viri pij & docti* &c. *Quin & poſt annos non multos, prudentiſſimè omnia diſponente Eccleſiâ Dei, feliciterque retardante Belgicam illam impreſſionem, legi item in Epiſtola D. Guidonis Archiepiſcopi Rhodienſis, Nuntij per Belgium, data* 21. *Ian.* 1612. *quæ vera pro Baſi ſint totius noſtræ defenſionis* &c. ſic autem habet : *De mandato Sanctiſſimi Domini noſtri ſuſpenſus nuper fuit, ob nonnullas iuſtas cauſas, expurgatorius librorum Index, impreſſus Romæ* 1607. *Quæ de re cognoſcimus per ſpeciales litteras ad nos datas ab Illuſtriſſimis DD. Cardinalibus, qui præſunt Congregationi, in qua de huiuſmodi negotijs agitur : eundem Indicem, cum anno ſubſequenti ad te iſtic imprimendum tranſmiſerim, nunc te monendum putavi, cures typis non tradi, niſi iam traditus ſit : ſi verò impreſſio ſit abſoluta, des operam, ut omnia exemplaria ſupprimantur.* Cenſura autem iuxta Indicem appoſita *tom.* 9. *in Ioanne XLIV. pag.* 618 eſt hæc : *An verò iſtud opus, quod hîc ſubjicitur, ſit Ioannis* 44. *Ieroſ. qui tempore S. Hieronymi ſedit, genuinum opus? multa ſunt argumenta, quæ rem in ambiguo ponant. Primum : quod Gennadius, qui huius Ioannis lucubrationes recenſet, huius libri nullô pactô meminit. Deinde Author ſe facit Monachum Carmelitam, & de primis Inſtitutoribus, profeſſoribus, propagatoribus Monachiſmi Carmelitani, totum opus ex inſtituto componit. At de his audiamus virum deſertum Baronium tom.* 6. *Annal. an. Chriſti* 44. *cap.* 18 *ita diſſerentem.* Sanè quidem reſpuimus & exſufflamus figmentum illud, incertô Authore proditum, Chronicon, nimirum, quod extaſſe fingunt apud quemdam Franciæ Regem, quô tradunt S. Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum Monachum fuiſſe Montis Carmeli; cui quidem aſſertioni Trithemius leviter nimis fidem præſtat. Vnde hæc quæſo incertô Authore, ſi qui certi atque probati ſunt Authores, eiuſdem Cyrilli æquales, eiuſdemque res geſtas, quàm diligenter proſecuti, hæc neſcientes obruta ſilentio reliquerunt? vel quæ apud huius temporis Scriptores mentio fit de culto Carmelo à vitæ Monaſticæ Profeſſoribus? etenim cum apud S. Hieronymum, Palladium, Evagrium, Caſſianum, Theodoretum, Cyrillum Monachum & alios ſæculi huius Scriptores, frequens mentio ſit de Monachis in Palæſtina degentibus, nuſquam penitus apud nos de Monachis Carmelitis. Faceſſat igitur huiuſmodi de Monachiſmo Cyrilli in Carmelo fabella : ſicut illa huic haud impar, quâ traditur & Ioannes Ieroſolymitanus Epiſcopus Origeniſta, fuiſſe etiam Monachus Carmelita, ſicut enim hæc leviter effinguntur, ita & facilè refelluntur. *Hactenus Baronius. Ex quibus, & Author huius libri fuiſſe Ioannes* 44. *Ieroſolymorum Epiſcopus facilè refellitur, & liber ipſe fide vacillare deprehenditur, cum multa de Monachis Carmelitis primis Eccleſiæ temporibus iam vigentibus prodat. Denique ſtylus ipſe totus latinus, multa ſine Maiorum authoritate, & fide ambigua huic operi inſerta ſatis arguunt alium Authorem quàm* Ioannem, *& quidem recentiorem. Petrus Lucius Beliſa in Bibliotheca Carmelitana videtur tribuere hoc opus* Ioanni *illi Ieroſolymorum, quem præceptorem ſuum vocat S. Ioannes Damaſcenus in Epiſtola de Triſagio.* In *Chronographia S. Nicephori recenſentur Epiſcopi* Ieroſolymitani Ioannes 52. & 57. *ante cladem* Ieroſolymitanam *per Saracenos.* Ioannes *quoque* Ieroſolymorum *Epiſcopus vitam S. Damaſceni conſcripſit, quæ extat. Vtri autem horum tribuendus ſit liber iſte, neſcimus : magis putamus eſſe opus Authoris latini, & recentioris, nec eſſe ex omni parte ſincera, & integræ fidei.* Scripſi Romam deſuper, & hoc Reſponſum 20. Decemb. 1668. à R. P. M. Ludovico Perez de Caſtro S. T. Regente in S. M. Tranſpontinæ : *evolvi ſimul cum alio P. Lectore totum* Indicem *noviſſimum librorum prohibitorum, Romæ editum anno* 1664. *in quo diverſi* Indices *continentur, cum ille Concilij Tridentini,*

Verba Cenſuræ referuntur.

*tum*

*rum alter Climentis* VIII. *& alij ex tunc formati vi decretorum Pontificum, SS. Congregationum, & Magistrorum S. Palatij. & quidem in toto opere bene examinato nulla fuit memoria* Ioannis Ierosolymi*tani.* &c. Quid ad hæc omnia D. Crescenti?

895. Addit Wastelius loco supra citato: *Itaque* in istis *Index ille expurgatorius authoritatem nunc dumtaxat tenet privati Scriptoris*: imò tota quanta est censura: se continet intra limites dubij de verò Authore operis Ioannis XLIV. quod evincere nequit præmissa *n.* 891 *&* 892. quia *in dubijs melior est conditio possidentis*; Ordo autem Carmelitarum habet prout semper habuit, illum istius Operis Authorem, ac esse, convincit S. Cyrilli Constantinopolitani testimonium *n.*884. relatum! nec aliter sentit, aut unquam sensit ullus Author Carmelitanus! nec credo fore virum sapientem, qui, istis omnibus maturè perpensis, dubium Margarini doctoris privati, non iudicet esse postponendum: unde censuram non capio. 1. eam D. Crescentius tribuit Magistro S. Palatij cuius ibi nulla fit mentio. 2. Censura libri deducitur ex Em. Baronio, qui certissimè librum non vidit, nec alibi illius meminit. 3. Dicitur liber fide vacillare, defectu Maiorum in materia authoritatis; nulla autem ferè est historia, quæ tanta muniatur, uti *Prænot.* III. *& V. ac Synopsi* per totam vidimus. 4. Inde infertur recentior alius Author, cuius oppositum omninò inferri debet, ut patet ex dictis *n.*891. Alioqui, ut sequitur ex præmissis n. 892. idem de libris SS. Macharij, Isidori, Hieronymi &c. inferendum esset. 5. In verbis, *nescimus, magis putamus*, fundatur censura, contra authoritatem S. Cyrilli plusquam à 400. annis, & integri Ordinis traditionem, quod est insolitum Romanis, alijsque sapientibus viris. 6. Arguitur illius sinceritas & integritas fidei, cum penè innumera in alijs antiquis reperiantur, quæ longè minorem mereantur. Accedit, quod Em. Baronius his verbis: *frequens mentio fit de Monachis in Palestina degentibus*, præsertim cum constet ex præmissis. *n.*676 *ad* 702. Em. virum aliter intelligi debere, quam Censores isti intellexerint, non obscurè thesim nostram fateatur (quidquid nomen *Carmelita* tam antiquum, & sensu *n.*676. datô nobiscum rem ipsam explodat.) quià si Monachi tunc temporis deguerint in Palæstina, maximè in avito Carmelo suæ institutionis ac fundationis primæ amœnissimo loco. Dubium autem ex stylo latino *n.* 969. rejicietur commodius: intereà ille est Authoris primi vel secundi? Si primi: unde probatur Ioannem græcum non potuisse scribere latinè? Si secundi: supponit Ioannem primum libri istius Authorem. Ex quibus efficaciter solutum etiam P. Salinæ *Exposit. litt. in cap.* 1. *Ionæ q.* 5. *n.* 7. ex Em. Baronio & Em. Bellarmino, ex Baronio & Bibliotheca Patrum, est argumentum. Censura est parvi ponderis.

896. Author verò, quem Em. Baronius vocat *incertum*, non obinde explodendus est; cum de eo, qui sub nomine Regis Galliæ legati ad istud Concilium Ephesinum venerit, satis constare possit: & cum tales nomine legati, potius quàm proprio, insigniri soleant, mirum non est quod legati nomine, non propriô, insigniatur in memorato Chronico, quod citatur à R^mo. P. Bernardo Olerio an. 1378 Ordinis Generali, in *speculo Ord. pag.* 53. *&* 54. *in Informatione* ad Eugenium IV. quæ suppositítijs nixa præsumi non debet. item à Thoma Scropo Dromorensi Episco, Palæonydoro & alijs, qui sæculo XIV. floruerunt. Quod autem refert de Cyrillo Alexandrino Montis Carmeli Monacho, asserunt, præter Tritemium, *Ioannes Riecle Minorita, Guillelmus Pipinus Dominicanus, Arnoldus de Villanova, Guillelmus Eisengrenius, Christianus Masserus, Ioannes Chartagena, Choppinus, Carolus de Tappia, Philippus Lopezius, S. Congregatio* in Breviario, etiam ab ipsomet Em. Card. Bellarmino, ut dicimus *n.*926. reviso, & totus Ordo Carmelitarum, qui de illo, tamquam suo, officium celebrat: ideoque Chronicon illud obinde explodi non potest, nisi hi omnes consequenter explodantur, Carmelo asseritur Cyrillus & liber Ioannis 44.

tur, propter argumentum purè negativum Em. Baronij iam toties reiectum. Vide Lezanam *ad an.* 371. ubi omnes Authores istos citat; item dicta *n.* 661. 665. *ad* 673. & nota Bene, quid de opinione Em. Baronij sentiant percelebres viri, Ferdinandus Salazar S. Inquis. Hispanicæ Inquisitor & Archiepiscopus, *lib. de immac. Concept. Virg. sæculo IV. arg.* 12. ubi sic: *Illud tamen scias velim Ill. Card. Baronium & Bellarminum, serio affirmasse, librum* de Institu. Monachorum *non esse Ioannis Ierosol. germanum opus, eâ ratione ductos. quia meminit Carmelitarum* (idem est de isto Chronico) *eorumque habitum graphicè depingit, quos, aiunt, Ioanne Ierosolymitano longè posteriores fuisse. Sed absit, ut ego gloriam istam Carmelitanis Patribus invideam, ne dictum Ioannem inter suos protoparentes numerem. Vidi certè, atque evolvi, non pauca antiquitatis monumenta, ut in hac controversia aliquid definirem: nihil tamen reperi quod non suaderet, præmissum Ioannem Carmelitam fuisse, & dictum librum* de Instit. Monachorum *ab ipso conscriptum: atque adeò hanc sententiam libentius amplector, & antiquissimo Ordini, quæ sua sunt liberè restituo.* Et Franciscus de Flores in cap. 24. Eccli. n. 88. *Non valde meditatè scriptum censeamus à Cæsare Baronio* tom. 6. annal. ad an. 444. *cum S. Cyrilli Alexandrini Monachatum rejiceret*: flagrans quidem cupido nobilitatis avitę cogit interdum homines delirare. *Non inquam consultò scriptum* (nos tamen illius sensum benigniorem dedimus *n.* 676. *ad* 702.) *Neque tot Pontifices, neque tot summates viri, omni eruditione cultissimi, præter unum Baronium delirasse, aut dicendi, aut credendi fuerunt, tot præsertim ac tantis argumentis persuasi* (vide Synopsim) *Quod verò Cyrilli Carmelismum eousque Baronius proiecit, iniuriâ id factum, neque firmò ullò argumentò ab Ecclesiastico Historico abnegatum. Fert quidem Carmelitarum antiquitas, & Cyrilli, & Ioannis Patriarcha, & aliorum superiorum, etiam tunc Monachismum: nominatim verò illum Cyrillo Alexandrino ascribunt, Arnoldus Villa nova, Ioannes Cassiodorus, Ioannes Hildunus, Thomas Novicensis, Waldensis, Ivo & alij, quos sequitur Palaeonydorus lib.* 3. *Trimerici cap.* 7. Vide supra *n.* 226. & 657. *ad* 676. Pro libro autem Ioannis 44. *de Instit. Monachorum* Lezanam *annal. tom. cap.* 9. *n.* 15. ubi omissis Authoribus Ordinis, de exteris citat. Tritemium *de laud. Carm. cap.* 2. Angelum de Paz *in Expos. Symb. lib.* 5. *cap.* 22. Petrum Canisium *de B. V. lib.* 2. *cap.* 3. Valentiam 22. *disp.* 10. *q.* 4. *p.* 1. §. 1. & *lib. controv. tract. de votis relig.* Chartagenam *tom.* 4. *homil. lib.* 17. Marulum Cistercienſem *in Oceano Relig. lib.* 4. Ioannem Zuvellartium *in Hist. peregrin. Ierosl. lib.* 2. *cap.* 5. Aubertum Myræum *in Chronic. ad an.* 1207. Possevinum *in apparatu Sacro* verbo Ioannes Ierosl. Gasparem Sanchez *in Reg.* 17. *n.* 13. Ioannem Pitseum *de Illust. Angliæ Scriptoribus* agentem de Carmelitis. Leandrum de Granata *in vita S. Gertrudis.* Maggellanem *in cantic. Moysis lib.* 3. *sect.* 2. *annot.* 6. Suarem. *tom.* 4. *de relig. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 10. Walderamam *in Theatro relig. in serm. de Elia* Petrum Oxedam *de concept. Virg. cap.* 1. Mexiam de la Cerda *tract. de Immac. Concept.* Ægidium à Præsca *lib.* 3. *de concept. q.* 4. *art.* 1. *§. n.* 8. Boulducum *lib.* 3. *de Eccles. ante legem cap.* 16. Ægidium Camartum *de rebus Eliæ cap.* 5. *sect.* 10. & *cap.* 7. *sect.* 1. Petrum Bertium *in Epist. ad filium Carmelitam.* Ioannem Serranum Episcopum Acernenſem *de Immac. concept. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 10. Theophilum Raynaudum *in Nomencl. Mariani.* Hipolitum Marrac. *de fundatoribus Marianis cap.* 1. Vide dicta n. 848. Sed specialiter pro utriusque Cyrilli Alexandrini & Ioannis 44. Monachali Carmelismo Responsa ad *Telum* 2. *Pharet. ult.*

Salazar. | Fran. de Flores. | Authores pro Ioan. libri Auth.

897. Addit 3. *Et quia fictus ille Author se facit Monachum Carmelitam, tempore, quo Carmelus non habebat religiosos, dicamus cum Baronio* &c. Sed contra: vel Em. Baronius legit librum Ioannis XLIV. vel non legit. Si prius (quod alij negant; quia nusquam illius mentionem facit) librum ideò reiecisse sequitur; quia Author solus se Carmelitam ab annis mille ducentis fecit quod de tanto viro incredibile est, alioqui omnem Historiam quam unus solus isto sæculo scripsit, rejicere debuisset ut fabulam, ex quo gravissima sequerentur absurda, ut vidimus *Scuto* XVIII. Si posterius: librum illum non reiecit, & multò minus obinde reiecit: imò si illum legisset, illum obinde rejicere,

Satisfit 3.

cum

cum nulla in contrarium haberet, aut habere posset positiva argumenta, indubiè non potuisset: unde fabula de libro Ioannis XLIV. quam D. Crescentius probat ex Baronio, addi debet ad fabulam de votis Eliæ, quam P. Salinas supra n. 353. appingit Baronio & Bellarmino, qui nusquam Eliæ vota denegant: aut certè ad risum, quem fabulosè Em. Baronio attribuit, subdens: *Ideòque Card. Bellarminus ridet, dicitque in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum*: illis temporibus nomen *Carmelitæ* erat inauditum. *Peregrinata est S. Paula* &c. Sed contra: id dixerit Em. Bellarminus, non ideò concludit, illis temporibus non fuisse Carmelitas; sibi contradiceret alioqui evidenter, loco n. 873. citato, dicenti: *Respondeo nihil concludi ab authoritate negativa* &c. Numquid tempore Christi non erant Christiani; quia isto tempore *nomen Christiani erat inauditum*, ut patet ex Augustino n. 870. citato? Numquid fortè tempore Apostolorum non erant Esseni; quia in Evangelio & scriptis ipsorum nomen Esseni est incognitum, ut patet ex dictis n. 871.? Dices Philo & Iosephus de illis loquuntur. Sed contra si fidas illis, cur non & Ioanni 44. in Ecclesia Dei Patriarchæ, qui æquè de Carmelitis loquitur, ac illi de Essenis? Numquid tempore Apostolorum non erant Christiani Catholici; quia *isto tempore nomen* Catholici *erat inauditum*, ut vidimus n. 871. Numquid fortè ante S. Dominicum, Franciscum &c. non fuerunt Antoniani, Hieronymiani, Basiliani, Augustiniani, Benedictini; *quia ante Dominicum, Franciscum* &c. *nomen istud erat inauditum*, ut docet Bosius n. 151. citatus? Hos omnes istis temporibus non fuisse, debet D. Crescentius asserere, imo etiam ridere istis temporibus fuisse, si obinde rationabiliter asserat, Carmelitas istis temporibus non fuisse, & meritò rideat fuisse: aut fateri, non esse cur obinde potius Carmelitas istius temporis, quam illos explodat, & rideat, ac confiteri se Em. Bellarmino Cardinali sapientissimo incautè risum appinxisse nimis insulsum. Quod S. Paulæ peregrinationem tangit, solutum est supra §. 1. n. 735. & 736. contra Landtmeter. Vnde non est quod D. Crescentius glorietur, se tam infælicem scænam aperuisse, sibique honorabilius doctrinæque Ecclesiasticæ ac veritati conformius, lusisset oppositam. Dolendum sanè, quod suo & Ecclesiæ honori tam malè consulant alioqui celebres viri. Obiectio præoccupatur.

## SEPTIMA

898. D. Crescentius ibidem n. 159. *Adducuntur multi Authores ab Allegre, Coria, Saraceno, qui non probant prætensam continuationem; sed solum dicunt, quod Carmelitæ à Carmelo vocentur, quod venerint à Carmelo, quod in Carmelo fuerit Elias, & sub Patrocinio Eliæ Ordo Carmelitarum sit exortus. Totum est verum, non negamus, si solum in sensu diviso cum debita interpolatione, & in tali differentia temporis omnia intelligantur. Illi postea, qui clarè in ipsorum loquuntur favorem, exceptis ipsis Carmelitis, sunt admodum pauci, & ab illis manifestè dictorum suorum dirivant authoritatem: insufficiens est ergo illorum authoritas. Vnde dici potest cum Doctore Farinacio q. 70. de testibus n. 10. in tali proposito ab ipso Munoz allegato*: par est, non reddere rationem, ac reddere insufficientem. *Et* in testimonijs de auditu, si non reddant rationem sufficientem, nihil probant. *Berdellus* vol. ult. Conf. 50. n. 21. *Scriptores Carmelitani, quamvis apud Saracenum sint suprà* 20. *apud me, etiamsi forent mille, nihil probarent, quando rem à S. Hieronymo impugnatam dicerent: valet S. Hieronymi authoritas pro centum mille talibus. Hi sunt moderni, iste antiquus & sanctissimus: isti loquuntur ex relatione, ille potest dici testis oculatus. iste non est partialis, de his dici potest* librum unius Fratris parum probare in favorem alterius. *Rota genu decis.* 135. *n.* 5. & *decis.* 145. *n.* 3. *Rota recent. decis.* 696. *n.* 6. *p.* 1. *Postius decis.* 314. *n.* 2. Pauci testes, aut Doctores, qui cum maiori verosimilitudine loquuntur, plus probant, quàm multi imò infiniti, qui deponunt res non verosimiles *Rota in Cæsar aug. destrib. coram Card.*

Obiectio 7. ab auth. pro authore insufficienti.

Valet Hieronymus contra centum.

*Saccarato decis.* 154. *n.* 2. &c. insuper rationes & authoritates expenduntur, non numerantur. *Pasqualigus in Moral. q.* 1. & omnis humana fides à verosimili dependet. *Paris Consul.* 139. *n.* 7. *in* 4. *Bertrand. Consul.* 57. *n* 4. *in* 2. &c.

Coævorum authoritas necessaria. Ibidem n. 161. *Oportet, ut Patres illi; aut dent autem scriptoribus, qui vixerunt illis temporibus, de quibus agimus; aut probent, quod illud, quod dicunt, sit ipsis ab Angelis revelatum: si illi istorum temporum non dixerint, unde intellexerunt? A Ioanne XLIV. Ierosolymitano, dicunt Munoz, Paleonydorus* &c. *Probamus falsum, nedum suspectum, illud testimonium: qualis erit igitur ipsorum Historia?* Certè non plus creditur illi, qui refert, quàm illi, cui est relatum *Est Axioma Legale. Aymo Consult.* 112. *n.* 13. *Seraphinus decis.* 206. *n.* 1. *Postius decis.* 84. *n* 16.

Exploditur Tritemius. 899. Ibidem. *Si reperiatur in probationem prætensa eorum antiquitatis liber unus Tritemij Abbatis qui hoc Paradoxum defendit: ego nihili facio; quia utitur fractis hastis* &c. *neque ipse talis, qui frontem faciat uni Baronio, uni Bellarmino & tam multis alijs, quos adducemus in contrarium: minus potest cum Hieronymo in arenam descendere: est Author, ut ita dicam, nostri temporis, non habet meliora fundamenta, quàm quæ nos fodimus: apponitur ad fabulam de isto Ioanne Ierosolymitano.*

## SOLVTIO.

Solutio 1. 900. RE spondeo 1. Quid allegent Alegre, Coria, Saracenus & alij, me parum, aut nihil attendere: sed quid à me allegari debeat solidissimum, ut meam Thesim stabiliam, & *Amicis Dissidentibus* satisfaciam. Authores, quos adduxi contra *Pratens. IV. & V.* ac in *Synopsi P.* continuationem à me prætensam efficaciter probant, ut legenti patebit. Deinde: si fateatur Authores ab istis citatos velle, Monachos ab Elia ad Christum, & à Christo usque ad S. Hieronymum provenisse à Carmelo, tamquam rivos à fonte, aut vitam Monasticam egisse in Monasterijs è Carmelo derivatis, fuisse reipsâ Carmelitas (quidquid de nomine sit) fatetur, & Thesim nostram, continuationemque à nobis prætensam, eò usque profitetur, & sic verè & amicè, *totum est verum, non negamus.* Sed minus placet limitatio, quam subdit; *si solum in sensu diviso, cum debita interpolatione, & in tali differentia temporis omnia intelligantur*: quia satis ipse novit, quod continuum successivum talem divisionem, interpolationem, & differentiam temporis non admittat nisi violentam & iniustam, quæ non obest ex dictis *n.* 888 & 889. nos unum continuum successivum, sensu statim dato, imò de superabundanti etiam rigorosum, probavimus *Praten.* III. & *V.* supra, & hucusque solvimus, ni fallor, efficaciter omnia argumenta, quæ pro sua divisione, interpolatione, & differentia temporis, opposuit, nec hîc quidpiam novi adfert. Igitur ad alia.

Solutio 2. 901. Respondeo 2. Manifestum esse ex Authoribus contra *Prætentionem* III. & V. citatis, eos à solis Carmelitis suam non derivare authoritatem, imò ab illis, qui de hac derivatione sola suspecti esse possent, abstinui, quantum potui, licèt scirem utique, etiam illos multum ad majorem facere confirmationem, cùm supponi non debeant sine judicio & brutaliter, tamquam grues unam præeuntem, Carmelitas antiquiores sequi Unde D. Crescentius malè infert: *insufficiens est ergò illorum authoritas.* Et evidenter contrà ipsum militant omnia jura, quæ ibi opponit; quia ipsius, & omnium, quos pro se adfert, negativa est, & nulla, ut patet ex dictis *n.* 873. 889. & 892. authoritas. Verumtamen Carmelitas hîc præ cæteris debere audiri, probabo *n.* 959.

Solutio 3. 902. Respondeo 3. D. Crescentium satis præcipitanter scribere: *Scriptores Carmelitani, quamvis apud Saracenum sint supra* 20. *apud me, etiamsi forent mille, nihil probarent, quando rem à S. Hieronymo impugnatam dicerent.* Non enim credo, quod ipse plus tribuat S. Hieronymo,

nymo, aut Hieronymus sibi, quàm Augustino, aut Augustinus sibi: Augustinus autem *Epist. 19. ad Hieronymum* sic scribit: *Ego fateor, solis libris Canonicis hunc honorem deferri, ut nullum eorum aliquid errasse firmissimè credam: alios autem* (nota, sermo quoque ad Hieronymum dirigitur) *ita lego, ut quantálibet sanctitate, doctrinâque præpolleant, non ideò verum putem, quia ipsi ita senserint; sed quia mihi, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerint.* Et *Epist. 11.* iterum de libris Hieronymi, Athanasij, Ambrosij & Gregorij, ait: *Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis Catholicorum & laudatorum hominum, velut Scripturas Canonicas, habere debemus, ut nobis non liceat, salvâ honorificentiâ, quæ illis debetur hominibus, aliquid in in eorum scriptis improbare, atque respuere, si fortè invenerimus, quod aliter senserint, quàm veritas habet, divino adiutorio, vel ab alijs intellecta, vel à nobis.* Quod verò de alijs dixit, de seipso concludit, *de dono perseverant* cap. 21. *Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum.* Et alibi iterùm: *neminem velim sic amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in ijs, in quibus me non errasse perspexerit; nam propterea nunc facio libros, in quibus opuscula mea retractanda suscepi, ut nec meipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem.* Adstipulatur Tertullianus lib. de veland. virgin *Veritati nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinium personarum, non privilegium Regionum.* S. Hieronymus *in cap. 1. Ionæ Prophetæ, sub finem*: quod refertur *cap. non est nost. c. 22. q. 5.* dicit: *in persecutionibus non licet propriâ perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur* &c. Hanc exceptionem rejicit Augustinus lib. 1. de lib. arbitr. cap. 5. *De pudicitia verò, quis dubitaverit, quin ea sit in ipso animo constituta, quandoquidem virtus est, unde à violento stupratore eripi nec ipsa potest: quidquid igitur erepturus erat ille, qui occiditur, id totum in potestate non est; quare quemadmodum nostrum appellandum sit, non intelligo: quapropter legem quidem non reprehendo, quæ tales permittit interfici; sed quo pacto istos defendam, qui interficiunt, non invenio.* Pro suicidio autem in casu Hieronymi nulla est lex, omnes Theologi contradicunt, his omnibus & Augustino contradicit Hieronymus: hunc præferet Crescentius? Quoad locum Hieronymi, quo se munit, videantur dicta §. 1. *per totum.* Verumtamen D. Hieronymi authoritatem suspicio, ac veneror plurimum, ideoque §. 1 *supra*, tres expositiones sententiæ, quam nobis objicit D. Crescentius dedi, ipsi S. Hieronymo, authoritatibus ibi citatis ac veritati consentientes. Unde nisi, D. Crescentius efficaciter probet, 20. aut mille Carmelitas, tueri sententiam, quam impugnat S. Hieronymus, frustrà omninò istud argumentum facit: licèt tamen illam tuerentur, quam ipse impugnat, adhuc attendi deberet, quâ, & quorum authoritate niterentur; nam contingere posset, quod tot alij SS Patres ac Doctores antiqui & moderni in oppositam consentirent, ut suâ authoritate prævalerent, ut patet ex prætacta ejusdem de suicidio sententia.

Augustinus.

Hieronymus.

903, Respondeo 4. D. Crescentium, dum *n.* 898. scripsit: *Oportet ut Patres illi, aut dent autem Scriptoribus qui vixerunt illis temporibus, de quibus agimus: aut probent, quod illud, quod dicunt, sit ipsis ab Angelis revelatum.* &c Non attendisse 1. quod ne unum quidem talem scriptorem citet, qui contra Thesim nostram positivè loquatur: unde debet gladium in suam vaginam convertere. 2. Quod omnes SS. Patrum & aliorum quatuor primis sæculis scriptorum de Monachis authoritates, intelligi possint de Eliæ successoribus, filijs Prophetarum, Essenis &c juxta illud Eccli. 48. *qui Prophetas facis successores post te.* Et alia 4. *Reg. cap* 6 de quibus *n.* 850. ubi ostendimus illos multa tunc in Palestina habuisse monasteria. 3. Se prius debere efficaciter probare, quod de distincti substantialiter Ordinis Monachis authoritates illæ intelligi debeant, (An fuerint? Iudicium suspendimus, ut dixi *n.* 828. 840. supra.) uti &, quod nulli tunc fuerint filij Prophetarum, Esseni &c. Eliæ successores, de quibus authoritates istius temporis, de monachis indefinitè loquentes, intelligi possint; quàm contra nos aliquid tale justô titulô prætendere possit: nam tales fuisse ab authoritate ipsiusmet Hierony-

Solutio 4.

 mi,

mi, Isidori & aliorum, qui istis sæculis floruerunt, n. 875. ad 886 & Synopsi P. efficaciter probavimus, ijsque addidimus varios celebris notæ recentiores: imò etiam ipsummet D. Crescentium prætendentem n. 853. ac Eusebium Cæsariensem n. 854. filios autem Prophetarum, & consequenter Essenos ab his derivatos, reipsâ (quidquid de nomine sit) fuisse *Carmelitas*, utpote è Carmelo tamquam fonte derivatos, efficaciter hucusque comprobatum est, nec ulla ratione à D. Crescentio negari potest, nisi neget se Hieronymianum, quod frequenter asserit; pro quibus vide dicta contra *Prætentionem IV.* Unde quoad rem ipsam (quidquid de nomine *Carmelita* sit, quod parùm curamus, modò rem ipsam obtineamus) hîc contradicit illis, quæ loco citato dixit. Quod in *Solutione Prætentionis V.* probaverimus: imprimis per Authores, qui primis quatuor sæculis floruerunt, continuationem filiorum Prophetarum & Essenorum reipsâ Carmelitarum, legitimè perseverasse ab Eliæ tempore usque ad sæculum IV. in Monasterijs è Carmelo derivatis: deinde (quod de superabundanti addidimus ex ijsdem & alijs adjectis) perseverasse *etiam in Monte Carmelo*; quibus D. Crescentius nullâ ratione satisfacit, præterquam unâ explosione allatâ n. 898. quæ rem non tangit, ut videre est n. 901. Denique nos subdidisse probationes pro eorumdem reipsâ talium (quidquid de nomine sit) continuatione à sæculo IV. usque ad XI. cui tribuit Carmelitarum originem. Nisi autem D. Crescentius omnia ista enervet, & sibi contradicat, oleum & operam omnem perdet. Sed nondum statim finis, quia istud D. Crescentij argumentum quamplurima infert absurda, ut vidimus *Scuto* XVIII. & *Phar.* I. *Telo* I. uti & hîc paulò ante n. 873.

Solutio 5. 904. Respondeo 5. ad id, quod addit: *Si illi istorum temporum non dixerint, unde intellexerunt? A Ioanne XLIV. dicunt Munoz, Palæonydorus* &c. *probavimus falsum, nedum suspectum, illud testimonium.* Primò: quod Crescentius falsum supponat; nam Authores istorum temporum id dixisse, probavimus locis statim citatis. Secundò: quod manifestum sit sanctam Dei Ecclesiam traditiones de transactis recipere, uti efficaciter probatum locis statim citatis, quæ Authores istorum temporum scriptis suis non dixerunt. Unde vel istorum temporum scripturam requirit, vel solius traditionis verbum: Si prius: non sine gravi errore, Ecclesiæ traditiones, quæ istorum temporum scripturam non habent, rejicit. Si posterius: de traditionis verbo, nostram Thesim efficaciter probante, omninò constat ex præmissis *Scuto* XVII. Uti & ex efficacissimè probatis *Scuto* XVIII. plurima hodie in Ecclesia recipi, quæ, sine ulla supparium aut coævorum Scriptorum authoritate, primis Ecclesiæ sæculis & diu antè contigisse scribuntur, quibus à D. Crescentio sine temeritate fides humana negari non potest. Videat igitur, & bene digerat D. Crescentius, præmissa in *Synopsi Scuto* XVII. XVIII. *Pharet.* I. *Telum* I. *& n.* 873. &, ni fallor, mentem mutabit. Tertiò: quod nullâ ratione, nisi insufficienti, & sic nullâ, probet *Ioannis XLIV. testimonium esse falsum, nedum suspectum*, ut patet ex dictis n. 895. Ideoque Munoz, Palæonydorus &c. bene respondent: *à Ioanne XLIV.* Verumtamen nos, ut D. Crescentio, & alijs qui illius immeritò suspectam habent authoritatem, plenius satisfaceremus, aliunde, ipsô prætermissô, probavimus Thesim locis n. 903. citatis, licèt vel solum ipsius testimonium positivum, plusquam à mille annis datum, sufficere, & prævalere deberet, contra omnia negativa D. Crescentij, ut vidimus n. 891. & locis *ibid* citatis.

Solutio 6. 905. Respondeo 6. Ad id, quod *ibidem* subdit: *Qualis igitur erit ipsorum*, scilicet Carmelitarum, *Historia?* Talem, qualem vix ullam primitivæ Ecclesiæ habeat Ecclesia moderna, tot SS. Patrum, & Doctorum, tum antiquorum, tum recentiorum authoritatibus & suffragijs æquè munitam, uti Synopsim & loca n. 903. cita-

citata, ac *Scuto* XVII. relata, consideranti patebit. Verbis quidem sequentibus: *Certò non plus creditur illi, qui refert, quàm illi, cui est relatum* &c. prætendere videtur Authori, etiam antiquissimo, aliquid referenti, quod supparis aut coævi authoritate sufficienti non probatur, non plus credendum, quàm singulari testi de auditu: sed quam hoc sit ab omni ratione alienum, quamque enervet totam Historiam Ecclesiasticam, patet ex dictis *Scuto* XVIII. Imò inde sequitur, Sanctorum secretis actis & revelationibus, ab ijs uni soli confessario, aut fideli amico relatis, &, iuxta hanc relationem authenticam, insertis ipsorum vitis, nullam esse habendam fidem, quod est contra totius Ecclesiæ mentem. Unde ad D. Crescentium pertingere videtur illud Theophili Raynaudi *lib.* de Scapulari parthen. Carm. p. 2. q. 1. *Ille bellum argumentatorem se ostendit, qui hâc unâ securi magnam partem lucubrationum de vita Sanctorum exciderit, & nominatim, quæ ex S. Hieronymo habemus, ab alijs intacta, ut, vitam S. Pauli Thebei, & S. Hilarionis, ac narrationem de Malcho, & de muliere septies icta. Concidet etiam vita S. Antonij à S. Athanasio descripta, & inter figmenta reputabitur, quod nemo sanus aut sobrius dixerit.* Vides amice Lector, quomodò, permittente Deo, D. Crescentius in suum Patronum impingat, quem tamen mille Authoribus *n.* 898. prætulit: sed vide insuper dicta *n.* 848. Axioma autem & Iurisconsulti, quos allegat, solum agunt de testimonio forensi, aliquid probante in præiudicium tertij, de quo quæstio nobis non est.

Inconveniens.

Raynaudus.

906. Respondeo 7. D. Crescentium, continuò quidem acriter satis integrum Ordinem à fictis Authoribus, fabulis, & paradoxis arguere, quorum nullum positivè probat, nec positivè probare potest; argumenta autem ipsius negativa, sunt straminea & nulla, ut vidimus *Præten. V.* Sed in bono malum vincere decrevi. Profectò, si tota modernorum Carmelitarum in Elia & Eliseo, filijs Prophetarum & Essenis, reipsâ, ut toties probatum est, Carmelitis, antiquitas sit paradoxum, penè omnes SS. Patres in *Synopsi* & ad *Telum* II. *Pharet. ult.* citati, multi Pontifices *Scuto* XVII. plurimi Historici, Chronographi & Theologi celeberrimi, à virisque commendatissimis & integro Ordine recepta traditio *ibidem*, à quibus non recedunt Em. Card. Baronius & Bellarminus, ut vidimus, paradoxum illud nos docent: pro nostra verò ab Elia successione continua plurimos accumulatos videre potes in Synopsi *P.* VII. & *n.* 875. *ad* 886. uti & duos alios celeberrimos Scriptores Societatis Ferdinandum Salazar & Fran. de Flores *n.* 896. An autem unanimis omnium istorum doctrina dici debet paradoxum? Dixerit D. Crescentius: ego nego, & pernego. Assero igitur (quod aliquoties supra efficaciter probavi) Filios Prophetarum & Essenos reipsâ fuisse Carmelitas (quidquid de nomine sit,) & quos ipse modò vocat *Carmelitas*, reipsâ esse filios Prophetarum & Essenos (quidquid de nomine sit) quia nempe hi sunt ab illis derivati, ut illi à Carmelo: dum tamen placuit S. Sedi Ordines re & nomine distinguere, assignando cuique sub proprio nomine Regulam specialiter distinctam, secundum quam voverent, sive ad quam servandum se votis astringerent, Ordines fuerunt ab invicem votis uti Regula ad quam servandum se votis astrinxerunt, substantialiter divisi, & distincti, quorum, S. Sedis authoritate, divisio & distinctio demum post Christi sæculum X. contigit. An autem primitivæ Ecclesiæ Monachi diversorum nominum & Monasteriorum, sic solùm sua vota facerent secundum Regulam diversam, ad quam servandam, saltem pro tempore, quo in illis manerent, adstricti essent, ut in substantia votorum & Religionis, prout à novæ & veteris legis religione præscindit, censendi essent unius eiusdemque Eliani & Esseni Ordinis, itaut propter Regulæ, nominum, Monasteriorum, & quorumcumque titulorum quomodocum-

Solutio 7.

Paradoxi retortio.

Ordinum divisio.

cumque inductam tunc diversitatem, restaurativam, reformativam aut illustrativam, solùm dici deberent restaurati, reformati aut illustrati eiusdem perseverantis Ordinis, usque ad dictam S. Sedis Ordinum divisionem & distinctionem? Decisum hucusque sufficienter non vidimus, & decisio est, quam ab alijs lubentes audiremus: nos pro & contra sub finem §. III. rationes attulimus, in eoque consultò iudicium suspendimus: hoc saltem certum, quod tunc temporis semper Monachi fuerint, qui reipsâ essent Eliani Ordinis & Carmelitæ (quidquid de nomine sit) ut patet ex dictis contra *Pratent.* III. *&* *V.* Rogo, ut hæc D. Crescentius maturè perpendat: inde enim clarè videbit, Tritemium nullum de nostra antiquitate docere paradoxum, sed validissimis uti hastis; nec debere uni Baronio, Bellarmino, & multis alijs, frontem facere, sed ab illis meritò patrocinium sumere posse, à quibus ipse, imò nec ab alicuius notæ antiquioribus alijs, ullum potest: ac proinde Tritemium & nos habere *meliora fundamenta, quàm ipse D. Crescentius fodit*, & immeritò dicit, *apponi ad fabulam de isto Ioanne Ierosolymitano*, ut vidimus n. 892. Sed cur potius Tritemium, quàm Chartagenam, Myræum, & tot non minus faventes alios, obinde *fictum* vocat? Non sunt loquelæ.

Tritemius vindicatur

## OCTAVA.

907. D. Crescentius *ibidem* pag. 165. col. 1. *Quod si ab Octavò sæculo fuerint Carmelitæ, probabile est, illos fuisse Ordinis S. Hieronymi; quos probabimus dilatatos per totam Palæstinam, sub SS. Saba, Eutymio & Theodosio: Unde Carmelitæ non erant ibi amplius, quando illuc incæpit Religio Carmelitana ex militibus magni Bullionij* &c.

Obiectio 8. antiquos Carm. facit Hierodymianos.

908. Ibidem col. 2. *Non apparet vestigium Ordinis Carmelitarum in omnibus, quæ citantur in Mari Magno, præterquam Sixti IV. qui prætensarum Bullarum, illas confirmando, facit mentionem, quamvis non afferat, uti de alijs, tempus, nec præcisum tenorem, qui deberet facere umbram aliquam probationis. Præcedentes Pontifices ad instantiam Carmelitarum Bullas prædecessorum suorum expressè confirmant: solum tempore Sixti IV. præterito sæculo reperiebantur, & modò in bona forma non inveniuntur amplius: cui debeo credere? Non forent illæ primæ Bullæ fictæ suppositæ, & à diversis Scriptoribus celebratæ? Non dicò fictas illas Carmelitarum; dico plerorumque aliorum, sicut in Apologia Baronij ostendit Galonius, & in Bibliotheca Floriacensi manifestat Cælestinus; sed de his aliàs cum maiori otio.*

Bullas ad suam mentem torquet.

909. Ibidem: Instat *Munoz, debere credi Sixto IV. utinam ipse sic credidisset* Sixto V. *Firmemus: totus ille liber Munoz est in probando, quod omnes antiqui Monachi, S. Antonij specialiter, S. Basilij, S. Benedicti, S. Augustini, & S. Hieronymi, essent unius Ordinis Monastici cum Carmelitis Eliæ.* Cum illis *Eliæ concedo: sed non cum his nostri temporis. Vidimus distinctionem.*

Contra Munoz.

910. Distinctionem autem sic *ibidem* probavit: *Supponamus, uti videbimus, Carmelitas mutasse habitum & institutum, transiisse ad novum Ordinem, propter quod sunt in Serie mendicantium ultimi: nempe quia à vita contemplativa transiverunt ad vitam mendicantium, quorum est vita mixta.* Hòc suppositò, sic argumentatur: *qui mutat formam, mutat essentiam, diceret Schola Peripathetica: qui mutat essentiam, mutat etiam esse: igitur hi Carmelitæ mendicantes temporis nostri, non sunt illi, qui fuerunt; quia in substantia non sunt tales quales tunc fuerunt: etenim à formalitate morali vel Physica, prout illa fuerit, nascitur diversitas speciei; diversa autem est formalitas horum ab ista præteritorum. Applicemus igitur dictum legis 1. si qua pœna ff de verb. signif.* quando aliqua differunt specie, unum non potest de altero prædicari. *Addamus hoc aliud Sacrorum* Canonum. Qualitas obveniens enti, qualificat ipsum ens, & reponit ipsum in deversam speciem. *cap. cum Martha §. quæsivisti de celebr. miss.* &c. *Sic Em. Bellarminus, more solitò, egregiè lib. 2. cap. 2. §. ex quo dicit:* Propriè Monachos non esse, nisi eos religiosos, qui soli vitæ contem-

Agnoscit Eliæ antiquos Carm non modernos.

templativæ dant operam, quales sunt Casinenses, Cistertienses, Cartusiani, Camaldulenses, atque alij id genus: quod intelligentes S. Thomas, S. Bonaventura, & alij Doctores posteriores, non vocant Monachos, Dominicanos, Franciscanos & similes, qui non soli contemplationi insistunt, sed in actione versantur, iuvantes Episcopos & Clericos in Concionibus & Sacramentis; sed Regulares ac Religiosos appellant &c.

912. Pergit col. 2. præcitata: *Explicemus conceptum. vult Munoz in hoc credi Sixto IV. quia ipse erat Vicarius Dei in Terra; credet propter eandem rationem Sanctitati Martini V. qui approbans reformationem B. Lupi (quæ est ipsamet, quam ego profiteor, uti unusquisque scit, & à nemine dubitatur) declarat:* quod hic sit verus Monachatus, quem tenebat, sequebatur, docebat S. Hieronymus. *Credet Sixto V. qui congregationi Hispaniæ ipsamet nostra Officia de S. Hieronymo confirmans, vocat S. Doctorem* fundatorem istius Ordinis, *eiusdem, à quo dependet eadem nostra congregatio. Alias Bullas habent ad tale propositum Eremitæ Fesulani. quas suo tempore adducemus. Si igitur noster verus sit Monachatus per institutum, & verus Ordo per continuationem, quandoquidem nos & Fesulani habeamus coniunctionem successivam; quia Summi Pontifices hoc dicunt plures numero, & plures antiqui, & plures moderni, quam Sixtus IV. ipse P. Munoz non poterit negare: ipse igitur in suis Principijs Monachatus Carmelitani debebit concedere, quod penes nos solos sit successiva continuatio, & ipsum antiquum Carmelitarum institutum. Sed si nostrum institutum (uti probavimus, & sciunt omnes) est essentialiter à suo moderno distinctum, quamvis habitus in colore conveniat: quæ poterit fieri consequentia! A nobis tamen stat victoria; est enim apud omnes axioma commune*, quod in Historijs possit errare Pontifex, & tunc ipsius non probet dictum, quando procedit per modum narrationis. *Illud fuit responsum, quod dedit Doctor Ranuccius Picus ad vitam S. Guillelmi Ducis Aquitaniæ annot. ult. quando contra verba aliquot Bullarum negabat, quod S. Guillelmus fuisset Eremita Ord. S. Augustini. Tale responsum dat P. Pennotus Theologus & Abbas Canonicorum Lateranensium in sua Historia ad Bullas PP. Augustinianorum: nulla tamen est dispositiva & ita clara, uti nostra Martini V. quæ hæc habet verba:* Vitam & Ordinem huiusmodi Monachalem S. Hieronymi quandocumque assumere spontè volentes, pro tempore venientes, eorumque Monasteria & loca ad huiusmodi verum Ordinem Monachalem S. Hieronymi, ut præfertur designatum: quem videlicet idem Sanctus in Monasterio una cum suis Monachis per magna, & usque ad sui obitus tempora, cohabitans tenuit, observavit, assumimus &c. Se magis explicat.

913. Addit ibidem pag. 166. col. 1. *Advertendum, quod in causis fidei credere Romanis Pontificibus pariter sit de fide: in causis iurisdictionis spiritualis putarem sacrilegium dubio exponere ipsorum authoritatem; sed in causis facti & Historiarum (observat Doctor Melchior Canus, lib. 11. de locis Theolog. cap. 3. & 5.) possunt ipsi errare, tam bene ac alij; & Card. Bellarminus controvers. 3. lib. 4. de Summo Pontifice cap. 2. testatur pro tota Ecclesia:* conveniunt omnes Catholici & Hæretici in duobus. Primò: posse Pontificem, & cum suo cœtu Consiliatiorum, vel etiam cum Generali Concilio, errare in controversijs facti particularibus, quæ ex informatione, testimonijsque hominum maximè pendent. *Probant Bannez 22. q. 1.* art. 10. Concl. 4. *& Castro Palao.* P. 1. tom. 4. p. 5. §. 3. n. 1. *pro indubitato & certissimo, Sæpius declaravit Rota, quod desit intentio Papæ in omni expeditione, aut bulla, quæ sit vel minimi præiudicij alicui particulari* &c. Eludit vim Bullarum.

Deinde *ibidem* infert: *Nihil igitur Carmelitæ ex ista Bulla acquisiverunt in favorem istius prætensæ antiquitatis: tota est hipothetica, sistitque in si &* quantum *Procurator Carmelitarum exposuerat: mens Papæ non fuit declarare*, Carmelitas habuisse continuatam ab Elia successionem, *quamvis dixerit*, Eliæ & Elisei successionem hæreditariam tenentes; *quia ista sunt verba Dataria & Secretarij, quæ in præambulo inserit, nihilque tangunt dispositionem Papæ; palparent istud cæci. Etiamsi in eo non paterentur aliquam exceptionem, mihi tamen magnam molestiam non causarent; quia* Elusionem extendit ad Carmelitas.

non

*non nego Carmelitas habere titulum à Maria, & successisse in hereditatem istorum Sanctorum, qui in Carmelo habitarant: habitarunt in Carmelo, & à Carmelo venerunt. Ibi à tempore, quo Bullonius cepit Terram Sanctam, aliquos ipsius militum Itali & Franci dederunt sanctum & salis Principium isti religiosæ familia in possessione Elia tum vacante: concedo; nihil sequitur in præiudicium veritatis, quam defendo, & rationum Baronij & Bellarmini, duorum luminum S. Ecclesiæ, quos ego sequor. Multæ familiæ in Italia novæ & populares successerunt, ob præcedentem pestem, ad alias nobiles & antiquas; potest dici habere illas bona insignia & titulos istorum; potest de illis dici* hereditariam successionem tenentes. *Sed, quod sint isti idem, qui cum eodem nomine, titulis & insignibus extincti erant in illis ijsdem locis, dicet nemo.*

## SOLVTIO.

Solutio 1. 914. RESpondeo 1. ad *n.* 907. fuisse ab octavo sæculo Carmelitas, à nobis probatum *n.* 882. ad 885. illos autem fuisse Ordinis S. Hieronymi, tunc distincti ab Ordine Filiorum Prophetarum & Essenorum reipsâ Carmelitarum (quidquid de nomine sit) per quos ab Elia hucusque continuè nos hæreditariam successionem tenere defendimus, tamquam paradoxum negamus, utpotè quod nullus unquam, præter D. Crescentium asseruit: unde hic locum habet id, quod ex ipso *n.* 899. retulimus & *n.* 903. solvimus, quod sic in suum Authorem retorqueo: *Oportet, ut Dominus Crescentius, aut det aurem scriptoribus, qui vixerunt illis temporibus, de quibus agimus, aut probet, quod illud quod, dicis, sit ab ipsis Angelis revelatum: si illi istorum temporum non dixerint, unde intellexit?* Non sunt loquelæ, neque sermones. Indistincti transeat; quia inde solum sequitur, Hieronymianos fuisse eiusdem Ordinis cum Filijs Prophetarum & Essenorum reipsâ Carmelitarum usque ad Ordinum à S. Sede divisionem & distinctionem, de qua *n.* 906. neque id asserimus, ut patet ex *ibidem* dictis. Notandum, quod sicuti sæculo VIII. reperit Hieronymianos, quibus adunat Carmelitas, nos è contra repetire Carmelitas, quibus fortè adunati fuerunt Hieronymiani, prout de Euthimio, Sabba & Theodosio, colligi potest ex Egidio Galeno in *opere* de Coloniæ Agrippina *lib.* 3. *Syntagmate* 43. ubi illos, attribuit nostro Ordini, non verò S. Hieronymi, qui tunc specialem Ordinem instituisse in nullo Authore istius temporis legitur, ut videbimus *n.* 919. Vnde D. Crescentius non probat, quæ dicit, & plus ab alijs requirit, quàm ipse observare possit. Deinde dum Eliæ Carmelitas usque ad sæculum octavum agnoscit, nisi probet ab octavo ante XI. extinctos, cuius oppositum *Prætent. V.* probavimus, continuatio ipso iure præsumitur, ut vidimus *n.* 888.

Retortio.

Favet Authori.

Solutio 2. 915. Respondeo 2. ad *n.* 908. hiscè verbis Sixti IV. in Mari magno: *Sacrum Ordinem B. M. de Monte Carmelo à Sede Apostolica, pluribusque Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris approbatum* &c. *Tamquam Religionis speculum & exemplum speciali charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum Eliæ, & Elisei, & aliorum Patrum qui montem Carmeli, iuxta Eliæ fontem, successione hæreditatem tenentes* &c. sive uti alia eiusdem *dum attenta* an. 1477. *successionem hæreditariam tenentes*, quæ verba etiam reperiuntur in Bullis Iulij II Gregorij XIII. & Clementis VIII. Non solum probari evidenter aliquod Ordinis Carmelitarum antiquitatis vestigium; sed & illius *ab Elia & Eliseo hæreditariam successionem.* Quod verò D. Crescentius addit: *Prædecessorum Sixti IV, bullas modò in bona forma non inveniri amplius*, insinuans esse fictas, licèt in Bulla ista referantur, illi inserantur, & per illam *motu proprio & ex certa scientia confirmentur, ac si de verbo ad verbum inserta forent, quas pro sufficienter expressis haberi vult*: apud sapientes non bene audit, præsertim cum illam confirmarint *Iulius II.* in Bulla *Ad Sacrum Ordinem* & *Gregorius XIII.* in Bulla *ut laudes.* quia melior & securior forma optari non potest; quàm istorum trium Pontificum confirmationes, & quidem modô dictô: velle autem ipsos confirmasse Bullas falsas, aut nullas, hoc ipsum

Vindicantur Bullæ.

ipſum eſt, quod apud illos malè audit. Certè maior habenda fides iſtis tribus Pontificibus, quàm ſoli D. Creſcentio illas ſuſpectanti, & ipſos, de incuria ſaltem, inſimulanti. Deinde: non reperiantur amplius in bona forma. Numquid quampluri-ma, etiam pretioſiſſima, Saracenorum perſecutiones abſtulerunt, aut igne conſumpſerunt, & quotidie in profundum maris ſubmerguntur, aut alibi ita latitant, ut iam non reperiantur; & tamen hæc ficta non habentur, ſed realiter extitiſſe conſtat? Vide dicta *n.* 279. *&* 280. de multorum, etiam S. Paginæ, ſcripris, quæ certiſſimè fuerunt, & tamen modo perierunt ſimiliter. Vnde, cum Bulla Sabathina ſit approbata & confirmata ab Alexandro V. anno 1409. die 7 decemb. in Bulla; quæ incipit, *Tenor cuiuſdam*, in qua teſtatur Ioannis XXII. anthographum Bullæ Sabathinæ à ſe inſpectum & diligentèr recognitum, & illis apographum ſuo inſeruit diplomati. (Vide Danielem à Virg. Maria *Vinea Carmeli n.* 543.) Clemente VII an. 1525. in Bulla: *Dilecti Filij.* Et altera 1530. *Ex Clementi.* (vide eumdem n. 565.) Paulo III. anno 1534. in Bulla: *Proviſionis noſtra.* Pio V motu proprio anno 1566 in Bulla: *Superna diſpoſitione* Gregorio XIII. anno 1577. in Bulla, *ut laudes.* Non eſt, quod aliud ad D. Creſcentij ſuper illa n. 159. pag. 262. col. 1. cavillationem reſpondeam: preſertim cum addat: *vellem gratioſè credere, ſi Hieronymus mibi non diceret contrarium. ſi contrarium non probaret Baronius, ſi à magiſtro S. Palatij & à Card. Bellarmino aliter non eſſem edoctus:* quia ne verbum quidem habent de Bulla iſta, & quod habent contra Ioannem 44. *Pratent. VI.* ſolutum eſt. Vide dicta *Sento XVIII.* Ne tamen ultra dubitet de Bulla Alexandri V. Sit

# TESTIMONIUM AUTHENTICUM

## *Bullæ Alexandri V. & Sabathinæ.*

IN nomine ſanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Amen: Noverint univerſi, & ſinguli hoc præſens Publicum tranſumpti Inſtrumentum viſuri lecturi, pariter & audituri, quod nos Marius Anthonius Franciottus Protonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ S^mi. D^ni. noſtri Papæ Referendarius, nec non Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum tam in eâdem Romanâ Curiâ quàm extrà eam latarum ac litterarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis & merus Executor ab eodem S^mo. D^no. Noſtro Papa ſpecialiter Deputatus: habuimus, vidimus, legimus, & diligenter inſpeximus litteras Apoſtolicas S^mi. D^ni. noſtri Alexandri Papæ quinti ſub plumbo, ut moris eſt, expeditas, non vitiatas, non cancellatas nec in aliqua illarum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpectione carentes, quarum quidem Tenor talis eſt; videlicet: Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis & ſingulis Chriſti Fidelibus tam præſentibus quàm futuris præſentes litteras inſpecturis ſalutem & apoſtolicam Benedictionem.

Tenor cuiusdam privilegij fælicis recordationis Ioannis vigesimi secundi Prædecessoris nostri Dilectis Filijs Priori Generali, & Fratribus, & Dilectis in Christo fidelibus, filiabus, Sororibus & Confratribus Fratrum dicti Ordinis Carmelitarum concessi per nos visi, & diligenter inspecti de dicto originali sumpto, ut de ipso imposterum certitudo plenior habeatur, præsentibus fecimus adnotari, quæ talis est. Ioannes Episcopus Servus Servorum Dei universis & singulis Christi: Fidelibus &c. tam Præsentibus quàm Futuris præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem: Sacratissimo uti culmine Paradisi, Angelorum tam suavis & dulcis reperitur Melodia Modulantium visionis dum Paterno IESUS numini circumspicitur adunatus, dicendo Domine ego & Pater unum sumus, & qui videt me, videt & Patrem, & Angelorum non desinit Chorus dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus, dicta Synodus non cesset laudes extendere celsæ Virgini dicendo Virgo, Virgo, Virgo, sis speculum nostrum pariter & exemplum, quoniam munere munitur gratiarum sic sancta cantat Ecclesia MARIA gratia plena & Mater Misericordiæ; sic ille mons reputatur de Carmelo ordine cantibus extollendo & hanc gratiarum Genitricem commendando & dicendo, Salve Regina Mater Misericordiæ & spes nostra: *Sic mihi flexis genibus supplicanti Virgo fuit Carmelita sequentem affata sermonem: O Ioannes, Ioannes vicarie mei dilecti Filij veluti te à tuo eripiam Adversario, te Papam facio, solemni dono vicarium meis coadiuvantibus supplicationibus dulcissimo filio meo petitis, quod gratiosè obtinui ita gratiarum & amplam meo Sancto & devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debeas præconcedere per Eliam & Elisæum in Monte Carmelo inchoato quod unisquisque professionem faciens* Regulam à meo servo Alberto Patriarchâ ordinatam observabit, & inviolatam obtinebit, & per meum dilectum Filium Innocentium approbatam, & veri mei filii vicarium debeat in terris assentire, quod in cælis meus statuit, semel ordinavit filius, quod, qui in Sanctâ perseverabit Obedientiâ, Paupertate, & Castitate, vel qui sanctum intrabit Ordinem, salvabitur, & si alij devotionis causâ in sanctam ingrediuntur Religionem, sancti Habitus signum ferentes, appellantes se Confratres & Sorores mei Ordinis prænominati liberentur, & absolvantur pro tertia eorum peccatorum portione à die, quo præfatum ordinem intrabunt Castitatem, si vidua, promittendo; Virginitatis si est virgo, fidem præstando, si est coniugata, inviolati conservationem Matrimonij adhibendo, ut Sancta Mater imperat Ecclesia, Fratres professi dicti Ordinis supplicio solvantur & culpâ & die quo ipsi recedunt sæculo ab isto perpetrato gradu accelerant purgatorium, ego Mater gratiosè descendam *sabbatho post eorum obitum*, & quot inveniam in purgatorio liberabo, & eos in Montem sanctum vitæ æternæ reducam: verum quod ipsi Confratres, & Consorores teneantur horas dicere Canonicales ut opus fuerit secundum regulam datam ab Alberto. Illi qui ignari sunt, debeant vitam Ieiunam ducere diebus quos sacra iubet Ecclesia, nisi necessitatis causâ alioqui traditi essent impedimento: Mercurio & Sabatho se à carni-

carnibus abſtinere, præterquam mei filij nativitate, & hoc dicto evanuit iſta viſio. *Iſtam ego Sanctam Indulgentiam* accepto, roboro, & in terris confirmo, ſicut propter merita Virginis Matris gratioſè Iesus Chriſtus conceſſit in cælis. Nulli ergo Hominum liceat hanc paginam noſtræ Indulgentiæ ſeu ſtatuti & ordinationis irritare, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum. Datum Avigonæ tertiâ die Martij Pontificatus noſtri anno ſexto. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ Indulgentiæ ſeu Statuti & ordinationis irritare vel ei auſu temerario contraîre: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,& beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum. Datum Romæ ſeptima Decembris apud Sanctam Mariam Maiorem Pontificatus noſtri anno primo quas quidem litteras in eodem Originali diligentèr inſpectas per infrà ſcriptum Curiæ noſtræ Notarium tranſumi, & exemplari & in hanc publicam tranſumpti formam redigi mandavimus. & fecimus volentes huiuſmodi tranſumpto deinceps talis & tanta fides in Curiâ, & extrà habeatur,qualis & quanta eiſdem litteris Apoſtolicis daretur, & adhiberetur ſi in medium exhibitæ vel oſtenſæ forent; ſuper quibus omnibus & ſingulis tamquam ritè, rectè, & legitimè factis & geſtis noſtram, & curiæ noſtræ Auctoritatem pariter & decretum interponendum duximus, & interponimus per præſentes. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris anno Dni. milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo tertio indictione primâ, die verò octavâ Aprilis Pontificatus Smi. Dni. noſtri Dni. Urbani divinâ providentiâ Papæ Octavi anno decimo. Et in margine ſcriptum erat Franciottus. Iac. Belgius Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius & ex alio latere Celius Archiepiſcopus: & paulò infrà in folio, undecimo: & erant ſigillatæ ſigillo notariali inferius habetur: Collatione factâ cum litteris originalibus, ut ſuprà in pargameno litterâ romanâ conſcriptis, ſignatis, ſubſignatis & ſigillatis concordat præſens copîa, quod atteſtor Apoſtolicus, & publicus Lovanij reſidens Notarius hac 22. Maij 1639. ſubſignatum Martinus Berckmans Notarius.

Collatione factâ cum dicta Copia authentica ſicut præmittitur per dictum Notarium Berckmans collationata & ſubſignata concordantiam huius de verbo ad verbum atteſtor.

P. LE NOIRE *Notarius*

916. Reſpondeo 3. Ad *n.* 909. D Creſcentium his verbis: *cum illis Elia concedo*, fateri ſatis liberaliter, *omnes antiquos Monachos S. Antonij, S. Baſilij, S. Benedicti, & S. Auguſtini fuiſſe unius Ordinis Monaſtici cum Elia Carmelitis*, quod nondum auſim aſſerere, ſed, uti ſæpè ſupra monui, aliorum diſcuſſionem & reſolutionem expecto. Vide dicta *n.* 839. dum Solutio 3.

tamen ipse ita liberaliter concedit, omnes antiquos Monachos istorum Patriarcharum filios, fuisse unius Ordinis Monastici cum istis Eliæ Carmelitis, mirum est. quod neget Carmelitas sæculi XI. fuisse unius Ordinis cum istis Eliæ! quandoquidem nondum facta esset Ordinum à S. Sede divisio: unde, an non rationabiliter pro nostra ab Elia usque ad sæculum XI. imò & usque ad hoc, quo usque Benedictini & alij, ad Montem Cassinum & alia suæ primæ fundationis loca, hæreditariam successionem continuam prætendunt, victoriam ex propria D. Crescentij confessione clamare possim? Iudicent alij. Vide præmissa *n.* 915.

Solutio 4. 917. Respondeo 4. ad *n.* 910. suppositum illud esse valde crudum & indefinitum: quia tempus mutationis non determinat, nec personas, quæ habitum & Institutum mutaverunt; quæ omninò determinanda erant, ne universale credatur amplecti. quod evidenter falleret: vel enim agit de sæculo XI. & de militibus Godefridi Bullonij, quos *n.* 168 dicit incæpisse Carmelitarum ætatis nostræ Ordinem: *Carmelitæ*, inquit, *ætatis nostræ inceperunt ex militibus Godefridi Bullonij.* vel de Carmelitis, qui sæculo XI. ante istos milites, erant in Monte Carmelo: vel de tempore quo à S. Sede ex Eremis vocati sunt ad Civitates in obsequium populi. Non primum: quia isti quidem milites dici possunt sæculo XI. mutasse sæcularem habitum & militare Institutum in religiosum Carmelitanum à se assumptum: sed non obinde Carmelitas mutasse habitum & Institutum, nisi cuiuslibet novitij vestitione habitum mutent & institutum.

Obiectio præoccupatur. Nec proderit, dicere, milites istos in Monte Carmelo assumpsisse alium habitum & Institutum religiosum, quàm tempore Eliæ & filiorum Prophetarum ibi fuerat, & hoc sensu sæculo XI. Carmelitas mutasse habitum & Institutum quia hoc equidem aliud non est, quàm sæculo XI. fuisse milites Godefridi Bullonij in Carmelo, qui ibi sponte suâ assumpserunt habitum & Institutum religiosum, distinctum ab Eliæ & filiorum prophetarum habitu & Instituto: hæc autem ut summum est sæculo XI. habitasse in Carmelo, non solos filios prophetarum Eliani Instituti, sive Religiosos Carmelitas (quia reipsa, quidquid de nomine sit, erant tales) sed & milites, qui sibi novum habitum & Institutum religiosum effinxerunt, nos verò horum, I. partem, ob dicta *Scuto XVII.* & authoritates contra *præsent. V.* allatas, tamquam certum & indubitatum tenemus, & quidquid pro negativa adferri potuit, efficaciter hucusque, ni fallor, solvimus. Partem 2. autem (quæ primam non tollit,) habemus pro paradoxo, absque ulla ratione & Authore (præsertim sæculi XI. XII. XIII.

Paradoxum. XIV. imò sæculi XV. è quibus authores pro prima parte locis citatis produximus) à solo D. Crescentio lepidè invento: nam id non somniasse Em. Baronium colligi evidenter potest! tum ex præmissis *pharetra ult. per totam*! tum ex dictis §. III. contra III. ex *præsentionibus RR. PP. Bollandi. Enschenij &c.* Si secundum: præsupponit sæculo XI. Carmelitas antiqui Eliæ Instituti in Carmelo fuisse, ex quo sequitur huius eousque ininterruptæ continuationis intentum: hos autem mutasse habitum & Institutum, etiam per acceptam sæculo XII. Regulam scriptam, cum in singulis ferè punctis conveniat cum norma vivendi Essenorum, uti probavimus *Scuto XI.* nec D. Crescentius, nec quispiam alius, probabit unquam. Si tertium: quod demum sub Innocentio IV. contigit, ut notat noster Daniel à Virgine Maria *Vinea Carmeli n.* 1144. id non plus mutat Institutum quàm Regulam; ipsos autem Pontifices non obinde mutasse Regulam, quam antea servabant, nostra eiusdem Regulæ observantia quotidiana docet: licet tamen mutassent habitum nihil obstaret ut patebit *n.* 920.

Solutio 5. 918. Respondeo 5. Quod obinde inter mendicantes ultimum locum teneamus, consequenter esse falsum, ut videre est ex alijs rationibus contra Bordonum *n.* 620. *ad* 635. allegatis. Quod verò addit nos transivisse à vita contemplativa ad vitam mendican-

dicantium, quasi ad vitam substantialiter novam, fallit: nam Regula nostra, aut Filiorum Prophetarum, Essenorum &c. Institutum, vitam mendicantium, quæ est prædicare & saluti proximorum vacare, non excludit, ideò nostri Filij Prophetarum, Esseni &c. statim post promulgatum Evangelium se iunxerunt Apostolis in prædicatione Evangelij coadiutores, & ad proximi salutem cooperatores, ut patet ex dictis *Scuto* X. Unde evidenter corruunt, quæ D. Crescentius ibi de mutatione formæ, formalitatis & essentiæ supponit, & discurrit.

919. Respondeo 6. Me non attendere, quid R. P. Munoz dicat; sed quid dicendum sit: nam licèt, uti sapienter Bernardus Epist. 174. *Novitas contra Ecclesiæ ritum præsumpta, mater sit temeritatis, soror superstitionis, & filia levitatis*; in alijs tamen teste Seneca de vita beat. *Nihil magis præstandum, quàm ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes, non quà eundum est; sed qua itur.* Igitur volo credi Sixto V. de Carmelitis dicenti: *Eliæ & Elisei Prophetarum successionem hæreditariam tenentes*, volo credere, & credo ea, quæ Martinus V. in suis Bullis dixit, imò etiam D. Crescentio dicenti, *se & Fesulanos habere coniunctionem successivam ad invicem*: non verò addenti *penes se solos esse successivam continuationem. & ipsum antiquum Carmelitarum Institutum*: quia imprimis, nec S. Hieronymus specialem Regulam pro Monachis composuit, nec ullos speciales Monachos instituit; præsedit quidem uni ex tribus Monasterijs à S. Paula extructis; sed secundum Eliæ, Elisei & Filiorum Prophetarum Institutum, uti ipsemet fatetur *Epist.* 13. ad Paulinum: *ut ad scripturarum authoritatem redeam, noster Princeps Elias, noster Eliseus, nostri Duces Filij Prophetarum.* Et Epist. 17. ostendit unam Eliæ Religionem fuisse omnium Monachorum istius temporis, scribens: *vox quidem dissona, sed una religio, in veste nulla discretio* &c. ac proinde S. Hieronymus nullos Hieronymianos, saltem ab Elianis distinctos, instituit, & tam Carmelitæ sæculi XI. quàm antiqui, erant, antequam Hieronymiani, Fesulani & posteriores alij, essent concepti. Audiat D. Crescentius Bordonum tom. 5. cap. 2. n. 26. *Regula S. Hieronymi non reperitur, nec ab Ecclesia pro tali hactenus agnoscitur, ut dixi cap. 1. n. 269. & traditur loco citato apud Tamburinum n. 259.* Item in libello de iure præced. cap. 3. n. 30. *Fesulanorum Ordo sub S. Hieronymo ex urbe Fesularum, destructa prope Florentiam, institutus fuit à Carolo Romero comite Montis Granelli, cum Redone Granello & Gualtero Marsio ex tertio Ordine S. Francisci an.* 1486. *confirmatus ab Innoc. VII mortuo eodem anno, expedita per Greg.* XII. *bul. incip. Sacrum nonnullorum* 1416. *Tamb. tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 4. Videat P. Salinam supra n. 384. *Monachi S. Hieronymi, Doctorem maximum ijs omnibus modis colunt, & venerantur Patronum, quin S. Doctor Religionem hanc instituerit: ipsi tamen Religiosissimi Patres D. Hieronymi mores sanctitatem & vitam, summo studio imitari & adipisci conantur: imò profitentes Regulam S. Augustini ex præscripto Pontificis Gregorij XI. Hieronymo Patre & Patrono gloriantur.* Perpendat id quod scribit Beyerlinck verbo *Religiosus* pag. 200. *Religiosus Ordo Monachorum S. Hieronymi in Hispania longè est florentissimus, quem, ut dixi, Petrus Fernandus cum Socio Petro Romano instituit: Fernandus quidem in Aula Petri Castellæ Regis diu vixerat, quâ relictâ, circa annum* 1366. *Eremitis quibusdam solitariam vitam agentibus se adiunxit: posteà Romam profectus cum socio, Instituti sui Monastici confirmationem sub Regula S. Augustini à Gregorio XI. Papa circa an.* 1374. *accepit: quàm Regulam hodie servant omnes per Hispaniam Hieronymiani. Huius Ordinis caput est Lupiana, illustre Monasterium in Diœcesi Toletana situm, in quo hodiè adservatur vestis Monastica, quâ dictum Fernandum Gregorius XI. induit. Cæterum anno* 1422. *Ordo S. Hieronymi in duas Congregationes est scissus, agente Lupo Olmedo, Monacho Guadupulensi, viro erudito, qui Martini Papæ gratiâ pollens, Congregationem S. Isidori excitavit, & suis Regulam ex S. Hieronymi scriptis compilatam, & ab eodem Pontifice approbatam, præscripsit* &c. Unde sententia Em. Baronij, quam in nos n. 158. immeritò torquet, ut supra ostendimus: *Facessat igitur eiusmodi de Monachismo Cyrilli in Carmelo fabella* &c. meritò in D. Crescentium sic retorquetur: *Facessat igitur eiusmodi de Monachismo antiquorum*

Solutio 6.

Bordonus.

Beyerlinck

*Carmelitarum in Luppino, aut Fesulano. Hieronymiano fabella* &c. nisi velit Hieronymianos, Fesulanos & Lupinos mansisse Carmelitas antiquos usque ad an. 1366. quo à Gregorio IX. S. Augustini Regulam acceperunt, aut usque ad an. 1452. quo Lupus ex S. Hieronymi scriptis eis Regulam compilavit.

Solutio 7. retortione in receptum Ord. Later.

920. Respondeo 7. Non solum ea omnia, quæ D. Crescentius ibi congerit, ut probet Summum Pontificem in suis Bullis & quæstionibus facti per suum Secretaium & Datarium decipi & errare posse, sed & cætera, quæ continuo adfert, ut probet modernorum Carmelitarum ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano institutum esse, magis urgere contra S. Ordinem Canonicorum Regularium Lateranensium 1. quia Pius V. Bulla 116. *cum ex Ordinum,* sic habet: *cum itaque, sicut accepimus, dilecti filij universi Canonici Regulares Ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis, qui ab Apostolis Originem traxerant, quique ab eodem S. Augustino, eorum, reformatore, iterum per reformationis viam mundo geniti* &c. Consequenter ad illud Eugenij IV. in *Bulla* cum ad Sacratissimum. *Huius profecto S. Ordinis & S. Propositi post S. Apostolos primum Alexandrina Ecclesia Marcus Petri discipulus fuit Institutor & conditor & gloriosus Doctor Augustinus Episcopus divinis Regulis & Doctrinis decoravit, & S. M. Vrbanus insignis Martyr. & Beatissimus* Pontifex *Generalis decreti Ordine reformavit.* Non tamen vel unicus est Author ex omnibus, quorum silentium nobis objicit, qui aut Canonicos Regulares vocaverit *Lateranenses*, aut Monachos Clericos ab Apostolis institutos vocaverit *Canonicos regulares*: an obinde dicere audebit Pontifices in Bullis istis per suum Secretarium & Datarium decipi & errare potuisse, & hinc Bullas istas, uti nostram Sixti IV. eludere & suspectas habere? 2. Constat Lateranenses Canonicos Regulares primam regulam, præter Evangelium & Acta Apostolorum, instar nostri & aliorum Ordinum, ab Augustino scriptam accepisse: an obinde dicere audebit, Lateranenses Canonicos Regulares reipsâ (quidquid de nomine sit) non fuisse ante S. Augustinum, ab Apostolis non sumpsisse originem, & hinc Modernorum Canonicorum Regularium Lateranensium ab Apostolis originem esse fabulam & Paradoxum, uti de nostra ab Elia origine dicit? numquid fortè propter dictum silentium & hanc regulam ab Augustino acceptam audebit dicere, *Facessat igitur huiusmodi de Canonicatu Regulari Lateranensi ab Apostolis ante S. Augustinum instituto fabella: sicut enim hæc leviter effinguntur, ita & facilè refutantur?* Possuntnè Canonici Regulares Lateranenses, aliò fortiori modô suam ab Apostolis institutionem, & successionem probare, quàm nostram ab Elia probaverimus, imò quàm per Essenos, & alios, & alios successivè ab illis usque ad Regulam scriptò acceptam ab Augustino, quorum plurimi indubiè erant Clerici Monachi, sive Regulares? Hæc sufficiant, ut apparet, quod quidquid in Principali D. Crescentius contra modernos Carmelitas scripsit, in Regulares Canonicos Lateranenses redundet: & sicut, velit, nolit, dicere debet S. Augustinum solummodò esse horum restitutorem & reformatorem, ita & S. Albertum Ierosolymitanum Carmelitarum restitutorem & reformatorem: quod optarem, bene perpendisset, uti & R. P. Bordonus; non enim, ut spero, *n. 602.* supra scripsisset: *iure dixi, Ordinem de Monte Carmelo non incœpisse ante S. Albertum Patriarch. Ierosol. qui dedit illis primam Regulam.* n. 603. *Dixi hunc Ordinem ante Albertum carere Regulâ, ac proinde antea non fuisse Religionem.* & n. 581. *Pontifices huiusmodi à SS. Prophetis successionem aliter intelligere non potuerunt, nisi secundum denominationem & imitationem, non autem de generativa secundum religiosam propagationem, quæ ut continuò* docet, fit per Regulæ, præter Evangelium omnibus commune, à S. Sede approbatæ acceptionem; quia hæc omnia vim habent eamdem contra S. Ordinem Lateranensium Canonicorum Regularium ab Apostolis, ante Regulam ab Augustino acceptam, institutum: dum vero in suo *libello de Iuribus Parochialibus innatis can. Regul. Lateranensibus argum. 1. n. 15.* dicit: *Ex eo præcis,*

Æquè agit contra Reg. Can. Lateranenses.

Idem dicendum de Bordono.

quod

*quod aliquis Ordo vocatur D. Augustini non bene infertur, ab eo originem traxisse: Congregatio igitur Lateranensis non à S. Augustino descendit sed ab Apostolis. Nec ex eo, quod intitulatur Lateranensis, argui potest, eam non descendisse ab Apostolis; quia ab Ecclesia Lateranensi, matre omnium Ecclesiarum totius mundi, accepit titulum tantum, non Originem; titulus enim sequitur rem intitulatam, cui non est necesse, ut sit coëva sed subsequi potest, multo etiam tempore post.* n. 29. *Ex his igitur constat probatio eius, quod ab initio proposuimus, nimirum hos Canonicos, ex Instituto suæ Congregationis ab Apostolis originem trahentis, esse essentialiter Clericos, quia sunt de illis Clericis, qui ab Apostolis instituebantur.* Et n. 103. *Quamvis superdictæ constitutiones quoad formam, secundum quam fuerunt* an. 1628. *editæ, dicantur novæ, tamen quoad substantiam sunt antiquissimæ, & nihil plus essentialiter continent, quàm antiquæ memoratæ, ex quibus deductæ fuerunt, ideò in hac novitate, quæ est accidentalis, nulla vis est facienda, sed in antiquis, quæ expressè, ut visum fuit* &c. In simili penè omnia à nobis præmissa confirmat: quia imprimis similiter sequitur ex eo, quod Ordo noster à Ioanne 44 aut Alberto vocetur *Carmelitarum*, vel etiam ex eo, quod ab illis regulam scriptam acceperit, non bene inferri ab eo originem accepisse: nec ex eo, quod intitulatur *Carmelitanus*, argui potest, eum non descendisse ab Elia; *titulus enim sequitur rem intitulatam* &c. Deinde hos Carmelitas ex Instituto sui Ordinis ab Elia originem trahentis esse essentialiter Elianos, Filios Prophetarum, Essenos &c. quia hucusque efficaciter probavimus Carmelitas esse de illis, qui ab Elia instituebantur. Denique, quamvis Regulæ Ioannis 44. aut Alberti, quoad scripturam, dicantur novæ tamen quoad substantiam sub antiquissimæ Essenorum ac Dei Prophetæ Eliæ, uti *Scuto* XI probavimus, & *nihil plus essentialiter continent, quàm illæ, ex quibus deductæ fuerunt; ideò in hac novitate, quæ est accidentalis, nulla vis est facienda, sed in antiquis, quæ expressè, ut visum fuit* &c. Aut alioqui in simili ijs, quæ contra Carmelitarum Ordinem supra dixit, hic contradixit convictus prout etiam fecit *ibidem cap.* 4. ad hanc obiectionem: *Canonici isti Lateranenses, licet modò sint religiosi, tales tamen non erant antequam Regulam reciperent à D. Augustino; quia secundum Pennotum tria sunt de Essentia Religionis Regula professio & habitus, ut asseris lib.* 2. *cap.* 7. Respondens n. 16. *Hos Canonicos ab Apostolis recepisse nomen Religiositatis propriè dictæ sub tribus votis, Castitatis, Paupertatis & Obedientiæ, probantibus ipsis Apostolis Episcopis, in quibus votis consistit Essentia regularitatis & status religiosi. Omnes Canonistæ* in cap. cum ad Monast. de statu Monachorum. *Glossa V. religiosus* cap. 3. de Procur. *D. Thom.* 2. 2. q. 186. art. 6. *Sanchez* lib. 5. cap. 1. n. 18. *cum alijs à me citatis* Resol. 85. n. 5. *Quarè, ut quis fiat religiosus, sufficit tantum professio debitè facta, non autem in habitu, & alijs actibus externis, ut ex* cap. porrectum de regul. *docent Suarez* tom. 3 de relig. lib. 2. cap. 12. n. 24. *Castropal.* p. 3. tit. de suscept. relig. status disp. 2. p. 1. n. 1. *cum alijs relatis à Rota* in causa Milevitana *nullitatis professionis* die ven. 10. Decemb. 1649. *Habitus enim non facit Monachum, sed professio ex citato* cap. Porrectum. *Pennotus* loco citato *probat habuisse ab initio specialem Regulam ex actis Apostolorum. Responderi potest, pro illo tempore satis fuisse Regulam S. Evangelij, & nostri Canonici non egebant tunc distinctione, quia unius instituti erant omnes Clerici* &c. vide infra *n.* Nam si Carmelitarum Ordo non incæperit ante S. Albertum, qui dedit illis primam regulam, ut ait, nec Ordo Lateranensium incæpit ante S. Augustinum, qui dedit his primam regulam, aut si pro his isto tempore S. Evangelij Regula & professio debitè facta, utpotè in qua consistit essentia regularitatis & status religiosi, ita & pro Carmelitis: quæ utinam prius scripsisset, suæ confusioni & nostris refutationibus pepercisset. Bordoni contradictiones.

921. Respondeo 8. Cætera, quæ congerit, ut probet Summum Pontificem in suis Bullis & quæstionibus facti errare posse, nihil prorsus ad rem facere; nisi, ut Pontificum deprimat authoritatem: numquid etiam S. Hieronymus errare potuit? Illum tamen (vide dicta *n.* 901.) mille alijs præfert; quidni & Summum S. Hieronymi & Solutio 8.

mi & totius Ecclesiæ Principem, qui in suis Bullis, & quæstionum facti resolutionibus publicis; longè cum maiori discussione & temperamento procedit, quàm unquam fecit in suis scriptis Hieronymus? Deinde: in decretis fidei, Canonizatione Sanctorum, & approbatione Religionum, licèt radicaliter pendeant ab hac quæstione facti: *an Scriptura quam pro Sacra veneramur sit verè verbum Dei, oraculum Spiritus sancti,* uti fusè probavimus in *Opere de Visione Eliæ*, infallibilitatem habet; Hieronymus in suis nullam, nisi inde mutuatam. Denique: quorsum ista? vel enim Dominus Crescentius intendit probare, Summos Pontifices, hæc de Carmelitis approbantes *Eliæ & Elisei successionem hæreditariam tenentes*, errasse: vel saltem potuisse errare; ac proinde non esse magnam fidem habendam ipsorum Bullis. Si prius: sine efficaci probatione admitti non potest, nec debet; quia sequeretur Bullas Pontificum errare in re fundatissima ab authoritate SS. Patrum, Historicorum, Chronographorum & S. Congregationum de ritibus, ac traditione, non solùm ab integro ordine, mendicantium uno, recepta, sed & à plerisque viris extraneis præclarissimis, ut patet ex dictis *Sexto* XVII Synopsi P.7& hîc contra *Prætens.* V. Scribit autem Nicolaus Papa Dist. 12. cap. Ridiculum: *Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, ut temporibus nostris, vel falsò insimulari sanctam Dei Ecclesiam permittamus: vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus, pro libito semper errantium, infringi patiamur.* Et D. Hieronymus Epist. 28 eadem Dist. 12. cap. illud. *Traditiones Ecclesiasticas, præsertim, quæ fidei non officiunt, ita observandas, ut à maioribus traditæ sunt.* Si posterius, & fides magna habenda non sit Bullis Pontificum, penè tota Ecclesiæ authoritas, quæ in ejus capite esse debet potissima, corruit; & cùm in cæteris, quæ fidei divinæ non sunt, historijs major vix agnosci queat, totius Historiæ Ecclesiasticæ de Sanctorum & aliorum Vitis & Actis fides vehementer nutabit: quod in summum cedit Ecclesiæ Dei præjudicium. Unde non video, nec videre possum, quomodò hæc D. Crescentij illatio. *Nihil igitur Carmelitæ ex ista Bulla acquisiverunt in favorem istius prætensæ antiquitatis: tota est hipothetica, sistitque* in si & quantum *procurator Carmelitarum exposuerat: mens Papæ non fuit declarare Carmelitas habuisse continuatam ab Elia successionem, quamvis dixerit,* Eliæ & Elisei successionem hæreditariam tenentes; *quia ista sunt verba Datariæ & Secretarij, quæ in præambulo inserit, nihilque tangunt dispositionem Papæ. Palparent istud cæci,* non impingat graviter in authoritatem Summi Pontificis, & Ecclesiæ, ut dictum est: quia, uti nomine Summi Pontificis tota Bulla fit, datur, & signatur, præter relationem libelli supplicis interdum insertam quæ ibi non est, & verba ista sunt *proprio motu* Papæ, inserta: ita totum, quod præter illam, continet, dicit. Quod ita verum est, ut vel hoc ipsum fateatur D. Crescentius, his verbis: *quamvis Papa dixerit*, ELIÆ ET ELISEI SUCCESSIONEM HÆREDITARIAM TENENTES: quæ autem Papa dicit: Papæ dispositionem tangunt, sive per se, sive per Secretarium, aut Datarium, ea dicat, uti per se manifestum est; alioqui omnes Bullæ essent suspectæ fidei, uti discretionis sæpè impossibilis verborum Pontificis à Secretarij aut Datarij verbis, cùm omnia unô contextu continô dicantur: *palparent istud cæci.* Quare Sanchez *in 3. Reg. 17. n. 12.* adductis istis Sixti IV. verbis subdit: *hæc mihi gravissima sunt, neque pauca, neque levia,* &c. Sed de his iterùm *n.* 950.

Pontificis authoritas propugnatur.

Nicolaus Papa.

Hieronymus.

Notatur Crescentij illatio.

922. Respondeo 9. Ad residuum *n.* 913. Incumbere D. Crescentio, probare efficaciter. 1. Quod *antequam milites Bullonij venirent ad montem Carmeli, vita monastica zelo, ibi non fuerint Religiosi Carmelitæ, quos vitæ monasticæ suscipiendæ gratiâ adverint*: nos fuisse §. III. *Prætens.* III. & hîc §. IV. *Prætens.* V. probavimus. 2. Quod *Bullonij milites, Itali & Franci, dederint faustum & felix principium Religiosæ familiæ Carmelitanæ in possessione Eliæ tunc vacante*: quia hoc habemus pro evidenti Paradoxo, à nemine unquam præter ipsum asserto, cujus oppositum locis statim citatis comprobavimus. Legit fortè *Tractatum*, sive *Adversaria*

Solutio 6. ab onere Crescentij.

*saria* Iuliani Perez Toletani Archipresbyteri S. Iustæ, ubi *n.* 164. ait: *ferunt paulò post annum* 779. *Carolum Magnum ad Terram sanctam à Barbaris oppressam asserendum, cum exercitu traiecisse, & cum secutum fuisse Genesium Abbatem Corberensem, qui nimis favit Ierosolymis fratribus Carmelitanis miserabiliter oppressis, & ejus causâ, multi viri militares relicto militia cingulo, vitam illam secuti sunt.* Sed (quidquid de vero sensu relationis) referre abstinuit, ne suæ sententiæ de Ordinis Carmelitarum fœlici initio & auspicio à militibus Bullonij, demum ferè trecentis annis post in Terra Sancta militantibus, falsitatem proderet. Cautè quidem, attamen: dum contra Hieron. Roman. (quem equidem incautè sæpiùs pro se citat) *pag.* 167. *col.* 1. scribit: *quid dicat Hieronymus Romanus, parum curo; quia Author est modernus*, cecidit in foveam quam fecit, ut pariter dicatur: *quid dicat D. Crescentius, parum curo; quia Author est modernus.* Non obinde tamen nos ipsum, aut modernos spernimus; sed Martini Episcopi Duniensis *lib. de virtut. Card. cap.* 1. consilium sequimur: *non te moveat dicentis authoritas, nec quis, sed quid dicat, intendito.* Accedit, quod alioqui indubiè istorum familiæ tam notabilis Institutorum militum alibi apud Historicos Ordinis, aut saltem exteros, aliqua facta esset mentio; nec milites isti potius sibi proposuissent vivendi normam filiorum Prophetarum & Essenorum tunc, ut fingit extinctam, quàm SS. Basilij, Augustini aut aliorum florentem: constat verò priorem sibi proposuisse illos, qui ab Alberto Patriarcha Regulam scriptam petierunt, quam illis dedit *juxta propositum suum*, normæ vivendi filiorum Prophetarum & Essenorum omninò conformem, ut vidimus *Scuto XI.* Addit D. Crescentius in exemplum & confirmationem: *quod multæ familiæ in Italia novæ & populares successerunt, ob præcedentem pestem, ad alias nobiles & antiquas, & possit asseri, habere illas bona, insignia & titulos istorum, & de illis dici hæreditariam successionem tenentes.* Sed hoc evidenter falsum est, quia *hæreditaria successio* præsupponit dispositionem testatoris, aut juris pro mortuis ab intestato, quæ, neque pro his, neque pro militibus istis præcessit: imò neque isti peste extinctorum bona obtinentes dici possunt in ipsorum hæreditatem succedere, aut hæreditariam eorum successionem tenere; quia horum, quorum bona hæredum defectu obtinuerunt, non fuerunt legitimi hæredes; sed alienorum usurpatores, aut derelictorum primi inventores, aut aliô emptionis, acceptæ mercedis &c. titulô, quàm hæreditatis, possessores: ac proinde nulla sequela ab istis ad *ad Eliæ & Elisei hæreditariam successionem tenentes*, quod de Carmelitis asserunt Summi Pontifices, etiam *motu propriò*: dende tum ipsi, tum alij Doctores, *Scuto XVII.* citati, modernos Carmelitas habent pro legitimis Eliæ & Elisei filijs; quales non fuerunt isti milites, sed minus quàm spurij, utpotè ad Eliam & Eliseum nihil prorsus pertinentes, ut patet ex Synopsi *n.* .... ad quos tamen aliquosque pertinerent spurij. Quarè miror, quod D. Crescentius, alioqui satis oculatus, non viderit in se cadere dictum Em. Baronij *sicut enim hæc leviter effinguntur, ita facilè refelluntur*; quod immeritò *n.* 165. *pag.* 174. in totam Historiam Saracenam, Falconis & Munoz torsit, addens, *non pluris debere æstimari*; quæ tametsi, prout alia multa in Ordinem ipsum redundantia, reverà non parum pungant, & lædant, ex modestia dissimulo: sed unum doleo, quod omnes passim aculeatis scriptis causæ iustitiam supponant, modestis verò & temperatis iustitiæ defectum aut saltem dubium, præsupponant: verum, quia audio stylum aculeatum hodie sapientissimis viris displicere, contentus sum istorum aculeos per nudam retortionem his repræsentare. Retortio.

## NONA.

923. **D**. Crescentius *ibid. n.* 163. *col.* 1. Contra Trithemium scribentem: Ecclesiam in Carmelo dicatam D. Virgini omnium in Orbe primam: *Reclamant omnes Scrip-* Objectio 9. Contra 1.

Ecclesiam D. V. à Carm. dicatam. *nes Scriptores Hispani, propter D. Virg. del Pilar: omnes Itali, propter S. Domum Lauretanam Mariæ ab ipsis Apostolis dicatam: omnes Germani, Æthiopes, Franci & Syrij ob erecta ab Apostolis, & eorum discipulis, templa ad D. V. Honorem in vita S. Petri: me defendit tota antiquitas. Scribit tamen fictus ille Tritemius, quod parva Ecclesia B. Mariæ in Carmelo fuit prima totius mundi* omnium in orbe prima. *Sed dicat, quo anno post mortem D. Virginis fuit fundata; nam canit Carmelita Mantuanus.*

Mantuanus.

Propterea montana viri spelæa colentes
Auditô illius factô, sublime sacellum
Apricis posuere iugis primi *&c.*

Villegas. Paulò infrà: *dicit enim Villegas in vitis Prophetarum* in Elia cap. 2. car. 531. *quod Ecclesia, unde illi gloriosum & S. Titulum FF. B. M. de monte Carmelo traxerunt, fuerit prima, quam habuerunt, & ipsis data fuit sub Pontificatu Alexandri III. à Patriarcha Haymerico: verba ipsius sunt, quamvis aliunde istius antiquitatis satis creduli:* ædificavit ipsis Ecclesiam ad honorem & reverentiam Sacratissimæ Virginis Mariæ, assumentibus ipsis nomen Fratrum Matris Dei de Monte Carmelo. *Quamvis Platus* lib. 2. de bono status religiosi *ex aliorum relatione dicat*: ista Ecclesia fuit prima totius mundi dicata B. Virgini, *nihilominus, credit, Carmelitas defuisse in Carmelo, nec vitam Eremiticam fuisse in Carmelo restauratam ante an.* 1100. *Sed non hic sisto; quia probavi de S. Ioanne Baptista agens, quod tempore Vespasiani non fuerint in Carmelo, Ecclesia, fratres, aut Conventus Nec est replica. Oportet igitur, quod prædicti Scriptores Muncz. Sarasenus,* Westelius *& Allegre, qui contra Baronium & Bellarminum agunt, non meliorem habentes authoritatem, quàm Ioannis Ierosolymitani & Tritemij, aut hi, aut isti dicantur mendaces. Aliàs, si velint, quod an. Christi 83. fundata sit Ecclesia in Carmelo, & fuerit prima ad honorem B. Virginis dicata, offendunt primorum Christianorum pietatem, qui in vita Apostolorum Basilicas his dicarunt: ergo erant isti magis devoti Apostolis, quàm Dei Matri? Apostoli fundarunt Ecclesias, & credemus, quod obliti fuerint exhibere istum honorem Mariæ? Subjicio me Doctissimo Canisio.* lib. 5. de Maria cap. 22. *Et de novo in testes advoco, omnes illos Pontifices, qui in suis Bullis agnoverunt Apostolicam S. Mariæ del Pilar, S. Domus Lauretanæ, & similium Templorum antiquissimorum primitivæ Christianitatis antiquitatem. Itaque defendo veritatem contestatam ab omnibus scriptoribus mundi.*

Platus. Canisius.

## SOLVTIO.

Solutio 1. 924. RESpondeo 1. D. Crescentium ibi multa dicere, quæ nec probat, nec probare potest per authores antiquiores illis, quorum authoritate statim probabimus, tempore Apostolorum, fuisse in Carmelo dicatum sacellum ad honorem D. Virginis. Prodeat igitur.

Iosephus Anth. 925. *Primò*: Iosephus Antiochenus (qui floruit an. Christi 130. teste Possevino in Apparatu) speculi perfectæ Eccl. Primit. cap. 22. *Perfectorum militum Christi Apostolorum Coadiutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij, contemplationi dediti. Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisei imitatores, qui de Monte Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam & Palæstinam, fidem Christi constantissimè sparserunt, quique in Virginis Mariæ honorem in Montis Carmeli declivis fabricantes oratorium Salvatoris Matri specialissimè servierunt.* Emanuel Romanus in *Elucid. Carmel. Elucid.* 27. asserit se illud legisse in Bibliotheca Vniversit. Salmant. Ribotus, qui floruit ante trecentos annos illud citat in *speculo Ord. lib.* 5. *cap.* 8. Nè D. Crescentius autem etiam speculum illud suspectum habeat: indubiè illud legit, aut ab antiquiore citatum vidit. Item Waldensis *tom.* 1. *doctrinal. lib.* 4. *art.* 2. *cap.* 27. Ascencius Badius in *lib.* 3. *Parthen. Mariana.* Laurentius de Lamora in *Concion.* Petrus Oxeda de *Concept. Virg Fundam.* 1. *cap.* 1. Ioannes Bonifacius *lib.* 2. *de Hist. Virg. cap.* 1. Rodericus Darus in *notis ad Flavium dextrum* Ioannes Chartagena *tomo* 4. *homiliarum homil. de Ord. Carm.* Sylvester Marulus Cisterciensis in *Mari Oceano Relig. lib.* 4. Beyerlinck in *Theatro vitæ hum.*

*hum.tom.6.litt.R.*verbo *Relig.*& alij, quibus omnibus per aliorum silentium, & authoritatem purè negativam, nullam, non satisfit, ut vidimus *n.* 873. 889. *&* 891.

926. *Secundò:* Antiquissimum Romanorum Chronicon: *à tempore Eliæ & Elisei Prophetarum, Religiosi de numero eorum, qui morabantur in Monte Carmeli, iuxta Civitatem Dominæ nostræ Nazareth, secretius solebant inhabitare usque ad tempora Salvatoris; tandem, prædicantibus Apostolis, in fide confirmati, in uno latere ipsius montis primò Ecclesiam in honorem Virginis Mariæ construxerunt.* Eadem ferè verba refert Armachanus Hiberniæ primas, qui floruit circa annum 330. atque ex Armachano Waldensis *tom.3 de Sacramental.tit.9 cap.*89. contra Wicleff. verba Armachani sunt: *ut dicunt fide digna Historia, à tempore Eliæ & Elisei, qui sæpius morabantur in Carmelo, iuxta Nazareth civitatem Dominæ nostræ ad tria milliaria, solebant homines devoti secretius habitare, usque ad tempora Salvatoris, & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apostolis, inter cæteros sunt conversi, & in uno latere montis ipsius primò Ecclesiam, sive oratorium, in honorem B. Virginis construxerunt, in loco illo, scilicet in quo didicerant ipsam in vita sua cum sodalibus virginibus cohabitasse; & ob hoc nimirum inter omnes Religiosos Dominæ nostræ primitus sunt ascripti, ut vocarentur fratres B. Mariæ de Monte Carmelo* &c Waldensis autem hæc: *tacens Carmelitæ, dum talis ac tantus testis, magnus indubiè, Præsul Ecclesiæ, & vir alta peritia in sacris litteris testimonium prabibet Carmelitis: Ordinem suum dixerat, dum Virginem Sacram commemorat, primò omnium illi virgini dicatum* &c. omnes Scriptores Ordinis idem sentiunt, legitur in Constitutionibus diversorum Generalium, Brocardi circa an. 1200. S. Cyrilli Constantinop. in lib. de Process. & varijs Regulis Ord. Carmel. cap. 5. *Renovari iussit* (scilicet Albertus Patriarcha) *Capellam, quam ad honorem Beatæ Dei Genitricis Mariæ prædecessores eorum, post ascensionem Domini, construxerant.* Vide infrà *n.*946. Bernardi Olerij ante annos trecentos, & B. Ioannis Soretij, cuius constitutiones approbavit Clemen. VII. an. 1524. in quibus Iosephus Antiochenus, & verba eiusdem *n.* 928. relata citantur; ita ut sit totius Ordinis recepta traditio. Accedit authoritas S. Rituum Congregationis sub Paulo V. an. 1609. subscribente Em. Card. Bellarmino, deinde sub Urbano VIII. sequentis in Officio Com. Solemnis B. V. M. de Monte Carmelo approbantis: *Cum sacra Pentecostes die Apostoli cœlitus afflati varijs linguis loquerentur, & invocatô Augustissimô* IESU *nomine mira multa patrarent, viri plurimi, qui vestigijs SS. Prophetarum Eliæ & Elisæi institerant & Ioannis Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perspecta atque probatâ, Evangelium Christi confestim amplexati sunt, ac peculiari quôdam affectu Beatissimam Virginem (cuius colloquijs ac familiaritate faliciter frui potuêre) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium, in eo Montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nebulam, Virginis typo insignem, conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerunt: ad novum ergo sacellum sæpè quotidiè convenientes ritibus pijs, precationibus ac laudibus Beatissimam Virginem, velut singularem Ordinis Tutelam colebant: quamobrem Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices, non modò confirmarunt, sed & indulgentias peculiares ijs, qui eô titulô, vel Ordinem, vel Fratres singulos, nuncuparant, concessêre.* Vide dicta *n.* 108. *ad* 112. & *n.* 148.

Romanorum Chronicon.

Armachanus, Waldensis.

S. Cong. Bellarminus.

927. Ista sunt positiva argumenta, quibus thesis nostræ veritatem probamus, & confirmamus, quibus paria non habent quamplurimæ Historiæ Ecclesiasticæ quæ passim ab omnibus, sine contradictione, recipiuntur. Videat igitur D. Crescentius. Primò: an pro Italis, Hispanis, Germanis, Æthiopibus & Syrijs, producere possit tot, tam antiqua, & tam fortia fundamenta, ac pro nostra *n.* 925. *&* 926. produximus? Ipse nullam authoritatem producit; attamen nobis *Pratent.VII.* statuit cum Farinacio, *par est non reddere rationem, ac reddere insufficientem*: cum Pasqualigo, *rationes & authoritates expenduntur, non numerantur*: de proprio, *oportet, ut Patres illi, aut dent aurem scriptoribus, qui vixerunt illis temporibus, de quibus agimus; aut probent, quod illud, quod dicunt, sit ipsis ab Angelis revelatum: si illi istorum temporum non dixerint, unde intellexerunt?* Et ibidem de Trithemio,

Ad hominem.

Retortio.

mio, *est Author, ut ita dicam, nostri temporis, non habet meliora fundamenta, quàm quæ nos fodimus.* Quæ omnia *ibidem* confutavimus, & donec nostra præiacta fundamenta æquè efficaciter in proposito refutet, hæc omnia sua ipsi per retortionem restituimus. Secundò: an meritò obinde, & sic toties ante, Trithemium Doctorem Celeberrimum, vocet *fictum*, aiens: *scribit ille fictus Trithemius* &c. Tertiò: an satis pensatè scripserit, *oportet igitur, quod prædicti Scriptores, Munoz, Saracenus, Wastelius & Allegrè, qui contra Baronium, & Bellarminum agunt, non meliorem habentes authoritatem, quàm Ioannis Ierosolymitani & Trithemij, aut hi, aut isti dicantur mendaces?* Quia Em. Baronius nusquam positivè agit de isto sacello, multò minus positivè negat fuisse; Em. autem Bellarminus consensit, ut vidimus *n.* 926. quomodò igitur isti contra hos agunt? Quomodò oportet, aut hos, aut istos dici mendaces? Certè verba ista sunt parum pensata. Addit: *non meliorem habentes authoritatem, quàm Ioannis Ierosolymitani & Trithemij.* Sed oppositum patet ad oculum legenti præmissa *n.* 925. & 926. in quibus, nequidem illos citavi; potuissem tamen, cum satis supra, illos esse veros Authores librorum, in quibus toti sunt pro nostra Thesi, efficaciter convicerim. *Non sic Domine, non sic* Historiarum Ecclesiasticarum, & Authorum Celeberrimorum fundata, nè dicam fundatissima, enervatur, absque ullo positivo argumento, authoritas. Vide dicta *Scuto XVIII.* & *n.* 873. 889. 891. ac Melchiorem Canum. *n.* 848.

Solutio 2. 928. Respondeo 2. Me mirari, quod & Villegæ & Plati, Trithemio longè recentiorum, authoritatem contra nos alleget, cum de illis consequenter, uti de Trithemio, dicere debeat, *sunt Authores nostri temporis, non habent meliora fundamenta, quàm quæ nos fodimus.* Nos modestius dicimus: Præcitatorum hîc & *præcent.* 8. *per totam*, antiquori, copiosiori, & maiori Authoritate convincuntur: tempore autem Ioannis Baptistæ & Vespasiani fuisse in Carmelo filios Prophetarum & Essenos reipsâ Carmelitas, *ibidem* probavimus, & D. Crescentij Argumentum à *n.* 840. *ad* 844. solvimus: unde malè addit, *non est replica*, quod in ipsum sic meritò retorquemus quoad locis istis dicta non est replica. Sed de R. P. Hieronymo Plato, quem contra nos citat, operæ pretium

Platus. est verbum addere, ut ex illo pateat, quam leviter etiam alios Authores nobis opponat: sic enim scribit loco citato cap. 22. *Carmelitarum quoquè institutum, etsi annis demum mille ducentis post Christum natum, in Italiam illatum est, multò tamen antiquius fuisse, asserunt viri gravissimi, cum memoria proditum sit, ipso anno salutis 412. Ioannem Ierosolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipso Ordine antea fuerat, eique præfuerat, regulam ei condidisse, ex quo appareat ipsum etiam vetustius esse. Certè non desunt multi, inter quos Waldensis, vir gravis, de* Sacram. tit 9. cap. 84. *qui existiment tum ab Apostolorum tempore inchoatum in Monte Carmelo (& argumento est nomen ipsum) in Ecclesia, quæ prima omnium B.V. in terrarum orbe dicata sit: deinceps verò numerò, & hominum, & domiciliorum per totam Palestinam multiplicato, irruentibus Saracenis, dispersum esse ac dissipatum: sed ijs rursum eiectis salutis humanæ millesimo fermè & centesimo reflorvisse. Illud constat octoginta ferè annis post hanc instaurationem Albertum Patriarcham item Ierosolymitanum, hominem doctum & prudentem datas ab Ioanne leges renovasse, & utiliter admodum auxisse: quam formulam traductis deinde in varias Europæ Provincias eius Ordinis hominibus, eo, quod ante diximus tempore confirmavit, & sanxit Honorius III. Pontifex maximus, nocturno, ut fertur, B. Virginis visô admonitus.* Certè tantum abest, ut P. Platus dicat tempore, quo ista Ecclesia dicata est B. Virgini Carmelitas defuisse in Carmelo; quin potius clarissimè oppositum exprimat, & totam D. Crescentij de ficto Ioanne Ierosolymitano, non Carmelitis ante Bullonium, prima origine Carmelitarum ab eius militibus, nulla illorum Regula ante Albertum &c. evertat fabulam, ut patet. Imò ipsemet D. Crescentius ibi R. P. Platum pro se citat, quem loco *n.* 962. citando, *ibidem* multum errasse scribit: sic enim non rarò Authores pro se citat, quos postea contrarios reperit, & refel-

refellit: Recentiores, dum sibi favent, citat & sequitur, quos dum pro nobis citamus, tamquam Recentiores explodit, & arguit novitatis, & dum Antiquiores producimus illis, quos pro se citat, & communiter malè intelligit, Antiquiores deserit, & solis Recentioribus fidit; ita ut vix ullam teneat sequelam, quod non obscurè innuit, quo spiritu contra nostrum Ordinem scripserit. Solutio 3.

929. Respondeo 3. Illud argumentum. *si velint* &c. esse parvi ponderis: quia sicut qui Ecclesiam primam ædificavit ad honorem D. Virginis, non ideò minorem devotionem habuit erga Christum Salvatorem; ita qui ædificavit Ecclesiam prius ad honorem S. Petri aut alterius Apostoli, non ideò minorem devotionem erga D. Virginem habuit: alioqui omnia templa ædificari deberent ad honorem Christi Salvatoris, nulla ad honorem D. Virginis, S. Petri, aut alterius Apostoli, nè, qui templum ædificat piô Zelô ad alterutrius horum honorem habeat minorem erga Christum Salvatorem in tali actu devotionem; quisque enim in tali ædificio sequitur prout liberè sequi potest, suæ pietatis particulare motivum, & in eo, ut piè credit, Spiritus Sancti instinctum qui ubi, & quæ vult, spirat secreto quodam infinitæ suæ sapientiæ iudiciô, nobis incognitô. Quæ autem addit, de Canisiô & Pontificibus, absque ulla probatione sunt, & solutionem habent ex dictis *n.* 927. Nec ipsum iuvare possunt Bullæ Pontificum, quas eô modô explodit, quô Bullam Sixti IV. ut vidimus *n.* 912. *&* *n.* 913. Interea, quando, allegatis ipsorum verbis, efficaciter probaverit, aliam Ecclesiam præter Ecclesiam montis Carmeli, esse primam ad honorem D. Virginis erectam, reverenter conabimur tollere æquivocationem in ly *Prima*, quod modestius, & securius fecisset D. Crescentius. Vide quod subdit: *defendo veritatem contestatam ab omnibus scriptoribus mundi*; sunt verba & voces dumtaxat, ut sequitur ex dictis *n.* 927.

## DECIMA.

930. D. Crescentius *ibidem* pag 168. *Pius V. omnium Ordinum bene perpensis originibus, declaravit, quod omnes congregationes Monachorum sint antiquiores, & Mendicantes præcedant; Ordo autem S. Dominici, utpote antiquior & in isto novo vitæ activæ & mendicantis genere primus post contemplativos supradictos, præcedat Carmelitas, Augustinianos & alios omnes.* Tandem: *quod Carmelitæ ætatis nostræ inceperint ex militibus Godefridi Bullonij, ex eorum annalibus suo tempore deducemus. Quod ipsorum principium post annum millesimum fuerit, cum Baronio attestantur Antonius Maria Spelta* in vitis Episcoporum Tycinensium, *Franciscus Sansovinus* in suis Chronicis, *Zuallardus* in suo Itinerario Terræ Sanctæ, *Iacobus Gualterus Iesuita* in Chronicis, *Contarinus Crocicchierus* in suo horto Historico, *Wolteranus* in Commentarijs, *Garsonius Lateranensis* in suo foro Vniversali, *Hieronymus Bardus Camaldulensis ad an.* 1141. *sic dicens*: Religio Carmelitana fuit de novo Principiata à Patriarcha Antiocheno Aymerico, *quo etiam sensu* in sua Chronologia *Panuinus Augustinianus ad an.* 1141. Ordo Carmelitarum fuit restitutus (*ergo non erat*) & reformatus ab Aymerico Malefaida Patriarcha Antiocheno & Legato Apostolico ultra mare, in Carmelo Syriæ: quorum primus Prior fuit Bertholdus, homo Sanctus: *ergo ante Bertholdum uti videbimus, non habebant Priorem, obedientiam, Regulam, Professionem, institutum.* Obiectio 10. de præcedentia aliorum Ordinum.

931. *Et si habeant duas Epistolas: unam plurium Episcoporum Latinorum Terræ Sanctæ anno* 1272. *Mensis Septembris in Accone; & aliam* 12. *Iulij* 1284. *à Generali Zenodochij, quibus Carmelitæ commendantur Sedi Apostolicæ: quia illas adfert* W*aldensis Carmelita* tomo 3. tit. 9. cap. 89. pag. 171. *non refello. Dico tamen, facere illas magis ad meum sensum, quàm ad favorem prætensæ illorum antiquitatis. In prima commendatur succursus Terræ Sanctæ, & ob istum finem dicitur à prædictis Patribus ordo* C*armelitarum institutus. Si* W*aldensis totam Epistolam fideliter attulisset, clarè videretur, qui essent istius Ordinis fundatores: attamen ex isto loquendi modò colligitur, non esse Ordinem tam antiquum, ac ipsi dicunt.* Duo antiqua monumenta.

Illa contorquet. 932. *In secunda dicitur:* invenimus in nostræ memoriæ tabula, quod Ordo Fratrum B. M. de Monte Carmelo, in Cismarinis partibus, à tempore, quo memoria non extat, à SS. Patribus in eiusdem Terræ Sanctæ solatium extitit institutus. *Ergo ipsorum institutio non fuit nisi in solatium Terræ Sanctæ calamitosis temporibus: neque prætensam antiquitatem infert modus loquendi*, tempore, quo memoria non extat, *quin potius ostendit, quod in scriptis suis non erat certa ipsorum institutionis memoria; sed quod erat opus unius sæculi, quod apud ipsos respectu illius temporis, & istius loci, erat memorabile & alicuius æstimationis, ut ipsum Ecclesiæ latinæ commendare possent, quæ de illo satis parvam habebat notitiam. Quomodò ergo Munoz & Allegre faciunt Ordinem Carmelitarum ita dilatatum, etiam in Europa, annis & sæculis ante, si vix, aut nullam, habebant de illo notitiam! Erant litteræ superfluæ, si in Tuscia, uti dicunt illi, reperiebatur ille propagatus.*

Contorta recepta. 933. *Accepternus tamen litteras; quia multum probant contra illum, qui istas produxit:* Castr. conf. 407. l. 1. col. 2. v. 3. *Probatur.* Roman. conf. 205. n. 2. Alex conf. 117. n. 9. in 4. *si ab Elia aut à S. Hilarione fuisset institutus, institutio non bene diceretur immemorialis, cum haberet tempus pro scriptura* Alex. conf. 75. n. 38. in 4. Curt. Iun. conf. 174. n. 33. Alex. conf. 16. n. 16. & 17. in 5. *Testes, quales sunt hi, possunt dicere immemoriale spatium centum annorum; imò facilius est dicere, rem aliquam immemorialem, quam dicere illam centum annorum: & si centum annorum quæreretur tempus non sufficeret probare illam immemorialem.* Glos. in cap. cum nobis de præscript. *Ibique* Abbas n. 5. Host. & Bellam. n. 13. & cum Card. Ant. & Imola latè. Aimon. Savelli in tract. de antiq. temp. p. 4. cap. absol. n. 2. c. materia n. 42. *etiamsi ordinariè dicatur immemoriale, quod est centum annorum.*

## SOLVTIO.

Solutio 1. 934. Respondeo 1. Quod D. Crescentius debuisset, verba Pij V. aut saltem bullam eius citare: quia nos ostendimus *Pharet VI. telo XI.* præcedentiam non esse assignatam secundum cuiusque Ordinis maiorem antiquitatem; imò Bordonus *tom. 4. in fine cap. 6.* de præcedentia *n. 22.* dicit *Ius commune præscribit, quod illa Religio præferatur, quæ confirmatione Apostolica est prior. Gl.* V. Prædicatorum *cum Canonistis* in *cap.* Quorundam de Elect in 6. de prioritate promotionis. *cap.* Episcopos 7. dist. 17. *cap.* Episcoporum 5. dist. 74. *quæ omnia sunt fundata in ea Reg. 54. in 6.* qui potior est tempore, est etiam potior iure, *nisi obstet, notabilis qualitas, iuxta dicta cap. 1. num.* 66. fuerunt autem Religiosi, Ordines antequam confirmatio Apostolica foret necessaria: unde si pius V. attenderit ad cuiusque Ordinis originem pro determinanda præcedentia ad solum acceptæ confirmationis Apostolicæ originem attendit, in qua nos cum alijs mendicantibus prioritate disputare noluimus. Dum tamen D. Crescentius nititur authoritate Polydori, notare debuisset, quod *lib. 7. cap. III.* Augustianis locum primum, nobis secundum assignet.

Solutio 2. 935. Respondeo 2. *Annales Ordinis* plusquam à 20. annis Romæ evulgasse sapientissimum Ioannem de Lezana, quod ignorare non potuit D. Crescentius Italus, & Em. Card. Colomnæ Theologus; attamen, quod à 20 annis promisit, se deducturum ex Annalibus, *quod Carmelitæ ætatis nostræ inceperint ex militibus Godefridi Bullonij* nondum fecit: unde non obscurè concluditur ipsum *Annalibus* istis de opposito convictum, prout reverà convinci debet ex dictis contra ipsius *Prænotat. III. & V.* Ad Authores autem, quos pro se citat (exceptô Em Baroniô, qui loquitur de origine acceptæ confirmationis Apostolicæ, uti probavimus *Pharetra ultima per totam*, nec potest de alia, ut vidimus *ibidem* & §. III. *prænot.* III.) Respondeo prout *n.* 928. Etenim locis citatis Antiquiorum torrentem pro nobis adduximus. Verumtamen verba Hieronymi Bardi quæ citat, satis innuunt, quod istorum mentem non intellexerit;

D. Crescentij somnium.

eius

eius verba sunt hæc. *Religio Carmelitana fuit de novo principiata à Patriarcha Antiocheno*: quid est *de novo principiata*, nisi cùm deficeret, & marcesceret ob præteritas tot sæculorum persecutiones, iam recuperatâ per Bullonium Terrâ Sanctâ, antiquum fervorem resumpsit, novo fervore radicata est, in multis, anteà ob persecutiones illas permissis, reformata est, & pristinæ observantiæ restituta? Hæc enim apertè docet Panuinus à se citatus (quem proinde non melius intellexit:) *Ordo Carmelitarum fuit restitutus & reformatus ab Haymerico.* Infert D. Crescentius: *ergo non erat*, cum directè oppositum debuisset: *ergo erat*; nam forma suum subiectum supponit, imò & reformatio priorem in eo extitisse formam, ut patet ex reformatione Nostra & Discalceatorum, Capucinorum & Recollectorum, omniumque aliorum Ordinum aliquando reformatorum. De S. Bertholdo primò priore Generali satis §. III. *per totum*, ex quibus clarè videre poterit D. Crescentius, quantum à recto tramite aberret, prout etiam à mente Polydori Vergilij *infra n.* 977. quem sequitur ducem. Videat intereà *Synopsim*, quâ per totam oppositum evincitur.

936. Respondeo 3. cum in tantum deferat Waldensi, ut litteras illas non refellat, *quia illas refert*: multò minus deberet eum refellere, *quia locis* prætent. III. & V. *citatis positivè nostram Thesim affirmat*; plus etenim ex parte sua facit, positivè affirmando, quàm alterius affirmationem referendo. Addit D. Crescentius, *illas magis ad suum sensum facere, quàm ad favorem prætensæ Carmelitarum antiquitatis.* Quomodò ad sensum faciant, non video: nam cum omnis Ordo sit institutus in spiritalem sucursum territorij, in quo instituitur, sive fuerit ab Elia in Terra Sancta, sive à quovis alio per D. Crescentium adinvento, malè ex illius ob talem succursum institutione contrà antiquitatem à nobis prætensam argumentatur, ut patet. Quod verò faciant in favorem prætensæ à nobis antiquitatis manifestum est, ex his utriusque verbis: prima quidem: *ad horum sanè consecutionem celerem & felicem, licèt nova sint adhibenda studia, tamen propensius sunt illorum antiqua observanda subsidia, quæ fuerunt à priscis Patribus approbata, invenimus siquidem in nostra memoriæ tabula exaratum, quod Ordo Fratrum B. M. de Monte Carmelo in Cismarinis partibus à tempore, quo memoria non existit, à prædictis Patribus in eiusdem Terræ solatium extitit institutus, cuius aliæ opitulatione divinâ extensis, fratres eiusdem Ordinis subventioni dictæ terræ se devotius devoverunt.* Secunda verò: *Ad cuius auxilij consecutionem celerem & felicem, licèt nova sint adhibenda studia: illorum tamen non sunt antiqua prætermittenda subsidia, quæ nunc, Proh dolor, æmulationis conculcata lolio, à priscis Patribus approbata. Credimus enim vos non ignorare, Pater Sanctissime, qualiter Ordo fratrum Ord. B M. de Monte Carmeli, qui inter cæteras sacras Religiones Apostolicæ Sedi devotas claret devotione conspicua, fuit in eis marinis partibus, à tempore, cuius non extat memoria, à prædictis Patribus in eiusdem Terræ Sanctæ solatium institutus* &c. bis enim repetitur, *à prædictis Patribus institutus*: ergo non *à militibus Godefridi Bullonij.* Deinde bis repetitur, *antiqua illorum subsidia*, sive *antiqua subsidia.* Item *à priscis Patribus*: ergo *subsidia Patrum primitivæ Ecclesiæ*, prout per *antiquos* seu *priscos Patres* passim intelliguntur *antiqui testamenti* aut *primitivæ Ecclesiæ Patres*, aut saltem tribus sæculis anteriores, cum D. Crescentius Trithemium, & similes, qui plusquam 2. sæculis ipsum præcesserunt, vocet recentes. Insuper in prima dicitur, *in nostræ memoriæ tabula exaratum.* Numquid illa memoriæ tabula debebat esse magnarum antiquitatum, ab annis antiquis confecta, ut vim movendi haberet S. Pontificem? Denique bis dicitur, *à tempore, quô memoria non extat*: ergo non à militibus Godefridi Bullonij; quia, ut probat D. Crescentius, *haberet horum tempus*, sive sæculum XI. *pro scriptura.* cuius sæculi XIV. quô litteræ illæ scriptæ sunt, non poterat negari memoria, si hodiè Trithemius, qui seq. sæculo scripsit, debeat numerari inter recentiores & nostri temporis Authores, prout illum numerat D. Crescentius supra *n.* 900. Dicat, obsecro: an si de eo, quod extitit à militibus Bullonij sæculo XI. benedicant litte-

Solutio 3.

Obiecta monumenta propugnantur.

Argum. ad hominem. litteræ illæ, *cuius memoria non extat* prout vult: cur velle non debeat, à fortiori bene dicere de eo, quod extitit ab Elia, ante ſæculum 1. nongentis circiter annis, *cuius non extat memoria*. Hîc non eſt replica, hîc ſilent iuriſperiti à Domino Creſcentio fruſtrà allegati. Addit 2. *erant ſuperflua littera, ſi in Tuſcia, ut dicunt illi, erat ordo ille propagatus.* Sed concluſionem non video, niſi velit Tuſciam fuiſſe in Terra Sancta, pro qua, ob Saracenorum perſecutiones, implorabant S. Sedis auxilium pro Fratribus B. M. de Monte Carmelo. Addit. 3. *Si Waldenſis totam Epiſtolam fideliter attuliſſet clarè videretur, qui eſſent iſtius Ordinis fundatores.* Extant ad longum in *Speculo Ordinis*. impreſſo Venetijs an. Chriſti 1507. pag. 80. ubi ne verbum quidem de militibus Bullonij aut Haymerico Patriarcha, ſed de ſolis *priſcis Patribus* non nominatis, à quibus dicitur inſtitutus: unde vir tantus, qualis Waldenſis non bene hîc fraudulentæ litterarum detruncationis inſimulatur. Sit itaque Prætentio. Waldenſis vindicatur.

## VNDECIMA.

Obiectio II. ab orig. Ord. Carm. circa ſæculum XII.

937. Pergit *ibidem* pag. 169. D. Creſcentius: *Ioannes Tracagnotta aſſignat duo iſtius Ordinis initia: primum ſub Haymero ſine Regula: ſecundum aliquot annis poſt in bona forma: ſcribit enim ad annum* 1216. Tempore Innocentij incæpit Carmelitarum Ordo in Monte Carmelo in Syria; incæperant forte 40. ante aliqui vivere in monte iſto ſecundum morem Eremitarum diviſi, quaſi vellent Eliam & Eliſæum imitari. *Idem confirmat Chaſſanæus in Cathal. gloriæ mundi p. 4. Conſ. 70. Authoritate S. Antonini 3. p. Hiſt. tit. 20. cap. 5. quem ſequuntur multi, qui etiam tali tempori originem Carmelitarum aſſignat, uti novorum Eremitarum Regula S. Baſilij: ſubſcribit in omnibus Ciacconius Penitentiarius Apoſtolicus Ord. S. Dom. in Honorio IV. dicens*: Honorius IV. Ordinem Eremitarum, qui Carmelitæ dicti ſunt, & in Gallia Sacculi vocabantur, ut Victoriani Annales referunt, non ſatis adhuc ab Apoſtolica Sede probatum, confirmavit, & eorum clamydes, quæ ex albo panno, faſcijs pullis intextis, variatæ erant, tamquam minus convenientes & Chriſtianis oculis minimè gratas, albas, ſublatis ijs virgulis, eos deferre iuſſit. *Dicit igitur, quod uſque ad annum* 1285. *Carmelitæ portarint cappas barratas, nec ideò multum æſtimabantur in Occidente, nec erant ſufficienter approbati in Eccleſia. De ipſorum fundatore proſequitur*: Horum Princeps ſive conditor, fuit Albertus quidam: cùm Chriſtiani Syria potirentur, diu ſub Carmelo Monte, à quo nomen traxere, incoluerant ſub Regula S. Baſilij. *Æſtimo multum Authoritatem S. Antonini, qui expreſsè prætenſam Carmelitarum antiquitatem negat; ſcribit itaque in Honorio IV.* Eo tempore, cum fratres Ordinis Carmelitarum deferrent habitum, qui minus convenire videbatur viris Religioſis, ſcilicet cappam circulatam, quam aſſerebant, habitum fuiſſe Eliæ, quod tamen neque in Sacra Scriptura, neque in authentica Scriptura reperitur, Papa Honorius, propter honeſtatem mandavit, habitum illum dimittere, & deſuper cappas ex toto albas, & tunicas ſubtus griſeas cum ſcapularibus aſſumere. Hi habuerunt initium ſub quodam Patriarcha Ieroſolymitano, cum in Syria habitabant Chriſtiani. *Deinde concludit*: à Carmelo Carmelitæ dicuntur, non quod ab Eliæ habuerint initium. *Cuius relatio confirmatur à P. Petro Maturi Ieſuita in Hiſtoria Eccleſiaſtica not. A. quem ad tale propoſitum laudat Poſſevinus in Apparatu litt. 4. ubi de Anton. Florent. Idem quaſi ſcribit de Carmelitis Iacobus Philippus in ſupplemento Chronicorum; uti & Wernerus Chartuſianus in faſciculo temporum concedit, quod S. Bertholdus fuerit primus prælatus Carmelitis datus à Patriarcha Haymerico; qui de Patriarcha Alberto aliquot annis poſt ſcribit*: Ordinem Carmelitarum inſtituit in Monte Carmeli. *Quidam liber antiquus de Bello Ieroſolymitano, relatus ab Axorio lib. 12. cap. 23. §. alijs verò & §. ex his. narrat, quod uſque ad tempora magni Bullonij, qui recuperavit Terram Sanctam, fuerit Carmelus ſine Eremitis: ſub Patriarcha Haymerico reperti*

A cappis barratis. Antoninus

*reperti ibi sunt aliquot ad agendum vitam Eremitarum; & habitabant soli. divisi in circuitu montis; paulatim cœperunt uniri circa fontem Eliæ; ibi struxerunt Ecclesiam Mariæ Virgini, & ibi propè fundarunt conventum, ubi elegerunt Priorem; sed sine obligatione voti, & sine particulari instituto, hæc sunt verba Azorij*: Et cum sparsim circa montem habitarent, coivêre ad fontem, qui Eliæ dicitur, in Cacumine Montis, Phanum & Monasterium construxerunt, uni, qui honesta præcipiebat, humiliter parendo, sine tamen certo instituto, sive particulari cultu, sive cœremonijs. Albertus Patriarcha, & legatus certas observationis Regulas illis præscripsit.

A defectu Regulæ.

938. *Potest esse: quod à principio se regulaverint (sed sine professione regulari) conformiter adritus Monachorum, quos inveniebant in Græcia, dictos S. Basilij: nihilominus crediderunt aliqui, quod primi institutores.* Haymericus, Albertus & Bertholdus, *cum essent latini, potius ad latinam normam Eremitarum, qui in Italia sub Regula S. Augustini florebant, incæperint: ita Robertus Holcoth magnus Theologus Ord. S. Dominici lect. 95. in lib. sap. apud Marquez Historicum Augustinianum. Item Leonardus Vdinensis celebris Concionator, Raphael Volaterranus, Ambrosius de Cora Augustinianus. Hieronymus Romanus Augustinianus lib. 6. Repub. Christ. cap. 15. Antonius Daza Franciscanus, & Chronica Belgica tom. 1. rerum Germ. fol. 213. ad an 1204.* Albertus Patriarcha Ierosolymitanus Ordinem Carmelitarum instituit In Monte Carmeli sub Regula S. Augustini. *Regula Alberti cum esset natione latinus, & professione Canonicus Regularis, in substantia est eadem cum Regula S. Augustini, variata sunt verba, & nonnulla mutata; quia conformare se voluit ad locum, & istorum novorum Eremitarum genium. Certum est quod illa fuerit prima Regula, quam sunt professi.*

A defectu professionis regularis.

939. *Innocentius Papa anno* 1248. *registravit Alberti Regulam in sua Bulla, quam refert Sixtus IV. in Mari magno Carmelitarum, apud Rodriguez Bulla* 37. *Sixti* IV. *tom.* 1. *fol.* 189. *quæ sic incipit*: Albertus, Dei gratiâ, Ierosolymitanæ Ecclesiæ vocatus Patriarcha, dilectis in Christo filijs Brocardo (*iste erat secundus illorum Prior*) & cæteris Eremitis, qui sub eius obedientia, iuxta fontem Eliæ in Monte Carmeli morantur, in Domino salutem (*Inde vides, quod non erant alibi, nec alios habebant conventus*) *Sequitur*: quia requiritur à nobis, ut iuxta propositum vestrum tradamus vobis vitæ formulam; quam tenere imposterum debeatis. Illud imprimis statuimus, ut unum habeatis Priorem, qui ex unanimi omnium consensu, vel maioris, vel sanioris partis ad hoc officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum *Et clarum est, quod ante non haberent Regulam, statuta, professionem, nec certam formam. Ante Azorium idem observavit Author supplem. Chronici, ubi de Patriarcha subdit*: Ordini Carmelitarum Regulam, suô iure confectam observandam primò obtulit. *Quod illa fuerit prima Regula, & non alia inter Carmelitas, fictus illorum Trithemius Abbas apertè dicit, solumque ascribit anno* 1122. *sub Pontificatu Calixti* II. *Pontacus Burdigalensis ponit ad annum* 1198. *In fine istius Regulæ est notatum an* 1171. *Nulla harum opinionum defendi potest quia Albertus legislator erat adhuc Episcopus Vercellensis, uti scribit Sigonius de Regno* Italiæ *ad an.* 1199.) *electus arbiter inter Placentinos & Parmenses in Controversia & lite Burgi S Donnini; quod cum tabulis Vercellensibus confirmat Ranuccius Picus in Append. p. 2. pag. 49. scribens*: fuit posteà promotus an. 1204. ad Patriarchatum Ierosolymitanum, postquam Ecclesiam Vercellensem rexerat circa 20. annos; scripsit, dum erat Patriarcha Regulam, quam debebant observare Fratres Carmelitæ. *Et Wastelius in Apologia cap.* 22. *refert vidisse Antuerpiæ manuscriptum ipsius* Patriarchæ, *cusum an.* 1206. *concurrit* Paleonydorus, *qui datam Regulam scribit an.* 1210. *Sabellicus an.* 1220. *Rebardus Florentinus an.* 1205. *Videas Lector, in quanta confusione sint res, etiam certiores, istius Ordinis.*

A defectu Carmelitarum conventuum ante Albertum.

Ab Ord. Regula 1.

## SOLVTIO.

Solutio 1. à contradict. eorum, quos opponit.

940. RESpondeo 1. D. Crescentium ubique contra nos maximè urgere Em. Baronij opinionem, quâ *ad an.* 1181. scribit: *Ordo Carmelitarum, qui in Palæstina in ipso Carmelo Monte fixere sedes sub Alexandro Romano Pontifice sumpsit originem: quoto autem anno eius Pontificatus habetur incertum: horum autem promotor, propagator & custos, fuit, qui fungebatur in Oriente legatione Apostolicæ Sedis Haymericus Patriarcha Antiochenus.* Hîc verò urgere Antoninum & asseclas eius ei contradicentes: scribit enim Antoninus loco ab ipsomet citato: *Habuerunt initium sub quodam Patriarcha Ierosolymitano, cum in Syria habitabant Christiani Ierosolymis.* Em. Baronius dicit *sub Haymerico Patriarcha Antiocheno.* Tracognotta dicit *sub Innocentio.* Em. Baronius *sub Alexandro.* Antoninus dicit *sub Regula S. Basilij.* Holcoth, Vdinensis, Volaterranus, Cora, Hieronymus Romanus, Daza & Chronica Belgica, *sub Regula S. Augustini.* Alij Antoninum, alij Em. Baronium, alij Holcoth sequuntur. Quid ad hæc D. Crescenti? Respondes in pari n. 923. *Oportet, quod hi, aut isti, dicantur mendaces.* Ego autem mitius dico: hos omnes ex coniecturis processisse, defectu Ordinis nostri antiquiorum monumentorum, quibus illæ obesse non possunt: attamen recordetur ipse sæpè à se obiectum, *qui contraria adfert, non auditur.* Imò dicere possum, quod Em. Baronius loquatur de origine collectionis in unum, aut acceptæ ab Alexandro III. confirmationis, iuxta præmissa *Pharet. ult. Telo.* 1. & §. III. *Pratent.* III. Antoninum neglexit Em. Baronius; quia Ierosolymitano tribuit, quod debuisset Antiocheno, sub quo, non sub illo, erant Christiani Ierosolymis; librum Ioannis 44. ab Antiocheno versum de Græco in latinum, cùm Regula Basilij confundit; de mandato Honorij IV. & Hugonis constitutionibus, ab alijs ficta indiscusè refert; negat initium ab Elia, quia Carmelitæ dicuntur, quasi verò Elias non fuisset in Carmelo, & ante Eliam Carmelus; cappis albis tribuit expulsionem è Carmelo, & non Soldani odio fidei, quasi alios non gestantes cappas albas in terra Sancta permisisset; & sic de alijs quæ isti Sancto viro imposita dolemus, & cum Em. Baronio negligere cogimur. Antiquus ille liber, continuator Belli Sacri, quem ex Azorio citat, ab Azorio non dicitur *antiquus*; nec *de bello Ierosolymitano*, sed *de bello Sacro*; nec apud Azorium, *narrat, quod usque ad tempora magni Bullonij, qui recuperavit Terram Sanctam, fuerit Carmelus sine Carmelitis*; sed hoc totum à D. Crescentio ei supponitur; sic enim incipit: *Carmelus est mons in Syria, habitatione, tam aliorum Prophetarum, quam Eliæ & Elisæi nobilis; hunc locum sub Almerico insederant Anachoretæ at cum sparsim circa montem habitarent; tandem coivere ad fontem, qui Eliæ dicitur* &c. Vnde, ut infra ostendemus, apertè concluditur, *Anachoretas* illos in Monte Carmelo Almericum præcessisse. Addit D. Crescentius: *hæc sunt verba Azorij,* cum evidenter sint istius *Continuatoris,* & quidem charactere mutatô: postquam autem totam Historiæ Carmelitanæ substantiam ad mentem nostram retulisset, subdit, *alijs verò magis placuit opinio* &c. ubi refert verba continuatoris, neutram opinionem de se approbans aut improbans, sed purè referens: unde non solum mirum, quod D. Crescentius ita in narratione ista lectorem suum fallat; sed etiam quod toties nobis Azorium opponat. Quoad cæteros autem, quos ibi contra nos citat D. Crescentius, satisfecit sibi ipsi scribens: *oportet, ut Patres, sive* Authores, *illi, aut dent aurem scriptoribus, qui vixerunt illis temporibus, de quibus agimus, aut probent, quod illud, quod dicunt, sit ipsis ab Angelis revelatum: si illi istorum temporum non dixerint, unde intellexerunt?* Item ibidem: *sunt Authores, ut ita dicam, nostri temporis, non habent meliora fundamenta, quàm quæ nos fodimus.* Vt vidimus *n.* 927.

941. Adde, & nota bene, sequentia ex R. P. Wastelio, qui rem istam totam profundis-

fundissimè examinavit, & doctissimè enucleavit *Vindic. Ioannis Ierosol.* lib. 1. sect. 5 art. 1. *Nec mirum: omnes sunt Occidentales de rebus Orientalibus loquentes, & recentes de rebus gestis ante multa secula: nec est ex omnibus unus, qui fide nitatur alicuius Antiquorum. Denique commenta secuti sunt quæ omninò adversus S. Ordinem hominum quorumdam livor olim, idest paulò ante tempora B. Antonini, cudit ad labefactandam tantum ac supprimendam veritatem Talia ferè sunt, quæ (dolens dico) ipse Antoninus, undecumque sua illa habeat, citato supra loco congessit: & imprimis quidem quod ait,* Ordinem Carmelitarum ante annum Dom. 1286. tempore Honorij IV. asseruisse, cappam circularem largis virgis albis & griseis habitum fuisse Eliæ Prophetæ. Item Honorium IV. propter Maiorem honestatem, mandavisse eidem Ordini habitum illum dimittere, & desuper cappas ex toto albas, tunicas subtus griseas cum scapularibus assumere. *Salvâ S. Viri reverentiâ, nihil eorum ex vero est, falsoque Carmelitano Ordini sunt attributa, per volentes perigrinari à cogitatione vera Historia. Nihil aliquando Honorius de Tunicis subtus Grisais, nihil Pontifex de Scapularibus: nihil etiam ipsimet Carmelitæ de hisce deliberarunt.* Legi ego Speculum Ordinis, legi alia antiqua & nova Ordinis monumenta, istorum vestigium non reperi, nisi quod Wastelius *loco citato* probet Sabellicum, Polydorum Heroldum, Zuingerum, in Ecclesia Dei malæ notæ Authores, similia finxisse, qui post se plures in errorem traxerunt. Cassanæus de verbo ad verbum Antoninum sequitur; Azorius Petrum Maturum eiusdem Antonini illustratorem. Volaterranus scribens: *Carmelitæ in Monte Carmelo, mora Eliæ & Elisæi nobilitato ab Alberto Ierosolymitano an. 1286. primò instituti fuere, diverso quo nunc utuntur amictu.* Seipsum & tempora confundit, & turpius Em. Baronio contradicit, quàm Tracagnotta supra reiectus, dum vult Albertum Ierosolymitanum instituisse, plusquam 100. annis post illius, secundum Em. Baronium, ab Haymerico Patriarcha Antiocheno factam propagationem, imò & 72. annis post ipsiusmet Alberti mortem; nam constat ex dictis §. 3. ipsum obijsse anno Dom. 1214. Idem à fortiori dicendum de Ioanne Pineda, alioqui Authore insigni, 3. *p. Monar. Eccles. lib.* 22. *cap.* 23. §. 4. afferente: *iuxta Iosephum Antiochenum, & excellentem poëtam Baptistam Mantuanum, Ordinem Carmel. initium habuisse an. 1211. & Papam Honorium IV. an. 1282. reformasse illos, non solum quantum ad habitum, sed etiam quantum ad consuetudinem vivendi ipsorum secundum Regulam Basilij.* Quia Iosephi & Mantuani sententiam directè oppositam habes, ex locis iam sæpissimè citatis. Regula erat dudum ante Honorium IV. ab Honorio III. confirmata, non quidem S. Basilij, sed Alberti, aut potius S. Brocardi ab Alberto, correcta, circumcirca an. 1208. ut infra dicemus. Neque an. 1282. Honorius IV. erat Pontifex, sed Martinus V. Neque Honorius IV. quidquam statuit circa Regulam, licèt P. Petrus Amillianus, tunc Generalis, ipsum, rogarit, ut permitteret (nam erat prohibitum in Concilio Lugdunensi *habitum* novum, sive *novæ Religionis* assumere) cappas albas barratas, in purè albas commutare, quod ante mortem permisit; & demum 2. an. post in capitulo Generali factum, ut ante 200. annos scripsit Arnoldus Bostius *lib.* 6. *de instit. & Partic. gestis Relig. Carm. cap.* 7. Vnde corruit authoritas Ciacconij à D. Crescentio relati.

Solutio alia ex Wastelio quoad cappas barratas & Antoninum.

942. Respondeo 2. Tum ob præmissa, tum ob ea, quæ D. Crescentius *n.* 938. *suprà* obiecit, ad ipsum extendi posse, quod de Hieronymo Romano scribit Wastelius loco supra citato §. 9. *Restat eius Classis Hieronymus Romanus, cui oblectamento fuisse videtur totos fasces congerere adversus S. Ordinis institutionem & antiquitatem: nos hic referemus, quæ ferè communia habet cum illis, reliqua dabunt loco commodiora: quamquàm eò ipso differt ab alijs, quod illi simpliciter ac mero defectu Ordinis Monumentorum* (non ita D. Crescentius, qui Wastelium, citat, & tamen eius solidissima in oppositum fundamenta dissimulat, quasi non lecta) *à recto aberraverint; ipse autem, ut videtur, magis commendendi affectu.* Deinde eiusdem deviationes

Solutio 2.

tiones refert, & ſubdit: *ſic pueri ludunt fabulam: non ergo iſte paucis contentus eſt, ſed tergiverſationum ſeu incredulitatum adfert vel integra plauſtra, commemoratque adeò licentioſa, ut cordatum quemque tedere poſſit, tantùm ipſa referre*: relata tamen fortiter impugnat, & diſſolvit. Ego autem, qui ab omni aculeo hîc abſtinere decrevi, conſultò extenſionem illam prætermitto: & cum totam illam D. Creſcentij *Prævertionem* reperiam efficaciter præoccupatam in *Vinea Carmeli* R. P. Danielis à Virgine Maria *p. 8. cap. 1. & ſeq.* nè eius defraudem labores, ut iacent, oculis D. Creſcentij ſubjicio, ſic itaque ibi.

Solutio alia ex Daniele à V. Maria.

943. „Scribit. *n.* 1088. Paucis autem hîc declaraſſe id, quod ſtatim dicebamus, iuvabit, videlicet Authores varios externos, de hoc Ordine ſcribentes, domeſticis neglectis, hallucinatos, imò etiam quoſdam valde impertinenter, & ridiculè, ac contradictoriè locutos: v.g. quod Honorio III. competit attribuentes Honorio IV. & è contra: quæ diverſis & diſſitis temporibus, ſub eiuſdem nominis Pontificibus contigerunt, ſub eodem geſta referentes. Sic Raphael Volateranus Antropologiæ lib. 21. *Carmelitæ in Monte Carmelo, morâ Eliæ & Eliſæi nobilitato, ab Alberto Patriarcha Ieroſolymitano an.* 1286. *primùm inſtituti fuêre, diverſò, quo nunc utuntur, amictu. Honorius IV. illos à Sultano eiectos excepit.* Albertus iſte Patriarcha obijt anno 1214. quô pactô igitur, ordinem an. 1286. (niſi reſuſcitatus dicatur) inſtituit? At confundit Albertum Patriarcham cum alio Ordinis noſtri Alberto Siculo, ſanctitate illuſtri. Ibidem conſequenter Honorium III. (qui Regulam ab Alberto Patriarcha datam confirmavit,) confundit cum Honorio IV. qui pro cappa, ſeu pallio Ordinis variegato, ſive barrato, conceſſit reaſſumi album. Præterea idem Volateranus Carmelitani Ordinis Alumnum facit S. Cyrillum Conſtant. qui claruit ante & circa an. Chriſti 1200 nec non S. Angelum, Martyrio coronatum in Sicilia an. Dom. 1220. Quomodò igitur is ordo demum inſtitutus fuit an. 1286.? *diſſimulo abſurdiſſima illa premere, quibus uno eodemque anno* 1286. *& Ordinem in Carmelo Monte inſtitutum cupit, & à Sultano eiectum*, inquit Waſtelius *lib. 1. Vind. ſect. 1. art.* 5. §. 5. Vbi etiam aliorum multorum contradictiones & ineptias circa Hiſtorias Carmelitanas profert, de quibus meritò ait: *mirabile eſt, quod viri, etiam illuſtres inter Scriptores, ſic de Virginis familia errent craſsè, ut vel referre tantum pudeat, quod in libris ſuis ipſi exararint.*

Defectus Diſſidentium in orig. Ord. ab Alberto.

Waſtelius.

Defectus 2. eorumdem in orig. Ord. ſub Innoc. III.

944. „Addit 1. *n.* 1089. Haud minus ij ceſpitant, qui relictis fontibus (domeſticis inquam, Scriptoribus) & haurientes ex ciſternis impuris turbidam effundunt aquam: dum adhærent Sabellico, Polydoro, Heroldo, Zuingero (quorum opera hæreſi inimicâ monaſtices, illamque ut nuperum inventum cavillante, reſperſa, aut de ea ſuſpecta habentur) primam Ordinis inſtitutionem referentibus ad tempora Innocentij III. per Albertum Patriarcham Ieroſolymitanum: qui quàm pueriliter, imò turpiter à veritatis ſcopo aberrent, ad oculum declarant idem Waſtelius *loco citato*. Matthias à S. Ioanne in *Hiſtoria Paneg. p. 1. cap.* 7. Et Dorotheus à S. Renato in *commentario ſuper lib. Reg. & Apocal. de SS. Prophetis Elia & Eliſæo*, ſub finem ſcribens de Eliſæo *lib. 2. cap.* 14. ubi ſpecialiter inſectatur manifeſtos errores Sabellici, qui & alios quoſdam poſt ſe in lapſum traxit.

Matth. à Ioanne.

Dorotheus à S. Renato.

Defectus 3. in ead. ſub Innoc. III.

945. „Addit 2. *n.* 1094. Primò: Albertus ille, Patriarcha Ieroſolymitanus inſtitutus fuit an. 1205. per litteras, ſeu Bullam Innoc. III. datam 13. Kal. Martij, quam ex Regiſtris Vaticanis extractam refert Lezana *tom. 4. Annal. ad an. Chriſti* 1204. & 1205. *n.* 2. Innocentius autem III. Pontificio Diademate inauguratus fuit an. 1198. octavo Kal. Martij: annis autem 38. ante Innoc. III. Summus Pontifex creatus fuit Alexander III. qui Ordinem hunc (iam pridem à Patriarchis & Epiſcopis Ordinariâ authoritate approbatum, ut latius cap. 9.) confirmavit, prout conſtat ex Hiſtoricis, quos refert, & ſequitur idem Lezana *ad annum* 1180. Idem tradunt

„quo-

,, quoque Abbas Trithemius *lib. de orig. & laud. Carm. cap.* 5. Multi Summi Pontifi-
,, ces Ordinem ipsum confirmarunt, de quibus Alexander Papa III. unus extitit.
,, Cardinalis quoque Bellarminus in sua Chronologia, adiuncta libro de Scriptori-
,, bus Ecclesiasticis ad an. Christi 1180. *Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. an.*
,, 1180. *Item ab Innocentio III. an.* 1199. *Item ab Honorio* III. Ex quibus manifestum est Or-
,, dinis huius institutionem præcedere tempora Innocentij III. ac Alberti Patriar-
,, chæ præfati. Et sanè Ordinem Carmelitarum præcessisse Concilium Lateranense
,, à præfato Innocentio III. celebratum, ut certum habetur ex decretis eiusdem,
,, atque etiam Lugdunensis Concilij an. 1274. sub Greg. X. In Concilio quidem
,, Lateran. *cap.* 13. decretum fuit: *nè nimia Religiosorum diversitas gravem in Ecclesia Dei offen-*
,, *sionem inducat, firmiter prohibemus, nè quis de cætero novam Religionem inveniat: sed quicumque*
,, *voluerit ad Religionem converti, unam de approbatis sumat. Similiter qui voluerit domum de novo*
,, *fundare, Regulam & institutionem accipiat de approbatis.* Tum verò Carmelitanum Ordinem
,, (eadem est ratio de Augustiniano: *unde Augustiniani, qui contra nos, hic contra se, agunt*)
,, etiam ratificatum, probatum, confirmatum, solidatum fuisse, eruditè declaratur
,, in *Annal. Ord. ad an.* 1215. statutum autem in Concilio Lugdunensi latum (insistens
,, dicto decreto Lateran. & ad illud se referens) nos concernens, insertum extat
,, *lib.* 6. *Decretal.* tit. de relig. domib. cap. unico &c. *Cæterum Eremitarum S. Augustini &*
,, *Carmelitarum Ordines, quorum institutio dictum Concilium Generale* (Lateranense) *præcessit, in*
,, *solido statu volumus permanere.* Ista 6. Decretalium à Bonifacio VIII. inserta sunt. Quod
,, autem Carmelitanus Ordo non aliquantum, sed longè præcesserit dictum Con-
,, cilium Lateranense, adeò clarum est ex dictis *p.* 3. *cap.* 29. (*à nobis verò suprà Prætent.*
,, III. *& V. imò & huc usque per totum opus*) atque etiam ante & post, ut nemo sensatus,
,, aut certè nonnisi Historiarum nostrarum planè ignarus, & iudicans ut cœcus de
,, coloribus, aut qui deditâ operâ errare cupit, id inficiari, aut in dubium revocare
,, queat, quod & ex mox dicendis magis patescet.

Trithemius. Bellarminus. Lateranense.

946. ,, Addit 3. *n* 1095. Secundò: Iacobus de Vitriaco, Episcopus Achonensis quar-
,, to miliari à Monte Carmelo, ac deinde S. Rom. Eccles. Cardinalis, agens de reflo-
,, rescente Ecclesiæ statu in Terra Sancta, proximè post captam, per ducem Gode-
,, fridum de Buillon, Civitatem Ierosolymam an. Christi 1099. specialiter Eremitas
,, Carmeli, S Eliæ imitatores & successores, commendatione honorificâ commemo-
,, rat, his verbis lib. 1. Hist. Ierosol. cap. 52. Quod *ad exemplum & imitationem Sancti viri*
,, *& solitarij Eliæ Prophetæ in Monte Carmeli* &c. *in alvearibus modicarum cellularum, tamquam apes*
,, *Domini dulcedinem spiritualem mellificarent.*

Iacobus de Vitriaco Carm. ante Bullonium ponit.

947. Addit 4. *n.* 1097. Quartò: Albertum, non Ordinis Institutorem, sed Regu-
læ Concinnatorem fuisse, adeò manifestum est ex S. Cyrillo qui eo tempore in
Carmelo florebat, & creatus est Generalis : hic supra, præsertim *cap.* 5. (*à nobis autem*
§. *III. multoties*) ceterisque hactenus dictis, ut in luce meridiana cœcutire dicendus
esset, qui, istis visis, aliter sentiret. Ex eo etiam, quod ibi sub finem istius capitis
S. Cyrillus testatur: *renovari iussit Capellam, quam B. Dei Genitrici Mariæ prædecessores eorum*
*post assensionem Christi, construxerant.* Non modò id, quod asserimus, confirmatur, sed
& falsitatis convincuntur omnes aliæ opiniones hîc proximè subsequentes, attri-
,, buentes Ordinis huius initia tempori alicui intermedio post Apostolorum æta-
,, tem: cum in Ecclesiæ primordijs Carmelicolæ extiterint (*vide Prætent. III. & V.*)
,, & ad honorem Deiparæ Virginis ædificaverunt Capellam illam (*vide Prætent. VIII.*)
,, quam Albertus renovari curavit, utique ad illud usque tempus iugiter ibi conser-
,, vatam, & in honore habitam, prout oculatus testis ipse S. Cyrillus asserit, qui
,, tempore istius renovatæ Capellæ, & ante, morabatur in Carmelo. Sed hæc

S. Cyrillus Alberto solam Regulam tribuit.

 ,, obiter

,, obiter de ista autem Capella in Carmelo latius dictum est. *P. 3. cap. 13. n. 330.* ,, *& seq.*

Carmelitæ ante Innoc. III.

948. ,, Addit 5. *n.* 1098. Quintò: SS. Bertholdus, Brocardus, Cyrillus, successivè Priores Generales (præter plures alios anteriores Sanctos Carmelitici Instituti, de quibus ut talibus, in toto Ordine fit solemne officium) Ordinem hunc ingressi sunt longè ante tempora Innocentij III. videlicet SS. Bertholdus circa annum Christi 1099. (centum annis ante dictum Innocentium Papam & Albertum Patriarcham) ac sub eodem aliquamdiu post S. Brocardus; & circa an. Dom. 1173. S. Cyrillus, monitu B. V. Mariæ Constantinopoli in Syriam ad Montem Carmelum venit, & ibi Ordinis huius habitum sumpsit, ut latius refertur in Annalibus Ordinis ad dictum annum (*vide dicta* §. 3. *Pratent. IV.*) Itaque est evidens, initium Ordinis Carmelitani non ab Alberto sub Innocentio III. sed altius repetendum: quod ex consequentibus confirmabitur. Hinc meritò Lezana *tom.* 4. *Annal. ad an. Christi* 1205. *n* 20. de hac opinione tractans, scribit: *Quantum à veritatis tramite, qui ita senserint* (quod Albertus nedum Legislator, sed & primus Ordinis Author appellandus sit) *devient, cuncta, quæ in Superioribus adduximus* (nos verò Scuto XVII. & hîc Prætent. III. & V.) *vel apices eorum, quæ de Haymerico, Bertholdo, Brocardo, Cyrillo, Angelo, & Ioanne dicta sunt, facilè evincunt, vanumque in eo multum immorari.* Et tandem cum ex Regula verbis clarè veritatem demonstrasset, concludens, dicit: *Teneamus ergo ex dictis, Albertum nostri Ordinis Legislatorem, Reformatorem, Propagatorumque, non primum Institutorem, si veritatem sequimur, appellandum fore.*

Lezana.

Origo Ord. male Haymerico tribuitur.

949. ,, Addit 6. *n.* 1099. Tertia sententia, est eorum, qui Institutionem Ordinis Haymerico Patriarchæ attribuunt, tempore Alexandri Papæ III. Authores ita sentientes referunt, & refellunt Wastelius *loco citato*, & Matthias ubi supra *cap.* 8. Illos quoque veritatis scopum non attigisse ita succinctè demonstramus. *Primò*: ex S. Cyrillo Ordinis Generali III. latino, sanctitate & Doctrina claro, attestante ea, quæ vidit, aut ab ijs, qui viderant, audierat (floruit enim eodem ferè tempore, aut proximè post, quo ipse Haymericus.) Is in libro de processu Ord. (qui habetur supra) de Haymerico ista scribit: *erat autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in Terra Sancta Apostolicæ Sedis legatus &c. Haymericus Malafaida &c. qui prædictorum Antecessorum nostrorum Eremitarum Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo laudabilem conversationem attendens, eos multum specialiter suo tempore in Domino enutrivit* (*vide à nobis præmissa Pharet. ult. Telo* 1. *&* §. *III. Solutionem Prætent. III. per totam.*) Specialis dilectionis insignia eiusque effectus referuntur; ibi consequenter quæ si quis vel obiter legerit, perspiciet, Haymericum Ordinem hunc non instituisse, sed diuturnis persecutionibus pressum erexisse, & latinorum seu Europæorum moribus accommodasse ,, *Vide*, inquam, *dicta locu statim citatis*, uti & hîc *prætent. III. & V.*

S. Cyrillus.

Chartagenæ argum. ineluctabile.

950. ,, Addit 7. *n.* 1100. Secundò: Ioannes de Chartagena, & passim alij hoc ineluctabile argumentum maximè urgent; & meritò: *Haymericum non dedisse primordia huic Sacro Ordini, illud apertè confirmat, quod ante Haymericum Patriarcham Leo IV. Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius V. Clemens III. & Alexander* II. *varia privilegia concesserint Monachis Montis Carmeli. Etenim, cum propter hostium incursus, varia eorum Monasteria fuissent eversa, Sacri Pontifices concesserunt varias indulgentias Christi fidelibus, qui ad eorum restaurationem, & Monachorum victum, alicuius Elemosynæ subsidium impenderent. Ne autem quispiam hoc in dubium vertat, locupletissimus testis, omni exceptione maior est Gregorius* XIII. *qui in Bulla Carmelitano Ordini concessa, cuius initium est*, UT LAUDES, *compendiumque privilegiorum, plura horum Pontificum privilegia refert.* Hæc Chartagena *lib.* 17. *Homiliarum homil.* 2. *obiect.* 7. luculenter probans, etiam alijs rationibus, Ordinem hunc longè præcessisse Hayme-

,, Haymerici tempora, eiusque primordia referenda ad S. Eliam, & obiecta in contrarium refellens. Illud quoque adfert, & premit Baptista Mantuanus in *Apologia pro Ord. Carm.* contra quosdam, qui asserebant, hunc esse posteriorem alijs ordinibus Mendicantibus: *Reperimus*, inquit, *& in promptu omnibus est, & ad oculum potest videri, Leonem* IV. *Pontificem Maximum, largas indulgentias nostris benefactoribus elargitum, quem constat Pontificatum gessisse anno salutis nostra* 854. *Franciscum verò & Dominicum, viros quidem Sanctissimos, constat circa* 1200. *annum floruisse, quò fit, ut arctissimò indicij articulò concludi possit, nos Carmelitas saltem* 350. *annos antecessisse Minores & Prædicatores; hoc, inquam, convinci potest scriptis & litteris Apostolicis, contra quas nulla* (vide dicta n. 915. 920) *exceptio fieri possit.* Indulgentiæ autem à Leone IV. & aliæ ab Adriano II. an 868. Stephano V. Sergio III. &c. concessæ, referuntur quoque, & confirmantur à Sixto IV. in Bulla *dum attentâ.* Data Romæ an. 1477. Vide supra *p.* 2. *n.* 194. 201. 202. De istis indulgentijs latius agunt Wastelius *lib.* 1. *Vindiciarum sect. V. art.* 1. sub medium Lezana *tom.* 3. *Annal. ad an. Christi* 854. & nos hîc *suprà p.* 3. *cap.* 28. *n.* 464. Itaque si (ut quibusdam visum fuit) Ordo hic initium habuerit sub Alexandro III. qui Pontificatum adijt post Adrianum IV. anno Dom. 1160. quâ ratione, tot Pontifices, aliquot centurijs annorum anteriores, Indulgentias concessêre Ordini Carmelitano? An forsitan futuro, aut in spatijs imaginarijs existenti?,, Dixerat n. 464. *Indulgentias istas à prædictis concessas referunt, suis Bullis inserunt, & confirmant Sixtus* IV. *in Bulla* Dum attentâ Meditatione, *data an.* 1477. *Kal. April. & habetur in antiquo Bullario Carmelit. pag.* 95. *sub finem speculi Ord. impressi Venetijs. Iulius* II. *in Bulla* Ad Sacrum Ordinem. *in eodem Bullario. pag.* 99. *Et Gregorius* XIII. *in Bulla.* Vt laudes, *data an.* 1577. *die* 18 *Septembris, quæ extat in Bullario Rodericij.* Præmiserat autem n. 194. Sixtus IV: *In dicta Bulla*, motu propriô & ex certa scientia, *ut loquitur*, *Indulgentias Ordini & Ecclesijs nostris à Summis Pontificibus prædecessoribus suis concessas, specialiter à Leone* IV. *Hadriano* II. *Stephano V. Sergio* III. *Ioanne* X. *&* XI. *Sergio V.* Innocentio IV. *Clemente* III. *Gregorio* VIII. *Honorio* III. *Nicolao* IV. &c. *Refert specialiter, & confirmat, earumque omnium tenores & effectus, ac si de verbo ad verbum suo illi Diplomati inserta forent, pro sufficienter expressis haberi vult.*

Bapt. Mantuanus.

Sixtus IV. de indulg. ante Alex. III.

951. ,, Addit 8. *n.* 1102. & 1103. Quartò memorandum quoque specialiter hîc est, quod contigit circa annum Christi 640. & indubitatum est, quoad mutationem habitus: dum enim Homar, seu Humar Rex Arabiæ, secta Mahometanus, cum ingenti multitudine Saracenorum Terram Sanctam esset ingressus, & illam totam suo subiugasset imperio, Christianos vehementer afflixit, & etiam in Carmeli Eremitas furor eius desevijt, atque ex illis plures trucidavit: cæteris verò omnibus interdixit, ne pallijs albis induerentur, prout referunt S. Cyrillus *lib. de Procef. & varijs Regul. Ord. Carm. cap.* 2. Trithemius *lib. de Ord. Carmel. cap.* 6. Arnoldus Bostius *in Speculo Hist. lib.* 7. *cap.* 20. Paleonydorus *lib.* 2. *cap.* 9. Lezana *Tom* 3. *annal. ad an Christi* 642. & cæteri Historici Ordinis huius (*nec est Antiquior, qui contradicat, aut etiam Recentior cum aliquo apparenti fundamento*) Pallia autem ista variegata, seu barrata gestarunt Carmelitæ per annos 640. & ultra, videlicet usque ad an. 1287. Illa autem Palliorum mutatio (de qua exteros aliquos dubitasse video) adeò est certa, ut nulla Historia antiqua (exceptis, quæ sunt fidei & ex Sacris traditionibus habentur) firmius stet (*malim: ut multa Historia antiquæ, possim absque ullius contradictione receptæ, firmius non stent.*) Et quidem posterior (resumptio nempe capparum albarum, & depositio Palliorum istorum Barratorum, quæ Barbarica Tyrannis supposuerat) facta Apostolicæ Sedis authoritate: *Quoniam Gregorius Papa X. nuper in Generali Concilio per eum Lugduni celebrato an. Dom.* 1278. *statuendo inhibuit, ne quis de cætero novum Ordinem aut Religionem inveniat, vel habitum novæ Religionis assumat: ideò ne contra istud statu-*

Mutatio Pallij Ord. an. 640.

Authores.

Duplex Diploma Pontif. apud

Cherub. & Speculum Ord.

„ *statutum agere viderentur, procurante F. Petro de Amiliano Priore tunc Generali huius Religionis, Honorio IV. fuit supplicatum per D. Gervasium tit. S. Martini in Montibus presb. Card. ut huius pallij sive mantelli gestationem, in alium decentem habitum ædificantem animas fidelium mutaret. Quam supplicationem idem Pontifex an. 1. sui Pontificatus, videlicet an. Dom 1285. vivâ voce concessit. Idcirco dictus Prior Generalis disposuit Capitulum Generale pro mutatione dicti habitus convocare* &c. „ Ita loco statim citando (*quæ contra D. Crescentium maximè faciunt.*) Pontificij diplomatis munimine firmatâ, rem facit indubitatam: illud exhibet Cherubinus *tom.* 1. *Bullarij*. & extat in antiquo speculo Ordinis, Venetijs excuso an. 1507. (cuius titulus est: *Cur Professores huius Ordinis, dimissis pallijs barratis, incedant induti cappis albis*) quod ista mutatio ab Honorio IV præmissa vivæ vocis oraculô, & executioni mandata an. 1287. Deinde confirmata fuerit per Bonifacium VIII. &c.

Chartagena sententiam Hieron. Rom. vocat *delirium*.

952. „ Addit 9. *n.* 1105. Quarta sententia ea est, quam attingit Homiliographus ille celebris Chartagena *lib* 17. *Homiliarum homil.* 2. *obiect.* 5. istis verbis: *Hieronymus Romanus lib. 6. quem vocat de Repub. cap.* 10. *ait: Religionem Carmelitarum non habuisse primordia ab Elia & eius successoribus in Monte Carmelo, sed anno* 796. *tempore Papæ Leonis III. accepisse quamdam Regulam ex approbatis ab Ecclesia, Basilij scilicet, Augustini, aut Benedicti.* Consequenter ibi respondet: *Cæterum ut clarius innotescat delirium omnium, qui isti sententiæ adhærent, apertissimè commonstrabo institutam ab Elia Religionem, usque ad nostra tempora perdurare sub tutela B. Mariæ de Monte Carmelo, quam Ordo Carmelitarum, qui nunc mirificè viget in Ecclesia, profitetur.* Quod *ibidem* prolixè & solidè plurimorum gravium Scriptorum authoritate declarat: contra eum quoque hactenus dicta (*à nobis quidem specialiter* in *Synopsi.* & *Scuto XVII. Item hîc adversus Præsent.* III. *& V.*) & dicenda satis urgent, ut non ultra, nos hîc immorari debeamus. Obiter dumtaxat notanda insignis hallucinatio istius Authoris & paucorum aliorum, attribuentium Ordini huic Regulam S. Augustini, aut S. Benedicti, cum luce clarius sit ex Pontificijs Diplomatibus, Ordinis universi traditione, & Scriptoribus domesticis ac exteris, atque exordio Regulæ, eam traditam à B. Alberto (*vide Scutum* XI.) Patriarcha Hierosolymitano: estque ceu compendium anterioris & fusioris, scriptæ an. 412. à Ioanne etiam Patriarcha Ierosolymitano (*alterius ab Essenorum religiosè vivendi norma repeti potest, uti* Scuto XI. imò ab Elia, uti in *Synopsi p.* 5. *demonstravimus*) facessat ergo, *inquit Lezana*. huiusmodi commentum, & animadvertant bene librorum Scriptores, quæ litteris exarata posteritati committunt: etsi enim Carmelitis gloriosum valde esse posset sub S. Doctoris Augustini vexillo militare, sub quo gravissimæ aliæ Religiones in Ecclesia florent, veritas tamen ipsa est, non sub illo, sed sub B. Alberti Patriarchæ Regula ex S. Basilij & Ioannis Ierosolymitani institutionibus (*conformiter tamen ad Priorem Essenorum religiosè vivendi normam, uti Scuto XI. probavimus*) concinnata à sæculis vixisse. „

Ordo Regulam Aug. numquam habuit.

953. Ita ille R. P. Daniel à Virgine Maria locis præcitatis (si pauca excipias à nobis intra quasdam Parentheses mutató charactere ad mentem nostram admixta:) quibus compendiosè quidem, sed satis nervosè exponit, quæ in Historia Carmelitana sunt *Amicis Dissidentibus* proponenda & opponenda; præsertim si conclusio, quam habet *ibidem n.* 1104. bene perpendatur: „ Ex Lezana igitur, & cum eo *tom.* 4. *Dictorum annal. ad an. Christi* 1141. *n.* 15. *& sequentibus* (ubi dilucidè & solidè huius, quam hîc impugnamus, sententiæ falsitatem demonstrat) concludimus: *Maneat ergo ut inconcussa veritas, si Adversarijs placuerit, Aymericum nostri Ordinis Reformatorem, non formatorem; Restitutorem, non Institutorem; Promotorem, & non Authorem, appellandum iure fore.* Sic quoque Gualterus in *Tabulis Chronographis. sæculo* 12. Nec abscedit Onuphrius Panuinus in Chronico Ecclesiastico ad an. Christi 1141. *Ordo Carmelitarum restitutus & reformatus ab*

Conclusio Danielis ex Lezana.

Gaulterus.

Panuinus.

*Aymerico*

„ *Aymerico Malafaida Lemovicensi Patriarcha Antiocheno, & Apostolica Sedis trans mare legato, in* „ *Monte Syria Carmelo.* Consentit Gilbertus Genebrardus *lib.* 4. *Chronol. circa an. Christi* „ 1180. qui verba Polydori: *Ordo Carmelitarum (qui tunc variegata Chlamyde induebatur)* „ *initium habuit in desertis Syria, Almerici Antiocheni Antistitis operâ.* Palyd. *lib.* 7. *de inventor. rerum* „ *cap.* 3. hôc modô corrigit: *sed eorum origo altius repetitur, nempe à prophetis Elia & Eliseo,* „ *qui Carmelum, Montem Terra Sanctæ, primi consecrarunt, & discipulos illic reliquerunt, quos Scrip-* „ *tura filios Prophetarum appellat.* Et confirmat Wernerus Rolevinck in fasciculo tem- „ porum circa an. 1291. *Nobilissima Civitas Acconensis à Saracenis destruitur, ac demum Deifera* „ *Maria in Carmelo, ad quatuor miliaria Civitati vicinum ab eis igne crematur, fratribus inventis in* „ *eo, perfidorum gladijs trucidatis, & ex tunc, proh dolor, Ordo Carmeliticus mellifluum locum ex* „ *toto perdidit, in quo à tempore Elia & Elisei Prophetarum, duobus millibus ducentis & uno annis* „ *perstiterant.* Quod autem isti solidâ nixi authoritate, ac efficaci ratione ita scribant, ex præmissis hucusquè videtur manifestum, idque vel sola Synopsis supra data evincit.

Genebrardus Polydorum refellit.

Rolevinck

954. Respondeo 3. Satis quidem ex præmissis patere D. Crescentij & Authorum, quos citat hallucinationes ac invicem contradictiones, ut verificetur illud Eximij P. Wastelij loco supra citato §. 2. *forsitan verum esse comperiemus, quod vulgatô proverbiô iactatur*, plus sapere stultum domo sua, quàm sapientem in aliena; *& quod Palæstinæ aquè proverbiò aiebat Dominus*: IPSOS VIDERE LUMEN, QUI DOMUM INGREDIUNTUR. Sed ut *Amico diffidenti* ad firmiorem concordiam plenius satisfaciam.

Solutio 3.

Wastelius.

955. Notandum! Quod D. Crescentius, *n* 939. citatus, his Regulæ verbis: *dilectis in Christo filijs Brocardo*, subdat: *iste erat secundus illorum Prior.* Ego autem quæro à D. Crescentio: unde habeat, quod Brocardus fuerit *secundus illorum Prior?* Certè, dum talium ab Authore istius temporis, de quo agit, probationem continuò requirit, id ab alio istius temporis habere non potest, quam à S. Cyrillo constantinopolitano in *lib. de processu & varijs Regul Ord. Carm.* à quo nos, & omnes posteri, illud habemus: nec alioqui est, cur potius Brocardum faciat Priorem *secundum* quàm *millesimum*, & nisi adferat Authorem temporis, quo Regula primum data est, cum ipsum absolutè *priorem* vocet, illum *primum* potius, quàm *secundum* dixisse debet: si verò id ab isto libro habeat: illum Authoris istius temporis, ac proinde S. Cyrilli Constantinopolitani (nam alium istius temporis Authorem libri producere non potest; & si produceret, quod posse diffidimus, ob eandem antiquitatem, retineret authoritatem, quam prætendimus,) approbat, & improbat, illum sæpè vocitans *fictum Cyrillum*; qui verò *contraria loquitur, non auditur,* ut scribit *supra n.* 940. Vocat autem illum *fictum* in cæteris! quia evidenter omnes eius machinationes destruit: hîc *verum* habet: quia sibi ad evertendam Ordinis antiquitatem servire putat: sed imaginariè dumtaxat, cum agat de *Priore Generali* per totius Ordinis Electionem primum ab Aymerico Patriarcha Antiocheno inductam! *ibidem* asseveret Carmelitas à Ioanne 44. Regulam accepisse an. Christi 412. & sub illa vixisse plusquam 700. annis; Eliam & Eliseum habuisse Institutores &c.

Firmatur 1. ad hom.

956. Notandum 2. Quod D. Crescentius his verbis: *Brocardo & cateris Eremitis, qui sub eius Obedientia, iuxta fontem Elia in Monte Carmeli morantur*, etiam subdat: *Inde vides, quod non erant alibi nec alios habebant Conventus.* Miror sanè, quod vir iudicij, prout alioqui indubiè est D. Crescentius, talem illationem faciat, & non attendat, pro Regula ista fuisse Alberto Patriarchæ à Brocardo, & cæteris Eremitis, qui iuxta fontem Eliæ in Monte Carmelo morabantur, nomine totius Ordinis supplicatum, & ideò Regulam ad ipsos, nomine totius Ordinis supplicantes, directam: nihil enim communius in Pontificum bullis, quàm quod nomine totius Ordinis supplicantes nominentur,

Firmatur 2. notâ incongruæ illationis.

Honorius III. nentur, & bullæ Pro toto Ordine ad ipsos, cæteris tacitis dirigantur. Vnde Honorius III. confirmans Regulam, omisit particulas, *qui sub* &c, sicquè incipit: *Honorius Episcopus servus servorum Dei: dilectis filijs, Priori & fratribus Eremitis de Monte Carmeli salutem & Apostolicam Benedictionem. Vt vivendi normam regulariter à Bona memoria Hierosolymitano Patriarcha editam, quam ante Generale Concilium vos dicitis humiliter suscepisse, imposterum vos & successores vestri, quantum cum Dei adiutorio poteritis, observetis, in remissionem vobis iniungimus peccatorum. Datum Reate III. Kal. feb. Pontif. nostri an.* X. Vrbanus. IV. *Vrbanus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filijs, priori Generali* (nota) *& fratribus Eremitarum de Monte Carmelo salutem* &c. Nicolaus IV. *Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei: dilectis filijs Priori Generali & fratribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmeli salutem* &c. Alexander IV. *Alexander Episcopus Servus Servorum Dei: dilectis filijs Prioribus* (nota) *& fratribus Eremitarum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo salutem* &c. *Liceat in Ecclesijs vestris* &c. In altera eiusdem datæ: *cum dilecti filij Prior & fratres Ordinis Eremitarum de Monte Carmeli securè nequeant, sicut accepimus, propter frequentes paganorum incursus, in mansionibus, quas habent in transmarinis partibus* (nota) *commorari* &c. Innocentius IV. *Innocentius Servus Servorum Dei: dilectis filijs Priori & fratribus Eremi Montis Carmeli salutem & Apostolorum Benedictionem: ex officij nostri* &c. Ubi etiam Regulam confirmat Pontificatus sui anno II. Et in altera Bulla an. eiusdem V. ita scribit: *Cum itaque ex tenore vestræ petitionis percepimus, quod Ordo vester nullas possessiones habeat* &c. Quæ, si D. Crescentius bene perpendisset, indubiè talem illationem non fecisset, nisi præcisè fecerit, quia voluit, quod ipsi valde inconsultum esse debuisset: intereà etiam aliunde illationem eius esse omninò falsam patet, tum ex *Synopsi*, tum ex *Scuto XV.* tum dictis §. 1. *contra D. Landtmeter*, & hîc *Pretent. III. & V.*

Vrbanus IV. Nicolaus IV. Alexander IV. Innocentius IV.

957. Notandum 3. Quod D. Crescentius his verbis: *Quia requiritis à nobis, ut, iuxta propositum vestrum tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere imposterum debeatis: illud imprimis statuimus, ut unum habeatis Priorem, qui ex unanimi omnium consensu, vel maioris, vel sanioris partis ad hoc officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum.* subdat: *Et clarum est, quod ante non haberent Regulam, statuta, professionem, nec certam formam. Ante Azorium idem observavit Author supplementi Chronici* &c. Quid est clarum? Numquid eorum propositum ipsis erat Regula, statuta, professio & certa forma, ut vidimus *Scuto XI.*? Numquid tunc, prout ab initio habebant pro Regula *Philosophiam Essenorum per manus acceptam*, iuxta Philonem *n. 66.*? vitam Eliæ, iuxta dicta *n.* 101. Verba & exempla, uti probatum est in Synopsi *Puncto V.* ubi de his, & sufficientia huiusmodi Regulæ plura, quibus efficaciter argumentum istud est præoccupatum; præsertim cum vel ipse Honorius III. supra *n.* 848. citatus, confirmando Regulam Carmelitarum à S. Alberto Patriarchâ Ierosolymitano scriptam, eorum statum approbarit, quem sub vivendi norma à Ioanne Patriarcha Ierosolymitano edita habuerunt; imò & ipse Cassianus loco supra *n.* 876. citato agnoscat Monasteriorum *per Palæstinam antiquitus*, inquit, *fundatorum* Regulam, quæ alia esse non potuit, quàm dicta. Vide Henschenium. *n.* 101. & Suarem. *n.* 612. Sed quid istis immoror, D. Crescentius his contradicit, scribens supra n. 833. *S. Basilium tenuisse Sacram Eliæ & Ioannis Baptistæ normam.* Unde clarum, nisi ab authoritate sua, Azorij, Authoris supplementi Chronici & Tritemij, uti scribit D. Crescentius; sed apertè fallit; quia nihil simile asserit Azorius, ut notavi *n.* 940. Author supplementi loquitur solum de Eremitis Carmeli prout iam in Cœtum sub uno Priore collectis, non prout ante seorsim vivebant, uti ostendemus *n.* 979. Tritemius clarè oppositum scribit *cap.* 4. aiens: *S. Brocardus Prior Montis Carmeli Regulam ab Alberto Hierosolymorum Patriarcha obtinuit, quam suæ posteritati observandam commendavit: nec æstimandi sunt fratres Carmelitæ eatenus irregulariter vixisse, qui ex Sancta conversatione consuetudinem in Regulam commutarunt* (prout scilicet Elias, Eliseus, Filij Prophetarum, Esseni, Paulus,

Firmatur 3 à Regula antè Albertum. Philo. Honorius III. Cassianus. Henschenius. Suarez. Trithemius.

Paulus, Antonius, Hilarion, & tot alij, qui Regulam scriptam præter Acta Apostolorum, non habuerunt) *non enim necessaria est Regula perfectis, sed infirmis.* Si tamen demus gratis hos id scripsisse, ut vult D. Crescentius, nihil evincit; quia illos & seipsum *n.* 927. supra explodit, scribens: *oportet, ut Patres illi, aut dent aurem scriptoribus, qui vixerunt illis temporibus, de quibus agimus, aut probent, quod illud, quod dicunt, fit ipsis ab Angelis revelatum: si illi istorum temporum non dixerint unde intellexerunt?* Vbi de Trithemio, & hinc à fortiori de Azorio & Authore supplementi, *est Author, ut ita dicam, nostri temporis, non habet meliora fundamenta, quàm quæ fodimus*; uti & *n.* 922. *Quid dicat Hieronymus Romanus, parum curo; quia author est modernus.* Quis obsecro, attentis istis, quibus D. Crescentius se & Authores, quos pro se citat ita explodit, ipsum audiet prudenter? Quod autem addit: varios varijs temporibus & annis S. Alberti Regulam ascribere. Nihil prorsus facit ad antiquitatem Ordinis, cum huius ad nos usque ab Elia & Eliseo hæreditariam successionem *Pratent. V & Synopsis* efficaciter probaverimus supra.

858. Notandum 4. Quod, ob diversorum Authorum circa annum dictæ Regulæ discrepantiam sic monet lectorem: *videas lector, in quanta confusione sunt res, etiam certiores istius Ordinis.* Quomodò *certiores*, cum Regula annum datæ non habuerit? Scitur datam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano, quod exprimit; sed annum datæ non exprimit. Quomodò *in quanta confusione*, potius quam Historia Ecclesiastica circa certum & determinatum annum Nativitatis Christi, & an anni Christiani numerentur ab eiusdem Incarnatione, an à Nativitate, in quibus, longè certiores deberent esse res Ecclesiæ Christi, si illud sit necessarium, & D. Crescentij notâ dignum. Imò circa annum diluvij à creatione mundi à textu Hebræorum, quem Moyses edidit discrepant 70. Interpretes in 586. annis; nam secundum hos fuerunt 2242 anni, secundum illum verò tantum 1656 anni. Item circa nativitatem Abrahæ à diluvio ab Hebræis differunt in 650 annis; nam secundum 70 Interpretes fuerunt anni 942. secundum Hebræos tantum 292. *Ideoque in illis,* utique conciliandis, inquit Wernerus Rolevinck in sua præf. fasciculi temporum, *contriverunt Sancti Doctores ingenia sua, & quilibet pro captu suo, dixit, quod sensit* In hæc suam notam convertat D. Crescentius, aut potius taceat, considerans, quod in supputatione annorum, in Authographo non scriptorum, rei antiquæ, sit facillimum errare Verumtamen ante D. Crescentium antiquiorum discrepantiam in anno datæ Regulæ notaverat è nostris R. P. Segerus Pauli Coloniensis in sua *Chronologia S. Simonis Stock*, ubi *n.* 35 sic habet: *traditam fuisse anno 1199. Carmelitis Regulam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano, vetus error est, qui irrepsisse creditur in exemplaria aliquot* (supple S. Cyrilli Constantinopolitani cap. 5.) *primum M. SS.* (ubi sic habet, *observandam ipse an. Dom.* M. C. XCIX. *eis tradidit*) *deinde impressa; quia Albertus iste Patriarcha non fuit ante annum 1204 quo electus est, & anno sequente confirmatus. Patriarcham verò existentem Carmelitis Regulam tradidisse, asserit vetus & insignis Scriptor Sibertus de Beka Doctor Parisiensis, & utriusque Allemaniæ Provincialis electus an. 1317. in opusc. de considerandis super Regul. Carm.* Idem notarunt RR. PP. Wastelius & Lezana, qui in exemplari dicti libri S. Cyrilli errorem scripturæ & in *Annal. an* 1199 notavit, & Historiæ veritate bene perpensâ, scribit, legendum an. M CC. V puto ego in Authographo fuisse M. C. VCX qui error facillimè irrepere potuit: aut certè cum deesset annus *datæ* in Regula, per inadvertentiam assumptum annum *datæ* Alberto normæ à S. Brocardo anno M C. XCIX. compositæ, cum illa iuxta hanc esset composita: sic enim scribunt Gesnerus in Bibliotheca, Possevinus in apparatu *Brocardus Patria Ierosolymitanus, Palæstinorum Doctor Hebræus, at latinè peritus, Eremita Montis Carmeli, latinè scripsit Canonem sui Ordinis, librum unum, statuta in Carmelo, librum unum* (unde Albertus: *requiritis à nobis, ut iuxta propositum vestrum:*) Lezana autem verosimilius censet scripsisse an. 1191.

Rolevinck

Segerus Pauli.

Gesnerus.

Possevinus

Crescentius decipitur.

Vnde D. Crescentius ibi nihil novi venditat, quod à nobis, non didicit; & præoccupatum fuit: & multum decipitur, scribens: *Regula Alberti, cum esset natione latinus, & professione Canonicus Regularis, in substantia est eadem cum Regula S Augustini, variata sunt verba nonnulla mutata*: quia (præterquam quod hanc variationem & mutationem includendo, Regula Augustini dici deberet Basilij, & sic de quacumque alia) Albertus Regulam Augustini non attendit, sed propositum S. Brocardi in ista norma expressit, uti ex ipsa Regula patet. Sit itaque P*rætentio*.

## DVODECIMA.

Obiectio 12. à mutatione habitus.

A fictoAuthore libri Ioannis 44.

D. Crescentius ibidem pag. 171. col. 2. *Si mutarint formam, colorem, Regulam, Titulum, locum, & Institutum, quomodò sunt ijdem? Scapulare à B. Simone Stock, qui obijt anno 1265. Quomodò possunt Ioanni 44. Patriarchæ ascribere librum illum, qui de Scapulari Carmelitano antiquam habet memoriam? est igitur fictus ille liber* Ioannis 44. *compositus post mortem B. Simonis Stock. Sunt itaque Scriptores Carmelitæ inter se contrarij, quamvis invicem citantes, sua, unus super alium, fundent; potest dici, quod omnes simul non faciant unum, non curando, quid dicant; quia* allegans contraria non auditur *cap. de furtis* lib. 1. ff. de cond. & demost. *l. Titius* contra ff. de inoff. Testam. *l. Papinianus*. Sed nec impuberis ff. de collat. bon. *l. numquam*.

## SOLVTIO.

Solutio 1. à falso suppos.

959. RE spondeo 1. D. Crescentio incumbere probare, non verò supponere, Carmelitas mutasse formam, colorem, titulum, locum Regulam, & Institutum. Quia imprimus nos non mutasse Regulam & institutum, evidens est ex præmissis *Scuto* IX & *n*. 918. ubi Lepidum ipsius inventum refutavimus. Deinde: nec formam & colorem habitus, dimittendo cappas barratas, & resumendo albas, quas sexcentis annis ante gestaveramus, patet ex præmissis contra P*rætentionem* 10. Imò S. Benedictus in Regula monet *non esse disputandum de colore*, estque sententia S Concilij Tridentini ses. 14. cap. 6. *habitus non facit Monachum*. Quis enim dubitet, per accidens posse, authoritate legitimâ, sub eodem instituto mutari. Vide dicta *n* 920. Denique: nec titulum, nec locum. Quoad locum, patet ex dictis contra P*ratent*. III. *&* V. Quoad *titulum* verò: *Carmelitæ* quidem *ibidem*; *fratrum* autem *B. M. Virginis de Monte Carmelo* ex dictis P*ratent*. VIII. Itaut, quod improperit Tritemio *n*. 161. sed immeritò, in ipsum meritò retorqueatur, *utitur fractis hastis* &c.

Tridentinum.

Solutio 2. de Scapulare.

960. Respondeo 2. Quod Scapulare istud B. Simoni Stock, pro maximo sui Ordinis Privilegio, à D. Virgine in signum salutis datum &c. non magis impediat, ne antea fuerit in Ordine usus Scapularis ad sensum, quem Ioannes 44. libri sui *de institutione Monachorum cap*. 46. exprimit, quàm velum B. M. Magdalenæ de Pazzi (pro cuius Canonizatione 10. Septembris 1668. Deo inspirante, eiusque Deiparâ Matre Ordini suo benedicente, S. Congregationis Rituum sub Clemente IX. Papa verè Clementissimo, decretum emanavit & Solemnitatis dies indicta Paschalis proximè futuri Dominica in Albis) à D. Virgine in signum specialis dilectionis traditum, impediat, ne diu ante ipsam sui & aliorum Ordinum Sanctimoniales tale velum, aliô titulô, gestaverint. Accipe verba Ioannis 44. *Superhumeralibus etiam prisci nostræ Religionis Professores tempore legis utebantur: præceperat enim Iudæis lex, in quatuor angulis suarum vestium fimbrias, & in fimbrijs funiculos, facere: quas fimbrias cum funiculis dicti professores, iuxta legis præceptum in quatuor inferioribus angulis superhumeralium gestabant; erat autem superhumerale vestis sine manicis usque ad renes descendens, in utroque latere aperta, brachijs etiam in ea nudatis, cuius*

Ioannis 44.

*posterior*

*posterior pars in humeris copulabatur parti anteriori: nova autem legis tempore huic vesti in apertura colli iunctum fuit caputium, tegens caput & scapulas; idcircò hac vestis tunc dicta fuit scapulare, quia suo caputio operit, non solum caput, sed scapulas: quam nostræ Religionis Professores, fimbrijs & funiculis ab ea resecatis, usque nunc cum summa diligentia diebus ac noctibus gestant.* Certè tantum abest, ut ista *antiquissimi superhumeralis* per *scapulare* explicatio, sit facta post D. Virginis scapulare à B. Simone Stock receptum, ut potius confirmet quam diutissimè ante factam; cum non sit expositio *scapularis* recenter accepta per *superhumerale* (quo Professores, etiam antiqui testamenti, usi fuerant) in ordine ad istam D Virginis munificentiam, qualis indubiè alioqui fuisset; sed è contra, *antiquissimi superhumeralis* (quod Deut. 22. *Pallium* vocatur: *funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui, quo operieris*) per *scapulare* in ordine ad scapulas. Vnde illud D. Crescentij argumentum non habet colorem, minusque obinde liber Ioannis 44. est fictus, & compositus, post mortem B. Simonis Stock, quàm illud sit à D. Crescentio fictum: nec proinde Scriptores Carmelitæ hanc eius ullô modô merentur censuram: *sunt itaque Scriptores Carmelitæ inter se contrarij quamvis invicem citantes, sua, unus super alium, fundent; potest dici, quod omnes simul non faciant unum, non curando, quid dicant* &c. Numquid insignis contra integrum Ordinem censura? Numquid, quia omnes unam ex Augustino, aut Hieronymo, sive etiam, si malis, ex Philone aut Iosepho de Essenis, sequuntur Historiam; apprehensam veram, licèt in minutis nonnullis contrariarentur, *potest dici, quod omnes simul non faciant unum non curando, quod dicant* &c. Numquid traditiones, postmodum scriptæ, ab uno priori posteris usque ad nos traductæ sunt? Numquid tali argumento omnes eluduntur traditiones?

*Censura Crescentij eluitur.*

961 Plura taceo, nè meritò aliquam indignationem ostendam. Vide dicta *Scuto* XVIII. & *Responsa* ad *Telum* I. *Pharet.* I. Et recole præmissa *n.* 943. *ac* 953. Scriptum enim est Psal. 77. *Patres nostri narraverunt nobis, non sunt occultata à filijs eorum in generatione altera; quanta mandavit Patribus nostris, nota ea facere filijs suis, ut cognoscat generatio altera, filij, qui nascentur, & exurgent, & enarrabunt filijs suis.* In Iure autem Canonico c. 35. q. 6. cap. I. *Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem Synodo computet, sed propinqui ad quorum notitiam pertinet, id est Pater, Mater, Soror, & frater, Patruus, avunculus amita, Matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit* (nostram subsistere efficaciter probatum est in *Synopsi* & hoc *Prætentione V.* ac proinde hæc præ cæteris audienda) *ab antiquioribus & veracioribus* (quorum testimonia *ibidem* quoque addidimus) *quibus eadem propinquitas nota sit.* Et cap. 2. *Quod autem Parentes, fratres, & cognati utriusque sexus, in testificationem suorum ad matrimonium coniungendum vel dirimendum admittantur, tam antiquâ consuetudine, quàm legibus approbatur: ideò enim maximè parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam Genealogiam* (nota) *& cum testibus & chartis* (à nobis *Prætent V.* allegatis ad causam nostram sufficientissime) *tum etiam ex recitatione Maiorum, scire laborat. Qui enim melius recipi debent, quàm illi* (nota) *qui melius sciunt, & quorum est interesse itaut si non interfuerit, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod verò legitur: Pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa Patris* (Nota, sequitur solutio obiectionis ex Gratiano: *leges, tam Sacrorum Canonum, quàm secularium Principum, prohibent testem de sua domo adversum aliquem produci* c. 14. q. 2.) *in criminalibus causis & contractibus verum est, in matrimonio verò coniungendo & disiungendo, est ipsius coniugij prærogativa, & quia favorabilis res est* (& quidem in nostro casu antiquitatis in Ecclesia Monasticæ Religionis contra centuriatores, Wicleff & alios hæreticos, eam arguentes novitatis) *congruè recipiuntur.* Causa autem XIV. cap. 2. ex Paschali II. præmissum est: *super prudentia tua* (notet D. Crescentius) *plurimum admiramur, quod in negotio B. Stephani, Clericorum istorum admittere nolueris testimonium: diversa namque sunt species causarum; nec in omnibus causis*

*Psal. 77.*

*Ius Canonicum c. 35. q. 6. cap. 1.*

*Item cap. 2.*

*Item c. XIV cap. 2.*

*crimina agitantur: in criminibus siquidem accusatorum & testium illa districtio observanda est, quæ in Canonibus continetur, ne qui ad probationem domestici assumantur. Cæterum in possessionum vel huiusmodi negotijs* (iterum notet,) *hi potissimum assumendi sunt, qui eadem negotia tractaverunt, de quorum visu & auditu hæsitatio esse non debeat.* In puncto autem nostræ hæreditariæ ab Elia successionis non debere esse de nostrorum visu & auditu hæsitationem hucusque præmissa manifestè evincunt. Igitur videamus, an sequens D. Crescentij *Prætensio* plus sit habitura coloris.

## DECIMA TERTIA.

Obiectio 13. à falsitate operum Ioannis 44. & Trithemij.

962. D. Crescentius *ibidem* n. 163. pag. 172. *Ostendemus falsitatem Carmelitanorum operum, istius Ioannis 44. & Ioannis Trithemij, in quibus dicunt, quod Carmelitæ in Oriente habuerint multa & opulentissima Monasteria. Ostendemus quoque esse somnium illorum, qui dicunt esse dilatatos in Italia, ante alios tres Mendicantium Ordines, & ex bullis Innocentij IV. Bonifacij VIII. Sixti IV. ab ipsis Carmelitis in Mari magno relatis, clarè monstrabimus, quod fuerint novi & pauperes unius Monasterij in Carmelo. In bulla Innocentij data Lugduni in Francia an. 2. sui Pontificatus 13. Iunij.* Dilectis filijs Priori & Fratribus Eremitis B. M. Virginis de Monte Carmelo. Religionis vestræ meretur honestas, ut vos in Christi visceribus amplectentes, supplicationibus vestris, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris precibus inclinati, personas vestras & locum, in quo divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus. *Ergo unum solum locum habebant, uti dixit Azorius in Bulla Bonifacij VIII. data an. I. Perusiæ, in fine Octob.* Ex parte dilectorum filiorum Eremitarum S. Mariæ de Monte Carmelo, fuit propositum coram nobis, quod cum malitiâ temporis excrescente, oportuerit eos de loco, quem habebant in Monte ipso, fugere ante faciem persequentium Paganorum, velintque cellas & Ecclesias construere &c. *Ubi solius Carmeli, unde venerunt fit mentio: nec alia loca habebant in toto mundo. Ergo multum errarunt Maurolicus, Piatus, Rodriguez, & pauci illi alij, qui permiserunt sibi persuaderi ab Historico Carmelitano, quod ante Regulam Alberti habuerint pro Regula opus suppositum Ioannis 44. probavimus 1. esse Authoris moderni & suspectæ fidei. Perlegimus, & non videtur aliud, quam Historia, nec habet formam Regulæ, nec ullum particulare præceptum, aut legem.*

ab unico Conventu in Carmelo sub Innoc. III. & Bonifacio VIII.

Ab Authorum errore super Regula Ioannis 44.

Ab errore Falconij.

963. *Multa citat Falconius ille in Chronicis suis, sub nomine istius* Patriarchæ Ioannis, *quæ sunt Ioannis Batavi* (idest Palæonydori) *quorum in particulari est hoc unum pag.* 178. Carmelitæ pallium prædictum barratum authoritate Pontificis, & Sedis Apostolicæ dimiserunt, & ad imitationem fundatorum ac priscorum Professorum huius Carmelitanæ Religionis, ipsi Pallium album, quod dudum à Saracenis compulsi dimiserant, in Generali eodem Capitulo (anni scilicet 1287.) reassumpserunt, cum pallio capucium album addiderunt. *Itaut ab anno* 1287. *Carmelitæ non habuerint capucium. Et si verba ista invenirentur in operibus* Patriarchæ, *uti invenit Falconius, sequeretur, quod Author vixisset post annum* 1287. *& non temporibus S. Hieronymi, 800 annis, & plus eo ante.*

A sententijs libro Ioannis 44. intrusis.

964. *In Principio fabulosus ille Ioannes in plura capita extendit doctrinam S. Hieronymi circa Monachatum filiorum Prophetarum & Rechabitarum. cap. autem 38. usurpat dictum S. Hieronymi de officio Monachi quod est.* Plangere sua peccata & mundum *cap. 36. dicit:* quod ab anno 83. salutis, Monachi Carmelitæ dedicaverunt suam Ecclesiam Mariæ, & ibi omni die in illius honorem recitabant septem horas Canonicas, & quod à temporibus Apostolorum vocabantur fratres Mariæ Virginis, & ipsi Reginam Angelorum vocabant sororem suam. *Sunt Religiosi, qui magno ducunt honori, vocari fratres B. Mariæ Virginis, quod si Carmelitæ in Bullis* Pontificum *vocentur* Fratres S. Mariæ de Monte Carmelo, *non est, quod ipsorum illa fuerit Soror; uti cum mentito Ioanne etiam somniat noster Falconius* Placentinus, *sed quia sunt*

fratres

*fratres* (Frayles, *&* non Hermanos, *dicerent Hispani cum aliqua distinctione in vulgari*) *Ecclesia B. M de Monte Carmelo; unde nunquam se appellarunt simpliciter* Fratres S. Mariæ.

965. *Non est dubium, quin, uti vidimus supra, concedat Saracenus Carmelita, quod Carmelitæ non se antiquitus appellarint* illius Fratres: *igitur opus istius Ioannis, quod ille sequitur, uti antiquum, erit modernum; quia in omni pagina, ut ita loquar, vocat illos* Carmelitas *&* Fratres B. M. de Monte Carmelo. *Recordemur, quod Sacræ preces non erant divisæ in septem, uti illas postmodum divisit Hieronymus: ergo fictus ille Ioannes mentitur. Sunt ibi multa verba S. Ambrosij ad Vercellenses, S. Hieronymi & aliorum* Patrum: *ibique Scriptura citatur conformiter ad versionem vulgatam: ergo author non est græcus. Notetur insuper, quod traductio vulgaris* Vitas Patrum, *facta à Verdizotti, nominet aliquot Sanctos Carmelitanos; sed illud nomen* Carmelitæ *non habet verum testimonium* &c. *Notetur etiam Scriptores Carmelitanos in suum favorem citare Chronicum Hierosolymitanum Sigeberti Gemblacensis, quod nec à Bellarmino, nec à Possevino, nec ab alijs, quod sciam, nominatur; nec ipse Sigebertus in Cathalogo suorum Operum illius facit mentionem. Non erant adhuc in mundo, seu Europa, Carmelitæ, quando scripsit Sigebertus: quia, uti legitur in Theatro vitæ humanæ lib. 3. verbo* Carmelitana, *& uti scribit Marcus Antonius Sabellicus Æneade 9. lib. 5. fol. 234. cum omnibus alijs Scriptoribus, habuerunt ab Aymerico primam originem, & primam Regulam ab Alberto.* A titulo fratrum B. M. V. tempore Ioan. 44. inusitato. A sent. Ambrosij intrusa. A ficto Chronico Gembla.

966. Præmiserat autem pag. 170. col. 1. *Polydorus Vergilius, Author gravis, Originem Carmelitarum sub Patriarcha Aymerico inchoatam ascribit Pontificatui Alexandri III. circa annum* 1160. *in Ecclesia, quæ S. Maria de Monte Carmelo, prope fontem Eliæ, dicebatur*: verum quia, neque vitæ instituto, neque cultu, neque certis ceremonijs nitebatur ille novus cætus, abortus quidam, non res legitimè ab initio instituta visa est. Veram itaque originem fuisse tradunt quidam, quæ anno post circiter quadragesimo consecuta est, sedente Innocentio III. Albertus enim Ierosolymitanus Antistes, ijs in Eremo agentibus certam observationis dedit formam, ex Basilij dogmate quædam mutuatus, *ut solitudinem & abstinentiam à carnibus, prout profitentur Hieronymiani nostræ reformationis; à qua Carmelitæ, uti mendicantes sunt per Bullam Pontificiam absoluti. Sequitur Azorius* lib. 12. cap. 23. *dicitque magis in favorem nostrum*: Honorius III. & Gregorius IX. eam quidem Regulam confirmarunt: generatim tamen Ordinem ipsum minime approbarunt: solum enim scripserunt Priori & Fratribus Eremitis in Monte Carmelo habitantibus, ut qui in illo Monte primum sedem habuerint: fuit igitur approbatio restricta, ut in eo Monte habitarent. *Ergo tempore Honorij III. non habebant alia loca, quàm Carmelum: minus habebant sub Leone* IV. *aut alijs Concludit Azorius*: fuit igitur approbatio restricta, ut in illo Monte habitarent, fuit privata quædam Conventus illius approbatio, *&c.* A Polydoro & Regulæ defectu. Ab Azorio.

## SOLVTIO.

967. RESpondeo 1. Nos veritatem libri Ioannis XLIV. Patriarchæ Ierosolymitani sufficienter probasse supra *Responsis* ad *Prætent. VI* liber autem Tritemij de laudibus Carmelitarum aliô titulô dici non potest falsus, quàm quia pleraque asserit contenta in libro Ioannis XLIV. & tractatu S. Cyrilli Constantinopolitani *de Processu & varijs Regulis Carmel.* quæ omnia hucusque ab authoritate & ratione solida probavimus esse vera: cumque eadem ferè asserant celeberrimi Authores, Chartagena, Myræus & plurimi antiquiores ac recentiores alij, liber Tritemij non magis dici potest falsus, aut ab aliquo Carmelita ei suppositus, quàm omnia istorum opera sint falsa, aut ab aliquo Carmelita his supposita. Optarem, quod Crescentius citasset Carmelitam, qui librum istum Tritemio supposuit, aut aliquem Ordinis S. Benedicti (cuius ipse Ordinis fuit,) qui dicat, librum istum esse Tritemio ab uno Carmelita suppositum: etenim argumenta, quibus id contendit D. Crescentius, Solutio 1. pro Tritemio.

sunt

sunt merè negativa, ac proinde straminea, ut vidimus *n.* 873. Quibus meritò apponitur silentium desuper tot ab illo tempore istius Celeberrimi Ordinis Scriptorum, qui indubiè tamdiu suppositionem illam non tacuissent, nec illum propugnassent, prout propugnarunt pænè omnes istius Ordinis Scriptores, specialiter Leander Granatensis, Clemens Renerus & altero anno, ut mihi Roma scribitur, quidam alius Benedictinus Hispanus, qui totam illius de Ordine Carmelitarum Doctrinam longè acrius, quàm ille defendit: unde verba Em. Baronij, quæ D. Crescentius in Saracenum, Falconium & Munoz torquet: *sicut enim leviter effinguntur, ita facilè refelluntur*, meritò in ipsum retorquentur, cum ipse omnia argumenta positiva, quæ pro sua antiquitate proferunt Carmelitæ, etiam ipsorum Summorum Pontificum Bullas, ut vidimus *Pratent.* 8. arguat suspecta, aut supposita, argumentis, non positivis, sed merè negativis, ac proinde stramineis: *non sic Domine, non sic.* Ad bullas verò Innocentij IV. & Bonifacij VIII. patet solutio ex præmissis *n.* 956. Notandum tamen: quod D. Crescentius in Bulla Innocentij IV. malè truncet verba immediatè sequentia: *sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, authoritate vobis præsentium indulgentes, ut cum Generale terra* (nota, non dicit *Terra Sancta*, & multò minus *Montis Carmeli*, quod alioqui dixisset) *fuerit interdictum, liceat vobis, clausis ianuis* &c. quæ si non truncasset vidisset *locum* non referri ad *Montem Carmeli*, sed ad *Generalis interdicti terram* indefinitè. Vnde in simili *data* sui Pontificatus an. VIII. omittit priorem periodum, *personas & locum* &c. & in *data* eiusdem an. V. addit *Ordinis*, nempe, *dilectis filijs Priori fratribus, Ordinis* &c. Quoad Bullam Bonifacij VIII. nescio, an fuerit, aut integrè citetur; quia eam in antiquo nostro Bullario non reperio: non obstat tamen; quia ipse idem Pontifex in una Anagine, Pontif. an. 1. incipit: *dilectis filijs Prioribus Provincialibus fratrum Ordinis* &c. Item in altera Romæ etiam an 1. *Dilectis filijs Priori Generali ac cæteris Prioribus & fratribus Ordinis* &c. Azorius non favet, ut vidimus *n.* 940. Igitur: *vulpes foveas habent.*

Notatur Crescentius.

Solutio 2. pro Falconio & Ioan. 44.

968. Respondeo 2. Ad ea, quæ de Falconio subdit *n.* 963. Falconium indubiè utrumque Ioannem non confudisse, nec Ioanni XLIV. ista tribuisse, quæ octingentis circiter annis post ipsum contigerunt, ut refert Falconius ex Ioanne Palyneodoro, cuius agnomen omisit, prout sæpissimè fit: sed quid dicam, qui laborat icteria, omnia videt flava, & qui confusionem appetit, omnia confundit; textus est oculo sano ita manifestus, ut glossa non egeat, præsertim cum ne eius umbra quidem in toto libro Ioannis XLIV. reperiatur. Quod verò *n.* 964. addit de scriptis S. Hieronymi, nihil prorsus concludere potest: quia imprimis, cum Ioannes XLIV. & Hieronymus fuerint coævi, ille Hierosolymis, hic in Bethleem scripserit, sicque quod unus scripserat, facilè alter videre potuerit, non est, cur potius unus, quàm alter ex alio scripsisse dicatur, nisi id unum prius altero scripsisse probetur. Deinde: licèt Ioannes XLIV. id ex Hieronymo scripsisset, cum coævi fuerint, non sequitur librum Ioannis esse Authoris Ioanne recentioris, ut patet. Denique: Hieronymus scribit: *officium Monachi* esse, *plangere sua peccata & mundum*; Ioannes verò *lugere se & mundum* iuxta id, quod præmisit *cap.* 5. (impress. Bruxel. quam sequor) *ut ait Sapiens in* mono (*id est in uno, seu in singulari*) degens non erit à peccato immunis; *propterea debes solitarius pavere & flere, id est officium Monachi exercere* &c. *Inde dictus est Monachus, quasi singularis & tristis.* cap. autem 9. De Elia subdit: *Monachus enim deinceps ipse fuit*, singularis, *sive* solus *&* tristis *sedit, peccataque sua & aliorum solitarius uberrimè luxit.* Ostendat hæc in Hieronymo D. Crescentius; non obinde tamen quidquam concludet, ob statim dicta: ego autem è contra pro authore concludam; quia Ioannes librum scripsit an. 412. Hieronymus verò Epistolam ad Vigilantium circa an. 418. Vide infra *n.* 970.

969. Respon-

969. Respondeo 3. D. Crescentium de proprio addere: *& ibi omni die in illius honorem recitabant septem horas Canonicas.* Etenim hæc, non ista, sunt verba Ioannis *cap. citato* (mihi 43.) *ubi professores prædicti, seipsos huic virgini commendantes, singulis diebus in septem horis Canonicis, ad effundendum dictæ virgini & eius filio sedulas preces, & supplicationes, atque laudes ex tunc semper convenerunt*, idest in septem horis statutis; nam *statutum lex* &c. venit nomine *Canonis*, à quo dixit *Canonicis*; ita ferè Ioannes de Malinis, vetustus Author, Speculi, Historialis cap. 5. *post ascensionem Domini* &c. *Religiosi Eremitæ de Monte Carmelo* &c. *iuxta fontem Eliæ Capellam quamdam in honorem B. M. V. primò devotissimè construxerunt, ubi singulis diebus horis statutis* (nota) *ad effundendum Deo preces, & eius matri conveniebant.* Hic sensus patet ex textu; nam si per *septem horas Canonicas* intellexisset illas preces, quæ hodiè *matutinum, prima, tertia, sexta, nona, vespera & completorium* appellantur, sensus esset, *singulis diebus in septem precibus Canonicis ad effundendum sedulas preces* &c. *ex tunc semper convenerunt*, qui indubie viro sapienti tribuendus non est; alioqui potius scripsisset, *singulis diebus ad effundendum dictæ virgini, & eius filio, septem horas Canonicas* &c. *ex tunc semper convenerunt.* Vnde alia nota marginalis R. P. Wastelij est parum necessaria, & Censura D. Crescentij: *ergo fictus ille Ioannes mentitur*, nimium præceps, nec divisio horarum Canonicarum nondum facta ei servit. Quod verò addit circa hoc, quod Carmelitæ se appellaverint *fratres D. Virginis*, & hanc, *Sororem*, non obstat; quia hunc titulum desumit ab eo, quod præcessit: hæc enim sunt verba Ioannis *cap.* 43. dictæ impres. Bruxel. *Studuerunt hanc specialiter Virginem ideò sibi ipsis in Patronam eligere; quia noverunt ipsam solam esse singulariter eis conformem in primitijs virginitatis spontaneæ: quemadmodum enim virginitas spontanea fuit primò per priscos professores huius Religionis propter Deum inchoata, & in viris introducta; ita eadem virginitas fuit postmodùm per Dei Genitricem primò in fœminis introducta & incœpta, sicut commemoravimus supra: propter quod, sicut Religiosi Carmelitæ sunt primicerij virorum sponte virginum ita Beata Maria est fœminarum votò virginum primiceria: quæ conformitas primitiarum spontaneæ Virginitatis singulariter inter Dei Genitricem & Religiosos Carmelitas dudum Prophetata, & postea adimpleta, fuit causa, quod Religiosi Carmelitæ Virginem Mariam iam tempore Apostolorum dicebant sororem suam, & propter dictam conformitatem seipsos fratres B. Mariæ Virginis appellabant.* Et infra: *anno* 83. *diruentes eorum Semnium antiquum, ædificaverunt ad honorem huius Virginis Deo dicatæ, capellam quamdam in Monte Carmeli iuxta fontem Eliæ* &c. *& propterea cæteri, etiam ab eorum Religione externi, eos deinceps fratres B. M. Virginis de Monte Carmeli semper appellaverunt.* Vnde frustra est D. Crescentij glossa; nec obinde est, quod pro recentiore libri Ioannis XLIV. Authore prætendat: præsertim cum Saracenus ipse *pag.* 201. sic scribat: *In hoc igitur temporis spatio, & in tam grandi Monastica vitæ examine, singulare excogitare nomen, familiam nostram à quacumque aliorum Monachorum turba distinguens, nostris laborandum fuit, facile successu opus: nam ubi aliqui ab Insula Tabennensis, alij à tota Thebaida, alij à fundatore, ut Paulini, Pachomij, Basiliani, &c. nostri ab Originaria nativaque Carmeli Montis sede, denominationem sibi vindicare decernunt, & nomenclatura claustri* (ergo censet ante fuisse) *extra septa vagari patiuntur. Hinc Ephesino Concilio contra Nestorium damnatæ memoriæ Episcopum per Cyrillum & alios Episcopos gloriosè terminatò, vox inter Patres satis amica irrepit, & extra Concilium invaluit, Monachos nostros Eremitas, spetioso hoc perpetuò retinendo* (nota) *titulo præ cæteris in Ecclesia nuncupandos*: FRATRES EREMITÆ B. M. VIRGINIS DE MONTE CARMELI: vix posset clarius oppositum verbis D. Crescentij, & antiquitatem tituli, exprimere.

Solutio 3. pro eod. Ioan.

Ioannes de Malinis.

Pro titulo Fratrum B. M. V.

970. Respondeo 4. D. Crescentium debuisse citare verba Ambrosij ad Vercellenses, S. Hieronymi & aliorum Patrum quæ dicit esse in libro Ioannis XLIV. quia, cum in citatis ex S. Hieronymo ita deceptus sit, ut vidimus n. 969. valde timemus, nè turpius decipiatur in suppositis. Verum quidem est, quod D. Bivarius *lib.* 1 *de Monachatu vet Test. cap.* 15. Probet 3. dictum librum esse alicuius Recentioris, *quia cap.* 29. *his exorditur verbis*: Hinc illi viri processerunt Elias & Eliseus, Ioannes, Elisabet, qui

Solutiò 4. quoad Ambros.

Bivarius.

 pelli-

pelliceis tunicis & caprinis induti, inopes atque egentes, angustijs & doloribus afflicti, in solitudinibus errabant inter alta & condensa montium, inviarupum, inter speluncarum horrenda, & fovearum vadosa, quorum conversatione dignus non erat orbis terrarum. *Hæc autem verba, ut iacent, sunt S. Ambrosij in Epist. 82. lib. 10. scripta ad Vercellenses.* ubi addit: *fieri autem, nequit, ut Ioannes, Ambrosij coævus, in Oriente existens, illius mutuatus sit verba, utpotè in Angulo Occidentis degentis, & Epistolam vicinis sibi Vercellensibus mittentis, non librum evulgantis: scripsisse eam Epistolam an. Christi 382. probat Baronius tom. 4. Ioannes verò sedere cœpit, eodem Authore, an. Christi 386. Adde ex eodem adducto testimonio haberi Regulam ipsam* (sive librum) *nequaquam græcè scriptam, sed latinè, nam attexuit latinum testimonium tamquam proprium, latinè procul dubio sonantem; alias translator, qui alterius esse ignoravit, nequivisset de Græco sermone in eadem latine verba illud transferre, orationes eodem Ordine servato. Quis id non videat? Rursus, quo fructu verba Ambrosij suffuraffet facundissimus homo, de quo Hieronymus*: te fautores tui, desertiorem Demostene, acutiorem Chrisippo, sapientiorem Platone contendunt *&c.* Notavit hîc indubie D. Crescentius, ex falso supposito, D. Bivarij hallucinationem; quia tria exemplaria dictæ Regulæ, sive libri aliquoties à capite ad calcem pervolvi, & nihil, vel solum ex umbra tale reperi, sed oppositum *cap.* 45. (aliàs 38.) *tunicam lana non pratiosæ, sed mediocriter asperæ, eiusdem coloris, cuius existebat melota, quam subtus scapulare gestabant, assumpserunt*: ibi autem dicuntur, *pelliceis tunicis & caprinis induti.* Vnde D. Crescentius non est ausus D. Ambrosij verba citare: si tamen ista solutio non placeat aliam *numero seq.* dabimus ex Wastelio.

971. Respondeo 5. D. Crescentium ex continua citatione Scripturæ conformiter ad versionem vulgatam (quod est *primum Argumentum* Bivarij) malè inferre: *ergo Author non est Græcus*; & debuisse inferre: *ergo libri versio non est Græci hominis*, sed latini, & quidem non ita eruditi, uti notavimus supra. *secundum Argumentum* D. Bivarij est: *totos* 800. *annos post Ioannis obitum, idest usque ad an. Christi* 1200 *neminem antiquorum eius operis seu Regulæ meminisse.* Argumentum est negativum & stramineum, satis præoccupatum *n.* 872. 886. 889. *&* 891. Quartum: *verbo* huius Religionis *utitur usque ad nauseam: at einsmodi forma loquendi multò post Ioannem emersit, nimirum postquam Monachorum institutiones diversæ, non solum esse, sed dici Ordines & Religiones diversæ cœperunt, de qua re latè egimus in comment. ad Chronic. M. Maximi in Epistola nuncupat. n. 30. Author verò idonea voce utitur, ut ostendat Religionem suam à cæteris multum differre, præstareque omnibus vetustate, qui sanè præcipuus libri scopus est, valde tamen à sæculo Ioannis alienus.* Argumentum supponit falsum: quia author nusquam suam Religionem ab alijs distinguit, aut antiquitate præstantiorem probat, patetqueipsum hoc non intendere; sic enim incipit: *Principium Religionis huius, & quemadmodum, ac unde ipsa primò processit, rectè petis dilecte Caprasi, ante alia perscrutandum: quamvis namque conversationis huius ratio in sola experientia consistat, ut nequaquam possit hæc ratio plenè, verborum doctrinâ, nisi ab experto tradi, nec etiam à te totaliter percipi, nisi eam pari studiô ac sudore per experientiam apprehendere laboraveris; multò tamen efficacius poteris susceptæ huius professionis assequi disciplinam, & ad exercendam eam ardentius incitari, cum Authorum atque fundatorum eius agnoveris dignitatem, & primariam ipsius Religionis sciveris institutionem.* Ne verò hastis iam fractis Armamentarium nostrum repleam consultò dubium lectorem remitto ad præmissa *n.* 673 *ad* 678. ex Lezana *n.* 891. *ad* 898. & de superabundanti ad R. P. Wastelij *vindicias* libri Ioannis Ierosolymitani *de Institutione primorum Monachorum.* Vbi: *lib.* 1. *sect.* 1. *art.* 2. *&* 3. Authores refert & loca usque ad an 1187 quibus probat librum illum esse Ioannis XLIV. eodemque *art.* 3. varijs authoritatibus confirmat, *Epistolam*, sive *Tractatum de Processu & varijs Regulis Ord. Carm.* esse S. Cyrilli Constantinopolitani, Aymerico Patriarcha Antiocheno coævi. *art.* 4. ostendit, dictum librum non esse authoris Recentioris, & quidem illum esse ab Hieronymo & Cassiano lectum, ac imitatum. *art.* 5. libri stylum esse Græcum *Art.* 6. *&* 8. libri Antiquitatem à titulo Authoris

Solutio 5. quoad vers vulgatam.

Falsum supponit Crescentius.

Wastelius.

thoris

thoris, & nomine eius, cui librum dicavit. *Sect.* autem 2. aufert omnes obices ex contextu libri: ac imprimis *Art.* 1. ait: *Interpres enim pro contextu Græco, quem certè iuxta Græcæ Ecclesiæ usum in authore reperit, nimium scrupulosè lectionem latinam supposuit, errore interpretum multorum communi inductus, qui putarent, reiectâ lectione Hebræâ & Græcâ, authenticam esse solam latinam; vel certè timerent, nè fortè scandalo esse posset infirmis animadversa non minima illa lectionis diversitas. Quod quidem à me dictum sit; non ut hunc nostrum Interpretem defendere cupiam multitudine peccantium: sed quia scire refert, etiam apud aliorum Græcorum Latinos interpretes, Originis, exempli gratiâ, Eusebij, Chrisostomi, Cyrilli nostri Alexandrini, Theodoreti, Theophilacti, Euthymij, contextum Latinorum reperiri: verum abusu non tolerandô* &c. *Art.* 2. 3 & 4. Enodat difficultates ex Scriptura *Art.* 5. difficultatem ab Etymologia *nominis* Monachi *Art.* 6. difficultatem à sententijs Latinorum Patrum, nominatim Hieronymi in *Epist. ad Paulinum* & *in Matthæum,* ac Ambrosij *Epist. ad Vercellenses,* in libro isto *cap.* 29. Per hoc, quod sententiæ illæ in puris exemplaribus manuscriptis, valdè antiquis, quorum tria hîc in Belgio extant exemplaria. 1 Gandavi, 2. Mechliniæ, 3. Namurci, non reperiantur; habet quidem Philippus Ribotus sententias illas cum nomine & loco Authorum suorum in Exemplari, quod refert in libro *de Instit. ac peculiaribus gestis Carmelitarum,* sed à se per modum illustrationis propter dicti concordiam additas: ex quo absque purorum exemplarium inspectione, & ad illa reductione primùm editus est Venetijs; deinde secundò Parisijs in Bibliotheca Patrum iuxta editionem Venetam, omisso nomine & loco Authorum istorum, unde tota provenit D. Crescentij & Bivarij hallucinatio *Art.* 7. difficultatem à derivatione nominis *melota,* & sic deinceps de alijs, quarum solutiones, si maturè perpendisset D. Crescentius, suo & nostro labori indubie, ut piè credo, pepercisset.

972. Respondeo 6. Quoad 1. notam D. Crescentij *n.* 965. Nos non disputare de *Nomine,* uti sæpe supra dictum est; sed de reipsâ, eaque non solius *loci Carmeli,* sed etiam ab eo ita derivata, quomodò nos (quocumque tempore Religio nostra in eo originem & fontem acceperit) ab eo derivamur, & reipsâ *Carmelitæ* dicimur. Quoad secundam verò sic de Sigeberto Gemblacensi scribit Tritemius, lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, fol. 81. *Alia etiam post hæc* (quæ ibi innumerat) *edidit, quæ cum suprascriptis opusculis non signavit.* Bernardus Olerius General. Ord. an. 1375. in *Informat.* ad Papam. art. 2 *Gilbertus Historiographus, quem frequenter allegat Vincentius in speculo Historiali, dicit sic*: cum Carmelitæ in sanctâ pænitentia perseverassent à tempore Sanctorum Prophetarum Eliæ & Elisæi, tandem abscesserunt tenebræ, & lux venit in mundum, & arbitrati sunt, quia misit Deus filium suum, natum de muliere, testem veritatis Christum prædicantem audierunt, qui religiosè fidem Catholicam confitentes in Christo baptizati sunt: deinde perseverantes in Doctrina Apostolorum, habentes gratiam ad omnem plebeæ veritatis Evangelicæ nuncij fideles, & Religionis Christianæ legitimi defensores effecti sunt &c. Item Aubertus Miræus, Author celeberrimus, in fine *Tract.* de orig. Et increm. Ord. Carmel. *Sigebertus Gemblacensis Monachus Ord. S. Benedicti. solet ab alijs citari.* Unde D. Crescentius hîc, prout alias sæpè, impingit in legem D. Melchioris Cani lib. 11. de humanæ Hist. Author. cap. 6. *Prima lex ex hominum probitate integritateque sumetur, quæ omninò res locum habet, cum quæ narrant Historici, ea vel ipsi vidisse testantur, vel ab ipsis, qui viderunt accepisse* &c. *in quibus mendacium suspicari, quod ad memoriam sempiternam transferre illi scribendo voluerunt piaculum est.* Reverà ibi nihil dicit Gemblacensis, quod *Præsent.* 3. & 5. non sit probatum.

Solutio 6. pro Gemblacensi.

Tritemius.

Myræus.

973. Respondeo 7. Quod si D. Crescentius Polydori Vergilij textum non truncasset statim vidisset 1. suos in hoc puncto duces, Polydorum Heroldi Tyrij continuatoris, Heroldum Sabellici, opinionem ferè exscripsisse, certiorum Ordinis monumentorum defectu (qui etiam ad S. Antoninum & Em. Baronium extendi

Solutio 7. de Polydoro.

 potest

Wastelius. Potest) quorum tunc pauca erant impressa: *quod*, inquit Wastelius *Vindic.* lib. 1. sect. 1. art. 1. & 2. *inter pauperes fratres, illis potissimè temporibus, quando tanta erat librorum caritas, monumenta & Historia illa in conventibus Ordinis, nec tamen pluribus, & vix alibi, reperirentur.* 2. Illorum suorum ducunt Authoritates esse ad Sabellici unius opinionem reducendas, tamquam rivos ad suum fontem, sic ut in eo non faciant plusquam unum suspectæ fidei Sabellicum, cum Wastelius *ibidem sect.* 3. *art* 5. scribat: *& verò ipsi Guillelmi Tyrij continuator Ioannes Heroldus, homo lutheranus fuit, non alter ille Catholicorum* (nempe Belli Sacri continuator) *nihil habens in hac materia, prater ignorantiam.* De Sabellico autem *ibid sect* 5. *art.* 1. (prælibatis rumoribus, qui tunc contra Ordinis approbationem spargebantur, quos nimis credulè receperunt S. Antoninus & exscriptor eius Cassanæus, in quo alios varios fefellerunt) subdit: *Gravioribus de causis admittendus non est Sabellicus, atque adeò neque Polydorus, neque Heroldus, neque Zuingerus, quos constat unius Sabellici fidem esse secutos, ut hoc in instituto haberi illi debeant omnes pro uno Sabellico* Et iterum infra: *Ioannes Heroldus, mala nota Author, ut patet ex Cathalogo librorum prohibitorum Tridentinò, propter figmenta, qua illi communia esse notavi cum Sabellico ac Polydoro, & eiusdem item nota Zuingero,* &c. Item *infra* illos vocat *Authores Prophanos.* Illi sunt Duces D. Crescentij, pro quibus attende ad dicta n 838.

Censura Heroldi. Sabellici.

974 Hos etiam, inquiet, sunt Em. Baronius, & post Baronium Em. Bellarminus, secuti. Absit, ut de Em. Baronio id sentiam: habet quidem sententiam satis consonam, ut statim videbimus; sed Authores non citat, & *Pharetra ult.* probavimus ipsum esse locutum ad sensum sequentium Authorum. Primò: Onuphrij Panuini in Chronico Eccles. ad an. 1141. *Ordo Carmelitarum restitutus & reformatus ab Aymerico Malefayda, Patriarcha Antiocheno & Sedis Apostolica Legato, in Monte Syria Carmelo, quorum primus Prior fuit frater Bertholdus, vir Sanctus.* & ad an. 1205. *Regula fratrum Carmelitarum ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano scribitur, Ordo restituitur, & reformatur.* Secundò: Ipsius Card. Bellarmini in Chronol. ad an. 1180. *Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. an. 1180. item ab Innocentio III. an. 1199. item ab Honorio III. an. 1216. mitigatur ab Innocentio IV. anno 1248.* Quem sequuntur Archiepiscopus Acunna *p.* 1. *decret. cap. Generalis dist.* 54. & Oxeda *tract. de Concept. Virg. fund.* 1. *cap. ult.* Tertiò: Bergomensis in Supplem. Historiæ lib. 13. *Ordo Carmelitarum, per hoc tempus in Syria, apud Carmelum Montem, ab Alberto supradicto Ierosolymitano Patriarcha excitatur, & multis privilegijs ab eodem sublimatur.* Quartò: Naucleri generat. 41. *Albertus Hierosolymitanus Patriarcha labantem in Syria Religionem restituere conatus, Carmeli Montis incolas fratres disciplinâ & Regulâ coercuit.* Quintò: Burdegalensis lib. 2. Chronographiæ circa an. 1198. *Sub Innocentio* III. *Ordo Carmelitarum ab Alberto Hierosolymitano Patriarcha instauratur.* Adstipulantur Chronicon Chronicarum *in 6. atate fol.* 207. Gaulterus *saculo* 13. Ægidius à præsentatione in suo *Primate lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. Spondanus in *Auctario Chronologia sub an* 1205.

Obiectio præoccupatur. Panuinus. Bellarminus. Bergomensis. Nauclerus. Burdegalensis

975. Favet Primò: testimonium Em. Card. Iacobi de Vitriaco, qui obijt an. 1244. et: *lib* 1. *Hist. Orientalis cap.* 51. dicit: *Cœpit Orientalis Ecclesia* (videlicet circa annum 1124. post recuperatam Terram Sanctam à Duce Bullonio an. 1099.) *reviviscendo florere, & cultus Religionis in partibus Orientis ampliari, & vinea Domini novos botros germinare: ita quod in ea videretur impletum, quod scriptum est in canticis canticorum:* Hyems transijt, imber abijt, & recessit, flores apparuerunt in Terra nostra: tempus putationis advenit. *A diversis enim mundi partibus, ex omni Tribu & lingua, ex omni natione, qua sub cœlo est, odore Sanctorum & venerabilium locorum tracti, devoti Deo peregrini, & homines religiosi, ad Terram Sanctam confluebant. Reparabantur Ecclesia veteres, nova fabricabantur, Monasteria regularium, largitione Principum, & Elemosynis fidelium, in locis idoneis construebantur: Ecclesiarum ministri, & alia ad servitium & ad cultum divinum pertinentia, sufficienter & competenter ordinabantur ubique Viri autem Sancti saculo renuntiantes, varijs affectionibus & desiderijs tracti, & fervore religionis accensi, eligebant sibi loca proposito suo & devotioni magis competentia.* Ista quidem electio sonat novorum Monasteriorum

Iacobus de Vitriaco.

rum erectionem; sed quod de Carmelo sequitur, sonat Carmelitarum in illo continuatam priorem mansionem: non enim de illis dicit *eligebant*, sed *agebant*, ut sequitur: *Alij ad exemplum & imitationem Sancti viri & solitarij Eliæ Prophetæ, in Monte* CARMELO, *& maximè in parte illa, quæ supereminet civitati Porphyriæ, quæ hodiè* Cayphas *appellatur, iuxta fontem, qui fons* ELIAE *dicitur, non longè à Monasterio B. V. Margaretæ vitam solitariam agebant, in alvearibus modicarum cellularum, tamquam apes Domini dulcedinem spiritualem mellificantes.* Ita isto tempore ille Aconis Episcopus, quarto milliari à Monte Carmelo.

976. Favet secundò: S. Cyrilli Constantinopolitani, Em. Card. de Vitriaco coævi, & Carmeli incolæ, correspondens testimonium, *Tract* de Process. & varijs Regul. Ord. Carm. cap 3. *Illo itaque tempore*, videlicet ante recuperatam Terram Sanctam, *quamvis pauci verumtamen probatissimi Monachi nostræ Religionis, dimissis mansionibus, quas habebant in urbibus & villis, hunc* CARMELI *Montem non deserentes, iugiter in eo, & in quibusdam eremis Terræ Sanctæ permanserunt, sub disciplina Monastica vitæ Eremiticæ, per Eliam Prophetam instituta, & in prædicto Ioannis libro descriptæ. Qui, sicut & cæteri Christiani huius Patriæ, duro infidelium iugo dediti, multis tribulationibus & iniurijs fuerunt à Paganis per annos circiter quadringentos sexaginta afflicti. Clamaverunt autem ipsi, & cæteri huius Patriæ Christiani cum tribularentur, ad Dominum, qui tandem de necessitatibus eorum eduxit eos: quoniam placuit ei civitatem Ierusalem anno Christi* 1099. *& consequenter totam Terram Sanctam pedetentim à perfidis Saracenis liberare, & eam, ac indigenas eius fideles, potestati & Dominio Christianorum reducere. Propter quod cœpit tunc cultus nostræ Religionis in Monte Carmeli ampliari: quamplures enim devoti peregrini, qui ab Occidente supervenerant, odore huius Sancti loci pertracti, & devotione Religiosorum Eremitarum, Montem hunc inhabitantium, permoti, mundo renuntiabant, & per contemplationem cœlestium se eorum contubernio iungebant.* S. Cyrillus.

977. Favet tertiò: testimonium utrique Em. Card de Vitriaco & S. Cyrillo in Terra Sancta coævi Guillelmi de Sanvico lib de multiplicat. Relig. Carm. cap. 1. *Religiosi Carmelitæ, sicut in Terra Sancta sumpserunt exordium suæ Religionis, ita in sola illa Patria dudum habitare consueverunt, tam in urbibus, quàm in Eremis: anno autem Domini* 639. *quidam Prophanus Rex Arabiæ, nomine Homar, discipulus perfidi Mahometi, Dominium Terræ Sanctæ à Christianis abstulit, & eam potestati Saracenorum subiugavit. Quamobrem dicti Religiosi, propter graves molestias, quas patiebantur à Saracenis, compulsi fuerunt tunc mansiones, quas in urbibus habebant dimittere, & solum in Monte Carmeli, & in quibusdam alijs Terræ Sanctæ solitudinibus, residere. Post hæc autem anno Dom.* 1099. *Godefridus de Boullion, Dux Lotaringiæ & exercitus Christianorum, cruce signatus, Civitatem Ierusalem de manibus infidelium recuperarunt, & eam totamque Terram Sanctam, infidelibus hominibus paulatim exclusis, ad Dominium & potestatem Christianorum reduxerunt: propter quod cœpit tunc cultus huius Religionis iterum in Terra Sancta dilatari: à diversis enim mundi partibus multi devoti Christiani, desiderantes Terram illam videre, in qua Dominus noster &c. Accedebant ad eam, lustrantes tunc securè, non solum loca Sancta, in quibus SS Patres veteris Testamenti magnifica egerunt, sed præcipuè illa, in quibus Christus* IESU *sacram redemptionem generis humani adimplevit. Hos itaque diversos diversarum nationum advenas sancta conversatio, & abundans iustitia illorum Religiosorum Montis Carmeli, ita ædificabat, & ad contemplationem cælestium trahebat, ut multi ex ipsis advenis invenientes dictos Religiosos in pulchritudine pacis internæ, & in mentis requie virtutibus opulenta, in antris Carmeli Montis residere, se felices putarint, cum per devotionem relictis mundi oblectamentis, poterant eorum consortio aggregari.* Similia plusquam à ducentis annis scripsit Arnoldus Bostius in Speculo Historiali *lib. 6. cap* 8. *& seq* Isti sunt antiquiores, & meliores profanis, quos inconsultò sequitur D Crescentius. Guillelmus de Sanvico.

978. Absit igitur: ut dicam Em. Baronium esse secutum illos malæ notæ & profanos Authores, quos citat, & sequitur D. Crescentius. Legerat indubiè Em. Cardinalem de Vitriaco statim citatum: viderat S. Antoninum *P.* 3. *Historialis titulo* 16. scribentem: *Hi habuerunt initium sub quodam Patriarcha Ierosolymitano, cum in Syria habitabant Christiani Hierosolymis, & in alijs civitatibus, degebant autem in Carmelo ut Eremitæ, & sub Regula S* Authoris præcautio. S. Antoninus.

 *Basilij*

*Basilij.* Nec dubito, quin magnus ille vir istorum profanorum scripta discusserit, sed discussa correxit, & horum correctione suam opinionem *n.* 636. allatam evulgavit, quam nos *ibidem* exposuimus; etenim ipse verba Polydori: verum *quia* &c. quæ *n.* 966. nobis obiecit D. Crescentius, omisit & truncavit, satisque refelluntur ex dictis. *n.* 856. 876. 883. 974. *& seq.* ex quibus de ipsorum pro Eremitis vitæ Instituto, norma &c satis constat.

979. Textus autem Polydori, quem D. Crescentium malè truncasse *n.* 973. diximus, est hic lib. 7. cap. 3. *Est in Syria Mons Carmelus, olim cum aliorum Prophetarum, tum Elia imprimis memoriâ nobilis, quod in eo ille habitasset: id credo. Anachoretarum non pauci numero secuti, locum tenuere, qui demum Almerici Antiocheni Episcopi operâ in unum coiêre, cum ante sparsim Montem habitarent; ac tunc primum præpositum ex se constituerunt.* Reflectat, obsecro, D. Crescentius: quomodò hæc conciliari possint cum eo, quod supra *n.* 965. objicit: *Et uti scribit Marcus Antonius Sabellicus* Ænead 9 lib 5. fol. 234 *cum omnibus alijs Scriptoribus, habuerunt ab Almerico primam Originem & primam Regulam ab Alberto*, non video: nam imprimis, si *Anachoretarum non pauci numero secuti Eliam, Carmelum tenuere. qui demum* (nota) *Almerici Antiocheni operâ in unum coiêre, cum ante* (nota) *sparsim habitarent.* ante Almericum habebant primam Originem, & ab Almerico secundam dumtaxat *cœtus, collectionis in unum. & primi præpositi à se constitutionis* habere potuerunt, quo modo *Pharet. ult. Telo* I. Em. Baronium exponi debere ostendimus. Deinde: illi sub sua illa origine priori indubiè habuerunt aliquam scriptam, aut non scriptam, instar Regulæ, vivendi normam, ut vidimus *n* 560. 608. *ad* 614. 848 & Bulla Honorij III. confirmatoria Regulæ S. Alberti & *n.* 956. ac *Synopsi* P. ergo primam ab Alberto non acceperunt cum nondum esset; sed secundam dumtaxat scriptam, & legislativam, seu præceptivam, quod ultrò admittimus. Quid ad hæc D. Crescenti? Scribis n. 162. pag. 170. *Allegans contraria non auditur.* Sed.

Favet textus Polydori.

680. Pergamus, in textu immediatè sequitur: *fuit in eo Monte iuxta fontem, qui Eliæ dictus est, Deiparæ fanum, ubi illi prima cœnobij fundamenta iecerunt, unde fortasse sunt Carmelitæ D. Virginis Monachi nuncupati* Ego autem non magis video, quomodò hæc concilientur cum his, quæ supra *n.* 923. nobis obiecit: *Ecclesia, unde illi gloriosum & S Titulum FF. B. M. Virg. de Monte Carmelo traxerunt, fuit prima, quam habuerunt, & ipsis data fuit sub Pontificatu Alexandri III. à Patriarcha Aymerico.* Quia sicut ipsi fuerunt ante Aymericum, & Monasterium, quod illis ædificare incæpit; ita fanum illud, iuxta præmissa ad *Pratent. VIII.* Aut certè efficaciter probet illos antea fuisse sine fano, sive Ecclesia, contra *ibidem* probata; debuissetque alioqui D. Aymericus ipsis prius fanum erexisse, quàm Cœnobij, prout ab Eremitorijs distinguitur, iecisset fundamenta, quod non habet colorem. Sed.

Prosecutio 1. textus.

981. Pergamus iterùm textus immediatè subdit: *Incidit prima hæc vitæ observatio in Alexandri III. Pontificatum, qui sedere capit circiter an.* 1170. Quæro à D. Crescentio, an hic sit sermo de prima huius vitæ Eremiticæ, sive Anachoreticæ: an de prima Cænobiticæ sub uno primo præposito ab eis constituto? Si prius: uti non incidit in Aymericum Patriarcham quia ante ipsum erat, ut patet ex præmisso textu; ita nec in Alexandri III. Pontificatum, cum Originem Aymerico tribuat, non Pontifici. Si Posterius: nihil contra nos, qui ultrò fatemur post S. Cyrillum Constantinopolitanum, & omnes Scriptores Ordinis, Aymericum Anachoretas in Monte Carmelo dispersos collegisse in unum cœtum & Cœnobium, quod ipse incæpit illis ædificare

Prosecutio 2.

982. Tandem immediatè sequuntur verba à D. Crescentio obiecta: *Verum, quia neque vitæ instituto, neque cultu, neque certis caremonijs nitebatur ille novus cœtus, abortus quidam, non res legitimè ab initio instituta, visa est.* Quid ad rem D. Crescenti? Cum hîc agatur de novo

cœtu

cœtu ſub uno primo Præpoſito à ſe conſtituto Authoritate Aymerici Patriarchæ: non verò de Montis Carmeli Eremitis, Eremitorijs, Inſtituto, cultu & cæremonijs illis proportionatis, pro quibus ſolis iſto cœtu, Cœnobiali Inſtituto primi præpoſiti conſtitutione per Authoritatem Aymerici, Prioribus contendimus: nec priori ſenſu, tunc, & quidam etiam noſtris, viſum fuiſſe novum illum cœtum ac primi præpoſiti ex ſe electionem, abortum quemdam, non rem ab initio legitimè inſtitutam, fateri gravamur: quia id ſatis inſinuatur in ipſo procemio Regulæ: *verum quia requiritis à nobis, ut iuxta propoſitum veſtrum, tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere impoſterum debeatis.* & cap. 1. *Illud imprimis ſtatuimus, ut unum ex vobis habeatis Priorem, qui ex unanimi omnium aſſenſu vel maioris & ſanioris partis ad hoc officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate ſervare.* Ita S. Albertus. Confirmat autem S. Cyrillus, Alberto in Monte Carmelo Coævus, *de proceſſu & varijs Regulis Ord. Carm.* cap. 5. *Proceſſu autem temporis mortuò primò eorum Priore, videlicet fratre Bertholdò, ſub regimine cuius 45. annis manſerant: perplexitas magna eorum animos invaſit de ſucceſſore eius inſtituendo de cuius inſtitutione, nullam certam formam prædictus Patriarcha Aymericus, morte præventus, eis reliquerat* &c. *D. Alberto Patriarchæ Ieroſolymitano propoſuerunt, quod à tempore, quo prædictus Patriarcha Aymericus eos omnes ſub cura unius Prioris per obedientiæ* (ipſi ſcilicet tamquam Priori Generali) *vinculum colligaverat, ipſi deſideraverant vivere incluſi in Monaſterio ſub obſervantia Religioſæ vitæ ſolitariæ, per* ELIAM *Prophetam inſtitutæ, qui, licèt per eorum inſtitutionem eſſent certi qualiter unuſquiſque eorum, ſingulariter degens, deberet ad perfectionem, & finem vitæ ſolitariæ tendere; quia tamen proponebant in hoc Carmelo includi in Monaſterio, in quo nequaquam fuerant adhuc incluſi, ideò priuſquam in eo includerentur, obnixè requirebant à prædicto Patriarcha Alberto, ut iuxta propoſitum eorum, traderet eis de quibuſdam articulis, per eos tunc ſibi oblatis, converſationi Monaſteriali neceſſarijs, brevem vitæ formulam, quam tenere impoſterum deberent* &c. Quia Ioannis 44. Regula, de Græco in latinum iuſſu Aymerici verſa, erat, pro ſolis Eremitis ſolitarie & ſeparatim viventibus, nec præceptiva erat, ſed hortatoria dumtaxat.

Proſecutio 3. ad hominem.

Regula Ordinis.

S. Cyrillus.

983. Certè, ſi iſtis maturè perpenſis, non videat D. Creſcentius, etiam malæ notæ Authores & Prophanos, quos pro ſe citat, non ſibi, ſed nobis favere, noſtramque, ante Aymericum Eremitarum, ſive Anachoretarum nondum ſub uno Priore Generali à ſe electo conſtitutorum, antiquitatem ſtabilire, conformiter ad Regulæ S. Alberti ac S. Cyrilli præcitata verba: cœcus ſum, aut ipſe, in quo proinde refutando, nos magis fatigare non debemus. Igitur pro complemento: quoad approbationem Regulæ pro Carmelo monte dumtaxat, vide dicta *n.* 955. & 972. Quoad Monaſteria extra Carmelum ante Regulæ approbationem, tot producere poſſum, quot unquam fuerunt in Paleſtina; fuiſſe autem quamplurima, patet ex dictis §. 6. *contra Landtmeter per totum.* Item omnia Monaſteria Eſſenorum, qui, (quidquid de nomine ſit) reipſâ *Carmelitæ* fuerunt, uti *ibidem*, & multoties poſt, efficaciter probatum eſt. Denique tot alia *Sæculo XV.* numerata, contra quæ non magis audiri debet D. Creſcentius, quàm quivis abſque probatione negans contra probantem. Quarè.

Argum. ad hom. ex præmiſſis.

984. Poſſem ego equidem ex hucuſque præmiſſis concludere D. Creſcentij adductas *Prætentiones* omnes: aut ſupponere debitum, quod non eſt, ſive Ordinis noſtri iura non ſatis perpendiſſe, quod debuiſſet: aut ſiſtere in ſolis Authoritatibus negativis, contra quamplurimas poſitivas ab omnibus longe præferendas: aut fundari in authoritate Em. Baronij, ac poſt eum Em Bellarmini, quorum utrumque aliter intellexit, quam debeant, uti de primo conſtat ex Reſponſis ad *Tela Pharetræ ult.* ad *Pratent. III. § III.* & ſtatim *n.* 918. ſicque conſequenter de ſecundo. aut fulciri teſtimonijs ſolis Recentiorum, ſibi in eadem noſtra Hiſtoria inconſtantium, & quodammodò, noſtrorum monumentorum defectu, cœcutientium, contra Antiquiores plurimos *Prætentione III. & V.* citatos, ad quos tamen ita aſſiduè appellat, ut

Defectus

iſtis

istis silentibus, passim Recentiores explodat, eosque se non curare scribat; cum tamen hos solos, & quidem interdum malæ notæ, pro se citet, nec ullum citatis à nobis Antiquiorem opponat: aut omnes nostros, etiam bullas ipsas & alios suspectare, ac *fictos* vocare, si nobis faveant, quos audire, & venerari debuisset, cum nihil dicant aliunde non satis probatum. Vnde ipse meritò tot pati deberet retortiones quot eorum spontè voluit facerè contortiones Sed, cum in suo *Præsidio* loco citato *n.* 962. scribit: *Protestor coram Divina Maiestate me S. Religioni Carmelitanæ devotissimum, nec scribo, nisi veritatis ergo, scribamque postea taliter, ut visuri sint. an attramentum meum habeat vel minimum fellis: ubi piè credere possum, primus sum ad credendum.* Ne videar contra *Dissidentem Amicum* exactor nimium scrupulosus, hæc missa facio, & Benevolum lectorem consultò ad superius dicta & *Synopsim* remitto Sit itaque communis ad omnem lectorem.

## CONCLUSIO.

985. HActenus vidimus, non vulgares viros, sed doctrinâ quoque celebres, uniusalteriusvè magni viri authoritate fundamentali, à se indiscussâ, & ideò non intellectâ, ab Historiæ Carmelitanæ veritate inconsultò abductos, omnia existimantes magna, quæ à viris magnis quoquô modô prodeunt. Propterea monitos & rogatos velim Scriptores posteros, ut deceptelam, quam in illis vident, etiam ducibus suis, quos incautè sectati sunt, contingere potuisse autument, audiantque Augustinum S. Hieronymo sapientissimè scribentem: *Ego fateor, solis Canonicis hunc honorem deferri, ut nullum eorum aliquid errasse, firmissimè credam: alios autem ita lego, ut quantalibet Sanctitate Doctrinaque præpolleant, non ideò verum putem, quia ipsi senserint; sed quia mihi, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.* Tantum verò abest,

Conclusio.

ut Sabellicus, Polydorus, Heroldus & similis farinæ homines probent, aut etiam Em. Cardinales Baronius & Bellarminus, aliquâ probabili ratione persuaserint, quod exscripserunt alij, quin potius oppositum senserint hi duo Em. Viri, licèt interdum sub Generali quadam terminorum confusione id scripserint, quod in alio loco, aut contextu, credebant satis restrictum & elucidatum: quod isti statim deprehendissent, si maturè discussis textu & nostræ partis antiquioribus monumen-

Augustinus.

tis, solam horum non spectassent authoritatem, quod meritò deplorat Salvianus Massilensis Episcopus in Epistola ad Salonium scribens: *tam imbecilla sunt iudicia huius temporis, ac penè nulla, ut ij, qui legunt, non tam considerent, quid legant, quàm cuius legant. nec tam dictionis vim atque virtutem, quàm Dictatoris cogitent dignitatem.* Id reverà deplorandum; quia alioqui, confido, quod suum offensivum in defensivum commutassent dissidium, cum audacter scribere possim, illos ne unum quidem citare posse antiquorum quamplurimis, quos pro nostra Historia dedimus, eosque solis argumentis Antiquiorem niti merè negativis, ideoque stramineis, ut vidimus; Recentiorum autem vix unius positivis qui præcitatorum, à se non discussorum, nec intellectorum, pro sui dissidij fundamento non iaciat authoritatem: quasi verò etiam ipsi, non visis, nec discussis nostræ partis solidioribus monumentis, aberrare non

Salvianus.

potuissent, atque frustrà sit sapientissimum illud Antistitis Martini Dunensis in *lib. de virt. Card.* concilium: *non te moveat dicentis authoritas, nec quis, sed quid dicat, intendito.* Quod deinceps futurum spero, ideoque omnes dissidij huius complices humillimè rogo, ut istud perpendere dignentur CARMELI ARMAMENTARIUM, quod explicit ad maiorem Dei, Deiparæ Matris Patronæ nostræ singularis, ac SS. Dei Prophetarum Eliæ & Elisei S. Ordinis nostri Fundatorum gloriam.

INDEX

# INDEX OPERIS

*Numerus marginalis Operis citatur, ubi non additur* Synopsis, *quæ cum suis numeris Operi præmittitur: plerumque numeros accumulamus, ut quod uni ad maiorem firmitatem servire potest, ab altero indicetur.*

## A

# B



*Carme-*

# INDEX OPERIS

## C

# B



Carme-

# C

*Ceſſa-*

# D

# E



Epiſcopi

*Telum*

# F



# G



# H



*Elias*

# I





S. Isido-

## M



## N



## O

# P



# R

## S



P. *Sanchez*

T

# V





Ioannis

F I N I S.